C. CORNELII TACITI

OPERA

AD OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM

RECOGNOVIT

ET ANNOTATIONE PERPETUA

TRIPLICIQUE INDICE

INSTRUXIT

GEORGIUS ALEXANDER RUPERTI.

VOLUMEN IV.

LIBELLUM DE GERMANIA, VITAM AGRICOLAE ET DIALOGUM DE ORATORIBUS COMPLECTENS.

HANNOVERAE
IN LIBRARIA AULICA HAHNII.
MDCCCXXXII.

C. CORNELII TACITI

OPERA MINORA

AD OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM

RECOGNOVIT

ET ANNOTATIONE PERPETUA

TRIPLICIQUE INDICE

INSTRUXIT

GEORGIUS ALEXANDER RUPERTI.

HANNOVERAE
IN LIBRARIA AULICA HAHNII
MDCCCXXXII.

PRAEFATIO.

Paucula sunt, quae mihi praemonenda videntur. Praeter me eodem tempore plures viri docti spem fecerant novarum Taciti editionum, ideoque meam haud festinare decreveram. Quum vero redemptor eius moram in tali studiorum concursu sibi admodum noxiam fore censeret, unum saltem volumen illi speciminis loco in vulgus efferendum tradidi, quod minora Taciti scripta una cum triplici Indice complectitur et ordine quidem est extremum, sed seorsum quoque legi emique poterit et hinc duplici modo inscriptum est. Priora illud excipient proximo anno et non modo veterum, sed recentissimorum quoque editorum annotationes, quae alicuius pretii esse videbuntur, praeter meas continebunt.

Volumini primo praefigetur Prooemium, in quo de vita et scriptis Taciti, de horum indole, codicibus MSS. et editionibus tam aliis quam nostra disputabitur. Variae autem lectiones annotationi perpetuae suis inserentur locis; nec facile reperientur dignae memoratu in minoribus Taciti scriptis, quae in hac eorum editione sint praetermissae, praeter illas MSti Farnesiani in Dialogo de oratoribus. Hunc codicem praestantissimum Niebuhrius nuper Neapoli accuratius, quam olim Lipsius excusserat et lectiones eius describendas curaverat in usum Cl. Bekkeri, qui eas in novissima Taciti editione Lips. 1831. vulgavit, postquam nostra ad hunc Dialogum annotatio iam prelo exierat. Itaque illas in lectorum gratiam hic apponere liceat.

CAP. I. vs. 1. *quum* deest. 2. *floruerint.* 3. *laude eloquentiae orbata.* (In MS. *aeloquentiae*, ut c. 9. *utquae*, c. 10. *praetium*, c. 21. *aequidem*, c. 33. *ingraessi* et similiter c. 2. et 30. *poenitus*, sed c. 35. *ipse vero* pro *ipsae vero.*) 4. *appellemus.* 8. *sit* abest. 15. *quom* pro *quum.* (Ita et c. 5. *quom optimum*, c. 10. *quom tibi*, c. 19. *quom vix*, c. 35. *quom pueri.*) 17. *iisdemque.* — CAP. II. v. 1. *Curiatius Maternus.* 4. *habetur.* 14. *omni eruditione.* — CAP. III. v. 4. *Nihilne te.* 6. *appre-*

hendisti. 7. *si qua pravae interpretationi materiam dederunt.* 10. *misit* et *recitatione.* 16. *obmissis* et *causarum studiis.* 17. *quum te tot.* 19. *suffeceris.* 22. *aggregares.* — CAP. IV. v. 2. *et assidua nobis contemptio.* 8. *forensium causarum.* 9. *illam* pro *istam*, ut *ille* c. 9. pro *iste*, et *illa* c. 28. 36. 40. pro *ista.* — CAP. V. v. 2. *in iis* pro *in his.* (Sic et c. 11. 13. 14. 21. 22. 23. 24. 26. 31. 37. 41. Conf. ad Ann. 2, 43, 1.) 4. *gratia.* 10. *alium.* 12. 13. *societate plurium defendi: sed ipsum solum.* 14. *parere.* 15. *necessitudines* pro *nationes*, et *amitti.* 19. 20. *factaque per nostra.* 20. *quid est tutius.* 23. *ferat.* 24. 25. *rebus prospere fluentibus.* 28. *simul ac telum.* (Sic et c. 6. *ac prope*, c. 14. *ac literarum*, c. 16. *ac respectum.*) 29. *sive in iudicio.* 30. *prius Marcellus.* 31. *qui accinctus.* 34. *arbitror.* — CAP. VI. v. 2. *non uno aliquo momento, sed omnibus prope diebus ac prope o. h.* 5. *domum suam concursu.* 7. *administrationis.* 12. *rerum omnium.* 15. *quod id gaudium.*, 17. *quemcunque orator induerit.* 18. *percenseo.* 20. *perfert orationem*, quo firmatur lectio *profert or.* 22. *animus*, ut edd. vet. ante Pich. 26. *alia* omissum. — CAP. VII. v. 1. *ipso.* 10. *nec codicillis.* 11. *Quid fama et laus cuiusvis artis*, quae dedit Bekk. 12. *qui non illustres et in urbe nosdum apud*, sed *um* literis obscuriobus. 14. *quibus modo recta et indoles est.* 16. *vulgus quoque imperitum.* 19. *ac velut agnoscere.* — CAP. VIII. v. 1. *Marcellum hunc proprium.* 2. *crispum vibum.* 8. *hominibus saeculis.* 9. *ad quam.* 12. *quosque.* 13. *angustia rerum.* 17. 18. *potentissimi sunt civitatis et donec libuit.* 21. *patientissimus veri, bene intelligis, et ceteras.* 23. *ipsis.* 26. *obtinent in imagines ac titulis.* 30. *ineunte aetate adolescentia.* — CAP. IX. v. 5. 6. *aures illae maternae.* 6. *cui bono est si.* 16. *excudit.* 28. *genium* in MS. *esse videtur.* — CAP. X. v. 2. *omnes laboris sui fatentur atque poetas.* 3. *mediocris*, ut c. 13. *fontis.* 7. *loquar.* 8. *et semel vidit.* 21. *adeptus.* 26. *ad illud quidem.* (Sic et c. 33.) 28. 29. *Effervescet enim ius.* 30. *offendes.* 32. *impetu: meditatus videris aut elegisse*, quae Bekk. in ed. II. recepit. 34. *hic ingentis ex his assensus. haec.* — CAP. XI. v. 2. *parant enim quid non*; unde Bekk. in ed. II. scripsit: *Parantem me, inquit, non* cet. 3. *laudaverat.* 4. *detractaret.* 6. *concedendo iis.* (v. ad c. 5. v. 2.) 8. 9. *et ingredi famam auspicatus sum, quum quidem in Nerone.* 10. *Vatinii* scriptum

videtur. 11. *et hodie — numinis est.* 16. *ad securitatem.* — CAP. XII. v. 4. *ante hostium*, et *lachrimas.* 7. *penetralia hoc omissa.* 10. *et ex malis moribus natus.* 13. *abundabat.* 14. *amissa — gloria more.* 18. *et Linum.* 23. *quam qui.* 24. *Messallae.* 25. *Ovidii Varii.* — CAP. XIII. v. 3. *sua et consulatus.* 4. *secretum.* 7. *Virgilii versibus.* 11. *Nam Crispus iste et Marcellus.* 12. 13. *concupiscendum? quod timent — quotidie aliqui rogentur.* 14. *ii quibus praestant.* (v. ad c. 5. v. 2.) 19. *cotidie*, ut et aliis locis. 20. *fontis.* 21. *pallantem.* 24. *quandoque enim fatalis et meus dies veniat.* — CAP. XIV. v. 1. 2. *velut stinctus tum urbanius.* 15. 16. *disputationes assumitis.* 16. *et eruditionis ac literarum.* 17. *oblectamentum vobis*, *qui iam disputatis.* 18. *tum etiam iis.* (v. ad c. 5. v. 2.) 21. *plurimum.* — CAP. XV. v. 14. *etiam gratis accidisse, ut longius abiisset.* 16. *contentus.* — CAP. XVI. v. 2. *movistis*, et *explicabit.* 5. *si* omissum. 9. *exsequemur eas partes.* 17. *significatione.* 19. *et menestor.* 20. *CCC annis*, et *caedit* pro *antecedit.* 23. *non multo plures quam tercentos annos.* 26. *videtur; ad naturam saeculorum ac respectum*; unde Bekk. in ed. II. scripsit *videatur*; *ad naturam s. ac r.* 28. *si ut — is magnus.* 33. *sed fama eodem modo exstitisse*; unde Bekk. in ed. II. *ferme* scripsit pro *fere.* — CAP. XVII. v. 1. *in quibus me nimium.* 2. *antiquos.* 4. *alium* pro *Coelium.* 5. *quid cur — ascribitis.* 6. *ipse.* 7. *septimo idus occisus est.* 8. *quo anno Augustus*, omisso *D.* ante *Augustus.* 9. *statue novem et quinquaginta annos.* 13. *et Vitellii longum et unum annum.* 16. *fatebatur.* 20. *pertraxisset et quidem Ciceronem.* 26. *Ne dividatis.* 27. *vocitetis.* — CAP. XVIII. v. 4. *merito antiquos vocaverimus*, non, ut vulgo, *antiquos merito vocaremus.* 5. *et quos utinam nulla parte imitatus esset*, unde Bekk. in ed. II. edidit *et q. u. ne in illa parte i. e.* 8. *formas quoque et genera dicendi.* 13. 14. *sed illis.* 20. *sed supra modum.* 24. *diiunctum rursusque.* 25. *audisse.* 27. *interrogas.* — CAP. XIX. v. 9. *prior ille populus.* 11. *iam vero longa.* 14. *hermagorae apollodori.* 15. *et si quis odoratus philosophiam videretur atque ex ea* cet. 23. *qui vi et potestate.* 24. *nec* omissum. — CAP. XX. v. 1. *feret.* 3. *exspectabit? qui de.* 7. *adversatur.* 11. *scenam.* 14. *adire.* 15. *voluit.* — CAP. XXI. v. 1. *fateor.* 6. *in una et altera.* 10. *scribuntur.* 14. *nempe eae placent.* (v. ad c. 5. v. 2.) 15.

sive in universa parte serum. 20. 21. *rerum in aeloquentiam effecerit quae;* unde Bekk. in ed. II. coni. *rerum in eloquentia non effecerit.* 36. *rubore.* 39. *vis* deest. — CAP. XXII. v. 7. *ex iis orationibus.* (v. ad cap. 5. v. 2.) 20. 21. *ut aspicere.* 21. *arcentur.* 24. *fugiet.* 26. *determinet*, quod recepit Bekk. in ed. II. — CAP. XXIII. v. 3. *invitus.* 4. *exprimunt ii.* (v. ad c. 5. v. 2.) 5. *significasse.* 8. *tui fidi bassi.* 11. *secuntur.* 13. *sanitatem infirmitatem sed ieiunio consequentur.* 16. *proprie* abest. 21. *gravitati sensuum nitorem.* 22. *et quotiens.* 24. *ea sententiarum planitas est.* — CAP. XXIV. v. 6. *immutasse non debet*, quod recepit Bekk. in ed. II. 7. *defensorem.* 8. *iis quos modo insectatus est Aper.* 10. *veteri et a vestris philosophis s. c.* 11. *partes. Igitur exprome nobis.* — CAP. XXV. v. 1. *sequar perscriptam et Materne formam*; unde Bekk. in ed. II. corr. *Sequar praescriptam a te, Materne, formam.* 4. *constaret.* 13. *consessu — sicut apud nos.* 16. *sic vere* aut *si vere.* 18. *at strictior calvus.* 20. *sanctitatem.* 24. *et sunt.* 30. *An ille Ciceroni invideret.* 31. *Caelium.* — Cap. XXVI. v. 12. *sicut bis cta et* pro *quibusdam.* 13. *tenere*, ut videtur. 15. *si iis compararetur.* (v. ad c. 5. v. 2.) 17. 18. *prius enim contento.* 19. *et studiis.* 20. *devectus.* 25. 26. *plerisque.* 27. *singulis deinde singulos. opponeremus. non detractasse.* 29. 30. *et in omne veritum.* — CAP. XXVII. v. 2. *gradibus freta sit.* 4. *Appara te inquit.* 6. *apud me quidem.* 7. *quas te solitum tractare paullo ante plane mitiore eloquentia et temporum nostrorum miratus.* 10. *disceptatione, nam nec vos.* 11. *perstringit.* 15. *libertate qua.* — CAP. XXVIII. v. 5. *ab illa vetere gloria.* (cf. ad c. 4. v. 9.) 8. *in* omissum. 8. 9. *quanquam vestra nobis notiora sunt*; unde Bekk. in ed. II. scripsit *vestra vobis.* 11. *si prius a severitate.* 14. *in cellam.* 16. *maior aliqua.* 17. *eiusdem familiae.* 18. *discere.* 20. *studia modo curasque.* 22. *sic acciam augusti.* 25. *et in nullis.* — CAP. XXIX. v. 4. *et viles* adiecta post *erroribus*, superscriptis *alii vires.* 6. *quin etiam ipsi parentes.* 12. *relinquitur.* 17. 18. *ambitioni salutationum.* 21. *insumere.* — CAP. XXX. v. 3. *habuerit.* 4. *quo ausos esse.* 5. 6. *studiorum assiduae exercitationes.* 7. *nobis.* 10. *referre.* 11. *Diodorum.* 19. *cognoverat.* 20. *et plurimis artibus.* — CAP. XXXI. v. 1. *Hoc sibi illi veteres persuaserant; ad hoc efficiendum.* 2. *ut in rhetorum scholis.* 4. *ut iis artibus.* (v. ad c. 5. v. 2.) 5. *implorent.* 12. *ne*

que in virtutibus. 14. *irae.* 16. *versatur.* 19. *venas animorum*, et *postulaverit.* 23. *fidem.* 26. *apertos* pro *aptos.* 31. 32. *qui quasdam artes audire omnes liberaliter debet*, ut ed. pr. quae Bekk. in ed. II. ita corrigenda censet: *qui quasdam artes haurire, omnes libare debet.* 33. *grammatice musice geometrice* omissa copula, quae delenda videtur. 35. 36. *plerumque autem.* — CAP. XXXII. v. 9. *oratorem etiam fateatur.* 23. *cur* male omissum, sed bene scriptum *in tantum.* 29. *quas vobis aperiri.* 30. *quod.* 31. *si forte haec audierint.* — CAP. XXXIII. v. 5. *scientiae.* 7. *quod*, et *resciamus.* 10. *Neque enim dum* (pro *nondum enim*) *arte et scientia, sed longe magis facultate et eloquentia contineri.* 11. *ii significare.* 13. *quum Aper quoque et Secundus.* 15. *videtur.* 17. *exercitationes.* 18. *aut* deest. 23. *illud certe concedet.* 24. *aperte* pro *paratiorem.* 25. *quae proprie et oratorum videntur*, unde vera, opinor, lectio vel *quae propriae oratorum v.* (quod coni. Brot. et dedit Bekk.) vel *quae propriae esse oratorum v.* — CAP. XXXIV. v. 4. *qui principem in civitate locum obtinebat.* 7. *excipere et iurgiis interesse*; sed recte Bekk. dedisse videtur *exciperet et jurgiis interesset.* 21. *semper novum, semper plenum.* 22. *ut nec breviter dicta.* 24. *quam suis*; *inde quin immo constantius surgere, ibi fidelius corroborari.* 25. *sub eiusmodi praeceptoribus.* 31. *solus statim et unus cuicunque.* — CAP. XXXV. v. 1. *deducuntur in se in scholasticorum.* 2. *Cicero.* 6. *deducuntur. in scholas, quibus.* 11. *et dicant et audiantur.* 14. *suasoriae quidem etsi tanquam.* 21. *prosequuntur.* 22. Ante *rem cogitare* est magna lacuna et haec librarii annotatio: *multum deficit in exemplaribus quae reperiuntur.* — CAP. XXXVI. v. 5. *illa perturbatione.* (cf. ad c. 4. v. 9.) 9. *conciones magistratuum.* 27. *nisi quis ingenio.* 29. 30. *cum testimonio — absentis.* 32. *praemia etiam necessitas et quomodo.* 35. *clientulorum.* — CAP. XXXVII. v. 1. 2. *quae et in antiquariorum.* 4. *Ex iis intelligi.* (cf. ad c. 5. v. 2.) 9. *sine aliqua eloquentia.* 10. *accedat.* 13. *de expilatis sociis et comitibus trucidatis.* 15. *status habendus, in quo nihil tale patimur.* 31. *eo acrior per pugnas [sibi ipsas] desumpserit.* 32. *in ore hominum.* — CAP. XXXVIII. v. 2. *quae etsi nunc aptior est, ita eloquentia, tanto illud forum.* 4. *modum dicendo.* 6. *Primus haec tertio consulatu.* 15. *pro heredibus urivae.* — CAP. XXXIX. v. 4. *quantum virum.* 5. *tabulariae.* 9. *Ipsa* —

diligentis. 10. *quia saepe interrogat iudex, quam quando incipias,* sed voci *quam* superscriptum *cām*, unde Bekk. in ed. II. recte, opinor, scripsit *causam quando incipias.* 13. *aut alter assistit.* 17. *ac tribus et municipiorum etiam legationes ac pars Italiae periclitantibus assisteret.* — CAP. XL. v. 1. *datum ius potentissimum q. v.* omisso *quoque*, quod delendum est. 3. *aut Sila.* 4. *abstinerent.* 5. *populi quoque et histriones auribus uterentur.* 8. *sed et magna illa et notabilis.* 15. *aut ullius.* 16. *plurimi Athenienses.* 23. *sicuti domitus ager h. q. h. latiores.* 24. *Sed nec tuta.* 25. *nec bene formam* cet. — CAP. XLI. v. 1. *Sic quoque, quod superest antiquis oratoribus, horum non emendare nec usquam.* 10. *in iis gentibus.* (cf. ad c. 5. v. 2.) 22. *vitas ac vestras tempora*; unde Bekk. in ed. II. recte scripsisse videtur *vitas vestras ac tempora.* 26. *bono saeculi sui*, ut MSS. Vat. 27. Post *utatur* grande spatium. — CAP. XLII. v. 1. *cum Messala.* 7. *Messala cum antiquariis.*

Multa ex his et alia, quae praetermisi, iam a Lipsio pro vulgatis reposita sunt; sed pleraque ne ab eo quidem enotata, et in his quoque omnia, quae literis diductis exprimenda curavi. Haec vero a Bekkero nuper in ordinem recepta sunt et omnino iis, quae in nostra dialogi editione leguntur, saltem longe maximam partem, vel substituenda vel adiicienda videbuntur: nam plurima et per se arridere possunt, et consensu MSS. Vat. firmantur. Ex hoc itaque lectionum recensu non modo intelligetur, Lipsium minus diligenter, quam debuisset, in excutiendo codice Farnesiano versatum esse, neque omnia ab eo tacite mutata ex hoc fonte fluxisse, sed etiam, maximo usui esse bonos codices et sine eorum ope raro rem acu tangi.

Scrib. Stadae Id. Oct. A. R. S. MDCCCXXXI.

Ge. Alex. Ruperti,

Theol. et Philos. Doctor, M. Brit. Regi a consiliis consist., antistes rei eccles. et schol. in ducat. Brem. et Verd., Ord. Guelph. Eq.

C. CORNELII TACITI
LIBELLUS
DE SITU, MORIBUS ET POPULIS GERMANIAE.

BREVIARIUM LIBELLI.

Cap. 1. *Germaniae situs finesque, Oceanus, Rhenus et Danubius.* 2. *Germani indigenae. Tuisco et Mannus auctores gentis. Antiquissimae nationes Ingaevones, Herminones, Istaevones, Marsi, Gambrivii, Suevi, Vandali. Germaniae vocabulum recens primumque Tungris datum.* 3. *Germanorum Hercules et baritus. Ulixes Asciburgii conditor. Monumenta et tumuli, Graecis literis inscripti.* 4. *Germani gens propria et sincera; unde omnibus idem corporum habitus.* 5. *Terrae indoles. Pecora et armenta plerumque improcera, sed solae et gratissimae opes. Auri argentique penuria et vilitas. Proximi Rheno pecunia Romana, interiores permutatione mercium utuntur.* 6. *Arma, equi, peditatus. Dimachae equites et centeni. Acies per cuneos composita. Corpora caesorum e proeliis referuntur et scutum reliquisse praecipuum flagitium.* 7. *Potestas regum, ducum, sacerdotum. Effigies deorum, lucis detractae, in proelium feruntur. Acies componuntur secundum familias et propinquitates. In proximo matres, coniuges, infantes.* 8. *Feminae aciem restituentes et obsides. Mulieres fatidicae, Veleda, Aurinia et aliae, numinum loco habitae.* 9. *Mercurius e diis maxime et humanis quoque hostiis colitur; Hercules praeterea et Mars; nec non Isis a parte Suevorum. Nulla deorum templa et imagines, sed nemora iis sacra neque hominibus pervia.* 10. *Sors consulitur, surculis virgae signatis nota et ter sublatis. Auspicia ex avium vocibus volatuque; ex hinnitu ac fremitu equorum candidorum; e singulari certamine captivi cum electo popularium.* 11. *Principes de minoribus rebus consultant, de maioribus omnes. Coeunt armati et considunt, ut turbae placuit, quum aut inchoatur luna, aut impletur; nec dierum numerum, sed noctium computant. Sacerdotibus coercendi ius, regi principive suadendi. Dissensus significatur fremitu, assensus concussione framearum.* 12. *Accusationes. Poenae proditorum, transfugarum, ignavorum et corpore infamium. Leviora delicta equorum pecorumque numero mulctata. Principes iura per pagos vicosque reddentes et Centeni ex plebe comites.* 13. *Nihil nisi armati agunt. Iuvenes, arma sumpturi, scuto frameaque ornandi in concilio. Dignatio principis nonnunquam adolescentulis assignata. Principum comitatus.* 14. *Aemulatio principum comitumque. Gens bellicosa.* 15. *In pace otium et venatus. Domus agrorumque cura feminis et senibus delegata. Dona principibus data.* 16. *Urbes nullae, nec vici connexis aedificiis; sed aedes circumdatae spatio et ex informi materia structae. Specus subterranei, suffugium hiemi et receptaculum frugibus.* 17. *Vestitus virorum feminarumque.* 18. *Matrimonia severa. Monogamia. Dos a marito uxori et munera ab hac illi allata, quae inviolata ad liberos et nepotes referuntur.* 19. *Feminae pudicae nec spectaculis, conviviis secretisque literarum corruptae. Adulterii poena maritis permissa. Liberorum numerus non finitus.* 20. *Educatio liberorum. Matrimonio iuncti pares et sero. Sororum filiis idem honor apud*

avunculum et patrem. Heredes liberi, fratres, patrui, avunculi; neque ulla orbitatis pretia. 21. *Suscipere tam inimicitias propinquorum, quam amicitias, necesse est, nec implacabiles durant; luitur enim etiam homicidium mulcta. Hospitalitas effusa.* 22. *Somnus in diem extractus, lotio, prandium; sedes singulis separatae et sua cuique mensa; negotia, convivia, compotationes; rixae ebriorum crebrae et cruentae; consultationes in conviviis de rebus publicis privatisque.* 23. *Potus hordeaceus; cibi simplices; aviditas potandi.* 24. *Unum genus spectaculorum, saltatio iuvenum inter gladios frameasque. Furor aleae.* 25. *Servi et libertini.* 26. *Fenus ignotum. Agri divisi et per annos mutati. Nulla pomaria, prata et horti. Auctumni et nomen et bona ignorata.* 27. *Funerum nulla ambitio. Arma in rogum coniecta et equus. Sepulcra caespiticia. Luctus feminarum.*

Singulae gentes earumque instituta et ritus. 28. I. Gentes Gallicae potius originis, quam Germanicae: *Galli, in Germaniam olim transgressi, Helvetii, Boii, quorum caput Boiemum, Aravisci et Osi, Treviri et Nervii.* II. Gentes haud dubie Germanorum: α) Accolae Rheni, א) occidentales: *Vangiones, Triboci, Nemetes, Ubii, nunc Agrippinenses.* 29. *Batavi, Chattorum quondam populus, nunc pars Romani imperii. Mattiaci. Decumates agri.* 30. *Chatti. Eorum ars militaris et robur in pedite.* 31. *Votivus obligatusque virtuti habitus. Nulli horum domus aut ager.* 32. *Usipii ac Tencteri disciplinae equestris arte praecellentes.* 33. *Bructeri, pulsi ac penitus excisi a Chamavis et Angrivariis; quae Germanorum discordia Romanis saluberrima.* 34. *Dulgibini, Chasuari, Frisii maiores minoresque, Rhenum accolentes et Oceanum, a Romanis raro tentatum.* 35. ב) Septentrionales (ad Albim et Visurgim): *Chauci, immensum tenentes terrarum spatium atque pacis studio, iustitia et virtute insignes.* 36. *Cherusci, olim boni aequique, nunc inertes ac stulti. Fosi, a Chattis victi.* 37. *Cimbri, Oceano proximi, parva nunc civitas, sed gloria ingens; triumphati magis quam victi.* 38. *Suevi, maiorem Germaniae partem obtinentes, propriis adhuc nationibus nominibusque discreti; quorum insigne, obliquare crinem nodoque substringere.* 39. *Semnones, vetustissimi Suevorum ac nobilissimi, stato tempore in silvam coeuntes legationibus, homine publice caeso.* 40. *Langobardi pauciores, sed non minus nobiles, Reudigni, Aviones, Anglii, Varini, Eudoses, Suardones et Nuithones, qui in commune Hertham in luco Oceanique insula colunt.* 41. β) Accolae Danubii: *Hermunduri, Romanis fidi, in quibus Albis oritur.* 42. *Narisci, bellicosi Marcomani Quadique, quorum reges pecunia iuvantur a Romanis.* 43. *Marsigni, Gothini Osique, non Germani, Buri, Lygii, Arii truces, feri ac bellicosi, Helveconae, Manimi, Elysii et Naharvali, a quibus Alcis numen in luco colitur. Gothones trans Lygios, paulo iam adductius regnati, quam ceterae Germanorum gentes. Rugii et Lemovii.* 44. γ) Accolae Oceani septentrionalis: *Suiones, quibus naves, mores et instituta alia quam ceteris Germanis.* 45. *Dextro litore maris pigri, quo cingitur clauditurque terrarum orbis, Aestyi, qui Matrem Deum venerantur, formas aprorum, amuleta, gestant, agros colunt leguntque succinum, glesam. Sitones, quibus femina imperat. Hic Sueviae finis.* 46. III. Gentes ultra Oceanum degentes: *Peucini seu Bastarnae, Venedi et Fenni, Germani aut Sarmatae. Fennorum feritas et paupertas. Hellusii et Oxiones, ora hominum, corpora atque artus ferarum gerentes.*

De indole huius libelli et de exemplaribus eius tam scriptis quam editis v. Prooemium nostrum in Vol. I. Opp. Tac. Sed praeter editiones commentationesque, ibi et inf. ad cap. 9. n. 1. laudatas, multi sunt libri e quibus plurimum lucis Germaniae Taciti accendi potest et quorum saepissime mentio fiet in his Annotationibus. Ut chartae parceretur plerumque eorum auctores tantum et paginas, non titulos memoravi quos hic apposuisse sufficiat.

Casp. *Abel:* deutsche und sächsische Alterthümer, Braunschw. 1729. 8. T. I. — Godofr. *Achenwall* de vet. Germ. armis, Gott. 1755. — *Adamus Bremensis:* historia ecclesiastica, in Leibnitii Script. rerum Brunsvic. T. I. Lindenbrog. Script. rer. Germ. Hamb. 1710. f. et Adam's Gesch. der Ausbreit. d. christl. Rel. und dessen geogr. Abhandl. über Dänemark, übers. von Miesegaes. Brem. 1825. — Io. Chr. *Adelung* älteste Gesch. der Deutschen, ihrer Sprache und Literatur, bis zur Völkerwanderung, Leipz. 1806. — *Adelung* II. Mithridates oder allg. Sprachenkunde, Berl. — Io. *Adlzreiter* a Tetenweins Annales Boicae gentis P. III. Frft. 1710. — Menso *Alting* Notitia Germ. inferioris Amst. 1797. — I. P. *Amelang* Gedanken über die Absicht und den Plan des Tacitus bei s. Buch von den Sitten der Deutschen, in Encyclop. Iournal I. B. Cleve 1774. und als II. Anhang zu I. H. M. Ernesti Uebers. dieses Buchs des Tacitus S. 23—97. — Io. *Ammon* u. W. *Bäumlein* deutsche Alterthümer der Mythologie und Sprache oder mythol. etymol. Commentar zu Tacitus Schrift de situ, mor. et pop. Germ. Tubing. 1817. 8. — Io. Pet. *Anchersen* vallis Herthae Deae, Hafn. 1747. — Car. Gottl. *Anton:* Tacitus über Lage, Sitten und Völkersch. Germaniens, Görlitz 1781. 1799. — *Anton II.* Religion der Germanen, im deutschen Museum 1779. B. I. S. 25—39. — *Anton III.* Versuch über die alten Slaven, Leipz. 1783. II. B. — *Anton IV.* Geschichte der teutschen Nazion, Leipz. 1793. I. T. — *Anton V.* Gesch. der teutschen Landwirthschaft, Görlitz 1799—1802. III. T. — *Arnkiel* Cimbrische Heidenreligion, Hamb. 1702. IV. T. — Chr. Fr. *Ayrmann* de originibus Germanicis, Gies. 1724. — W. *Baeumlein*, v. *Ammon*. — Steph. *Baluzius:* Capitularia regum Francorum, Paris. 1677. 1780. T. II. — Chr. Car. *Barth* Teutschlands Urgeschichte, Baireuth u. Hof 1818. 1820. II. T. — Chr. Dan. *Beck* Anleitung zur Kenntniss der allg. Welt- u. Völkergesch., Leipz. 1787. f. IV. T. — U. I. H. *Becker* Anmerkungen und Excurse zu Tacitus Germania Cap. I—XVIII. Hannover 1830. — Matth. *Berneggeri* quaestiones miscellaneae ex Taciti Germ. et Agric. ed. a I. Freinshemio, Arg. 1640. 8. — *Bertius:* commentarii rerum Germanic. Amst. 1632. — Chr. Gottl. *Biener:* Commentarii de orig. et progressu legum iuriumque Germanic. Lips. 1787. 1790. 1795. III. T. — Chr. Gottfr. *Boeckh* progr. de antiquiss. Germanorum in educandis liberis cura ac ratione, Nordling. 1765. — *Boucquet* Rerum Gallic. et Francic. Scriptores, Paris. 1738—1767. f. XI. T. — *Boysen* Monumenta inedita rerum Germanic., Lips. 1761. — *Bragur,* ein literar. Magazin der teutschen und nordischen Vorzeit, Leipz. 1791. f. — A. *Brunner* Annales Boici, Frft. 1710. P. III. — F. Paul. *Cancian* (Canziani) Barbarorum leges antiquae, Ven. 1781—1792. f. V. T. — du *Cange,* v. *Fresne.* — Chr. *Cellarius:* Notitia orbis antiqui; auxit L. Io. Conr. Schwartz, Lips. 1731. 1732. 4. II. T. — du *Chesne* Historiae Francorum Scriptores, Paris. 1636—1649. V. T. — Io. Chr. *Cleffelius:* Antiquitates Germanorum potissimum septentrionalium selectae, Frft. 1733. 8. — Phil. *Cluverius:* Germaniae antiquae L. III. Adi. Vindelicia et Noricum, Ed. II. Lugd. Bat. 1631. — Herm. *Conringius* de orig. iuris Germanici, Helmst. 1695. Frft. 1720. 4. — *Conringius* II. de habitus corporum Germanic. antiqui ac novi causis, Helmst. 1666. Ed. III. c. annot. Io. Phil. Burggravii, Frft. 1727. 8. — *Dithmari Chronicon* Merseburg., ed. Wagner Norimb. 1807. et Leibnitius in Scriptor. rer. Brunsvic. T. I. — *Doederlein* Antiquitates in Nordgavia Romanae, Weissenb. 1721. — *Doederlein II.* Antiquitates gentilismi Nordgaviensis, Ratisb. 1734. — G. Lamb. *Dorow* Opferstätte und Grabhügel der Germanen und Römer am Rhein, Wisbaden 1819. 1820. — Io. Ge. *Eccard* Leges Francorum Salicae et Ripuariorum. Accedunt Leibnitius de origine Francorum et Annales regni Francici a Theodorico Ruirarto, Frfti et Lips. 1720. f. — *Eccard. II.*

commentarii de rebus Franciae orientalis, Wirceb. 1729. f. II. T. — *Eccard. III.* introd. ad hist. Germaniae, Lips. 1737. — *Eccard. IV.* de origine Germanorum L. II. cum praef. Scheidii, Gott. 1750. 4. — *Edda,* curis P. Resenii, Islandice, Danice et Latine, Havn. 1665. 4. Danice ed. Nyerup, Copenh. 1808. Germanice Rühs, Berl. 1812. — Jo. Henr. *Eggeling* Commentat. V. de vocabulo Germaniae, de Chaucis cet. in Pratje Altem und Neuem aus den Herzogth. Bremen und Verden, VIII. B. S. 8—192. Stade 1774. — *Eginhard* comm. de vita et gestis Caroli M., cur. Jo. Herm. Schminkio, Trai. ad Rhen. 1711. cum annot. Ger. Nic. Heerkens, Gron. 1755. 12. — Car. Frid. *Eichhorn* Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte, Goett. 1818. I. Th. II. Ausg. — Ch. A. Gf. *Emmerling* comm. de locis nonnullis in Tac. Germ. Lips. 1808. 8. — I. H. M. *Ernesti* Tacitus von Deutschlands Lage, Sitten und Völkern, mit Anm. und 3 Anhängen, Nürnb. 1791. — I. H. M. *Ernesti II.* Versuch eines geograph. hist. Wörterbuchs, vorn. z. Gebr. des Tacitus, Nürnb. 1792. — *Ernesti III.* notitia Hermundurorum, (Longolii diss. XLIX.) Norimb. 1793. — Franz *Fiedler* Geschichten und Alterthümer des unteren Germaniens, Essen 1824. I. B. — Fr. Chr. Jon. *Fischer* Gesch. des teutschen Handels, Hann. 1791. IV. T. — Car. *du Fresne,* Dom. du *Cange* Glossarium ad scriptores med. et inf. latinitatis, Bas. 1762. — *Fulda* von den Gottheiten der alten Deutschen. (S. Meusel I, 76—120.) — C. F. *Fulda II.* natürl. Gesch. der Deutschen und der menschl. Natur, ein Commentar zu Tacitus Germania, herausgegeben von D. F. Gräter. Nürnb. u. Altd. 1795. 8. — Ferd. v. *Fürstenberg* Monumenta Paderbornensia, Amst. 1672. Norimb. 1713. 4. — Car. Wilh. *Gaertner* Saxonum leges notis illustratae, Lips. 1730. 4. — v. *Gagern* Nationalgeschichte der Deutschen, Frkf. 1825. 8. I. T. (ed. I. Wien 1815. 4. I. T.) — I. Chr. *Gatterer* Einl. in die synchron. Universalhist. Gött. 1771. — Ge. Chr. *Gebauer* Vestigia iuris Germanici antiquissima in Taciti Germania obvia, sive Diss. XXII. Goett. 1766. 8. — *Georgisch* corpus iur. German. antiqui, Hal. 1738. 4. — Io. Wern. *Gericken* Schottelius illustratus et continuatus, sive Spicilegium ad Justi Ge. Schottelii Tractatum de singularibus et antiquis in Germania iuribus et observatis, Lips. 1718. 8. — *Graeter:* Idunna und Hermode, Bresl. 1812. f. — *Gregorius* Turonensis: (qui vixit a. 544—595.) Historiae Francorum Libri X. per Theod. Ruinartum, Par. 1561. 1699. f. et in du Chesne hist. Franc. T. I. in Bouquetii Script. rer. Gall. et Franc. T. II. — Iac. *Grimm* deutsche Rechtsalterthümer, Goett. 1828. — Hugo *Grotius:* historia Gotthorum, Vandalorum et Langobardorum, Amst. 1655. 8. — Chr. Ulr. *Grupen* Origines Germaniae, oder das älteste Teutschland unter den Römern, Franken und Sachsen, Lemgo 1764—1792. 4. III. T. — *Grupen II.* teutsche Alterthümer zur Erläut. des sächs. und schwäb. Land- und Lehnrechts, Hann. 1746. — *Grupen III.* observatt. rerum et antiquit. German. et Romanorum; Anmerkungen aus den teutschen und röm. Rechten und Alterth., Halle 1763. 4. — *Guthrie:* Allgemeine Weltgeschichte, ausgefertigt von Wilh. Guthrie, I. Gray u. A. Leipz. 1765—1799. Alte Geschichte von C. G. *Heyne* I—IV. B. Geschichte der Gallier von I. Dan. *Ritter* III. B. V. Th. Teutsche Reichsgeschichte von Chr. Gottl. *Heinrich* IX Th. 1—9 B. Geschichte von Teutschland von Car. Ren. *Hausen* IX Th. — Frid. von der *Hagen* Irmin, seine Säule, seine Strasse und sein Wagen, Bresl. 1817. — C. G. *Haltaus* Glossarium Germanicum medii aevi, Lips. 1758. — Chr. Ern. *Hanßelmann* Beweis, wie weit der Römer Macht in die Ostfränkischen Lande eingedrungen, nebst e. hist. Beschr. d. teutschen Völker, Schwäb. Halle 1768. 1773. II. T. Dess. Fortsetzung des Beweises u. s. w. Halle 1775. — H. L. *Hartmann* obss. in Tac. Germ. Progr. I. II. III. Guben. 1802—1809. 4. — Ph.

Lud. v. *Haus* Alterthümerkunde von Germanien, Mainz 1791. 1792. II.B. — *Hausen*, v. Guthrie. — D. H. *Hegewisch* allg. Uebersicht der deutschen Kulturgeschichte, Hamb. 1788. — Fr. *Heidekamp* obss. in Tac. Germ. progr. Lingae 1823. 4. — Io. Gottl. *Heineccius:* Antiquitates Germanicae, iuris prudentiam patriam illustrantes, Hafn. et Lips. 1772. III. T. — *Heineccius II.* corpus iuris Germ. antiqui, ed. P. Georgisch Hal. 1738. — C. G. *Heinrich*, v. *Guthrie.* — Aug. v. *Hennings* die Deutschen, dargestellt in der frühesten Vorzeit, Altona 1819. — I. F. *Herel* über einige Stellen in Taciti Germania Erf. 1796. 4. — Io. Nic. *Hertius:* Notitia veteris Germaniae populorum, Gies. 1709. — *Hertius II.* commentationum atque opusculorum de selectis ex iurisprud., hist. et geograph. antiquae Germaniae argumentis Vol. II. ed. Io. Iac. Hombergk Frft. 1737. 4. — *Heyne*, v. *Guthrie.* — *Hüet* Gesch. der Handlung und Schiffahrt der Alten, aus d. Franz., Frft. 1763. — Bernh. Fr. *Hummel* Bibliothek der teutschen Alterthümer, Nürnb. 1787. Zusätze 1791. — *Hummel II.* von der Geschichtkunde der alten Deutschen, Altd. 1767. — *Hummel III.* Bibliotheca librorum rarorum rariorumque, Norimb. 1776. T. III. — *Hummel IV.* Handbuch der alten Erdbeschr. Nürnb. 1785. I B. — *Iacobs* u. *Döring* Lat. Elementarbuch III, 2. Iena 1810. p. 333—350. — *Jornandes* (propr. *Iordanes*, qui vixit Saec. VI. regnante Iustiniano) de Getarum sive Gothorum origine et rebus gestis, et Chronicon de regnorum et temporum successione, Lugd. Bat. 1618. et in Muratori Script. rer. Ital. T. I. — Io. Ge. *Keyssler* Antiquit. selectae septentrionales et Celticae; subi. Diss. de mulieribus fatidicis veterum Celtarum, Hanov. 1720. — *Leges Alemannorum, Angliorum, Baiuvariorum, Burgundionum, Gothlandorum, Longobardorum, Visigothorum et Werinorum*, vid. *Boucquet*, *Lindenbrogius*, *Georgisch*, *Muratori* et *Schildener.* — *Leges Salicae Francorum et Ripuariorum*, vid. *Baluzius* et *Eccard.* — *Leges Saxonum*, vid. *Gaertner.* — Godofr. Guil. *Leibnitius:* Scriptores rerum Brunsvic., Hanov. 1707 sq. III. T. — *Leibnitius II.* Accessiones historicae, Lips. 1698. II. T. — Fr. *Lindenbrogius:* Codex legum antiquarum, Frft. 1613. f. — *Lindenbrogius II.* Scriptores rer. German. Hamb. 1710. f. — Paul. Dan. *Longolius:* Taciti de situ, mor. et pop. Germ. libellus, ed. a Jo. Kappio Lips. 1788. — *Longolius II.* Diss. XLIX. de Hermunduris, Hof. 1754 sq., coll. a I. H. M. Ernestio in Notitia Hermundurorum, Norimb. 1793. — H. *Luden* Gesch. d. deutschen Volks T. I. et sq. Goth. 1825 sq. — Io. Chr. *Majer* Germaniens Urverfassung, Hamb. 1798. — Conr. *Mannert* Geographie der Griechen und Römer, ed. 2. et 3. — *Mannert II.* Gesch. der Wandalen, Leipz. 1785. — I. I. *Mascov* Gesch. der Teutschen, Leipz. 1750. II. T. — Henr. *Meibomius:* Scriptores rerum Germanic. Helmst. 1688. f. IV. Vol. — C. A. *Menzel* Gesch. d. Deutschen, Bresl. 1815—1821. VII. T. — *Meusel* Geschichtforscher, Halle 1775. f. — A. B. *Minola* Beiträge zur Uebersicht der römisch-deutschen Geschichte, Cöln 1818. — Iustus *Moeser* Osnabrückische Geschichte Berl. 1819. II. Th. III. Aufl. — Fr. I. *Mone* Gesch. des Heidenthums im nördlichen Europa Darmst. 1822. 1824. 8. II. Th. — Lodovico Antonio *Muratori:* (mort. a. 1750.) rerum Italicarum Scriptores, Paris. 1723—1751. f. XXV. Vol. — Die *Nibelungen* herausgeg. von Fr. Heinr. von der Hagen Berl. 1810. Bresl. 1816. von Zeune 1815. von F. R. Hermann Leipz. 1819. — I. Casp. *Orellii* symbolae crit. et philol. in Taciti Germ. Turici 1819. 4. — *Paulus Diaconus*, vid. *Warnefridus.* — Sim. *Pelloutier* hist. des Celtes Hag. 1740. 1750. nouv. ed. par Mr. de Chiniac Par. 1770. 1771. IV. T. 8. VIII. T. 12. übers. von Purmann Frf. 1777—1784. — I. Car. Fr. *Petersen:* der Kirchsprengel Weitmar, oder über die Gegend, wo Hermann den Varus schlug, Essen 1823. — I. C. *Pfister* Gesch. d. Teutschen I. B. Hamb. 1829. — Io. *Potgiesser* de servorum

statu apud Germanos, Lemg. 1736. — Aug. Gottl. *Preuschen* Denkm. von alten phys. und polit. Revolutionen in Deutschland, Frft. 1787. — *Procopius:* (praef. urbi Constant. Saec. VI. regnante Iustiniano) de bello Gothico libri IV. de bello Vandal. lib. II. ed. ab Hoeschelio Aug. Vindel. 1607. gr. et lat. in Script. Byzant. corpore Ven. 1729. T. I. lat. in Muratori Script. rer. Ital. et in Andr. Schotti Hisp. illustrata T. III. — Chr. Gottl. *Reichard* Germanien unter den Römern, Nürnb. 1824. — *Ritter*, v. *Guthrie*. — Car. Aug. *Rogge* über das Gerichtswesen der Germanen, Halle 1820. — Fr. Car. *Rühs* Ausführl. Erläuterung der zehn ersten Kapitel der Schrift des Tacitus über Deutschland, Berl. 1821. — Chr. Fr. *Sattler* allg. Gesch. Würtembergs, Frft. 1764. 4. — *Saxo Grammaticus:* (Saec. XII.) Historia Danica (ab a. 1037—1186.) ed. a Steph. Jo. Stephanio Sorae 1645 f. — Sim. *Schardius:* rer. Germ. Scriptores Bas. 1674 f. IV. T. — El. *Schedius:* Syngramm. IV. de diis Germanis, c. n. Iarkii Amst. 1648. Hal. 1728. — *Scheidius*, v. *Eccard. IV.* — I. G. *Scherz* Glossar. German. Wirceb. 1781. — Io. *Schilterus:* Thes. Antiquit. Teuton. Ulm. 1727. 1728. III. T. f. — Frid. *Schlegel* Vorles. über die neuere Gesch. Wien 1811. — Aug. Lud. *Schlözer* allg. Nordische Geschichte Goett. 1772. in Hall. allg. Welthistorie XXXI. Th. — Mich. Ign. *Schmidt* Geschichte der Deutschen Ulm 1778—1797. XII. T. — I. D. *Schoepflin* Alsatia illustrata, Colmar 1751. f. II. T. — *Schottelius*, v. *Gericken*. — Gottfr. *Schütse* Schutzschriften für die alten Deutschen und Nordischen Völker Leipz. 1773. 1776. II Th. — *Schütze II.* Lobschrift auf die Weiber der alten deutschen und nord. Völker, Hamb. 1776. — Adr. *Scrieckius:* originum rerumque Celticarum libri. Ypris 1614. — Jac. Car. *Spener:* notitia Germaniae ant. et mediae, Hal. 1717. 4. — I. H. *Steffens* Gesch. d. alten Bewohner Teutschlands, Zelle 1752. — *Steger* Griech. Monumente im ältesten Germanien, in d. Teutschen Monatsschrift 1793. — Io. *Strauchii* diss. ad Tac. Germ. Francof. 1683. 8. — B. G. *Struvii* Corpus hist. Germ. Jen. 1753. — Pet. Fr. *Suhm* Geschichte Dänemarks, Norwegens, Schleswigs und Holsteins, aus d. Dän. übers. von H. Amberg, Hamb. 1816. — Andr. Beni. *Textorii* diss. de origine Germanorum apud Tacitum Lond. Goth. 1796. 4. — Fr. *Thiersch* obss. in Tac. Germ. in Actis philol. Monac. T. III. Fasc. 3. p. 459 sq. (ubi etiam varietas lectionis ex edit. princ. enotata est). — Franz Niclas *Titze* Vorgeschichte der Teutschen, Prag 1820. — Fr. Aug. *Ukert* Geographie der Griechen und Römer, Weim. 1816. 1821. II. T. — Io. Ge. *Wachteri* Glossarium Germanicum, Lips. 1717. 1737 seq. — *Paulus Warnefridus Diaconus* (Warnefried, Winfried, Aquileiae natus, Longobardus, qui Caroli M. temporibus vixit) de gestis Longobardorum, Lugd. Bat. 1618. in Freheri Corpore hist. Francicae et in Muratori Script. rer. Ital. T. I. — *Wedel* (Freiherr von Wedel-Iarlsberg) Abhandlung über die ältere Scandin. Geschichte von den Cimbern und den Scandin. Gothen, Copenh. 1781. — *Welker:* (ni fallor) Recension von Passow's Ausg. der Germania des Tacitus in Goett. Gel. Anz. 1818. 162. St. S. 1610 f. — Hülfr. Bernh. *Wenck* Hessische Landesgeschichte, Darmst. 1783. Frkf. 1789. 4. III. T. — Aug. von *Wersebe* über die Völker und Völker-Bündnisse des alten Teutschlands, Hannov. 1826. 4. — St. *Wiesand* iurist. Handbuch der deutschen Rechte, Hildb. 1762. — Aug. Ben. *Wilhelm:* Germanien und seine Bewohner, Weim. 1823. — Dav. *Wilkins* leges Anglo-Saxonicae eccles. et civiles, Lond. 1721. f. — *Wittekind*, (Widukind, Witikind, Witichind, Witechind, Wittichind, Widikind, Wittikind, Saxo, monachus et monasterio Corbeiensi praefectus in Saec. X.) de rebus Saxonum gestis Annales, s. de Henrici Aucupis et Ottonis I. Imp. reb. gestis lib. III. ed. Bas. 1532. a Rein. Reineccio, Frf. 1577. ab Henr. Meibom. Frf. 1621. in eiusd. Script. rer.

Germ. T. I. in Leibnitii Script. rer. Brunsuic. et in Hervagii Script. rer. German. — J. G. *Zimmermanni* obss. in Tac. Germ. Darmst. 1807. 8.

CAPUT I.

Germania omnis a Gallis Raetisque et Pannoniis Rheno et Danubio fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur. Cetera Oceanus ambit, latos sinus et insularum immensa spatia complectens, nuper cognitis quibusdam gentibus ac regibus, quos bellum aperuit. Rhenus, Raeticarum Alpium inaccesso ac praecipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem versus septentrionali Oceano miscetur. Danubius, molli et clementer edito montis Abnobae iugo effusus, plures populos adit, donec in Ponticum mare sex meatibus erumpat; septimum enim os paludibus hauritur.

ANNOTATIO PERPETUA.

1. *Germania omnis*, tota, universa; sed *Germania* h. l. est propria, ad dextram Rheni sita et in Romanorum ditionem nondum redacta, qualis fuit temporibus Taciti. Sic ap. Caes. b. G. 1, 1. *Gallia omnis* est propria et Transalpina, cui opponitur Cisalpina, Rom. provincia; *Becker*. Haec *Germania* Romanis olim dicta est *magna, libera, barbara* et *Transrhenana*, quemadmodum pars Galliarum s. Gallia Belgica *Germania Cisrhenana*, in sinistra Rheni ripa ad Scaldim usque protenta (Plin. 4, 31.) et a populis quibusdam Germanorum, Rhenum transgressis vel ab Agrippa Tiberioque traductis, occupata, cuius duae erant partes, totidem legatis s. praefectis inde ab Augusti temporibus subditae et limitibus superioris Rhingaviae separatae: (*Ober-Rheingau, Ob-Rhin-Gaw*, ex qua Ptol. 2, 9. *Obringam* fluvium effinxit, nisi Ὀβρίγγας superior potius Rhenus est, Aar; v. Barth. §. 494. et Wilhelm. p. 61. 104.) *Germania superior* seu *prima*, Rheno eiusque fontibus propior atque a Bingio ad et ultra Argentoratum porrecta, et *Germania inferior* (prope ostia Rheni) sive *secunda*, continens Belgium olim Austriacum, Iuliacum et Coloniam usque ad Bingium Oceanumve Britannicum. v. Plin. 4, 17. Dio 53, 12. Mannert. T. II. p. 206 seq. Wilhelm. p. 103. 104. *Germania omnis* ad occidentem *a Gallis separatur Rheno*, (de quo inter omnes convenit) ad meridiem *a Raetis et Pannoniis Danubio*, ad orientem *a Sarmatis mutuo metu*, *a Dacis* vero *montibus* in confiniis, Carpatibus aut Bohemicis. Horum loco Vistulam rectius fluvium, a quo dicta *Germania Transvistulana*, substituere Ptol. et Agathemerus: sed Tacitus vix aliquam orientalium Germaniae partium notitiam habuisse aut, ut Plin. 4, 27., sinistram Vistulae ripam Sarmatis tribuisse videtur. De finibus et ambitu veteris Germaniae v. Plin. 4, 28. 37, 3. Bredov. p. 64—90. Mannert. et Wilhelm. De structura verborum *Passovius* ad h. l. et ad cap. 46 extr. haec annotavit: „Ubi noster hunc copularum concursum admittit, plerumque enclitica tota enuntiationis membra coniungit, altera copula duo vocabula arctius inter se quam cum praecedentibus connectenda, ut cap. 1. 3. 7 bis, 28. 34. Praeterea *que-et* usurpatur pro *et-et* A. 4, 34. 12, 37. 51. 60. at saepius a Livio. v. Drak. ad Liv. 10, 30. et Corte ad Sall. Iug. 6. Rarissime tria vocabula in eodem casu iuxta posita ita coniunguntur, ut c. 15. et 46 init.“ Tacitus non modo *que-et* ponit pro *et-et*, (Gr. τε καί) ut *fossamque et vallum* A. 4, 34. *regnumque et domum suam* A. 14, 31. sed etiam *que-que*, ut *seque regnumque* A. 2, 3. et *que-atque*, ut *opibusque atque honoribus* A. 4, 34. Idem tria Substantiva saepius iungit per *que*-

et-et, vel *et-que-ac*, *que-ac-et* pro *et-et-et*, ut A. 1, 4. 2, 57. 4, 3. 13. 12, 37. H. 3, 26. Agr. 18. 41. nec non quatuor, ut *Medisque et Persis et Bactriano ac Scythia* Ann. 2, 60. Non raro tamen Substantiva sine copulis iunguntur. v. Ind. III. v. *Asyndeta.* — *Raetia* olim vel *propria* fuit, in Alpibus Raeticis, (v. ad H. 1, 61, 2.) et Lici, Aeni Athesisque vallibus, a fontibus Rheni ad lacum Brigantinum, Noricum et Alpes tam Iulias quam Trident. porrecta, comitatus Tyrolensis usque ad Aenum, Tridentum, Brixia et Graubundia; vel *provincia*, in provinciae Rom. formam redacta a. U. 739. a Druso Tiberioque fratribus sub auspiciis Augusti, (v. cap. 41. Dio 54, 22. Strab. IV. p. 315. Suet. Aug. 21. et Tib. 9. Vellei. 2, 39. 95. Hor. Od. 4, 1. 4. 14.) Raetiam propriam et Vindeliciam, (a Vindo et Lico fluviis sic dictam, partes Sueviae et Bavariae a lacu Brigantino usque ad Batava castra s. Passaviam, ubi Aenus in Danubium effunditur) nec non h. l. Noricum (omnem terrarum tractum a Passavia ad Vindobonam, archiepiscop. Salisburgensem magnamque partem Austriae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae) comprehendens; unde *Raetos* Tacitus H. 3, 5. dixit pro *Vindelicis*, (nam Aenus proprie Vindeliciam Noricumque interfluit) et Augustam Vindelicorum G. 41. *Raetiae coloniam.* Cf. v. Wersebe p. 265 sq. Nova demum provinciarum divisione instituta ab Hadriano aut Diocletiano aut Constantino, Raetia et Vindelicia vocatae sunt *Raetiae*, et illa *Raetia prima*, haec *R. secunda.* Hanc ob causam et quia mox populorum leguntur nomina, male h. l. scripserunt *Galliis Rhaetiisque* MS. Arund. Lipsius et Pich., pessime *Gallis Rhaetiisque* alii codd. mss. (Tur. *rhetiisque*, sed inf. *Reticarum*, Stuttg. *reciisque*) et ed. pr. (in qua *Rhetiae* c. 41. sed plerumque *Rethia*, *Rethi*) Put. Nor. Rom. Pogg. Mon. Rhen. 1. ut c. 3. Nam una tantum Raetia Taciti tempore Romanis innotuerat; *Günth.* coll. H. 1, 11. 2, 98. 3, 5. 15. G. 41. Ptol. 2, 12. *Galliis Rhetisque* ed. Par. sed *rheticarum* infra hoc cap. *retieque* c. 3. et *Retiae* c. 41. *Gallis Rethisque* ed. Vien. In cap. 41. *Rhetiae* Rhen. 1. 2. 3. at bene *Raetiae* Nor. Vien. *Gallis* etiam Vatt. Rectius *Gallis Rhaetisque* ed. Vien. Ern. Oberl. al. Vera autem, opinor, scriptura est *Raetisque*, et secutus sum Wolf. qui ad Tac. Ann. 1, 44. haec annotavit: „*Raetiam* cum Brot. posui ubique. Ita lapides plurimi et optimi. *Rhenus* obvertitur, scio. Verum in talibus non Germanica origo, sed Romanorum consuetudo spectanda.“ Sic et *Raeti* et *Raiti* in lapid. v. ad c. 41. n. 4. Drak. ad Liv. 5, 33. Cellar. p. 421. Fea ad Hor. od. 4, 4, 17. Barth. T. I. p. 405. 426. Grotef. Gram. T. II. p. 200. Schneider Gram. I, 1. p. 213. *Raetiisque* h. l. MSS. Vat. 1518 et 4498. Originem vocis a duce quodam coloniae Tuscorum deducunt Plin. 3, 20. et Iustin. 20, 5. sed Barth. T. I. p. 189. Scherz. et alii rectius a Germ. *reisen*, *riesen*, sursum tendere, unde *Riess*, *Riet*, *Rait*, mons, *Riesen-Gebirg.* Primae saltem Raetorum Alpinarumque gentium sedes in montanis regionibus quaerendae, non in Etruria, quod Livius 5, 33. Plinius aliique putabant. Cf. Niebuhr Röm. Gesch. I, 70 sq. — *Pannonia*, prima et secunda, a Cetio monte, (*Kalenberg*) quo separatur a Norico, ad Aenonam locumque, ubi Tibiscus (*Teis s. Theis*) in Danubium illabitur, Ungaria occidentalis, Slavonia et magna pars Austriae inferioris, Moraviae, Stiriae, Carniolae, Croatiae et Bosniae ad Savum. v. ad Ann. 1, 16, 1. Mannert. III, 590. IV, 612. Barth. I, 112. 113. 416. „De etymol. nominis v. Casaub. ad Suet. Aug. 21.“ *Hess.* — *Sarmatae* Europaei, Slavi recentioris aevi, Romanis parum noti, a Vistula ad Tanaim et Wolgam incoluisse creduntur Poloniam, Lithuaniam, Prussiam orientalem, Curoniam, Livoniam, Moscoviam, Tatariam min. et Chersonesum Tauricam. — *Daci* inter Danubium et Carpates, circa Tibiscum et Marisum fluvios, (*Teis u. Marosch*) in Hungaria superiore, Transsylvania, Mol-

davia, Walachia et Bessarabia. — *mutuo metu*, qui inter aeque potentes pro termino et repagulo, (optimo custode limitum; *Graev.*) unde Thucyd. 3, 11. bene et apposite *τὸ δὲ ἀντίπαλον δέος, μόνον πιστὸν ἐς ξυμμαχίαν*, *Lips.* Hic *metus* effecisse videtur, ut, vitata vicinitate, interiectus terrae tractus relinqueretur incultus aut vastaretur: (v. ad cap. 29. n. 9.) omnia certe loca in Bohemiae Lusatiaeque finibus Germanica tantum nomina habent, quod argumento est, ea seriori demum aevo a Germanis fuisse exstructa. Ita Anton. p. 66. *mutuo victu* cod. Bamb. Verbum *separari* melius *montibus* convenit, quam *mutuo metui.* v. ad A. 2, 20, 2. et Ind. III. v. *Syllepsis.*

2. *Cetera* sc. Germaniae loca, ad orientem septentrionemque spectantia, ceteram Germaniae partem, inpr. Germaniam transmarinam, Romanis parum nec fere nisi ex Pytheae itinerario et navigatione classis Tiberianae (v. not. 3.) notam, *Oceanus ambit.* Graeci enim et Romani putabant, in Europa Germaniaque septentrionali non terram continentem, sed insulas tantum reperiri. *Oceanus* plerumque et universe est mare septentrionale s. Atlanticum, cuius duae sunt partes, mare Germanicum, (*Nordsee*) et mare Balticum, (v. ad c. 45. n. 11.) quod *Suevicum* c. 45. *Oceanus* c. 40. 43. 45. nobis *Ostsee* dicitur. Hae partes iunguntur sinu Codano (*Cattegat, Katzenloch*) et tribus fretis, Danico s. Oresundico (*Sund*) et Balticis, (*Belte*) maiori et minori; iisque addenda tertia, *aliud mare* c. 45. pr. glaciale, *Eismeer, weisses Meer.* Extremae huius Oceani partes versus septentrionem Graecis Romanisque haud innotuerant; unde *ignotum mare* cap. 2. 17. et *Oceanus exterior* c. 17. ut *internum mare* mediterraneum. *Ceteram* ed. Mon. — *complectens latos sinus maris*, (Buchten) Codanum, Bothnicum, Finnicum, Limicum, Livonicum, Rigensem, Cylipenum, nec non sinus ad ostia Mosae, Rheni, Amisiae, Visurgis, Albis, et *insularum* paeninsularumque *immensa spatia*, Britanniam, Hiberniam, Scandinaviam, Daniam, Sueciam, Finniam, Norvegiam aliasque minores ad ostia Rheni, Amisiae et Albis sitas, (Borcum, cui Iuist et syrtes Bandt et Büse adhaerebant, Helgoland, Nordstrand cet.) quae olim maiores aut erant aut credebantur. Ita Dithmar. Longol. Bred. et alii. *Passovius* autem haec annotavit: „*Sinus* cave accipias de mari, quod *efficit* sinum, ut ap. Plin. 9, 2. et *complectitur* neque se ipsum, neque sui ipsius partes, sed terras, paeninsulas, insulas. *Sinus* omne id quod curvaturam facit. v. Serv. ad Virg. Aen. 11, 626. Quum vero curvaturae et linearum et planitiarum duorum sint generum, deflexae et inflexae, acclives et depressae, non multifarius tantum, sed et contrarius hinc exsistit vocabuli nostri usus. Ac de montibus quidem et collibus nunquam adhibitum esse videtur; sed tanto frequentius de vallibus, locis depressis et interioribus terrae partibus, ut *gremium, κόλποι, λαγόνες, κενεῶνες γῆς*, de litoribus introrsum recedentibus, de quovis loco a limitibus remotiori et omnino de recessubus terrarum, sacris praecipue, montanis et saltuosis, ut *κόλποι, μυχοί, πτυχαί, θαλάμοι, γύαλα.* Dicuntur etiam *sinus* anguli illi terrarum, qui, remotissimi a cultioribus habitatisque partibus, in alienas et aditu difficiles regiones extenduntur aut in ipsum mare prominent, ut Virg. Ge. 2, 123. Horat. Epod. 1, 13. Sen. Hippol. 568. Val. Fl. 5, 155. Hinc et inf. cap. 29. *sinus imperii*, extrema eius pars et quasi lacinia, cap. 37. pr. *eundem Germaniae sinum*, extremam illam maris septentrionalis oram, partem Germaniae extremam, inde a cap. 29. ad 37. descriptam, quam paulo ante c. 35 pr. *ingentem flexum* dixerat, Agr. 30. *nos, terrarum ac libertatis extremos, recessus ipse ac sinus famae defendit.* Adhaeret his secundaria significatio ultimi refugii, quod aut in imis terrae latebris et munimentis quaerendum est, (H. 3, 38. *in sinu et urbe*, de extremo periculo) aut in extremis

desertissimisque regionibus. Itaque Tacitus h. l. de eodem quo cap. 29. et 37. *sinu* loquitur, recteque sibi finxerat hanc Germaniae oram septentrionem versus magno flexu in Oceanum recedentem. Unum tantum in his assentientem habeo, sed Schloezerum p. 141." Similiter Mela 3, 4. de mari Baltico: *Acre mare, quod gremio litorum accipitur, nusquam late patet, — curvansque se subinde longo supercilio inflexum est.* Cf. ad cap. 29. n. 11. Refragantur Rühs. p. 69. Dilth. p. 35. 36. et Hess. quia plures h. l. et *lati sinus* designentur verbumque *complecti* latiori sensu accipi possit; Becker, quia Tacitus Scandinaviam fecerit partem Germaniae et haec dixerit pro *latos sinus efficiens et ins. l. sp. complectens,* (Zeugma) et Günther, qui haec annotavit: „Non video, cur *Oceanus* interiores suas partes, vel maiores, ut ipsum mare Germanicum et mare Balticum cum sinu Codano, vel minores, Mosae, Rheni, Amisiae, Visurgis, Albis, *complecti* non possit. Insuper tenendum, propter verba *cetera Oceanus ambit,* sequentia *latos - complectens* magis ad augendam Oceani vastitatem, quam ad solam ipsam Germaniam spectare."

3. *nuper cognitis quibusdam gentibus ac regibus* harum insularum, *quos bellum aperuit,* (ut al. *patefacere*) notos nobis reddidit, ut H. 2, 78 extr. 4, 29. Agr. 22 pr. Liv. 3, 15. „Sic et ἀνοιγνύναι ap. Soph. Oed. Col. 515. Eurip. Ion. 1563. et plenius Med. 668. Cf. Burm. ad Lucan. 1, 465. et Burm. Sec. ad Anthol. lat. 2, 88. T. I. p. 233 seq." *Pass.* „*nuper cognitis — regibus;* ex poetarum et oratorum more, quem Tacitus sequi solet. Ante *nuper* supplendum *ut patet, ut compertum est;* et *nuper,* ut ex relatione dictum, minus definitum: recentioribus temporibus, nostra memoria." *Günth.* Cf. ad H. 4, 17, 3. *Bellum* non unum: prae ceteris tamen significari videtur gestum non a Caesare, (Suet. Caes. 35.) ab Agricola in Britannia, a Plautio Aeliano, (de quo v. ad H. 4, 53, 7.) a Domitiano adversus Chattos, Suevos et Sarmatas, neque a Druso Germanico, Tiberii fratre, qui quatuor in Germaniam expeditiones fecit et, fossa Drusina Rhenum inter et Isalam ducta, primus quidem ducum Rom. septentrionalem Oceanum navigavit, sed non longius processit quam ad Albim et ostium Amisiae in Chaucis, (v. A. 2, 8. 4, 72. 12, 29. 13, 53. ad G. 37. n. 16. Strab. VII. p. 291. Liv. epit. CXL. Dio 54, 32. 33. 36. 55, 1. Suet. Claud. 1. Plin. 4, 13. s. 27. 11, 18. Flor. 4, 12. Albinov. eleg. in mort. Drusi Ner., Monum. Plautii Silvani Aeliani ap. Gruter. p. 453. Reichard. p. 318 seq. v. Wers. p. 7—9. Mannert. III, 61. al. 47 seq. Barth. T. I. p. 447—461. Wilhelm. et Fiedler) aut a Germanico, Drusi filio, qui p. Chr. n. 14—16. quatuor in Germaniam factis expeditionibus, ulterius videtur processisse et naufragium fecit in agris Frisiorum; (v. Ann. 1, 49—52. 1, 55—59. 1, 60—71. 2, 5—26. 41—46. Dio 57, 18. Strab. VII pr. Pedonis Albinov. carmen in Sen. Suas. I. Burm. Anthol. lat. 2, 287. et Wernsdorf. poet. lat. min. IV, 229. Schloezer p. 138. Fr. Hoffmann. de exped. German. p. 14. 17. 19. Mannert. III. p. 73—92. Barth. T. I. p. 558 seq. Wilhelm. et Fiedler.) sed a L. Domitio Ahenobarbo s. Aenobarbo, qui exercitum traiecit Albim longiusque penetravit in Germaniam, quam priorum quisquam, et a Tiberio, cuius classis tum in Albim provecta, tum in Oceano septentr. Germaniam ad Cimbrorum promont. Scythiamque circumvecta est et mare glaciale ingressa. De illa expeditione Domitii v. Tac. A. 1, 63. 4, 44. Suet. Ner. 4. Ioecher de L. Domitii Ahenob. exped. in Germ. trans Albim Lips. 1748. Barth. I. p. 473. inpr. Dio 55, 1. (Fragm. a Iac. Morellio edita Bassani 1798. p. 32.) Reichard. p. 323 seq. Wilhelm. p. 193. 194. v. Wersebe p. 16. 17. De rebus a Tiberio in Germania gestis v. A. 2, 26. 47. 12, 39. Dio 55, 6. 8. 28. 56, 25. Plin. 2, 67. Suet. Aug. 21. et Tib. 9. 17. 18. 20. Vellei. 2, 97. 104—110. 120. Monum. Ancyr. tab. II. a dextra pr. (*Classis Rom. ab ostio Rheni ad solis*

regionem usque ad orbis extrema navigavit, quo neque ter- usquam Romanorum ante id tempus adiit.) Barth. I. p. 476 seq. Mannert. III. p. 58 seq. Ad hanc Tiberii expe- novem ille in Germaniam suscepit, de quibus v. A. 2, 2 18. Barth. Wilhelm. et Fiedler.) non modo Tacitum h. l. s 4, 13. s. 27. respexisse putant Ruhnken. ad Vellei. l. l. Wolf. ad monum. Ancyr. et Passov. ad h. l. Plinius ibi tradi- Romanorum armis fuisse cognitas, in his Burchanam, Strab. et Steph. Byz. hodie forsan Borcum circa Amisiae ariam et Actaniam. Hanc tamen expeditionem Strabo 7, Tacitus G. 34. Druso Germanico tribuit, ad quem et , Suet. et Monum. Ancyr. referri possunt, non ille Vellei eram Tiberio assignari, quod ad Drusum spectet, contende- Cf. ad Tac. G. 34. n. 9. et ad c. 37. n. 16. Ceterum in ali- Vilhelm. p. 343. qui suspicatur, mercatores, succinum petituro- um classibus fuisse repulsos et ab his Tacitum accepisse, quae moribus horum aliorumque populorum tradiderit.

4. Rhenus et Danubius maximi Germaniae fluvii, qui pluri- es terminant; unde Tacitus eos quoque sequitur in recensu- a. v. cap. 41 pr. Mireris tamen, eum in hoc libello non nisi oeni et levem Albis, (v. ad c. 28. n. 5. et ad c. 41. n. 8.) nul- Vistulae eorumque fluviorum, qui in Annalibus et Historiis n- tur, Visurgis, Aeni, Amisiae, Luppiae, Mosae, Mosellae, Mari- mentionem fecisse. *Rhenus* multis sic dictus videtur a voc. *Rei* termino sc. Germaniae, aliis a ῥεῖν, ῥαίνειν, Germ. *rinnen*, Ar- ut significetur fluvius, quemadmodum *Danubius* (al. *Danuvius*, v. Hard. ad Plin. 4, 24. et Fea ad Horat. od. 4, 15, 21.; *Hess.*) Dan- s. Don- et *Dun-ubius*, sit fluvius superior, idemque, ubi versus ultra Vindobonam fluere coeperit, (*unde primum Illyric-* Plin. 4, 12. s. 24.) vocetur *Ister*, propr. *Dan-ister*, fluvius inf- orientalis. v. Adelung p. 329. 335. Barth. I. p. 107. 137. II. Wilhelm. p. 53—58. Alii putant, in lingua Celt. *Dan-ub* dici- montanum, (Bergstrom) *Abn-ob* (Abnoba) nigram silvam, et *I-* *Weser*, *Rhein*, *Rhone*, *Elbe* fluvium, aquam. v. Rühs p. 81. p. 45. et Seebodii bibl. crit. a. 1820. I. p. 83. — *Rhenus ortus* monte, (Strab. IV, 6, 6.) *vertice Raeticarum Alpium* (v. nota H. 1, 61, 2. Leponticarum ap. Caes. b. G. 4, 10.) *inaccesso*, raro ac difficulter accedunt homines, ac *praecipiti*, editiss- Barth. II. p. 24 seq. *in accesso* ed. pr. — *modico flexu* cet. Rhen- quam non longe a Constantia (*Costnitz*) e lacu Brigantino s. (*Bodensee*) emersit, cursum paulatim ab oriente in occidente- eumque ad Basileam usque retinet, donec Oceano septentr. m- quod iam annotavit Ammian. 15, 4, 1 seq. — *versus*, quod Mor- participium esse contendunt Longol. et Passov., qui distincti- c. Tur. et edd. nonnullis post *versus* positam deleverunt, qu- abest ab edd. Put. Nor. Pogg. Vien. al. Ita *in-versus* et *ad-* multis dictum censent Hess. et quos laudavit, Cort. ad Sall. Parei Lex. crit. p. 1283. Gernhard. ad Cic. de amic. c. 25. rectius, opinor, statuunt, in his dictionibus *versus* esse praep- vel potius adverbium, quod fortius exprimat, quo aliquis s. a- flectat, et respondeat Germ. *wärts*, hinc vero a scriptoribu- aetatis semper et iungatur praepositionibus *in* et *ad*, et ii- natur. v. Ern. ad h. l. (ubi tamen copulam post *ortus* adiicien- perperam monuit) et in clave Cic. Manut. ad Cic. ep. 8, 15. Liv. 38, 51. Ramshorn. Gram. p. 248. 249. Grotef. Gram. I

192. 198. 402. — *septentrionali Oceano miscetur* (ut *μίγνυσθαι*) pluribus brachiis ostiisque, de quibus v. ad Ann. 2, 6.

5. *Danubius effusus* non inaccesso et praecipiti vertice, ut Rhenus, sed *iugo clementer* (v. ad Ann. 12, 33.) *edito et molli*, synon. *Molle*, contractum ex *mobile*, proprie dicitur, ubi facile quis se movere potest, et sec. Non. Marc. 4, 301. *quod non arduum neque erectum est*, ut *vinea mollis et cedens* Plin. ep. 2, 17, 15.; *Dilth.* Sic et *mollis clivus* Virg. Ecl. 9, 8. Plin. 36, 14. et *collis molliter*, non alte; (nisi malis: sensim et commode) *assurgens* Colum. 2, 2, 1. ut *leniter editus* et *acclivis* Liv. 2, 50. Caes. b. G. 7, 19. — *Abnoba* pars septentr. Silvae Nigrae, ut australis *Marciana silva*. v. ad c. 42. n. 2. Lindenbr. ad Ammian. 21, 8, 2. Gibbon V, 257. Mannert. Germ. p. 512. Wilhelm. p. 30 — 32. Inde in Wetteraviam excurrit, (hod. *Alb*, *Alp*, *die rauhe Alp*) ex adverso Raurici, Gall. oppidi, (h. *Augst*) non longe a Basilea. Cf. Plin. 4, 12. s. 24. Ptol. 2, 11. Mel. 2, 1. Avieni descr. orbis v. 437. (*Abnoba mons Istro pater est, cadit Abnobae hiatu Flumen*) Barth. §. 416. Wilh. p. 32 — 35. 53 — 58. Reichard. p. 33 — 35. Mone Gesch. d. nord. Heidenth. T. II. p. 12. Radlof. de reb. Celt. p. 285. Wachteri et Schilteri Glossaria. Recentiori aevo fons Danubii inventus est in vico comitatus Baarensis Eschingen s. Doneschingen et quidem in ipsa arce seu sede Ducis a Fürstenberg, unde effusus mox recipit duos rivos, qui Brege s. Bregen et Briege s. Brigach dicuntur; vicus autem ille exstructus ad collem et fortasse radices Abnobae montis. v. Buchner vom Ursprung der Donau p. 29 sq. Spener p. 85 sq. Sattler 1, 140. 307. Barth. §. 431. Rühs p. 80. *Arbone* c. Tur. *Arbonae* Vat. 1518. 1862. in marg. et 4498. ed. pr. Put. Pogg. Rhag. Par. Vien. Rhen. 1. *Arnobe* c. Stuttg. et ed. Rom. *Arnobae* Vat. 1862. 2964. ed. pr. (teste Seeb.) Nor. Rhen. min. Passov. *Arnibae* c. Arund. *Auribae* MS. Bamb. *Abnobae* Rhen. 2. 3. Ern. Ob. et al. Apud Plin. 4, 12, 24. *Arnoba* c. Hard. et Dalec. primaeque edd. *Abnova* duo MSS. Rezzonici, *Abnoba* ed. Iunt. Lugd. 1561. Bened. 1507. Par. 1526. In MSS et edd. Ptol. 2, 11. *Ἀβνοβαῖα* et *Αὐνοβαῖα ὄρη*, *Ἄβνοβα* et *Αὔνοβα*. Scriptura *Abnobae* firmatur etymologia vocis (v. not. 4.) et in primis inscriptione tum duarum ararum, in ipsa Silva Nigra et Badavillae in iugo montis a. Chr. 1778. et 1784. repertarum, DIANAE ABNOBAE, (v. Gerberti abbatis hist. Silvae Nigrae T. III. St. Blas. 1783 — 8. I, 7. II, 243. et Preuschen.) tum lapidis in Silva Nigra Würtemb. a. 1825. effossi: ABNOBAE CANTONIUS SILO > LEG. I. ADIUTRICIS ET LEG. II ADIUTRICIS ET LEG. III AU ET LEG. IV F E ET LEG XI C R F ET LEG XXII P E D U S L L M. v. Seebode Neues Archiv für Philol. u. Paedag. a. 1826. T. I. p. 153. 154. Nomina Germanorum propria *vix est eloqui ore Romano* Mel. 2, 3. Hinc non recte scribebantur a Romanis magisque a librariis corrumpebantur. — *plures populos adit*, ad dextram ripam Vindelicos, Noricos, Pannonios, Illyrios, Moesos, ad sinistram Hermunduros, Nariscos, Marcomanos, Quados, Dacos, Moesos; *Hess.* *pluris* ed. Vien.

6. *donec in Ponticum mare*, Pontum Euxinum, *sex meatibus*, ostiis *στόμασι*, *erumpat*, tanto impetu et ex tantis ostiis, ut Plin. 4, 12. s. 24 dixerit, in XL millia pass. longitudinis vinci mare dulcemque intellig. haustum. Quinque ostia memorant Herodot. 4, 47. Ephorus ap. Strab VIII. p. 305. al. 469. Dionys. Perieg. v. 301. Claudian. b. Get. v. 337 (neque plura esse contendit Kleemann: Reise nach der Krimm) sex Plin. l. l. septem Strabo l. c. Ptol. 2, 11. Solin. c. 19. 22. Mela 2, 1 76. Valer. Fl. 8, 184 sq. Ammian. 22, 8, 44. 45. Ovid. et alii. „Septem ostia sunt: *στόμα ἱερὸν*, (sacrum s. Peucen, hod. Portizza) Naracium s. Inaracium, (hod. Georgiewsk) Boreum, (h. Suline) *ψιλόν*, Psilum s. Thiagole, (h. Kili Bogaz) anonymum, *καλόν* s. pulchrum, et Pseudo

stomum. Quatuor priora sunt insignia, duo postrema arena nunc repleta." *Hess.* Mela 2, 1. 7. dicit, sex insulas esse inter ostia Istri. Cf. Marsigli Danubius Pannonico-Mysicus Amst. 1727. VI. T. f. Mannert. III. p. 424. Rühs p. 79. Wilhelm. p. 53. 55. 56. Kruse de Istri ostiis P. I. p. 102. *erumpit* ed. pr. Put. Rhen. 1. et min. Pich. Ern. Ob. Pass. Dilth. Hess. Günth. *erumpat* MSS. Vat. omnes, Humm. et Stuttg. edd. Nor. Rom. Par. Vien. Rhen. 2. 3. Seeb. Walch. Latine hoc, sed contra usum Taciti; *Pass.* Saepius *donec* Coniunctivo quam Indicativo iungi a Tacito, et quidem Praesenti Ind. nusquam, Praeterito Ind. Ann. 2, 28. 4, 72. 13, 44. H. 1, 13. 72. 82. 2, 15. 61. 84. 4, 27. 50. 66. 77. 78. G. 37. 45. Agr. 26. 36. Imperf. Ind. H. 1, 9. 4, 12. Praesenti Coni. Ann. 2, 6. H. 2, 1. 4, 59. 65. 5, 6. G. 20. 31. 35. 40. Imperfecto Coni. Ann. 1, 32. 2, 34. 13, 33. H. 1, 13. 35. 44. 66. 79. 2, 8. 24. 49. 50. 54. 59. 60. 67. 3, 1. 9. Agr. 19. a Dronkio annotatum in Ephem. lit. Ien. a. 1825. p. 267. Cf. Grotef. Gram. T. I. §. 233. Krebs Gram. p. 322. Ramshorn. Gram. p. 574. et Weber Uebungsschule p. 138. qui docent, a scriptoribus aureae aetatis, non semper a Tacito, post *donec*, *dum* et *quoad* Indicativum poni de re praeterita iam facta, et de mox, saltem haud dubie, futura; Coniunctivum de re futura, sed tempore accuratius definito.

7. *septimum enim os*, ostium, *paludibus hauritur* dictum pro: paludibus enim hauritur septimum ostium, quod vulgo ei tribuitur, ut cuivis fere fluvio maiori, v. c. Nilo, cui Danubius ab Herodoto 2, 33. et 4, 47—50. comparatur; *Becker.*

CAPUT II.

Ipsos Germanos indigenas crediderim minimeque aliarum gentium adventibus et hospitiis mixtos, quia nec terra olim, sed classibus advehebantur, qui mutare sedes quaerebant, et immensus ultra, utque sic dixerim, adversus Oceanus raris ab orbe nostro navibus aditur. Quis porro, praeter periculum horridi et ignoti maris, Asia aut Africa aut Italia relicta, Germaniam peteret, informem terris, asperam coelo, tristem cultu aspectuque, nisi si patria sit?

Celebrant carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriae et annalium genus est, Tuisconem, deum Terra editum et filium Mannum, originem gentis conditoresque. Manno tres filios assignant, e quorum nominibus proximi Oceano Ingaevones, medii Herminones, ceteri Istaevones vocentur. Quidam, ut in licentia vetustatis, plures deo ortos pluresque gentis appellationes, Marsos, Gambrivios, Suevos, Vandalos affirmant, eaque vera et antiqua nomina. Ceterum Germaniae vocabulum recens et nuper additum, quoniam, qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, ut nunc Tungri, tunc Germani vocati sint. Ita nationis nomen, non gentis, evaluisse paulatim, ut omnes, primum a victore ob metum, mox a se ipsis, invento nomine, Germani vocarentur.

1. *Ipsos Germanos indigenas crediderim:* quod ad Germaniae populos incolasque attinet, eos *ind. crediderim.* cf. ad c. 8. n. 5. Ita *ipsi Britanni* Agr. 13. pr. ubi eodem modo Tacitus a descriptione terrae ad incolas transit; *Becker.* *indigenas* proprie *inde genitos* et eodem loco, ubi etiam nunc habitant, αὐθιγενεῖς, αὐτόχθονας, γηγενεῖς, Aborigines,

(Urbewohner) *minimeque aliarum gentium adventibus et hospitiis*, neque advenis, qui immigrassent, ut certas inter eos et perpetuas sedes figerent, neque hospitibus, qui in peregrinationibus ad eosdem delati hospitio excepti restitissent, unquam *mixtos*, et *nullis aliarum nationum connubiis infectos, sed propriam esse et sinceram et tantum sui similem gentem*, ut dicitur cap. 4. Cf. Horat. Sat. 1, 3, 99. Ovid. Met. 1, 78 sq. Aristot. de gener. anim. lib. 3. c. ult. *minime* ed. Par. *adventu* eadem ed. Par. et Walch. Sed *adventibus et hospitiis* h. l. sunt Abstracta pro Concretis, (v. Ind. III.) et Pluralis ad diversa simul tempora spectat. *mixtos* v. ad Agr. 4. n. 8. Eadem sententia, etsi aliis verbis expressa, novis argumentis et quidem physiologicis probatur cap. 4. ut h. l. historicis. Eam vero non minus falsam esse, quam somnia eorum, qui Germanorum originem ab Adamo, saltem *Gomero* eiusve filiis, Ascenace et Thogorma, a Chananaeis, qui Iosuae temporibus ex Palaestina aufugerint, aut ab Aegyptiis repetunt, et hanc potius in media Asia quaerendam esse, ex qua primi Germanorum populi *terra*, non *classibus* aut mari transierint in Europam, nunc constat paene inter viros doctos, qui tamen in diversas abeunt partes nec certi quicquam expiscati sunt. v. Bünav. p. 22 — 33. Germanos ab Hyperboreis originem traxisse putant Barth. 1, 7 — 15. et Wilhelm. p. 2 — 5. a Scythis Plin. 4, 12. 13. s. 26. Heineccius I. p. 5 sq. Barth. I. p. 61 — 80. Gagern p. 4 — 14. 46 — 50. (quos refutant Adelung. p. 17 — 31. et Sprengel p. 50. 51.) a Graecis Kuithan in libello: die Germanen und Griechen, Hamm 1822. fasc. 1. ab Indis Fr. Schlegel: über die Sprache u. Weisheit der Indier, a Thracibus Barth. I. p. 16 — 36. II. p. 512 — 524. a Persis, Armeniis, Medis et Bactrianis Schloezer p. 275 sq. Anton p. 69 sq. Anton IV. p. 8 sq. Adelung in Mithridate 1, 277. Othmar Frank de Persidis lingua et genio, Wahl: Geschichte der morgenl. Sprachen u. Literatur p. 319 sq. Ios. v. Hammer in Kruse's Archiv für alte Geschichte, Geogr. u. Alterth. der German. Völkersch. T. 1. fasc. 2. et in: Fundgruben des Orients fasc. 6. Fr. Paulini a. S. Bartholomaeo diss. de antiquit. et affinit. linguae zendicae, samscridamicae et germanicae Patavii 1798. 4. Iul. Klaproth: Asia Polyglotta Paris. et Stuttg. 1823. in comm. III. Wilken in: Abhandl. d. kön. Acad. d. Wissensch. zu Berlin a. 1823. p. 237 sq. Link: Urwelt u. Alterthum Berl. 1821. T. I. p. 169 sq. B. Dorn: über die Verwandtschaft des persischen, german., griech. und latein. Sprachstammes Hamb. 1827. Alii alia comminiscuntur, Ayrmannus, Hertius, Eccardus, Titze p. 3 sq. Heinrich. I. p. 8—25. Adelung p. 12 — 17. Schlegel p. 25 sq. Barth. I. p. 132 — 135. 155 — 161. Ingeniosae VV. DD. coniecturae nituntur praecipue tum congruentia morum linguarumque, (v. de Persis ad G. 6. n. 1. 14. cap. 9. n. 6. cap. 10. n. 4. cap. 17. n. 2. cap. 21. n. 1. cap. 22. n. 4. 6. 10. de Thracibus Barth. II. p. 514 sq.) quae levissima saepe et communis est, (v. Schloezer p. 275. Anton. p. 72. Adelung p. 27 sq. 247 sq. 284 sq. 344 sq. Titze p. 29. Barth. I. p. 161 sq.) tum locis quibusdam Graecorum Romanorumque auctorum, inpr. Plinii 4, 13. s. 26. et Herodoti 1, 125. Ἄλλοι δὲ Πέρσαι εἰσὶ οἵδε, Πανθιαλαῖοι, Δηρουσιαῖοι, Γερμάνιοι· (nisi ex Steph. Byz. leg. Καρμάνιοι, ut in Perside Ermanos esse dicit Schahnameh; v. Wiener Iahrb. 2, 320. 9, 36. et Mirchond Dschermaniam ultra Oxum, quae fortasse Carmania est, hod. Kerman) 1, 15. 16. 103. 4, 11. de quibus locis v. Adelung p. 17 — 31. Historia ipsa nihil certi tradit de primis sedibus et populis Germanorum, qui sero innotescere coeperunt. Pauca referunt de Belgis, oriundis a Germanis, qui Rhenum antiquitus transducti propter loci fertilitatem ibi consederint, Gallos ea loca incolentes expulerint solique, patrum memoria, omni Gallia vexata, Teutonos Cimbrosque intra fines suos ingredi prohibuerint, Tacitus Germ. 2. et Caesar b.

Gall. 1, 31. 33. 2, 4. 4, 4 sq. plura de migrationibus Celtarum, (quorum nomine Diodorus et alii tam Gallos, tam Germanos comprehendunt; quam tamen ob causam a Moesero et Radlofio omnia, quae de Celtis Gallisve traduntur, ad Germanos perperam translata sunt; cf. Wilh. p. 10 — 14.) Tarquinio Prisco regnante ante Chr. n. 590., duce Belloveso in Italiam et Sigoveso fratre in Germaniae loca circum Hercyniam silvam, a Genomanis, Volcis Tectosagibus, (*Tectosagenvölker*) Helvetiis et Boiis occupata, Caesar b. G. 6, 24. 7, 75. Livius 5, 34. 35. Strabo 4. p. 187. Plut. vita Cam. 15. 16. (conf. Plato, propr. Wild, de tribus Gallorum migratt. Ratisb. 1777. Mascov. I. p. 4 seq. Adelung p. 31 — 40. Barth. I. p. 123 — 132. 187 — 231. Gagern p. 19 — 22. Titze p. 19 — 28.) de Senonibus, Gaesatis et Germanis, qui a. 385. aut 390. a. Chr. n. duce Brenno (v. ad H. 4, 15, 4.) Romanos ad Alliam vicerunt, Livius 5, 33. 35 sq. Plut. vita Cam. 15. 17 — 22. (qui Hyperboreos memorat pro Germanis, ut et Heraclitus Ponticus; v. Heyne III. p. 974.) Strabo 5, 1. 6, 4. Diodorus 14, 114 seq. Appianus 4, 2. exc. 8. 9. Iustinus 24, 4. (cf. Adelung p. 44 — 47. Barth. I. p. 190 — 197. quique illos Romanorum hostes, si non omnes, certe magnam partem Germanos fuisse, ex Perside aut Scandinavia et potissimum Norvegia progressos, arbitrantur, Wedel p. 21 seq. Stargardt in freimüth. Blättern für Deutsche Fasc. 2. et vir doctus in Ephem. lit. Hal. a. 1817. Supplem. pl. 182.) de tribus agminibus Trocmorum, Tolistoboiorum, Tectosagum, (qui tres populi postea magnam Asiae partem expugnarunt dictique sunt Galatae et Gallograeci) Senonum et Cimbrorum a. 300. a. Chr. n. a Cerethrio in Thraciam, a Brenno in Pannoniam, a Belgio in Macedoniam ductis, Pausanias 10, 19 seq. Polyb. 9, 35. Livius 38, 16 seq. Iustin. 24, 5. 38, 4. Flor. 2, 4. (v. Adelung p. 98 — 102. Barth. I. p. 205 — 224.) de Gallis, Insubribus, Gaesatis et Germanis a. U. 550. a. Chr. n. 223. in Italiam profectis ductu Concolitani, Britomari, Aneroesti et Ariovisti, annoque proximo Viridomari s. Britomarti, qui a Marcello ad Clastidium (hod. Chiasleggio) caesus est, Strabo 4, 3, 2. p. 192. (ubi tradit, Sequanos saepius fuisse socios Germanorum in horum irruptionibus in Italiam) Diodor. 25, 3. Polyb. 2, 17 — 34. Plut. v. Marc. 6. 7. et Fasti Capitol. ad a. U. 551. in Gruteri Inscriptt. T. I. p. 297. Graev. Thes. antiq. Rom. T. XI. p. 173. et Piranesi lapp. Capitol. p. 12. (*M. Claudius M. F. M. N. Marcellus Cos. de Galleis Insubribus et Germaneis K. Mart. isque spolia op. rettulit duce hostium* Virdomaro ad *Clastidium* interfecto: nam ita legendum, non, quod Rühs p. 93. 94. et alii putant, *Insubribus et Cenomaneis*, quos Romanorum potius socios fuisse intelligitur ex Polyb. 2, 17. 23. 32. ubi *Γονομάνοι* appellantur, qui *Κενομάνοι* c. 24. cf. Adelung p. 102 sq. Gagern p. 20. Barth. T. I. p. 222 sq. Wilhelm. p. 15. 16.) de bellis, a Romanis ante Chr. 230 — 114. in terris Germanorum australibus, in Illyrico et Istria, cum Teuta, Demetrio, Pleurate, Gentio, Perseo, Carmelo et Aepulone, adversus Bastarnas, Thracas et Dalmatas gestis, Livius passim, (v. Ind. eius) Polyb. 2, 4 — 19. Appian. Illyr. 7 — 11. cf. Barth. I. p. 232 — 265.

Prius quidem septentrionalis Oceanus et Europa iam innotuerant, primum Phoenicibus ac Poenis, stannum e Cassiteride insula aut Britannia, electrum ex ora Baltici maris aliasque merces petentibus, (v. G. 45. sed et Rühs p. 14. 15.) deinde a. 400. a. Chr. n. Himilconi Poeno, cuius navigationem Avienus poeta descripserat, (v. Plin. 2, 67.) ante Chr. 330. Hecataeo et Philemoni, (Plin. 4, 13. s. 27.) iisdemque fere temporibus Ephoro et Clitarcho, qui Cimbros magnis inundationibus maris ex paeniasula sua saepius exigi retulerant, (v. Strabo 7, 2, 1. p. 293.) Timaeo, Xenophonti, Sotaco, Niciae, Xenocrati, Mithridati et potissimum Pytheae, mathematico et physico Massiliensi, qui a. 320. a.

Chr. n. Cantium, (Canterbury aut Cap Ramsgate) inde in Thulen et hinc in sinum Codanum Balticumque mare ad oram eius et Holsatiae, Iutiae, Borussiae navigaverat. Sed horum libri interierunt et perpauca ex iis, etsi plura ex Pytheae itinerario, (Περίπλους τῆς γῆς) excerpserunt Strabo 1, 4. 2, 3. 4. 3, 2. 4, 4. 5. al. et Plinius 4, 27. 30. 37, 11. quae fragmenta illustrarunt Schloezer, Wedel, Mannertus, Murray in diss. de Pythea Massiliensi, Adelung p. 51 — 97. Barth. I. p. 139 — 155. Titze p. 42 — 46. Ukert 1, 2. p. 290 seq. Wilhelm. p. 317 — 353. Rühs. p. 15 — 20. Dilth. p. 278. de Bougainville. in Mém. de l'Acad. des Inscript. T. XIX. p. 146 sq. Loca classica Plinii sunt haec: 4, 16. s. 27. *Insulae complures sine nominibus eo situ* (ultra Ripaeos in Oceano septentr.) *traduntur. Ex quibus ante Scythiam, quae appellatur Rauronia* (al. *Razenonia*, *Bantomannia*, *Baunomanna*, hod. Kurische Nehrung) *unam abesse a Scythia diei cursu, in quam veris tempore fluctibus electrum eiiciatur, Timaeus prodidit. — Septentrionalem Oceanum Amalchium Hecataeus appellat* (hod. fortassis Sinus Finnicus, ut Bothnicus *mare Sarmaticum*) *a Paropamiso amne*, (quem forsan confudit cum monte Asiae, ubi Indus et Oxus oriuntur) *qua Scythiam alluit, quod nomen eius gentis* (Scythicae) *lingua significat congelatum.* (v. Schloezer Nord. Gesch. p. 113. Mannert 4, 481. Barth. I, 152. 153.) *Philemon Morimarusam* (mare mortuum; Cimbr. *marus*, *marwsi* et Armor. *maro*, *marvus* mortuum) *a Cimbris vocari usque ad promont. Rubeas.* (*Noortkyn* aut *Rubierg*, *Rauberg* in Curlandia; v. Cluver. 3, 647. Schloezer p. 40. Mannert 3, 343. Barth. I, 152. 153.) *Xenophon Lampsacenus a litore Scytharum tridui navigatione insulam esse immensae magnitudinis, Baltiam, tradit.* (Scandinaviam) *Eandem Pytheas Basiliam nominat.* (v. Wilhelm. p. 328 — 331.) *Feruntur et Oonae* (*Oaeones* Mel. 3, 6.), *in quibus ovis* (ὤοις) *avium et avenis incolae vivant. Aliae, in quibus equinis pedibus homines nascantur, Hippopodes appellati: Fanesiorum aliae.* (Cf. ad G. 46. n. 17.) *Incipit deinde clarior aperiri fama ab gente Ingaevonum*, (v. inf. not. 7.) *quae est prima inde Germaniae. Sevo mons ibi* (Kioelen, Sevobierget, quo Suecia separatur a Norvegia; v. Barth. I, 153. Wilhelm p. 52. 53. Gagern p. 32.) *immensus nec Ripaeis iugis minor immanem ad Cimbrorum promontorium* (Scagen Cap prope Scagen, opp. Iutlandiae, ut *Chersonesus Cimbrica* Ptol. 2, 11. est Dania, quam a Plinio haud memorari mireris) *efficit sinum, qui Codanus appellatur*, (hod. *Sund, grosser und kleiner Belt*, aut *Skager Rack, Schager Rack, Cattegat, Katzenloch;* nisi est mare inter Daniam, Sueciam Germaniamque aut fortasse totum mare Balticum) *refertus insulis; quarum clarissima Scandinavia est* (Suecia et Norvegia nec non Scania, hod. Schonen) *incompertae magnitudinis*, (in qua *Suiones* et *Sitones* G. 44. 45. *Hermiones* ap. Mel. et sex populi ap. Ptol. *Chaetini, Gutae, Dauciones, Laevonae, Phavonae, Phiraesi*) *portionem tantum eius, quod sit notum, Hillevonum gente* (quo nomine Barth. I, 153. designari putat accolas maris s. rupis, sic dictos ab *Hil, Hühl, Hal*, cisterna, aqua, et Island. rupes, unde *Holland*, maritima terra, et *Hellusii* Tac. G. 46.) *quingentis incolente pagis, quae alterum orbem terrarum eam appellat. Nec est minor opinione Epigia.* (Hard. emend. *Eningia*, alii *Finningia*, ut sit hod. Finnia, in qua *Fenni* G. 46. ut in vicina ins. Esthlandia *Aestyi* aut Ostiaei G. 45.) *Quidam haec habitari ad Vistulam usque fluvium a Sarmatis, Venedis*, (v. ad G. 46. n. 4.) *Sciris, Hirris tradunt. Sinum Cylipenum* (S. Livonicum aut partem Baltici maris australem) *vocari et in ostio eius insulam Latrin.* (Oesel aut Seelandiam, in qua olim Laedre opp. fuit; v. Barth. I, 149.) *Mox alterum sinum Lagnum conterminum Cimbris.* (ad partem occident. Slesviciae aut hod. Cattegat) *Promontorium Cimbrorum excurrens in maria longe paeninsulam efficit, quae Cartris appellatur.* (Iutia; Cimbr. *carth* promontorium.) —

Plin.

Plin. 4, 16. s. 30. *Sunt qui et alias* insulas *prodant, Scandiam, Dumnam,* (Daniam aut Dunnoen) *Bergos* (ad oram Norvegiae) *maximamque omnium Nerigon,* (Norvegiam, Dan. Norge, Suec. Norrige) *ex qua in Thulen navigetur* (v. ad Agr. 10. n. 6.) *A Thule unius diei navigatione mare concretum, a nonnullis Cronium appellatur.* (Island. *muir croinn, cronn, cronni,* mare spissum, congelatum, ut *Amalchium* sect. 27. memoratum, al. mare mortuum, pigrum et Hyperboreum, ad Groenlandiam, aut hod. *Pregel;* cf. ad Tac. G. 45. n. 1. Agr. 10. n. 6. Solin. 22. Isidor. Etym. 14, 6. Schneid. ad Orph. Arg. 1085. *Κρόνιον δὲ πόντον καλέουσιν Ὑπερβόρεοι, νεκρήν τε θάλασσαν,* Wilhelm. p. 336. Schloezer p. 114. 139. Mannert 4, 30. 254. Barth I, 153.) — Plin. 37, 2. s. 11. de electro: (cf. Tac. G. 45.) *Sotacus credidit, in Britannia arbores effluere, quas electrinas vocavit. Pytheas, Guttonibus,* (*Gutonibus* MS. Prag. teste Titz.) *Germaniae genti,* (fort. *Gothones* Tac. G. 43. cf. Titze p. 43. 44. Adelung p. 87. Barth. §. 106. 521. Sprengel et Dilth. ad G. 43. ubi tamen hanc gentem a Guttonibus diversissimam esse annotarunt Bred. et Pass.) *accoli aestuarium Oceani* (λιμνοθαλάττην et ἀναχύσιν ap. Strab. IV, 89. al. oram Borussiae maritimam) *Mentonomon nomine,* (ad sinum Curonensem, Esthn. *Mendaniemi* pineum promontorium, *Medenau* vicus Samlandiae; v. Schloezer p. 124. Adelung p. 85. Barth I, 149. 150. Wilh. p. 326. 327. nec non Titze p. 45. 46. ubi dicit, in MS. Prag. legi *Metonomon nomine,* et suspicatur, Plinium scripsisse *Meto nomine,* hod. Mitau) *spatio stadiorum sex millium:* (rectius MS. Prag. *accoli aestuarium Metonomon nomine, ab Oceano spatio st. s. m.*) *ab hoc diei navigatione insulam abesse Abalum;* (*Alabum* emend. Hug. in Periplo Hannonis, Frib. 1808. p. 5. Ἀλαβίων νῆσον, insulam accolarum Albis: alii vero putant, designari hod. *frische Nehrung,* eamque et *Rauroniam* supra memoratam, *die Kurische Nehrung,* appellatas esse *Electrides, Bernsteininseln;* sed v. Wilh. p. 328.) *illuc vere fluctibus advehi* (electrum) *et esse concreti maris* (quod *Amalchium* Plin. 4, 13. s. 27. dicitur) *purgamentum: incolas pro ligno uti eo proximisque Teutonis vendere,* h. e. Germanis. (cf. nota 6.) *Huic* (Pytheae) *et Timaeus credidit, sed insulam Basiliam vocavit. Nicias solis radiorum succum intelligit; deinde in Germanorum litora eiici. Xenocrates vocari* (electrum) *a Scythis* s a c r i u m. *Mithridates, in Germaniae litoribus esse insulam vocarique eam Oserictam* (in MS. Prag. *Cedron*) *cedri genere silvosam: inde defluere in petras.* (Cf. Barth I, 152. et Titze p. 46.)

Quam manca Graecis Romanisque ante et paulo post Christi tempora fuerit notitia Europae Germaniaeque septentrionalis, patet ex his Plinii locis et ex Tac. G. 44—46. Mela 3, 3. et Ptolemaeo. Cf. ad c. 1. n. 2. et Wilh. p. 317—353.

Clarior lux historiae accensa est tum expeditionibus Caesaris, Drusi, Tiberii et Germanici, (v. ad cap. 1. n. 3.) tum bellis, quae Romani cum Germanis gessere inde ab anno a. Chr. 113—50. de quibus v. Tac. et Appian., Barth. I. p. 299—572. Rühs p. 27—36. Mascov. T. I. Reichard. p. 318 seq.

2. *quia nec terra olim, sed classibus advehebantur, qui mutare sedes quaerebant,* ut Aegyptii, Phoenices, Poeni, Lydi, Phocaeenses, Graeci; Bred. Hoc argumentum haud leve videbatur Schloezero p. 267. Quot vero populi vel exacti terris suis ab aliis, vel abundantia hominum agrorumque inopia coacti sedes mutarunt? Cf. Rühs p. 83. 84. *nec terra-et immensus* cet. Nam *nec-et* frequentissime dicitur pro *et non-et.* „v. Cort. ad Sall. Iug. 1, 74. Beier et Heusing. ad Cic. off. 1, 19. 21. 3, 1. 4. Goerenz. ad Cic. fin. 1, 16.“ *Hess.* Ita et *neque-et* Ann. 2, 51. 15, 28. H. 1, 1. 4, 74. *neque-ac* Agr. 10. „Non aliter. Graeci οὔτε-τε et μήτε-τε. v. Boeckh. ad Simon. Socrat. p. 15. Soph. Antig. 763. Goe-

renz. ad Cic. de leg. 1, 15." *Pass.* *nec terra olim* sc. adveniebant, *sed classibus advehebantur*, zeugma, sollennis figura; *Günth.* Cf. Ind. III. v. *Syllepsis.* Verbum tamen *advehi* etiam terrae et curribus convenit. *advehebant* ed. Par. „Quod ex usu rariore ferri possit. v. Vechner. Hellenol. p. 68. Ellendt ad Cic. Brut. 97. Moser ad Cic. de rep. 3, 9. et de N. D. 1, 28." *Hess.* — *et immensus ultra* Germaniam, *utque sic dixerim, adversus Oceanus* (v. ad c. 1. n. 2.) *raris*, raro, (v. ad Ann. 3, 29, 2.) *ab orbe nostro navibus aditur*, a nobis hodie, nedum priscis temporibus ab aliis, navigationis minus gnaris. Cf. cap. 34. *ab orbe nostro*, a terris circa mare mediterr. sitis, quod similiter *mare nostrum*, ἡ καθ' ἡμᾶς θάλασσα, dicebatur; *Dilth.* „Sed *orbis noster* est potius imperium Rom. ut H. 5, 55. Agr. 12. Plin. 12, 12. Vell. 1, 2." *Hess.* *adversus Oceanus*, ut *secundum* et *adversum*, contrarium, difficile, *navigantibus mare* H. 2, 98. et *in alia adverso, in alia prono mari* ap. Plin. 2, 70. quod sumptum a *secundo* et *adverso flumine, fluvio, amni, aqua:* nam qui ex Italia Oceanum per Germaniam proprie dictam ingreditur, *adversa aqua* videtur vehi sive aestu contrario, praecipue versus septentriones, ubi consurgere mundum, qui in austros Lybiae premeretur, et erectum Boream, ex opposito Notum iacentem credebant; *I. Fr. Gron.* Multi *Oceanum* putant *adversum* dici propter tempestates, scopulos, syrtes periculorumque in mari propulsandorum ignorantiam; Becker et alii propter gurgites refluos (*Strömungen*) contrarium, adversantem navigaturis ex Oceano in mare mediterr., coll. G. 34. *obstitit Oceanus*, et inpr. Liv. 28, 30. *adversus aestus rapidi freti.* „Quia addidit noster *ut sic dixerim*, reconditi quid in Adiectivo latere haud dubium, et Oceanus, extra *orbem nostrum*, Romanum, situs, eodem sensu *adversus* dictus esse videtur, quo Ciceroni, de remotissimis regionibus locuturo, *adversa terrae pars* in somn. Scip. 6." *Pass.* „Hyperbole hic uti voluisse Tacitum apparet, et *Oceanus adversus* est e regione nobis, in altera orbis parte dimidia situs, quasi vestigiis nostris oppositus. Apprime huc quadrant duo loca Ciceronis, somn. Scip. 6. *Vides hos, qui incolunt terram partim obliquos, partim etiam a v e r s o s, partim etiam a d v e r s o s stare nobis.* — *Duo* cinguli *sunt habitabiles, quorum australis ille, in quo qui insistunt, adversa vobis urgent vestigia;* Academ. prior. 2, 39. *Dicitis etiam esse e regione nobis, e contraria parte terrae, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis.*" *Pich.* et *Orell.* *Der abgewandte Ocean* Walch. Alii leg. censent *obversus* et *diversus*, plures vero *aversus*, devius, longissime remotus, qui a nemine navigatur, ut paulo post *ignotum mare* et *aversi montes* ap. Flor. 2, 12. ubi v. Gron. Sic et Thiersch. qui iungit *aversus ab orbe nostro;* quod haud probandum videtur.

3. *Asia*, inpr. minori, *aut Africa* septentrionali, provincia Rom et Poenorum terra, *aut Italia*, quarum fertilitatem et opes praeter alios Iustin. 41, 5. 42, 4. 7. Tac. Agr. 6. Virg. Ge. 2, 136 sq. Cic. p. leg. Man. 6. Plin. 37, 13. praedicant; *Bred.* et *Dilth.*

4. *informem terris, asperam coelo* cet. Cf. cap. 5 pr. Ann. 1, 63 2, 5. 23. 24. H. 4, 73. Strabo 4, 3, 4. 4, 6, 6. 9. 7, 5, 11. Plin. 16 2. Mela 3, 3. Sen. de prov. 4. de ira 1, 11. et nat. quaest. 3, 6. 27 4, 1. Adelung. p. 159 sq. Barth. II. p. 1—6. Rühs p. 162—167. Haud mirum, ita loqui scriptorem Rom. et de sua aetate. — *tristem cultu* effectus *asperi coeli* pro causa: nihil proferentem, ex quo laetitiam capere possis, etsi optime colas et studiosissime ares; *Longol.* Vera potius sententia et rei ratio intelliguntur ex cap. 14. 26. Cf. etiam Strab. 7, 1, 3. 4. Plin. 17, 4. et Caes. b. G. 4, 3. 6, 24. — *nisi si patria sit:* haec non nisi ad verba *tristem cultu aspectuque* referenda: nam patria non *petitur*, quaeritur; *Bünem.* Praesens *sit*, ut de re vera; *Günth*

nisi si, ut Ann. 6, 25. 15, 53. Agr. 32. Gr. εἰ μὴ εἰ, Germ. *ausser wenn*, plene: nisi id fiat, si patria sit. Cf. ad Agr. 32. n. 2. Hess. ad h. l. Duk. ad Flor. 4, 7, 15. Seeb. bibl. crit. a. 1821. p. 164. Abundant *si*, *vero*, *autem*, *ergo* in dictionibus *nisi si*, *at vero*, *sed vero*, *sed autem*, *itaque ergo*, sed *vero* pro *vere* in illa *immo vero*; Grotef. Gram. I. §. 259. *nisi sibi patria sit* MSS. Tur. Humm. Seeb. *cui non patria sit* c. Arund. a m. sec.

5. *carminibus antiquis*, rudibus popularibusque, historicis quidem, sed historiae parum proficientibus, quae Iulianus in Antiochici princ. s. Misopog. p. 337. (Opp. Iuliani ed. Paris. 1630. T. II. p. 56.) ἄγρια μέλη esse dicit, λέξει πεποιημένα, παραπλήσια ταῖς κλαγγαῖς (al. τοῖς κρωγμοῖς) τῶν τραχὺ βοώντων ὀρνίθων, (cf. Venant. Fortunat. p. 31. et Rühs p. 120.) *quod unum apud illos*, ut apud omnes barbaros, *memoriae* rerum a *conditoribus gentis* virisque fortibus gestarum, quas in exsequiis eorum, in epulis bellisque celebrare solent, *et annalium genus est.* „Opponuntur quasi *memoria* et *annales*, quanquam scriptos exstitisse libros inde colligi non potest.“ *Günth.* Cf. nota 6. et Ann. 1, 65 pr. 2, 88. 4, 47, 2. H. 2, 22, 3. Eginhard c. 29. 61. Iornand. c. 5. (*Maiorum facta canebant Gothi, Ethespamarae, Hanalae, Fridigerni, Uuidiculae et aliorum.*) 41. 49. Rühs p. 112 sq. et inpr. Adelung p. 373—402. ubi copiose disputatur adversus eos, qui Germanis, non Cadmi quidem temporibus, (quod putat Radlof Schreibungslehre der deutschen Sprache Frft. 1820.) sed iam ante Iul. Caesaris aevum scripturae usum fuisse probabili iudicio suspicantur. v. Schubarti, Egenolfi et Lyseri obss. in Miscell. Lips. V, 41. 250. IX, 232. 239. Koenigsm. disp. ad Tac. G. 19. Kil. 1707. Heumanni Poecile 1, 136. Bergeri et Othonis diss. de priscis Germanis haud illiteratis Witt. 1722. Arnst. 1737. Dithmari Syll. disput. acad. p. 327 sq. Longolii progr. de veterum script. Germ. defectu Lips. 1745. Steffens v. d. Schreibekunst der alten Deutschen, Zelle 1749. Boysen hist. Magazin T. I. et II. p. 211—266. Barth II. p. 321 sq. Fr. Schlegel p. 35. Grimm de runis Germ. p. 32 sq. Refragatur Adelung l. l. contenditque, fabulosa magis quam vera esse, quae de Bardis et Scaldis, priscis poetis ac vatibus non modo Germanorum, sed etiam Celtarum, (quorum bardos fuisse potius scurras, patet ex Diodoro 5, 31. Athenaeo 4. p. 152. exc. l. 6. p. 246. D. Appiani Celt. 12. p. 85. Ammiano 15, 9, 8. ubi v. Vales.) Scandinaviae atque Scotorum, (de Ossiano, Fingalo, Ullino, Orrano aliisque) et egregiis eorum carminibus, ore, non literis, ad posteritatem propagatis, tradantur; Germanos certe Saec. demum IV. p. Chr. n., (cf. Hieron. ep. 35.) Scotos montanos non ante Saec. XVI. et Scandinaviae populos primum Saec. XII. artem scribendi exercuisse, neque ad usum eius antiquiorem probandum quicquam valere loca Tac. Ann. 2, 63. 88. G. 3 extr. Caes. b. G. 1, 29. 5, 48. 6, 14. (nam posteriora non referenda esse ad Germanos, priora non ad gentem, sed ad reges quosdam, qui iam prius hanc artem a Romanis didicissent; unde et Germ. *schreiben* originis Rom.) aut runas p. Chr. n. inventas (scripturam arcanam) et lapides baculosque runis inscriptos, quibus magica vis tributa a sacerdotibus. Cf. Rühs p. 104 sq. et de poesi Germanorum versibusque similis exitus idem p. 118—129. Adelung p. 394 sq. Bünav. p. 34—54. de runis illis baculisque, praeter Eddam, inf. ad cap. 3. n. 8. ad c. 8. n. 4. ad c. 10 pr. I. Erichson Biblioth. runica Gryphiswaldae 1766. 4. Ihre Glossar. sviogoth. 2. p. 473. et ei. comm. de origine Runarum in Schloezeri allg. Nord. Gesch. p. 611 sq. Grimm über deutsche Runen Goett. 1821. Gagern p. 84. 310. 311. Ephem. lit. Goett. a. 1821. p. 1025 sq. Dahlmann Forschungen auf d. Gebiete d. Gesch. I. p. 172. Fr. Schlegel Vorles. über alte u. neue Literatur T. I. p. 222. Luden T. I. p. 550. 551. et Rudbeck. de Scandinaviis.

a quibus literas ille exarari dicit in cortice fagi vel sorbi, *Roenne* s. *Runeboors Troee*, (runas ferentis arboris) unde Germ. *Buchstab* putant esse fagi bacillum. Ceterum levissimum est argumentum, ab Adelungio aliisque petitum ex G. 19 pr. ubi v. notam. *genus est* ed. Par. Rhen. 1. 2. 3. et rec. *genus sit* c. Tur. et Stuttg. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Rhag. Rhen. min.

6. *Celebrant carminibus* (v. nota 5.) *Tuisconem*, *Deum terra editum et filium Mannum or. g. c.*, ut Graeci antiquissimi Pelasgum eiusque filios Actaeum, Argum et Thessalum, aut Tyrrheni *Manen*, primum Maeoniae regem, filium Coeli et *Terrae*, patrem Cotyis. v. Dionys. Hal. 1, 27. „*Tuisco* est mythicus populi auctor, ex populi nomine effictus, ut *Assur*, *Heber*, *Perses*, *Medus*, *Phoenix*, *Aegyptus*, *Libya*, *Pelasgus*, *Graecus*, *Hellen*, *Aeolus*, *Dorus*, *Achaeus*, *Ion*, *Italus*, alii.“ *Dilth.* Nomen compositum censent ex *tho* s. *thon*, Gr. *χθών*, terra, et *isc* Franc. et Alaman. editus; unde *terra editum.* *Tuisconem* c. Tur. et Stuttg. ed. Nor. Rom. Mon. Rhag. Par. Vien. et rec. *Tuistonem* Arund. et Vat. 1518. ed. pr. Put. Pogg. Ber. Rhen. omnes, Pich. Bip. Hess. *Tristonem* et in marg. *Tuisman* Vat. 1862. *Bistonem* Vat. 1498. *Thuistonem* ed. Bred. et Seeb. *Tutisconem* coni. Wachter, *Tuitonem* et *Teutonem* Cluv. Periz. aliique, qui in hoc nomine tum commune illud propriumque popularium nostrorum, quod in septentrionalibus olim terrae nostrae partibus invaluerit, ut *Germanorum* appellatio in occidentalibus meridianisque, tum adiectivam eius formam latere putant: maiores enim nostros ibi audivisse primum *Teuten*, Rom. *Teutonos* et *Teutones*, (quos a Pythea iam a. 320. a. Chr. n. in Baltici maris ora inventos Plinius 37, 2. s. 11., et a. 113. a. Chr. n. societate iunctos fuisse cum Cimbris in bello Romanis illato, Livius aliique tradiderunt, de quo v. Wilhelm. p. 178—181. et Reichard. p. 73 — 76.) deinde (nec tamen ante Saec. XI., non ante Caroli M. tempora, quibus lingua tantum et quidem rustica, nondum gens, dici coepit *Theutisca*, *Theudisca* cet.) *Teutsche* et *Deutsche*, (Theutiscos, Theudiscos, Teutiscos, Teudiscos, Theotiscos, Theodiscos, Tiutiscos, Tuitschos, Diutiscos) nomine contracto ex *Teutisch* s. *Deutisch*, ut Italos *Wälsche* a *Wahl*, peregrino, Suecos *Suenske* a *Suen*, (*Suion* G. 44.) Danos *Danske*, et hominem *Manisch*, *Mensch*, ap. Ottfriedum *Mennisko*, a *Mann*; illam vero vocem, quae praeter alia (scil. terram, patrem, cognatum, regem) populum hominesque significet, in priscis Germanorum dialectis varie scribi, *Teut*, *Thied*, *Theod*, *Thiod*, *Thiot*, *Thiade*, *Tiada*, *Tuit*, *Thiuda*, (Suec. *Thiaud* et *Thyd*) *Deut*, *Diet*, (ita in carm. Nibelung.) *Died*, *Dheod*, *Deota*, *Deed*: nam eiusdem soni literas esse *T*, *Th* et *D*, graviore tantum ac leniore oris compressione distinctas, et hinc tum *theins* in *dein*, *thiubs* in *Dieb*, *thaurnius* in *Dorn*, *that* in *das* transiisse, tum eosdem populos in Germania inferiore dici *Teutsche*, in superiore *Deutsche*, (ap. Ottfriedum et in libris Franconicis *Diutische* et *Dütisi*, Belg. *Duitsche*, *Duiske*) ut *Theodoricus* et *Dieterich*, *Theodebertus* et *Dietbert*, Dietmar, *Teutoburgum*, hod. *Detmold*, *Tuitium*, nunc *Duytz* s. *Deutz*, *Duisburgum*, *Ditmarsen* s. *Dithmarsche*, (*Deutsche Marsch*) et alia. Stropha IX. Runae Capitulae est: *Liod e thau kann, er kannat Thiodans kona Oc Manskis mavgr.* De his aliisque coniecturis v. Wachter p. 275. 1673. Anchersen p. 371—395. Eccard p. 20. 21. Cluver. p. 64 — 70. Spener p. 103 sq. Steffens p. 7 sq. Gebauer p. 916 — 937. Adelung. p. 150 — 157. Barth I. p. 105. 106. Rühs p. 102 — 112. et 287. Wilhelm. p. 21 — 24. 178 — 181. Reichard. p. 3 — 5. Abhandlungen des Frankfurtschen Gelehrtenvereins für deutsche Sprache Frft. 1818. fasc. II. et Luden I. p. 597. qui e vocc. Germ. *Tuisco Mann*, *de düdske Mann*, duos gentis conditores a Tacito effictos censet. Grotefend, ab Hessio in var. lectt. et obss. in Tac. Germ. p. 4. laudatus

suspicatur, *Thuistonem* esse Martem, deum belli, *Mannum* vero bellatorem, et ab illo dicta esse *Düssentag, Thusnelda* al., ab hoc tractam originem proverbii Germ. *mit Mann und Maus*, h. e. cum bellatore et armis s. tormentis, ut verborum *Muskete* et *Mäusethurm* prope Bingium. *Tuisconem, Deum terra editum, et filium Mannum, originem gentis conditoresque* omnes paene edd. vet. *Tuistonem deum, eius* (fort. *eiusque*) *filium Mannum, originem gentis conditoremque* MS. Arund. *T. d. t. editum. Cui filium Mannum* ed. Par. *ei filium* ed. Nor. *Ei filium M., o. g. conditoremque, Manno tres f. assignant* non male coni. Rhen. *Tuisconem* et *Teutonem* (Teut, Deus, Ζεύς) *Deum et terra ed. f. M.*, e terra creatum virum, hominem, quem terra mater fert et alit, unde eam pie amat viriliterque tuetur, Barth. I. p. 106. *Thiudiscotum* et *Tutiscottem Deum*, (a *thiud*. gens, et *cott* s. *Gott*, deus) *terra editum ei* vel *et fil. M.* Gebauer p. 926. et 933. 934. ubi etiam dixit, *Mannum*, primum hominem, (*Männisgen, Männischen, Menschen*) citra controversiam esse Adamum e terra formatum. „*Mannus* in permultis Asiae et omnibus fere Europae linguis significat *hominem*, unde *Menu* Indorum, *Menes* s. *Manes* Aegyptiorum, (Herodot. 4, 45.) *Manes* Lydorum, *Minos* Cretensium, *Mannus* Germanorum. v. Grotefend in comment. soc. Germ. Francof. fasc. 2. p. 15 sq. Arndt de orig. ling. Europ. p. 112. 301. Buttman. in comment. Acad. Berol. a. 1820. 1821. class. hist. philol. p 205.“ *Hess.* Ingeniosiores autem videri possunt coniecturae Titzii p. 2. 3. et 10 — 18. designari h. l. (quod iam Scrieckio I, 27. p. 11. in mentem venerat) *Tuisconem* (ita enim scrib.) et *Manum*, solem et lunam, Germ. *die Sonne und der Mond*, in sermone rusticorum *te Son* sive *the Sun un Maan*, (Angl. *the Sun and Moon*) solos paene Germanorum Deos, (v. Caes. b. G. 6, 21.) Tacitumque, veritum ut recte intellexerit audita aut lecta, ambigue dixisse *terra editum*, vel progenitum, vel alte elatum; maiores autem nostros credidisse, primum Manum in terra oriundum esse a Mano in coelo, a luna, quae, si plena sit, humanam faciem ostendere videatur. Idem vir doctus suspicatur, commune olim gentis nomen non fuisse *Teutos* s. *Teutones, Teuten, Teutsche*, (vel eam ob causam, quod *Teutones* s. *Teutoni* ubivis ut singularis populus et nusquam in Taciti libello de Germ. memorentur) sed *Manos* s. *Mannos, Manen*, h. e. *Männer, Menschen*, et hinc aliquot gentis nostrae populos postea dictos esse *Germanos*, (Kriegsmanen; cf. nota 9. unde *Ingermannia* id. qd. *In Germanland*) *Cenomanos*, (kühne Manen) *Marcomanos*, (Gränzmanen s. Sumpfmanen) *Paemanos*, (kriegerische Manen) *Manimos* G. 43., *Omanos* ap. Ptol., *Allemanos* s. *Allemannos* et *Normannos*, ut Persis *Ottomanos, Caramanos, Turcomanes* et alios. — *terra editum*, cf. ad c. 40. n. 4. et cap. 45. n. 8. — *originem gentis conditoresque*, cf. Ind. III. v. *Synonyma*. „*originem* abstractum collect. in sing. pro concreto in plurali, quare cum *conditores* apte iungitur. Cf. Ovid. Met. 1, 79.“ *Dilth.* *Origo* itaque h. l. pro auctoribus. Cf. ad Ann. 4, 9. et Ind. III. v. *Abstracta pro Concr.* Eodem sensu dicuntur *conditores*, ut *κτιστής, condere gentem, κτίζειν ἔθνη, νῆσον* cet. v. intpp. Sil. 1, 28. Burm. et Ern. ad Suet. Aug. 98. Cuperi obss. 3, 9. *conditorisque* c. Tur. ed. pr. Pogg. Vien. ut mox *tris filios* ed. pr. et *pluris deo ortos* ed. pr. Vien.

7. *Manno tres filios assignant, e quorum nominibus proximi Oceano* septentrionali (ad oram Baltici maris orientalem) *Ingaevones, medii Herminones, ceteri Istaevones vocentur*, ut *Tuscus vicus e vocabulo advenarum dictus* Ann. 4, 65. *urbem ex Antiochi nomine Antiochiam vocavit* Iustin. 15, 4, 8. Cf. inf. ad c. 7. n. 1. Nomina haec indita videntur populis illis a sedibus, et conferenda sunt verba Plin. 4, 14. s. 28. *Germanorum genera quinque: Vindili*, (al. *Vandali*) *quorum pars Burgundiones, Varini, Carini, Guttones. Alterum genus Ingaevones, quorum pars Cim-*

bri, (quibus *Gambrivii* nonnullis substituendi videntur) *Teutoni ac Chaucorum gentes. Proximi autem Rheno Istaevones:* [*quorum pars Cimbri,* quae verba haud dubie et perperam repetita sunt] *mediterranei Hermiones*, (al. *Herminones*) *quorum Suevi, Hermunduri, Chatti, Cherusci. Quinta pars Peucini, Basternae, supra dictis contermini Dacis.* Cf. Adelung p. 241 — 244. Mannert. III. p. 142 sq. Eichhorn I. p. 36 — 39. Gagern p. 71. Reichard p. 17. Mone T. II. p. 5. (qui putat, a tribus Manni filiis, Inga, Hermin et Ista, originem traxisse *Ingaevones* ad oram maris, (Küstenleute) *Herminones* in media Germ., et *Istaevones*, (Südvölker) ut ab his deinde Saxones, Francos et Suevos) v. Wersebe p. 331 sq. Luden I. p. 711. et inpr. Wilhelm. p. 84 — 95. a quo inter *Vindilos* s. *Vandalos* referuntur Suevorum gentes, ad oram Baltici maris, Varini, Eudoses, Suardini, Rugii, Lemovii, et mediterranei, Langobardi, Reudigni, Aviones, Angli, Nuithones, Gothones, Burgundiones, Silingi; inter *Ingaevonas* incolae Chersonesi Cimbricae insularumque vicinarum, Cimbri, Teutoni, Chauci, Saxones, Angrivarii, Frisii, Sigulones, Charudes, Chali, Phundusii (v. Ptol. 2, 11.); inter *Istaevonas*, ad sinistram Rheni ripam, Batavi, Canninefates, Gugerni, Ubii, Vangiones, Nemetes et Triboci, ad dextram Bructeri, Marsi, Usipii, Tubantes, Ansibarii, Dulgibini, Chamavi, Tencteri, Sygambri et Mattiaci; inter *Hermionas* Hermunduri, Chatti, Cherusci, Quadi, Lygii, Semnones, Marcomani, Narisci. Tacitus ex aliorum sententia *plures gentis appellationes* fuisse dicit, *Gambrivios, Marsos, Suevos, Vandalios.* Idem *Peucinos* et *Bastarnas* tanquam eundem populum memorat cap. 46. *Ingaevones*, quia *proximi Oceano* fuere, dicti creduntur *inner, an der See wohnende, Anwohner, Küstenwohner*, Achaei, (Slav. Pommorani s. Pomerani) aut, ut *Angli*, Ingli, ab *Ing, Inge, Eng, Ang*, Suec. *Aenge*, prato, planicie ad mare, aut a Wallis. *Eigion*, Island. *Aigen, Aigeun*, mari, *Meeranwohner*; ut *Istaevones* quibusdam *äusserst der See wohnende*, aliis *Westwohner* ab *Ist*, occidente, (ad Rhenum, Plin. 4, 4.) aliis *Ostwohner*, (unde *Estland* et *Oestreich*) aliis *Niedrigwohner, Niederländer*, a Cimbr. *Ist*, inferius, humile, unde etiam *Istria*, a situ sic dicta, et *Ister* Danubius inferior. (v. ad c. 1. n. 4.) Cf. Schloezer p. 115 — 119. Adelung p. 185. Barth. I. p. 107. Titze p. 6. 7. Wilhelm p. 90. *Vigaenones* pro *Ingaevones* ed. Frft. 1542. et Colon. 1575. *Histeriones* pro *Istaevones* MS. Arund. Nomen tertiae gentis varie scribitur et explicatur. *Herminiones* Arund. *Hermiones* c. Seeb. et quatuor Vat. ed. Nor. Rom. Rhag. Vien. Ob. Bip. al. omnesque libri ap. Plin. 4, 14. s. 28. et Mel. 3, 3. Ἑρμιονεία terra ab Orpheo Arg. 1141. memoratur; *Dilth. Hermiones* iidem qui Germani; *Spreng. Herminones* c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Par. Rhen. quod restituit Pass. quia nomen traxerint ab *Hermanno*, Manni filio. Eadem lectio vera videtur Grotefendo (v. nota 6.) eiusdemque originis nomen *Hermundurorum*, (a *Mund* s. *Mundr*, id. qd. *Mann*, unde *Vormund*) *on* vero terminatio Rom., ut *Saxones, Franconi* s. *Francones, Burgundiones. Irmin* s. *Irmen, Ermin, Hirmin, Hermin, Herman* Deus veterum Germanorum, inpr. Saxonum, a quibus inde nomina *Irmenfried, Irmenolf, Irmenhold, Irmenhart, Irmengard, Irmentrut* eodem modo quo *Gottfried, Gotthelf, Gotthold, Gotthard, Mariengard, Engeltrud* efficta censebat Moeser I. p. 201. Iisdem Saxonibus sanctissimum fuit simulacrum eius *Irminsul, Irmensul, Hermansäul, Irmensäule, Hermanssäule* cinctum prope Paderbornam castellis Deseburg, (ubi saltus Deseburgensis, fortasse *Teuteburgiensis* Tac. Ann. 1, 60.) Siegburg, Eresburg, Varburg, Dryburg, (Drutenburg, Iburg) Brunsberg, et a. 772. a Carolo M. una cum fano (Herenhus, Herrenhaus, Horihusen, Herisi, Heerse) destructum iuxta torrentem ebullientem. Ita Ern. Trautvetter von Moorgrund in Ephem. inscriptis: die Zeiten, herausg. von Voss. 1820

ad G. 6. et 38. aliique, designari foederatos, *Herimannos*, *Arimannos*, *Guermannen*, *Waermannen*, *Wehrmannen*, qui, ut postea Suevi et alii, foedus iunxerint ad mutuam defensionem spectans, *Arimanniam*, *Germanei*, *Hermanei*, *Heermannie*, sic dictum a *waer*, *wehre*, defensione, tutela, aut *heer*, exercitu, aut *ger*, *guerre*, bello, *Bundesverein*, *Eidgenossenschaft*. Sed historia neque Suevici, neque antiquioris Germanorum foederis mentionem facit et nihil aliud docet, quam plures Germanorum populos fuisse centumque Suevorum pagos, hos vero Semnonibus etiam tribui, vetustissimis nobilissimisque Suevorum, (v. ad c. 12. n. 9. ad c. 39. n. 11. et de Suevis Caes. b. G. 1, 37. 4, 1.) eosdemque Germanorum populos arma et iunxisse adversus hostes communes, et nonnunquam contra se vertisse. Cf. ad c. 6. n. 1. ad c. 33. n. 7. Dilth. ad c. 38. Adelung p. 147. 198. Barth §. 549. Sprengel p. 86. Wilhelm p. 19. 99. 100. Alii alia comminiscuntur, v. c. Wagner et Sander in Seeb. Archiv für Philol. I, 4. p. 810. II, 1. p. 97 — 104. (ille, Germanis nomen, quod *metum* incusserit, fuisse datum idque petitum ab *Ahrimanno*, Persarum deo omnisque mali auctore, *Teufel*, *Teufelskerle*, ex eo etiam effictum Ἑρμῆς; cui hostiis humanis litatum c. 9. ut Isidem c. 9. ex Pers. *Ized*, spiritu, daemone stellarum, solis et lunae; hic, Germanos sic dictos a *ger*, lanceà, *Speermänner*, Polyb. 2, 22. *Gaesatas*, Plut. Mar. 7. rectius *Geratas*) Savignius Gesch. d. röm. Rechts im Mittelalter. T. I. p. 161 — 195. (hoc nomine indicari iura liberorum hominum, *Arimanos*, *Haremannos*, *Herimannos*, *Germanos*, *Ehrenmänner*, h. e. *Rechtsgenossen*, *Vollbürger*) Hammer ll. ll. ad c. 2. n. 1. et Reichard p. 3. (*Germanum* esse Pers. *Dsjerman*, *Erman*, hospitem, et hinc quoque appellatam Carmaniam, hod. *Kerman*; cf. nota 1.) Barth. I. p. 7 — 15. 48 — 60. 132 sq. et Wilhelm p. 2 — 10. (Germanos olim *Hyperboreos* fuisse dictos et deinde *Germanos* a *Cimmeriis* aut a *Gera*, Thuringiae fl.) Rühs p. 96 sq. Mone T. II. p. 9. Arndt de orig. et cognat. ling. Europ. p. 114. 305. Radlof. de orthogr. ling. Germ. p. 289 — 338. et de reb. Celt. p. 243 sq. Ceterum appellatio *Germanorum* in usu fuit usque ad initium Saec. III. quo invaluit nomen *Alemanorum* s. *Alamannorum*, Gall. *Allemands*, h. e. peregrinorum, advenarum a Celt. *Ellmyn*, aut convenarum et miscellaneorum, (ut dicit Asinius Quadr. ap. Agath. de reb. Iust. I. p. 13. 17.) *Allemänner* i. e. *Allerlei Männer*; nisi cum Moesero I. p. 129 sq. suspicari licet, *Allemannos* pro *Germanis* dici, ut *Hallebarde* pro *Heerbarte*, *Hellweg* pro *Heerweg*, *Allode* pro *Arode*. Cf. Gatterer II. p. 859 — 893. Spener p. 177. Hansselmann I. p. 166 sq. I. H. M. Ernesti II. p. 9 — 11. Adelung p. 233. 234. Reichard p. 23. *Ceterum Germaniae vocabulum recens — vocarentur*: haec verba nonnullis sana videntur, quin etiam plana, plerisque autem corrupta, saltem perobscura et Lipsio Gronovioque ex illis, in quibus aeternum fluctuabunt interpretes fiduciaque maiore destruas aliena, quam moliaris et struas tua. In MSS. et edd. vet. nulla paene lectionum varietas est. *qui primi enim Rh. et transgr.* ed. Nor. *nunc Tungri* omisso *ac* Rhen. 2. 3. Ald. Long. Seeb. *ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint* c. Bamb. et Tur. ed. pr. Rom. Pogg. Pich. Lips. et rec. *ac*, *nunc Tungri*, *tunc G. v. s.* Bip. et Ob. *ac tunc T.*, *nunc G.* Nor. *nunc T.*, *nunc G.* Put. Vien. Par. Rhen. Ald. *vocati sunt* tres MSS. Vat. ed. Nor. Rhag. Rhen. 2. 3. *mox a se ipsis* Vat. 2964. et plurimae edd. *mox et a se ipsis* c. Arund. Vat. 1518. 4498. ed. Vien. Par. *mox etiam a se i.* Vat. 1862. *Germani* ante *vocarentur* abest a c. Bamb. prob. Lips. et Gron. Qui haec mutanda censuere, varia commenti sunt: *Ita nationis nomen in nomen gentis evaluisse* Acid. Ern. Bip. Ob. ut Ann. 11, 58. et H. 1, 80. *Ita nationis* (nomen) *in nomen g. e.* et *Ita nat. nomen in gentis* (nomen) *ev.* Bred. Emmerl. al. *a victo* et *a victis* (Gallis) Mur. Cluv. Lall. Bred. Adelung p. 143. Mannert. III. p. 187. al. *primum*

a victo (victis), *re ob metum* (uti res se habebat, *der Sache gemäss aus Furcht*) Moebius in Güntheri Athen. I, 1. p. 160. *ut omnes, primum a victo re*, (a victis, Gallis, secundum veritatem aut rem ipsam, quum eos experti essent tales) *ob metum* (qui nomini inesset, i. e. ut hostibus hoc nomine terrorem iniicerent) Walther in Ephem. lit. Hal. a. 1820. p. 703. *ob metum a victore* (ut ap. Liv. 25, 33. 45, 26.) et *ut omnes primum a fictore*, a Gallis aut Gallo, inventore novi vocabuli,. Huschke in Seeb. bibl. crit. a. 1821. p. 411. *ut omnes primum a victore* (Tungris) *ob metum, mox apud ipsos* (in ipsorum patria, ut antea apud peregrinos) Günther in Ephem. lit. Hal. a. 1820. p. 423. et a. 1821. p. 479. *a victrice* (sc. natione) Lips. et Gron. *vicino ore* (propter Celticam nominis originem) V. D. in Ephem. lit. Ien. a. 1818. m. Nov. *a re ipsa invento nomine* (a *gerra*, bello, quia bellaces viri erant) Lips. *a se ipsis, invecto nomine, G. v.* Wilken. in Annal. lit. Heidelb. a. 1808. P. I. p. 75. Sed sana esse omnia et digna Tacito arbitratur Walch. Emend. Liv. p. 79. commode autem explicari posse: Ita unius populi nomen, non autem gentis universae nomen paulatim hominum usu vim obtinuisse, ita ut Germaniae incolae primum secundum victores Tungros ab iis, qui sibi metuebant ab illis, mox a semetipsis invento nomine *Germani* vocarentur. Quae Germ. reddidit: *So wäre eines Stammes, nicht des Volkes Name almälig geltend worden, dass die Gesamtzahl anfänglich vom Sieger, des Schreckens wegen, in der Folge durch sich selber, nach dem aufgefundenen Namen, Germanen benannt sei.* Haec explicatio nonnullis arrisit et in his Passovio, qui tamen a Graecis ἀπό sive ἐπί τινος et ὑπό τινος καλεῖν, ὀνομάζεσθαι, ὄνομα τίθεσθαι accuratius distingui dicit.. Sed repudiarunt eam Welker p. 1612. et Günther l. l. ubi recte notatur ingrata διλογία praepos. *a*, ut si quis Germ. dicere velit: *Wir wurden von Luther anfänglich aus Hass Lutheraner, nachher von Allen mit diesem Namen benannt.* Hinc vir doctus in Seeb. bibl, crit. a. 1821. p. 413. coni. *e victore*, ut *e quorum nominibus Istaevones vocentur* hoc cap. 2. et similia ap. Iustin. 15, 4, 8. Varr. de L. L. p. 37. cet. — Aliarum interpretationum tanta est copia, ut earum recensione supersedendum sit. Sufficiat, tum apposuisse Broterianam, (Primo nomen hoc fuit nationis victricis Cisrhenanae, non vero totius gentis Transrhenanae; sed paulatim evaluit, et Transrhenani omnes nomen, quod victor ob metum incutiendum repererat, ipsi usurpavere, reputantes, idem nominis ob bellicae gloriae claritudinem sibi deberi.) tum prae ceteris laudasse explicationes Antonii, Rühsii, Diltheii, Wilhelmi p. 17—19. Ludeni T. I. p. 593 sq. Passovii, Petisci, Grotefendi aliorumque in Seebodii bibl. crit. a. 1822. p. 177—186. 360—366. a. 1824. p. 233. a. 1825. p. 377. et in ei. Archiv für Philol. I, 4. p. 809. et a. 1825. p. 97. 332. 780. — Multi haeserunt in verbis *Germaniae vocabulum recens et nuper additum:* nam legitur iam ap. Herodot. 1, 125. in Pytheae itinerario et in fastis Capitol., ut Γέρμαρα ap. Aristot. teste Steph. Byz. Cf. nota 1. Bredov. translat. Germ. p. 94. I. H. Voss alte Weltkunde p. 30. et Seebode philol. paedag. Archiv a. 1825. II, 1. Hinc nonnulli putant, *recens* h. l. esse non admodum vetus et temporibus Caesaris ante CXXX annos inventum; alii, adverbiis *nuper* et *mox* h. l. tempus longe remotum designari. v. ad Ann. 15, 47, 1. et H. 4, 17, 5. Sed hi omnes non reputasse videntur, h. l. iungi *recens* et *nuper*, omniaque pendere ex verbis *quidam affirmant:* nam *quorundam*, et quidem Romanorum potius ac Graecorum Gallorumve, quam Germanorum aut ipsius Taciti, sententia exponitur, quod patet ex Inf. *evaluisse*, ex Coniunct. *vocati sint* et *vocarentur*, et ex primis verbis cap. 3. *Fuisse apud eos* (Germanos) *et Herculem memorant* sc. quidam s. iidem. Hinc totius loci sententia haec esse videtur: *Quidam — affirmant, eaque vera et antiqua nomina* esse. *Ceterum Ger-*

maniae vocabulum recens esse vel recenter (v. ad Ann. 6, 10, 3.) *et nuper additum*, universae genti datum esse (v. ad H. 1, 62, 3.) sc. quidam affirmant. *Quoniam, qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint*, Condrusi, Eburones, Caeraesi et Paemani, (v. Caes. b. G. 2, 4.) *ut nunc Tungri* (v. ad H. 2, 14, 1.) scil. vocentur, *tunc Germani vocati sint; ita*, sic vel tantopere, *nomen* hoc, quod *nationis*, unius tantum populi, non *gentis* universae fuerit, (ut cap. 38. Ann. 11, 1. Agr. 12 pr., etsi non ubivis, neque cap. 43. extr. et cap. 27. ubi v. not. 8.) *paulatim evaluisse* (v. ad H. 1, 80, 3.) sc. quidam affirmant, *ut, nomine primum a victore*, a populis, qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint, *ob metum* vel incutiendum, vel iam incussum victis, (v. ad Agr. 44. n. 3.) *mox*, paulo post, vel deinde, postea, *a se ipsis invento, omnes vocarentur Germani*, bellatores. Pro vulg. *ac nunc Tungri* scribendum *ut nunc Tungri*; nam bene quidem dici potest *quoniam, qui — Gallos expulerint, ut nunc Tungri* sc. vocentur, *tunc Germani vocati sint*, vel *quoniam, qui nunc Tungri* vocentur, *t. G. v. sint*, ut cap. 36. (quem locum compararunt Bred. et Pass.) *ita, qui olim boni aequique Cherusci* sc. vocati sunt, *nunc inertes et stulti vocantur*; non vero *qui Gallos exp. ac n. Tungri* cet. Nam *ac nunc Tungri* arcte cohaererent cum verbis praec. *qui primi Gallos expulerint*, non cum seqq. *tunc Germani vocati sint*. Itaque aut delendum *ac*, (quod etiam abest ab edd. Rhen. et ab eo extrusum videtur) aut ei potius substituendum *ut*. Cf. ad Agr. 44. n. 8. Verba *invento nomine* a multis non iunguntur cum *a victore* et *a se ipsis*, (*nachdem dieser Name zuerst vom Sieger, nachher von ihnen selbst erfunden war*) sed cum *Germani vocarentur*, ut sensus sit: invento iam a maioribus nomine et boni ominis causa retento, *nach dem vorgefundenen Namen*. Ita vero praepos. *a* duplici sensu capienda et praeterea scribendum *a se ipsi*.

CAPUT III.

Fuisse apud eos et Herculem memorant, primumque omnium virorum fortium ituri in proelia canunt. Sunt illis haec quoque carmina, quorum relatu, quem *baritum* vocant, accendunt animos, futuraeque pugnae fortunam ipso cantu augurantur. Terrent enim trepidantve, prout sonuit acies; nec tam voces illae, quam virtutis concentus videntur. Affectatur praecipue asperitas soni et fractum murmur, obiectis ad os scutis, quo plenior et gravior vox repercussu intumescat. Ceterum et Ulixem quidam opinantur, longo illo et fabuloso errore in hunc Oceanum delatum, adisse Germaniae terras, Asciburgiumque, quod in ripa Rheni situm hodieque incolitur, ab illo constitutum nominatumque Ἀσκιπύργιον: aram quin etiam Ulixi consecratam, adiecto Laertae patris nomine, eodem loco olim repertam, monumentaque et tumulos quosdam, Graecis literis inscriptos, in confinio Germaniae Raetiaeque adhuc exstare. Quae neque confirmare argumentis, neque refellere in animo est: ex ingenio suo quisque demat vel addat fidem.

1. *Fuisse apud eos* cet. cf. ad c. 2. n. 9. *Herculem*, ut c. 9. *Herculem, Martem et Mercurium*, non Graecum Romanumve, sed ei similem, qualem barbari populi tantum non omnes, praecipue bellicosi, colunt, *virum fortem*, ducem quendam fortissimum et antesignanum: nam ad deos in Germania cultos spectant verba c. 43. *Deos interpretatione Ro-*

mana Castorem Pollucemque memorant, et praeterea ad Herculem illa cap. 34. *sive adiit Hercules columnas Herculis, seu, quicquid ubique magnificum est, in claritatem eius referre consensimus — quam scire*. Cf. c. 9. Ann. 2, 12. Schloezer p. 137. et de talibus mythis traditionibusque variorum populorum Rühs p. 134 sq. et Bülav. p. 58 sq. Heroum quoque consecratio et cultus divinus apud Germanos aliosque populos septentrionales in usu fuit. Cf. Bartholin. Antiq. Dan. p. 215. Cluver. p. 198 sq. Grupen I. p. 179. Keyssler p. 97. Hercules vero Germanorum utrum alio nomine dictus, an effictus sit a Romanis, audientibus voces *her, herl, hercl*, fortis, terribilis, *Herkulle, Heerkulle*, exercitus caput, aut similia, ignoramus. Cf. Rudbec. Atlant. 1, 33, 4. Schoepflin. I. p. 75 sq. Gebauer p. 852 sq. 881 — 5. Fulda I. p. 110. Meusel I. p. 90. et 121 — 149.

2. *primumque*, eumque tanquam principem *virorum fortium ituri in proelia canunt* carminibus bellicis, *Kriegslieder, Schlachtgesänge*. v. ad Ann. 2, 88, 2. 4, 47, 2. Rühs p. 142 sq. Petersen p. 200. Bülav. p. 34 sq. Maxima distinctio posita a Lipsio post *fortium* et sublata a Pich. — *Sunt illis haec*, talia, ea. *quoque carmina*; quae diversa fuisse ab iis, quibus viros fortes in proelia ituri cecinerint, ex voc. *quoque* et ex eorum descriptione intelligitur. *Carmina* h. l., ut ap. Claudian. cons. Mall. Theod. v. 319. et Lucil. aut Sever. in Aetna v. 293., dici videntur murmura, soni, fremitus, clamores, ululatus, *quorum relatu*, cantu, incentione, (*Anstimmung*) *quem barritum v., i. a.* Hic est *cantus trux* H. 2, 22. clamor bellicus, (*Schlachtgeschrei*) post cantum carminum bellicorum et tam ante impetum in hostes, quam in ipso proelio sublatus, a tenui susurro exoriens paulatimque adolescens; de quo v. Veget. 3, 18. et Ammian. Marc. 16, 12, 43. 26, 7, 17. 31, 7, 11. Idem non modo plerisque feris populis, hodieque Turcis et Indis, quibus *War-whoop* dicitur, usitatus est, sed etiam Romanis olim fuit, non cantus carminum bellicorum. v. ad H. 2, 22, 3. *boatu* pro *relatu* coni. Burm. Sec. ad Anthol. lat. V, 145. T. II. p. 440. *baritum* c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Vien. Par. Rhen. 2. 3. et min. *barritum* c. Stuttg. ut ap. Veget. et Ammian. Cf. Forcell. Lex. *barditum* c. Arund. (si Abr. Gronovio, sed *blandicum*, si Burm. l. l. fides habenda) Farn. et quatuor Vat. ed. Nor. Rom. Lips. et al. Vox vero non deducenda a *bardis*, (nam neque tales Germanis vates fuere, neque talia horum carmina; v. ad c. 2. n. 5.) sed est mere Germanica, unde *quem baritum vocant*, (ut ap. Veget. et Ammian.) a Germ. *bar* s. *bart*, altus, clamor, carmen, et *baren, beren, baeren*, Fris. *boria* s. *baria*, efferre, tollere vocem, clamare, adiecta terminatione Rom. *barĭtus*, ut *hinnitus, tinnitus, sonitus*. v. Wiarda Asegabuch p. 228. Fréret Mém. de l' Acad. roy. des Inscr. T. 23. p. 164 sq. Anchersen p. 134. Adelung p. 326. 385 — 394. Rühs p. 144. Barth §. 680. Grimm p. 876. „*Barrire* elephantorum est, quos ne noverant quidem Germani, *bardire* cervorum, quos saepissime audiebant et venabantur, unde vates hoc modulo utentes dicti sunt *bardi*.“ *Brot*.

3. *futurae pugnae fortunam*, exitum, eventum, ex *ipso cantu augurantur* cet. cf. ad H. 4, 18, 4. Liv. 4, 37. Caes. b. G. 7, 84. Gell. 1, 11. Plut. Crass. c. 27. Hom. Il. 4, 437 sq. *futuramque p. f.* coni. Bred. Male: ante pugnam canebant baritum; *Pass*. — *terrent enim* hostem *trepidantve* ipsi, *prout sonuit acies* scil. illo baritu, ut H. 4, 18. *ut virorum cantu sonuit acies*, quae verba magis favent distinctioni vulgari, quam novae, a Rhen. 2. 3. Aldo, Pass. et aliis praelatae: *terrent enim trepidantve, prout* (cantus) *sonuit, acies*. — *nec tam voces illae*, (soni distincti et cantus) *quam virtutis concentus videntur* c. Tur. et Stuttg. ed. pr. Put. Nor. Rom. Pogg. Rhag. Ber. Par. Rhen. 1. et min. Pich. et al. nisi quod *ille* c. Tur. et Stuttg. ed. Nor. et Par. ut plerumque. *nec tam vocis ille, quam v. c. videtur* ed. Vien. Rhen. 2. 3. Ern. Bip. Ob. Bred.

Bekk. sed *videatur* Bip. et Bred. *nec tam voces illae q. v. c. videtur* Lünem. *mentis concentus* c. Arund. et Bamb. quod arrisit Ern. et aliis.

4. *fractum murmur*, raucum vel modo fortius, modo lenius. Cf. Virg. Ge. 4, 72. et Aen. 3, 556. Ammian. 16, 12, 43. 31, 7, 11. *Fracti sonus* alio sensu dicuntur Ann. 14, 20. ubi v. nota 4. — *obiectis* (applicatis) *ad os scutis*, et clamore aut murmure repletis ac resonantibus. — *repercussu:* antiquiores scriptores *repercussa* vel *repercutiendo* dicere solent; *Günth.*

5. *Ulixem:* in ed. pr. Rhen. 1. et min. aliisque *Ulyxem* et mox *Ulyxi*. „Sed *Ulixem* rectius scribi docent Heusing. et Gernh. ad Cic. de off. 1, 31. Schneid. Gram. I, 1. p. 43. Lindem. ad vit. Hemsterh. et Ruhnk. p. 149. Gesner. in Thes.“ *Hess.* Sed *Ulixen* Osan. ad Apul. fragm. p. 52. et alii. *Ulixem quidam opinantur* cet. „Inter hos Strabo III. p. 149. ubi tradit, in Hispania Ὀδύσσειαν (Ulyssiponem, Olisiponem, Ulyssopolim, hod. Lisboa) Homerici Ulyssis monumentum esse, ut Solin. c. 26. 36. qui et in Britanniam eum venisse ex ara Graecis literis inscripta collegit c. 25. 35. Cui opinioni si indulgeamus, quidni Vlissinga in Zelandia ab eodem sit? quidni Circzea a Circe? Sed hos ingeniorum lusus scite coarguit Brod. Misc. 3, 4.“ *Lips.* Cf. Sen. ep. 88. aliaque exempla originis populorum oppidorumque a Troianis repetitae ap. Strab. XVII. p. 834. Ammian. 15, 9. Rühs p. 138 sq. Steger. p. 70 sq. Bülav. p. 58 sq. Ex aliorum sententia Ὀδυσσεύς est *Odin* s. *Wodan* Germanorum, *Laertes autem Iorich*, splendidus. Tres fuere Odini et tertius eorum heros clarissimus, qui, multis regionibus peragratis, ex terra Asorum (unde *Asciburgium* fortasse *Asenburg*, *Asburg* ad Rhenum, aut *Asgard*, sedes Odini) a. Chr. n. 40. migravit in Germaniam septentr. et in deos relatus est. Cf. ad c. 9. n. 1. Lagerbring Suea Rikes Hist. T. I. p. 65. Ionae Rami tract. hist. geogr. quo Ulyssem et Outinum unum eundemque esse ostenditur Hafn. 1716. Suhm p. 2 sq. Rühs p. 140. 141. 274—284. et ei. hist. relig. Scandin. Goett. 1801. p. 30—96. Schlegel p. 141 sq. Barth T. II. p. 516. Mone II. p. 10. Bülav. p. 64 sq. quosque Hess. laudavit, Schlegel Vorles. über die alte u. neue Lit. T. I. p. 220. (de fabuloso Ulixis errore) et Leo über Odins Verehrung Erlang. 1822. Zamolxi Odinum comparat Gagern p. 11. 35. 77.

6. *in hunc Oceanum*, Germanicum s. septentr. — *Asciburgium, in ripa* Rheni situm, hod. *Asburg*, vicus non longe a Mursia s. Meursia (Meurs) situs, aut *Essenberg*, vicus vicinus, aut *Orsoy*. Cf. nota 5. et ad c. 43. n. 7. ad H. 4, 33, 2. Cluver. p. 92. 414. 430. Mannert. II. p. 250. III. p. 555. Barth. §. 481. Wilhelm p. 114. v. Wersebe p. 307. Aliud est Ἀσκιβούργιον Ptol. 2, 11. hod. Doesburg, Duisburg, in altera Rheni ripa et ex adverso situm. *Ascipurgiumque* Vien. *Astiburgiumque* ed. Par. Lectio satis memorabilis iudice Pass. in Praef. p. XVI. In pluribus vero Germanorum dialectis *Ask* et *Asch* dicitur vas et in lege Sal. 23. §. 3. navis; unde *Asciburgium* esse id. qd. *Schifburg*, non male suspicabatur Rühs p. 141. A Germ. *Esche*, fraxino, aut campo sicco in arva perennia exculto, huius oppidi aliorumque locorum nomina repetebat Alting. I. p. 11. Τὸ Ἀσκιβούργιον ὄρος ap. Ptol. 2, 11. sunt montes gigantei, ap. Dion. 55. 1. τὰ Οὐανδαλικὰ ὄρη, ἐξ ὧν ῥεῖ ὁ Ἄλβιος. — *hodieque* ed. Nor. Rom. Par. Vien. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Ern. Ob. al., h. e. hodie quoque. v. ad O. 34. n. 6. Gron. et Duk. ad Liv. 1, 26. 5, 27. „Cf. Frotsch. ad Quintil. X. p. 84. 318. Bremi ad Suet. Claud. 19. et Forcell.“ *Hess. hodie* c. Tur. ed. pr. Put. Ber. Rhag. Rhen. min. Mon. Pass. — *constitutum*, exstructum, conditum. v. ad Ann. 2, 49, 1. — Ἀσκιπύργιον Vat. 1518. 1862. 2964. ed. Brot. ἀσκιπύρκον MS. Ven. v. Pertz Ital. Reise p. 45. et Seeb. bibl. crit. a. 1824. p. 1418. ἀστιπεάγιον c. Arund. *Acriniprion* ed. Nor. et Rhen. 1. Lacunae signum loco vocis apposuere c.

Vat. 4498. ed. pr. Put. Rom. Pogg. Ber. Par. Rhen. min. haud dubie, quia typis nondum Graeca exprimi poterant, unde et in marg. c. Vat. 4498. legitur: *addendum erit verbum Graecum.* Eorum tamen exemplum secuti sunt Bip. Pass. Hess. quia pro certo affirmari nequeat, quale fuerit antiquum Asciburgii nomen, quod a librariis corruptum postea exciderit. Alii editores nec lacunae indicium fecerunt, nec Graecum posuerunt nomen, rati, hoc in margine adscriptum inde in textum irrepsisse, nec locum habere, nisi *oppidumque* pro *Asciburgiumque* substituatur. *Ἀστυπύργιον* coni. Rhen. *ἄστυ Φρύγιον* Voss. *Ἀσκινίπυργον* (Ascanii arx) Hagenbuch. de Asciburgio Ulixis Tiguri 1723. *Ἀκρισιπύργιον* Grotef. ab Hessio laudatus et *Ἀκρινήριτον* (arcem Neriti montis in Ithaca) alii.

7. *Aram quin etiam Ulixi consecratam,* verba ambigua, ut *ara Druso sita* Ann. 2, 7, 2. et *ara Octavio consecrata* ap. Suet. Aug. 1. ubi v. Ern. et Wolf. Significari enim potest vel monumentum lapideum, in memoriam Ulyssis positum, vel *ara* vulgari sensu dicta et *Ulixi,* in honorem eius, exstructa, tanquam heroi, (v. ad Ann. 2, 7, 2. et Casaub. ad Suet. l. l.) vel *ara Ulixi,* ab Ulixe, consecrata. v. Ind. III. v. *Dativus.* Posterior ratio ceteris praeferenda. — *adiecto Laertae patris nomine, Λαερτιάδῃ, Günth.* — *eodem loco,* Asciburgii. — *monumentaque et tumulos,* (v. ad c. 1. n. 1.) Germ. *Denkmäler, nämlich Grabhügel,* nam *et tumulos* est appositio, vel *et ἐξηγητικόν, Roth.* p. 47. v. ad c. 17. n. 5. Ann. 1, 33, 2. et Ind. III. v. *Hendiadyoin.* „Vocabula haec non sunt synonyma. Sepulcra antiquorum, in *tumuli* h. e. monticuli formam facta, inde appellabantur *tumuli.* Talis tumulus deinde circumdabatur sepimento quodam aut caespite aut lapide aut marmore, pro cuiusque fortuna, idque *monumentum* dictum. *Monumentum sepulcri id esse D. Hadrianus rescripsit, quod monumenti i. e. causa muniendi eius loci factum sit, in quo corpus impositum sit,* Macer IC. in l. 37. D. de relig. et sumptu fun. Cf. c. 27. Virg. Cul. v. 392. sq. Sen. ep. 92. et controv. 7, 6. extr." *Pich.* Sic recta scriptura esset *munimentum;* sed ea est potius *monimentum,* ut h. l. *monimentaque* in c. Tur. ed. pr. Nor. Pogg. al. et *monimentorum* c. 27. in ed. Vien. *Monimenta* enim sunt, quibus praetereuntes *admonentur,* et se esse, et sepultos fuisse mortales; *Long.* Hinc et Gr. *μνημεῖα.* Cf. ad Ann. 3, 23, 1.

8. *Graecis literis inscriptos,* runis, ut putant Mone, Grimm et alii. v. ad c. 2. n. 5. Sed *Graecae* fuerunt literae, et runae p. Chr. n. in usum venerunt. Nisi fabulosa haec, characteres tantum formaeque s. figurae literarum Graecis similes fuere ipsaeque fortassis Celticae aut Etruscae: pars certe Etruscorum a Romanis pulsa priscis iam temporibus in Raetiam et ad Alpes migraverat. Graecis mercatoribus haec monumenta tribuebat Steger p. 71. et Gallos literarum vitaeque cultioris usum debere Phocaeensibus Asiaticis, a quibus colonia Massiliam deducta, suspicabatur Bred. Graeci tamen sermonis usus in Gallia serior fuit et Druidibus paene proprius. Cf. Strabo 4, 1, 5. p. 179. 181. Iustin. 43, 4. Morus ad Caes. b. G. 1, 29 pr. 5, 48. 6, 14. Barth II. p. 323.

9. *quae neque confirmare argumentis, neque refellere in animo est,* verba, quibus usus est Livius in Praef. et 5, 21. *affirmare* c. Arund. prob. Ern. qui tamen *argumentis* suspectum habebat. — *demat fidem,* ut Ann. 4, 9. et H. 2, 50. — *addat fidem,* ut ap. Ovid. Fast. 3, 366. id. qd. simpl. *dare fidem* ap. Liv. 2, 24. 40, 46. ut *addere* pro *dare.* v. ad H. 1, 62, 3.

CAPUT IV.

Ipse eorum opinionibus accedo, qui Germaniae populos nullis [aliis] aliarum nationum connubiis infectos, propriam et sinceram et tantum sui similem gentem exstitisse arbitrantur. Unde habitus quoque corporum, quanquam in tanto hominum

numero, idem: omnibus truces et caerulei oculi, rutilae comae, magna corpora et tantum ad impetum valida. Laboris atque operum non eadem patientia: minimeque sitim aestumque tolerare, frigora atque inediam coelo solove assueverunt.

1. *Ipse eorum opinionibus accedo* cet., v. ad cap. 2. n. 1. pr. — *nullis aliis aliarum nationum connubiis infectos:* additum *aliis* vel ad augendam enuntiationem vel potius ex usu elegantioris orationis; *Günth.* „*Alius* et ἄλλος saepius redundant. v. Ovid. Met. 10, 309. Hom. Odyss. 1, 133. 6, 84. 16, 264. 20, 185. Walch. emend. Liv. p. 59. inpr. Wolf. ad Plat. Phaed. 19. p. 32. et Erfurdt ad Soph. Oed. Tyr. 7. Qui vocis pleonasmus ab h. l. alienissimus. Propius iam abest illa adiectivi vis, de qua v. Ern. clav. Cic. Sic et ἄλλος interdum pro ἀλλότριος adhibetur, ut ap. Hom. Od. 23, 274. et Soph. Oed. Tyr. 231. ubi v. Erf. Sed praestabit, locum e structura in ipsa periodo mutata explicare. Dicturus erat *nullis aliis nisi popularibus connubiis mixtos.* Haud absimilia mutatae construct. exempla dabit Ruhnk. ad Rutil. Lup. 2, 6. p. 95.“ *Pass.* Optime Longol. *durchaus durch keine andere* interpretatus est; *Hess.* Delendum potius *aliis* esse arbitrantur Lips. Pich. Walch. et alii. Nos *vocem* uncinis inclusimus. Cf. verba Adami Brem. ad c. 20. n. 8. adscripta. — *infectos,* ut *mixtos* c. 2. pr. et saepius *inficere, corrumpere,* (c. 23 pr.) *violare, vitiare, adulterare, venenare,* φθείρειν, συμφθείρειν, μαίνειν, μολύνειν de rebus non in peius, sed a vera sua natura in alium alienumque usum mutatis, non amplius sinceris, sed mixtis, praecipue de iis, quarum naturam ars et nativum colorem ascititius variavit. Cf. Pass. ad h. l. Hemsterh. ad Lucian. Prom. p. 31. Kuster. ad Aristoph. Plut. 530. Cum animi tamen indignatione quadam hoc dictum; *Günth.*

2. *propriam et sinceram et tantum sui similem gentem:* „quae tria nihil aliud sunt, quam idem alio modo, maioris affirmationis et ἐμφάσεως gratia. Ita et *proprius* suus, οἰκεῖος, cum pluribus non communis eoque impermixtus.“ *Gron. propriam,* cui nihil alieni, peregrini additum est, *eigenthümlich, ursprünglich; Hess. sinceram,* non *infectam,* incorruptam, puram. Cf. H. 4, 64. extr. O. 28. fin. et verba Suet. Aug. 40. *sincerum et ab omni colluvione peregrini et servilis sanguinis incorruptum servare populum.* Pro *propriam* c. Bamb. *perpetuam* (cf. Ter. Andr. 5, 4, 5.) et Arund. *propterea.* Illud probarunt nonnulli et utrumque Bip. *tamen sui silem* ed. Par. quae orta ex comp. script. *totam sui similem* coni. Ern. *sui similem:* „licet praecipiant Grammatici et probent multi scriptorum loci, *similis* cum Genit. ad animum et mores, cum Dat. ad corpus spectare, tamen hanc differentiam frequenter neglexerunt Latini, prout, credo, suavius sonaret, et ubivis fere *sui similis* dixisse videntur. Cf. Drak. ad Liv. 6, 13. Ruddim. Gr. II, 91. Goer. ad Cic. fin. 5, 5.“ *Hess. sibi similem* Adam. Brem. 1, 5. v. ad c. 20. n. 8.

3. *habitus quoque corporum,* eorum et externa species, et firmitas ac robur. v. ad Ann. 1, 10, 11. — *idem: omnibus* cet. c. Tur. ed. pr. Put. Nor. Pogg. Vien. Par. Pass. Dilth. Hess. *idem, omnibus* Rhen. 1. et min. *idem omnibus: truces* cet. Rhen. 2. 3. et cet. ante Pass. nec male. Peregrinatoribus commode observatum est, quo rudior et incultior esset gens, eo minus inter se differre facie et corporis figura; *Hess.* Cf. Iuvenal. 13, 164. sq. et Rühs p. 147.

4. *truces oculi,* quales sunt barbaris, bellatoribus iisque, quibus natura dedit *corpora magna* et ingens robur. Haec vultus truculentia aucta et metu et arte, de qua v. cap. 31. et 38. Hor. od. 4, 5, 26. et epod. 16, 7. — *caerulei oculi,* ἡ χαροπότης τῶν ὀμμάτων ap. Plut. Mar. c. 11. Tales oculi tum Germanis et Britannis, (unde *Brith* et *picti* ap. Martial. 11, 99.) tum omnibus fere populis septentr. tribuuntur; quod Aristot.

probl. 14, 14. vitio naturae ac frigori, alii vero arti assignant et glasto, quo se coloraverint. v. intpp. Horat. epod. 16, 7. et Iuvenal. 13, 164. Barth. II. p. 238. et Rühs p. 147. 148. — *rutilae comae*, tam flavae, *ξανθαί*, *χρυσοειδεῖς*, *blassgelbe, hochblonde, goldgelbe*, quam rufae potissimum (*gelbrothe*) et rutilae, *πυῤῥαί*, *feuerfarbige, brandgelbe*, tribuebantur Germanis et Gallis, quibus non a natura tantum erant, sed etiam ab arte: nam saepius eas lavabant rutilabantque lixivio s. sapone Gallico, qui e sevo s. sebo et cinere factus erat, ut terrificam ita sibi conciliarent speciem; quam ob causam crinem quoque et barbam submittebant: quem tamen morem Germanis ex voto quoque et in adolescentia fuisse legimus cap. 31. et H. 4, 61. ubi v. nota 1. Cf. Agr. 11. Paul. Aegin. l. 7. p. 277. ed. Bas. Clemens paedag. 3, 3. p. 98. intpp. Iuvenal. 6, 120. 13, 164. Sil. 3, 608. 4, 200 sq. et Suet. Cal. 47. Strabo VII. p. 290. Diodor. 5, 28. Plin. 28, 51. Herodian. 4, 7. Tertull. de cultu 2, 6. Nibelung. v. 2307. Barth II. p. 238. Rühs p. 148 — 153.

5. *magna corpora* et robusta, quae Germani debebant simplicitati cultus, serae iuvenum Veneri ideoque inexhaustae pubertati, exercitationibus corporis et frigidiori coelo. Cf. cap. 20. 23. Ann. 1, 64. 2, 14. 21. H. 4, 1. 14. 5, 14. 18. Agr. 11. Caes. b. G. 1, 39. 2, 30. inpr. 4, 1. Strabo VII. p. 290. et 4, 5, 2. Dio 38, 35. 47. Eginhard c. 22. Zimmerm. Gesch. d. Mensch. 1, 54. 58. Barth II. p. 237. Rühs p. 153 sq. *rutilae comae, corpora tantum impetu valida* c. Bamb. Ita et Arund. sed *ad impetum*. — *et tantum valida ad impetum* brevem, quia fortasse artis, disciplinae exercitationisque militaris ignari, ut Galli, in nimis acri impetu omnes paene vires effundebant; quibus recollectis iterum invadebant hostes. Cf. Ann. 2, 14. Sen. de ira 1, 11. Liv. 5, 44. 38, 17. Rühs p. 158. *sed tantum* corr. Acid. At v. ad Ann. 1, 13, 2.

6. *Laboris*, multi, magni et continui, *atque operum*, laborum negotiorumque, quae virium intentionem desiderant, *eadem* sc. corpora, etsi magna et robusta, *non patientia* sunt, sed amant inertiam. v. cap. 14. 15. Sic *minime patientia aestus corpora Gallorum* ap. Liv. 35, 5. et similia al. Vulgo interpretantur *laboris a. o. non eadem patientia* sc. iis est. Sed ita *eadem* minus h. l. convenit. Germanos tamen *ab parvulis labori ac duritiae studere* dicit Caesar b. G. 6, 21. et Mela 3, 3. — *minimeque sitim aestumque tolerare assueverunt*, quia avidius bibunt in calidis regionibus statimque in sudorem eunt: quod magis nocuit Cimbris quam virtus Marii. v. Plut. Mar. 26. Polyaen. 8, 10, 3. Frontin. 2, 2, 8. — *frigora* vero (quod supplendum potius est, quam adiiciendum ex ed. Vien.) *atque inediam* (sollennes militiae comites) *tolerare coelo* frigido *solove* sterili *assueverunt*. Germanos, ut et Gallos, impatientes esse sitis aestusque, patientes autem frigoris et inediae, multi tradunt. Cf. de his eorumque causis ad c. 22. n. 4. ad cap. 23. n. 4. H. 2, 32. 93. 99. Liv. 5, 44. 48. 7, 12. 10, 28. 22, 2. 22. 27, 48. 34, 47. 35, 5. 38, 17. Polyb. 2, 33. 3, 79. Dio 38, 45. 47. 49. et exc. 103. Barth §. 210. 590. Rühs p. 159 (ubi studio venandi plus tribuit, quam *coelo* frigido, quod abundantiorem requirat victum) Bülav. p. 70 sq. *soloque* corr. Periz. et Barker. „*Ve* et *vel* nunquam non disiungunt, etsi saepe non multum differunt a copula. v. Goerenz. ad Cic. de fin. 5, 21. Schwarz. ad Tursell. de partic p. 896. Voss. ad Virg. Ge. 1, 442. Heyne ad Virg. Aen. 6, 769. Hic autem *coelo* ad *frigora* referendum, *solo* ad *inediam*, qui sensus non nis adhibita particula disiunctiva poterat effici.“ *Pass.* Cf. ad c. 42. n. 7 Ann. 15, 22, 1. Agr. 12. n. 3. Ramshorn. Gram. p. 529 sq. *assueverint* ed. Nor.

CAPUT V

CAPUT V.

Terra, etsi aliquanto specie differt, in universum tamen aut silvis horrida, aut paludibus foeda: humidior, qua Gallias, ventosior, qua Noricum ac Pannoniam aspicit; satis ferax, frugiferarum arborum impatiens, pecorum fecunda, sed plerumque improcera. Ne armentis quidem suus honor aut gloria frontis: numero gaudent; eaeque solae et gratissimae opes sunt. — Argentum et aurum propitii an irati dii negaverint, dubito. Nec tamen affirmaverim, nullam Germaniae venam argentum aurumve gignere. Quis enim scrutatus est? Possessione et usu haud proinde afficiuntur. Est videre apud illos argentea vasa, legatis et principibus eorum muneri data, non in alia vilitate, quam quae humo finguntur; quanquam proximi ob usum commerciorum aurum et argentum in pretio habent formasque quasdam nostrae pecuniae agnoscunt atque eligunt: interiores simplicius et antiquius permutatione mercium utuntur. Pecuniam probant veterem et diu notam, serratos bigatosque. Argentum quoque magis quam aurum sequuntur; nulla affectione animi, sed quia numerus argenteorum facilior usui est promiscua ac vilia mercantibus.

1. *Terra, etsi aliquanto specie differt — paludibus foeda*, v. ad c. 2. n. 4. *et si* Par. et Rhen. min. *aliquanto* (sc. negotio) et *aliquantum*, non multum; *Long.* Longe et plurimum; *Ern.* ad Suet. Caes. 86. „Sed *aliquantum* per se incertae potestatis est, sicut cognata vocabula *aliquis, aliquamdiu, aliquot*, v. c. quum dicitur *aliqua difficultas* inest, *aliquot* anni, qui possunt esse X, sed et XL, LX.“ *Wolf* ad Suet. Caes. c. 10. Medium illud esse inter *paulum* et *multum*, nostrum *ziemlich viel*, colligebat Scheller in Lex. e Cic. p. Quint. 12 pr. *si non paulo, at aliquanto*, et Cic. Tusc. qu. 5, 6 pr. *an nihil actum? Actum aliquantum.* Cf. Heusing. ad Cic. de div. 2, 1. et de off. 1, 1. — *Silvae* in Germania erant Hercynia, (c. 28. 30. Melibocus Ptol.) Vogesus s. Vosegus, Abnoba, (c. 1. Silva Martiana, hod. nigra) Sudeti montes, (Böhmerwald, Erzgebirge) Gabreta, (Fichtelgebirg) Semana, Luna, (f. Mannhartsberg) Bacenis, (Thüringer Wald) Buchonia, (Buchenau) Caesia silva, (Ann. 1, 50. Heserwald) Teutoburgiensis saltus, (Ann. 1, 60.) Herculis silva, (Ann. 2, 12.) Baduhenna, (Ann. 4, 73.) Arduenna, (Ann. 3, 42.) et aliae. De his et montibus Germaniae v. Plin. 16, 2. Barth. II. p. 5—24. et Mannert. — *paludibus foeda*, maxime in Westphalia, Saxonia inferiore, cuius rei causa quaerenda est in magnis silvis, quae impediunt, quo minus paludes exsiccentur; *Long.* et *Hess.* coll. Ann. 1, 63. 2, 5. 13, 54. H. 4, 73. 5, 15.

2. *humidior* est, (*paludibus foeda*) *qua* parte *Gallias aspicit*, propter frequentes silvas et inundationes Rheni fluviorumque, quos ille excipit, (v. Ann. 13, 34.) *ventosior*, (*silvis horrida*) *qua Noricum ac Pann. aspicit*, v. ad c. 1. n. 1. *qua Noricum, qua Pann. a.* c. Arund. *humilior* pro *humidior* male coni. Cluver. et alii. „Loca, quae *humida* et ad mare, magis obnoxia ventis, quam sicca et mediterranea. Hinc *ventosior* est magis sicca et aërea; nisi leg. *verticosior*, altior et montana.“ *Lips. Ventosior* vox gravida, quae et siccitatem et eius causam, ventos, designat et cui *humidior* opposita est; *Hartman.* I, 9. III, 17. *Ventosae* regiones, quae ventis vehementioribus et crebris perflantur iisque patent, hinc editiores, montuosae, (nam crebri saltus *montesque causa ac materia tempestatum*, Agr. 10.) atque adeo saltuosae, silvestres; *Ern. Ob. Emmerl.*

3. *satis ferax*, quantum satis est incolis alendis, sed rectius *ferax satis*, omnibus, quae sata sunt, frugibus, segetibus. *sati* malebant Cluv. et Copr. Sed similiter Virg. Ge. 2, 222. *ferax oleo* et Plin. ep. 4, 15, 8. *ferax bonis artibus; Pass.* *Sata* illa erant et etiamnunc sunt avena, secale, (*asia* sub Alpibus, Germ. *Roggen*) triticum trimestre, siligo, hordeum, brace, arinca, milium, zea s. spelta. Cf. cap. 23. 26. Plin. 18, 12. 19. 20. 40. 44. 49. 19, 26. 28. 42. Dio 22, 3. 49, 36. Strabo 4, 5, 5. 7, 5, 4. Adelung II. 2, 44. Barth II. p. 258 sq. Rühs p. 167—173. — *frugiferarum arborum impatiens*, earum cultum respuens, ut contra *frugum patiens solum* Agr. 12. Sed Germaniam utique patientem esse et feracem talium arborum, praecipue pomorum agrestium, pirorum, cerasorum, olearum uvarumque, inpr. Raeticarum, dicunt Dio 49, 36. Strabo 4, 6, 8. 5, 1, 8. 7, 5, 11. Plin. 12, 3. 14, 3. 4. 8. 27. 15, 36. 17, 16. Mela 2, 2, 6. et ipse Tacitus cap. 10. 23. 26. Cf. Barth II. p. 264 sq. et Rühs p. 173 sq. Hinc omnino h. l. scribendum *patiens*, et *im* ortum ex praec. *um:* quod iam monuit Tross in Seeb. N. Archiv für Philol. a. 1829. p. 131.

4. *pecorum*, ovium, (nam opponitur *ne armentis quidem*) *fecunda* est, *sed plerumque improcera* „sc. habet, gignit, producit, quale verbum transitivum ex adiect. *fecunda* eliciendum, ut Germ. *es ist reich an Vieh, aber meistens unansehnliches, kleines* sc. *hat es, bringt es hervor.* [Cf. Ind. III. v. *Syllepsis.*] Diltheius *improcera* pro Nominat. plur. habet suppletque *sunt pecora.* Sed tum Tacitus scripsisset *pleraque*, ut voluere Lips. Cluv. Bred. Absurde alii *improcera* ad *terram* retulerunt.“ *Selling.* obss. crit. in Tac. Agr. p. 10. Sic Wolf. ad Ann. 1, 10. extr. et Passov. ad h. l. Ille annotavit haec: „*Improcera* dicitur terra ob improcera corpora pecudum.“ Hic: „Germaniam *improceram pecorum* dicit, ut quae pecorum proceritate non gaudeat. Breviloquentia haec et genus structurae, ut Graecis longe usitatissimum, ita nec Tacito insolitum. Sic *nudi aut sagulo leves* c. 6. *incuriosus famae* H. 1, 49. *improvidus futuri* et *consilii* H. 1, 88. 3, 56. *impiger militiae* H. 1, 87. *immodicus laetitiae* Ann. 15, 23. Cf. Schaeferi Melet. crit. p. 137 sq.“ Adstipulatur ei Hess. et exempla huius constructionis affatim suppeditari dicit a Ruddim. inst. Gram. P. II. p. 73. sq. ed. Stallb. Cf. Ind. III. v. *Genitivi Adiectivis iuncti.* Sed *terram* bene dici *improceram pecorum* et simillimas esse locutiones illas, haud crediderim, malimque cum aliis scribere *pleraque.* — *Ne armentis quidem suus honor*, debitus, proprius; *Günth.* Improcera ac deformia olim etiam *fuisse dicuntur armenta*, praeter tauros feros, equi et vaccae Alpinae, *cevae*, Germ. *Kühe.* v. cap. 6. Ann. 4, 72. Plin. 8, 15. et 70. Caes. b. G. 4, 2. 7, 65. Colum. 6, 24. Barth §. 566. Rühs p. 176. 177. Nunc procera sunt et armenta et oves in palustribus Germaniae terris. Praedicantur etiam opima eius pascua, prata et saltus a Tac. Ann. 4, 72. Plin. 17, 3. 4. Claudiano laud. Stil. 1, 224 sq. *Honor* et *gloria frontis* non iocose aut ironice, (ut putat Luden T. I. p. 707.) sed poetice et graphice dicuntur armentorum et praecipue taurorum cornua frontem eorum decorantia. Cf. Plin. pan. 4, 7. intpp. Hor. od. 1, 17, 16. epod. 11, 6. 17, 17. et Sil. 4, 755. 12, 244. Ephem. schol. Darmst. a. 1829. p. 353. *Honor* est pulchritudo e pinguedine ac nitore, et cornua poetice *gloria frontis* dicuntur; *Ern.* „Immo verba *aut gloria frontis* voci *honor* per apposit. adiecta et rem antea dictam clariorem reddunt; *aut* vero est id. qd. *et*, quod saepe est ἐξηγητικόν.“ Roth. p. 48. Cf. ad c. 17. n. 5 Ann. 1, 16, 1. et Ind. III. v. *Hendiadyoin.* Tacitus autem credidit, his armentis cornua fuisse parva ac deformia, non plane nulla, ut in Hibernia et aliis terris; *Barth.* §. 566.

5. *Numero gaudent*, cf. ad c. 46. n. 8. Ann. 4, 72. Caes. b. G. 6 35. — *eaeque solae et gratissimae opes* sunt, ut fere patriarcharum orien-

talium heroumque Homericorum; *Dilth.* Cf. cap. 12. 15. 21. Caes. l. l. et Ovid. Fast. 5, 279 sq. *eaque* ed. Mon. haud male; *Pass.* „Sic Liv. 3, 38. *eam impedimentum delectui fore.* De utraque pronominis constructione v. Ruddim. inst. Gram. P. II. p. 21.“ *Hess. solae his grat.* o. ed. Vien. et Par.

6. *Argentum et aurum propitii an irati dii negaverint* Germanis, *dubito:* scite dictum et respectu avaritiae, luxus, fenerationis aliorumque vitiorum, quibus laborabant Romani. Rei tamen usum non tollit abusus. Cf. Iuvenal. 6, 298 sq. Ovid. Met. 1, 137 sq. Iustin. 3, 2. Plin. 33, 1. et 3. s. 1—4. 6. 14. Sen. ep. 94. et de ben. 7, 10. Goguet 1, 2, 4. Deutsch. Mercur VI, 1. p. 96—106. Rühs p. 189. *propitii an irati* Vat. 1518. 4498. et plurimae edd. *propitiine an i.* Vat. 1862. 2964. Humm. ed. Nor. Par. Vien. Sed *an, num, utrum* ante *an* in oppositione omitti solent. „*Propitii* dicuntur dii, rarius homines. v. Ruhnk. ad Terent. Adelph. 1, 1, 6. et Forcell. Tacitum e Cic. p. Cael. 17. colorem duxisse putabat Lang. in vind. trag. Rom. p. 54. Sed *propitii — irati dii* est formula sollennis.“ *Hess.*

7. *Nec tamen affirmaverim* cet. Germaniam his venis abundare hodie constat, postquam illas *scrutari* coeptum est. Inde et propria Germanis vocabula *Gold* et *Silber.* „Quae Tacitus Ann. 11, 20. de Curtio memorat, nondum comperta habuisse videtur, quum hunc de Germ. libellum scriberet. Prima autem vena tempore Othonis I. inventa est teste Ottone Frising. 6, 24. et Ditmaro Merseb. 2, 18.“ *Graev.* Cf. Gron. de pec. vet. 4, 9. p. 319. Dithmar. ad h. l. Barth. §. 574. Rühs p. 182 sq. Wenck II. p. 90. Bülav. p. 76 sq. Gmelin Beitr. zur Gesch. d. teutsch. Bergbaues Halle 1783. Reusch. origines metallifodinarum in Germania Helmst. 1725. *Nec inde affirmaverim — aurum argentumve gignere* c. Arund.

8. *Possessione et usu haud proinde afficiuntur* c. Tur. et Stuttg. ut edd. vet. nisi quod *perinde* Rom. Ber. Par. Rhen. 1. 2. 3. „*Proinde* idem valet quod *perinde,* neque hoc illi potest substitui ap. Lucret. 3, 1048. 1066. 4, 652. 660. 661. 998. Cf. Cort. ad Sall. Cat. 12, 5. Schwarz. ad Tursell. de partic. p. 628. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 31. Walch. emend. Liv. p. 31. Goerenz. ad Cic. de leg. 2, 19.“ *Pass. Haud proinde* s. *perinde* varie explicatur; a quibusdam: *non valde,* Germ. *nicht eben, nicht sonderlich, nicht sehr;* (quod repudiari a Duk. ad Liv. 23, 21. Wolf. ad Suet. Aug. 80. et Ruhnk. in Praef. Lex. Scheller. monet Dronke ad Agr. 10.) ab aliis: non ut debent, ut par et consentaneum est; (ita c. 34. H. 2, 84. 4, 62. Liv. 4, 37. Suet. Tib. 52. et Galb. 13.) a plerisque: *non aequaliter, non eodem modo, οὐχ᾽* sive *μὴ ὁμοίως, οὐχ᾽ οὕτως, οὐ τόσον,* sc. possessione et usu, aut ita ut suppleatur *ac nos Romani et omnes fere nationes* vel *omnes Germani.* Cf. Ann. 1, 13. 73. 2, 14. 63. 88. 6, 31. 12, 12. 60. 13, 49. 14, 48. G. 26. Agr. 10. inpr. Ann. 2, 5. et Iustin. 2, 2. *Proinde* exhortandi, *perinde* similitudinis adverbium esse statuunt Heind. et Creuzer ad Cic. N. D. 2, 38. 96. et Herzog. ad Caes. b. G. 7, 66. Orellius autem et Garaton. ad Cic. p. Mil. 7, 58. promiscuum usum obtinuisse potissimum in formulis *perinde quasi, p. ut* et *p. ac* s. *atque,* rarius aut nunquam in *haud* s. *non perinde.* Equidem puto, *perinde* et *proinde* ab optimis scriptoribus nullo discrimine usurpari et *haud* s. *non proinde* rarius reperiri, *proinde* autem, si adv. exhortandi sit, nunquam permutari cum *perinde.* v. Möser ad Cic. de rep. 1, 5. Daehn. ad Caes. b. G. 3, 60. M(eine)r Uebers. aller lat. Partik. p. 361. 393. Zumpt. Gr. §. 282.“ *Hess.* Cf. Walch. ad Agr. 10. et Ramshorn. Gram. p. 589. Ceterum his verbis conferenda sunt illa c. 44. et quae h. l. subiunguntur, ut his ea, quae de barbaris populis, numos et vasa aurea atque argentea spernentibus, propter ignorantiam pretii et usus, referunt Carver

Reisen p. 214. Hall voy. of discovery to the westcoast of Corea Lond. 1818. p. 208. et Rühs p. 193. 194. Minus congruunt H. 4, 76. Caes. b. G. 5, 55. 6, 2. 28. Herodian. 1, 6. 6, 7. et itineraria rec., de quibus v. Rühs p. 190. Haec tamen spectant ad ea tempora, quibus Germani iam commercium habuerant cum Romanis et Gallis, horumque mores asciverant.

9. *Est videre*, licet, datur, facultas datur, ut al. necesse est, tempus est, convenit. Sic ἔστι, ἦν, ἔσται, ἔστω, εἶναι pro ἔξεστι, ἐξῆν cet., vel pro ἔστι δύναμις s. θέμις. Cf. ad Ann. 11, 1, 2. 16, 34, 1. Agr. 32 extr. Gell. 3, 1. 12, 9. Cic. de rep. 1, 38. Sil. 1, 163. 6, 488. 12, 695. Duk. ad Liv. 42, 41. Ruhnk. ad Terent. Heautont. 1, 2, 18. et ad Mureti opp. T. I. p. 62. Ramsh. Gr. p. 422. — *legatis et pr. e. muneri data*, v. ad c. 11. n. 1. et cap. 15. n. 5. — *non in alia*, minori, h. e. in pari, eadem, *vilitate*, non pluris aestimata, *quam quae humo*, ex terra, argilla, *finguntur*, figlina, fictilia, terrena. Cf. c. 16. 17. 23. 26. *utilitate* Vien. Par. Rhen. 1. Lips. Praeferrem, si *utilitas* pro usu diceretur et libri faverent; *Ern.*

10. *quanquam proximi* sc. nobis, (ut *propior* c. 41.) nisi inserendum hoc, aut *ripae* (sc. Rheni Danubiique) e cap. 17. 23. aut *Oceano* ex ed. Par. aut *Galliae* ex ed. Melanchth. praefixa Carionis Chronico Frft. 1594. — *ob usum commerciorum* cum Gallis Romanisque. Cf. c. 24 extr. et Agr. 28. 39. — *formas* (species) *quasdam nostrae pecuniae*, aliquot Romanorum numos, insignes externa forma, ambitu, nota, *agnoscunt*, ut probos, genuinos et praecipui valoris, scil. *serratos bigatosque*, ut mox dicitur, quos *probant*, approbant, (v. ad H. 1, 27, 3.) quia *pecuniae veteri et diu notae* maius pretium quam recentiori sit statuendum: nam verentur accipere ignotam nec antea visam, et recte ita iudicant. v. Gron. de pec. vet. et Perizon. de aere gravi. *Forma* pecuniae, ut *nota*, *Gepräge*; *Long.* Magis respondet Germ. *Sorten*, saltem *Arten*; Bülav. p. 76. — *atque eligunt*, aliis pecuniae generibus praeferunt. — *interiores*, mediterranei. v. ad Ann. 2, 24, 2. „*Interiores* dicuntur etiam, qui ad nos versi sunt, *nach uns zugewandt*, ut *intra Oceanum* et *Apenninum* pro *introrsum ad O.* et *Ap.* v. Gell. 12, 13. Cort. ad Sall. Iug. c. 18. Gron. ad Liv. 5, 35. et obss. 1, 10.“ *Walch.* ad Agr. 30. p. 335. et emend. Liv. p. 134. Idem tamen h. l. Germ. reddidit *Tieferwohnende*. — *Interiores simplicius et antiquius utuntur permutatione mercium*: nam hanc ante usum pecuniae in mercatura sollennem fuisse resque pretio gratissimarum opum, panni potissimum pecudumque, aestimatas, vel tironibus notum est ex Liv. 29, 31. Hom. Jl. 7, 467 sq. Iustin. 3, 2. Plin. 7, 56. 33, 1. 3 Ramb. ad Potteri Archaeol. T. III. p. 69 sq. De hac Germanorum mercatura, quae maxime exercebatur tum in *ripa* Rheni Danubiique, tum Augustae Vindelicorum et Aquileiae, v. cap. 15. 17. 23. 24. 41. 45. Ann 2, 62. H. 4, 64. 65. Caes. b. G. 4, 2, 3. Strabo 4, 6, 9. 10. 5, 1, 8. 7 1, 4. Dio 53, 26. 71, 11. Gebauer p. 801 sq. Barth T. II. p. 291 sq. Adelung p. 1 sq. Hüet p. 164 sq. Bülav. p. 80 — 88. J. G. Boehme comm de commerciorum ap. Germ. initiis Lips. 1751. J. G. Meusel de praecipuis commerciorum in Germ. epochis Erl. 1780. inpr. Fischer Gesch. d teutsch. Handels IV Vol. Hannov. 1791.

11. *serratos bigatosque* numos, denarios. Illorum ora exterior i *serrae* modum incisa aut dentata erat; (*eingekerbte, sägenförmig eingezackte, gezähnte, gerändelte Münzen*) his nota *bigarum*, quibus insidebat Victoria, ut aliis quadrigarum, incusa s. impressa. Hinc denarius in leg Alem. 6, 3. et al. *saiga, saica, segit*, (v. du Fresne) et numi *bigati quadrigatique* vocantur. Hi saepius a Livio, Plinio aliisque, serrati non ni h. l. memorantur, sed etiam nunc multis locis reperiuntur. v. Eckh. D. NN. in proleg. ad num. fam. §. 16. et 1, 4. 5, 19. 5, 94. Meus

T. V. p. 194 sq. Barth §. 583. Rühs p. 194 sq. Bülav. p. 84 sq. Hirt. in Böttigeri Amalthea T. II. p. 21. 22. *servatos big.* c. Bamb. Lipsius aliique coni. *Servianos*, (veteres regios ap. Suet. Aug. 75.) *aeratos*, *ratitos*, *sertatos* et sim.

12. *Argentum quoque magis quam aurum sequuntur*, persequuntur, quaerunt, appetunt, ut ap. Cic. off. 1, 1. 37. Caes. B. C. 1, 1. 3. al. Verba expressa e Lucret. 6, 808. *argenti venas aurique sequuntur*; *Bark.* — *nulla affectione animi*, inclinatione, propensione, amore, *Vorliebe*. *affectione* Vat. 1518. 4498. et Tur. ed. pr. Pogg. Par. Vien. Rhen. min. et rec. *affectatione* Vat. 1862. 2964. ed. Nor. Rom. Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Lips. Legitur sane *affectatio* c. 28. loco non plane dissimili: attamen haec ipsa comparatio, accurate instituta, optime docebit, nihil hic esse novandum; *Pass.* — *quia numerus argenteorum* numorum *facilior*, aptior, commodior, *usui est*, *promiscua ac vilia mercantibus*, v. ad H. 1, 84, 8. et ad Agr. 21. n. 1. Quia varii generis ac pretii, etiam perparvi, numos argenteos, non aureos, habemus; *Ern.* *Numerus* est potius *numeratio*, (*das Bezahlen in Silberstücken*) quia *facilior* sic aptius; Bülav. p. 76. *faciliori* edd. Lips. Equidem scribendum crediderim: *quia numorum argenteorum facilior usus est pr. ac v. m.*

CAPUT VI.

Ne ferrum quidem superest, sicut ex genere telorum colligitur. Rari gladiis aut maioribus lanceis utuntur. Hastas, vel ipsorum vocabulo *frameas*, gerunt, angusto et brevi ferro, sed ita acri et ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel comminus vel eminus pugnent. Et eques quidem scuto frameaque contentus est: pedites et missilia spargunt, plura singuli atque in immensum vibrant, nudi aut sagulo leves. Nulla cultus iactatio: scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt. Paucis loricae: vix uni alterive cassis aut galea. Equi non forma, non velocitate conspicui: sed nec variare gyros in morem nostrum docentur. In rectum aut uno flexu dextros agunt, ita coniuncto orbe, ut nemo posterior sit.

In universum aestimanti plus penes peditem roboris; eoque mixti proeliantur, apta et congruente ad equestrem pugnam velocitate peditum, quos ex omni iuventute delectos ante aciem locant. Definitur et numerus: centeni ex singulis pagis sunt, idque ipsum inter suos vocantur, et quod primo numerus fuit, iam nomen et honor est. Acies per cuneos componitur. Cedere loco, dummodo rursus instes, consilii quam formidinis arbitrantur. Corpora suorum etiam in dubiis proeliis referunt. Scutum reliquisse, praecipuum flagitium, nec aut sacris adesse aut concilium inire ignominioso fas; multique superstites bellorum infamiam laqueo finierunt.

1. Tacitus cap. 6—15. agit de re militari Germanorum, qui his temporibus nondum callebant artem bellandi et disciplinam, quas didicerunt a Romanis; nam bella cum his gesta *in sapientiam iis cessere* c. 36. Cf. cap. 10. Ann. 2, 14. et 45. Expeditiones eorum et bella erant varia, interna, ab uno populo alteri illata, (v. cap. 33. 36. 42. Ann. 12, 28. 13, 56. 57.) externa, cum vicinis et potissimum Romanis, (v. cap. 37. et ad c. 2. n. 1. extr.) singulorum populorum partisve eorum, (ex-

cursiones, *Streifzüge, Streifparteien*) aut plurium omniumque, foedere iunctorum, *Heermannie, Heerbann*, (sic dicta a *mannitione* et *banno*, evocatione, etsi hoc diversum ab illo et serioris aevi fuisse censetur; v. ad c. 2. n. 9.) *allgemeines Aufgebot, Volksbewaffnung, Landwehr, Landsturm*, aliquot hominum millibus ad clamorem (*Kriegsgeschrei, Kriegsbothschaft*) celeriter confluentibus belloque confecto redeuntibus ad penates. v. Caes. b. G. 4, 37. Multi etiam stipendia in castris Romanorum Gallorumve merebant, aut perpetui erant milites. De hoc v. cap. 31. et Vell. 1, 108. 109. de illo Liv. 40, 57. 58. Dio 30, 31. 40, 36. Diodor. 25, 3. Caes. b. G. 1, 31. 37. 6, 7—13. 34. 35. 7, 51. 63. 65. 67. 70. 75. 80. 8, 6—24. Singulare autem institutum bellicum erat comitatus Principum. De illis agunt Tacitus cap. 6—13. (quibus tamen aliae res non satis opportune immiscentur) Ann. 1, 51. 59. 2, 19. 20. 11, 16. 17. Caes. b. G. 4, 1. 37. 5, 53. 6, 23. de comitatu Principum Tacitus cap. 13. 14. et alii. Cf. Moeser I. p. 34—45. 128—135. 153 sq. Minola p. 80 sq. Fr. Wilken hist. Germ. I. 47 sq. Stenzel Versuch e. Kriegsverf. Deutschl. Berl. 1820. Bülav. p. 95 sq. et de comitatu Princ. ad c. 13. n. 6. Gebauer p. 93—160. Moeser I. p. 61—65. Barth §. 658—663. Majer p. 179—203. Gagern p. 72 sq. Minola p. 95 sq. Ceterum milites Germanorum priscorum, ut Persarum, (v. Herodian. 6, 5.) regis iussu convenire solebant et suis sumptibus pugnare, praeda contenti belloque peracto in sedes suas dimissi; stipendia autem iis demum data post Caroli M. tempora. v. eius Capitul. a. 812. cap. 1. Dithmar. ad c. 14. n. 6.

2. *Ne ferrum quidem superest*, abunde suppetit Germanis, (v. ad H. 1, 51, 4. et G. 43. n. 2.) *sicut ex genere telorum colligitur;* sed perperam: nam veteres Germani amabant tela *ad usum habilia* armaque lapidea, (v. Eccard. de reb. Franciae orient. T. I. p. 892.) artem vero ferri tam effodiendi quam fabricandi aut ignorabant aut respuebant, magni laboris impatientes. Conf. Plut. Mar. c. 25. Ptol. 2, 10. 11. Barth. §. 574. de ferrifodinis Quadorum G. 43. n. 2. et de praestantissimo ferro Norico Plin. 34, 14. Horat. Od. 1, 16, 9. Ovid. Met. 14, 712. *Tela* proprie vocantur instrumenta omnia, quibus impetus fit aut vis infertur, *Trutzwaffen; arma* vero, quibus defendimus nos corpusque tegimus, *Schutzwaffen*, unde *armis laudare* dictum pro *laudare scutis* cap. 11 extr. ubi v. nota 13. *Tela et arma* iunguntur c. 29. et 33. Cf. Cort. ad Sall. Cat. 42. Utraque barbaris sunt varii generis et artificiose facta. v. seqq. et cap. 11. 13. 18. 43. 45. Ann. 1, 64. 2, 21. H. 2, 88. 5, 14. 18. inpr. Ann. 2, 14. (quibus locis non plane eadem traduntur) Barth II. p. 446—457. Rühs p. 198—221. Bülav. p. 89 sq. I. Strauch. et G. Achenwall. diss. de armis vet. Germ. Lips. 1651. et Gott. 1755. Omissa h. l. a Tacito securis, *Francisca* Francorum, (v. Isidor. Orig. 18, 6. et du Fresne) *Cletsie* Frisorum, (v. Wiarda Asegabuch 5, 16. Berl. 1805. p. 253.) clava, malleus, cateia s. Teutona, (longior hasta, v. Heyne ad Virg. A. 7, 741 Isid. Orig. 18, 7. Rühs p. 201. 202. Barth §. 667. et du Fresne) funda arcus, sagittae, iacula, (H. 4, 61. Strab. 4, 4, 3. Rühs p. 204. 205.) e alia. v. Gell. 10, 25.

3. *Rari* (raro, v. ad Ann. 3, 29, 2. aut pauci; in medio tame aevo omnes et saepius quam scuto frameaque; cf. ad c. 13. n. 3.) *gladii utuntur*, et quidem omnes fere, praeter Rugios et Lemovios, (v. cap. 4 extr.) grandibus et oblongis, (τοῖς ξίφεσι τοῖς μακροτέροις Dio 38, 49. *ensibus* Flor. 4, 12. Germ. *Schwerter*, non *Degen*, quae serius inventa quorum loco primum frameis usi sunt) sed, ut Galli, mucrone carentibus, quibus hostes caesim et plerumque semel tantum, non punctim saepius, feriri poterant. v. Polyb. 2, 33. 3, 114. 6, 23. Strab. 4, 4, Plut. Mar. c. 41. Liv. 22, 46. 38, 17. Spanhem. ad Callim. H. in Dc 172. In usu etiam Germanis erant *spatha*, latus gladius, *spada*, *espad*

espe, Gall. *épée*, unde Germ. *spaden* pala s. rutrum; (cf. nota 4. ad A. 12, 35, 2. et loc. class. Diodori 5, 30.) pugio s. sica, Germ. *Stockdegen* et *Dolch*, (a verbo ant. *digelan*, *dölja*, occultare) Angl. *dagger* et *dirk*; nec non minor gladius, cultellus longus, Germ. *sax* s. *sahs*, a quorum usu dicti creduntur *Saxones*. v. Witichind. Corbei. Ann. 1. et v. Wersebe p. 131.

4. *maioribus lanceis*, quae Ann. 1, 64. 2, 14. 21. H. 2, 88. 5, 18. dicuntur *hastae ingentes*, *enormes*, *praelongae* et *ingentia tela*, Diodoro 5, 30. *λόγχαι*, ἃς ἐκεῖνοι (Galli s. Galatae, Germani) *λαγκίας καλοῦσι*, *πηχυαίας τῷ μήκει τοῦ σιδήρου καὶ ἔτι μείζω τὰ ἐπιθήματα ἐχούσας*, *πλάτει δὲ βραχὺ λειπούσας διπαλαίστων*, Dioni 38, 49. *κόντοι*, Varr. ap. Gell. 15, 30. *lanceae*, *Hispanicum verbum*, Wall. *Llain*, (v. Adelung II. T. 2. p. 63.) Germ. *Lanzen*, *Speere*, *Spiesse*, *Piken*, *Gleven*, (Angl. *gleave*, Gall. *glaive*, Suec. *glawe*, Dan. *glawied*) *Partisane*. Cf. Rühs p. 206. Mirum videbatur Lipsio, quod hic *rarum* id telum fecerit Tacitus, quod pluribus locis vulgaverit. Hastas tamen praelongas primae tantum aciei, ceteris praeusta aut brevia tela fuisse, dicit idem Tac. Ann. 2, 14. qui locus cum nostro ita conciliari poterit. „*Maioribus lanceis rari*, raro, *utuntur* ob ferri penuriam aut difficilem usum. Inde in Annal. et Hist., ubi tot proelia Germanorum vidimus, nunquam *maiores lanceae*, sed praelongae hastae memorantur.“ *Brot.* — *Hastas vel* pro *sive*, quod Ciceroni inauditum; *Günth.* — *Framea* h. l. et cap. 11. 13. 14. 18. 24. telum *acri ferro*, quo et *comminus*, (*Handspiess*) et *eminus* (*Wurfspiess*) *pugnatur*, sic dictum a prisco Germ. verbo *primen*, pungere, unde instrumentum sutorum nobis *Pfrieme* s. *Frieme* vocatur. Rühs p. 207. putabat, parum aut nihil differre Hisp., Lusit. et Ital. *Frame*, (a verbo *ramen*, ferire) Gall. *gaesum* s. *gesum*, Suec. et Isl. *Kesia* et Germ. *Ger*, de quo v. Nibelung. 7, 1837 seq. „Framea reperta a. 1740. in thesauro sepulcrali Merovingico prope Virodunum, quae plane eandem formam cum instrumento, quod hodieque *Pfriem* dicitur, habet et Argentorati servatur in Museo Schoepfliniano, in cuius descriptione p. 146. ostendi, quid *framea* differat ab *hasta*.“ *Oberl.* Cf. intpp. Iuvenal. 13, 79. Rössig. p. 382. Barth II. p. 446. 447. Muratori Script. rer. Ital. T. V. p. 260. Perperam Isidorus Orig. 18, 6. *Framea*, inquit, *gladius est ex utraque parte acutus*, *quam vulgo Spatham vocant:* (cf. nota 3.) *ipsa est et Rhomphaea*, *Framea autem dicta*, *quod ferrea est; nam sicut ferramentum*, *sic framea dicitur*, *ac proinde omnis gladius framea.* Suffragabantur ei Augustin. ep. 120. c. 16. et Eccard p. 189. Sed *framea* h. l. *hasta* vocatur et a gladio distinguitur, ut cap. 18. *Rhomphaea* s. *romphaea* Thracum Liv. 31, 39. et *romphaea*, (v. du Fresne) Gr. *ῥομφαία* et *rumpia* ap. Valer. Fl. 6, 98. et Gell. 10, 25. Ῥομφαῖος, *ἱράκιον*, *ἀμυντήριον*, *μάχαιρα*, *ξίφος ἢ ἀκόντιον μακρόν* Hesych. Cf. Bocharti Hieroz. 1, 2, 8. p. 137. et Barth. II. p. 453 seq. — *angusto* quidem, *sed ita acri*, tam acri; *Günth.* — *ad usum habili*, v. ad Ann. 2, 6, 1. et H. 1, 79, 6.

5. *Et eques quidem scuto* („Germ. *Schild*, a verbo *schulen*, tegere, et *Hart*, ab *hyrdan*, *hirda*, tueri, ut parvum *Buckler* et *Tartsche*, *Targa*, Isl. *Tiarga*, Angl. *Target*;“ *Rühs*) *frameaque contentus est: pedites scuta tantum lectissimis coloribus* (*καὶ ζώων χαλκῶν ἐξοχαῖς*, *οὐ μόνον πρὸς κόσμον*, *ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀσφάλειαν ἑαυτῶν εὖ δεδημιουργημέναις* Diodor. 5, 30.) *distinguunt*, ornant, ut scuta *colore fucata* Ann. 2, 14. Ariorum *nigra* G. 43. *scutorum insignia* Ammian. 16, 12, 6. et *ἐπίσημον* Plut. Opp. T. II. p. 234. scuta Herculis, Achillis aliorumque ducum Graecorum coloribus et figuris ornata Eurip. Phoen. 142. 1115. Frisorum fusca et Saxonum rubra, Wiarda Asegabuch 7, 10. p. 292. Hinc a Germ. *Schild* dici *Schilderei*, picturam, et *schildern* s. *abschildern* pro pingere, monet Wachter in Gloss. Varietate etiam colorum *distincta* aut diversa fuisse

videntur scuta singulorum populorum et familiarum iunctim pugnantium. v. not. 13. Veget. 2, 18. Cic. de or. 2, 66. Rühs p. 217 seq. et Tzchackwitz Heraldik p. 300 seq. ubi ab hac scutorum galearumque pictura origo artis heraldicae, in Germania quaerenda, repetitur. Cf. tamen Bülau p. 93 sq. Eadem scuta *non ferro nervove firmata* (aere coriove inducta, ut Romana, a σκύτος, corium, sic dicta) *erant, sed viminum textus et tenues tabulae colore fucatae,* Ann. 2, 14. Pauci utebantur scutis parvis, (ut Saxones, v. Witechindi Ann. I. p. 630.) rotundis ac nigris, (v. cap. 43.) plerique oblongis et immensis, sed planis parumque latis, ideoque non tegentibus corpus, qualia et Hispanis Gallisque erant. v. Liv. 22, 46. 38, 17. 21. Diodor. 5, 30. Polyb. 2, 30. 3, 114. Spanhem. ad Callim. H. in Del. 184. Lips. mil. Rom. 3, 2. Magnis scutis supra caput contextis fiebat phalanx, non tam συνασπισμός, quam χελώνη. v. ad H. 3, 28, 3. Oros. 6, 7. Arrian. Tact. p. 33. Dio 38, 49. 50. intpp. Caes. b. G. 1, 52. Ritter V, 4. p. 236. Rühs p. 215. 216. *Eques* pro *equites*, ut *pedes, miles, hostis.* v. Ind. III. v. *Numerus Sing. pro Plur.*

6. *pedites et missilia spargunt* initio proelii, glandes, saxa, quae manu ac funda proiiciebantur, tela brevia, praeusta et nonnunquam venenata, (Ann. 2, 14. H. 5, 17. 18. Rühs p. 211. 212.) secures missiles, (Sidon. Apoll. ep. 4, 20.) ambustas clavas sudesque, (Ammian. 31, 7, 12. Virg. Aen. 7, 524.) iacula, tum breviora, gaesa, (v. Heyne ad Virg. Aen. 8, 662. Barth II, 450.) tum longiora, mataras, (μαδαρεῖς Hesych. μάταρις πάλτου τι εἶδος Strab. 4, 4, 3.) σαύνια s. ἀκόντια ac tragulas. v. Diodor. 5, 30. Veget. 1, 20. 2, 15. 3, 24. Drak. ad Liv. 7, 24. intpp. Caes. b., G. 1, 26. — *plura singuli* c. Tur. ed. pr. Put. Pog. Ber. Rom. Rhag. Mon. Vien. Rhen. min. et post Ern. omnes praeter Bip. *pluraque singuli* ed. Nor. Par. Rhen. 1. 2. 3. Bip. et al. quod non plane damnandum. Cf. ad cap. 17. n. 5. Equites framea utuntur una; pedites missilibus, pluribus singuli: copulae igitur in hac oppositione ne locus quidem; *Passov.* Idem monet, maiorem distinctionem post *vibrant* recte sublatam esse ab Oberl. Bred. et Bip. praeeuntibus Nor. et Vienn., addi enim causam missilium in immensum vibratorum, leviorem horum peditum amictum, qualis fuerit λινοθωρήκων illorum in Hom. Jl. 2, 530. Pro *vibrant* N. *Heins.* coni. *librant.* Sic A. 1, 64. et al. Cf. ad A. 2, 20, 2. et H. 2, 22, 2. Sed *vibrare* etiam h. l. aptissimum est et eodem fere sensu dicitur pro: ultro citroque movere et tum magna vi et celeritate proiicere, ut πάλλειν et *contorquere.* Sic H. 3, 30. 4, 15. al.

7. *nudi aut sagulo leves,* non plane et toto corpore nudi, (quales sibi Germanos perperam finxerat Cluverius) sed paene nudi, (v. cap. 17. et 46. de Fennis, quibus in mira feritate ac foeda paupertate *pelles vestitui* fuere, Caes. b. G. 4, 1 f. et 6, 21 extr.) *aut,* (quod non disiungendi tantum, sed corrigendi quoque et minuendi vim habet) *sagulo leves,* leviter eo induti, levi sagulo tecti: nam *tegumen omnibus* Germanis et domi et foris, in itineribus ac bello, *sagum* erat cap. 17. pannus quadratus, laneus, hirsutus, densus ac brevis, *versicolor* H. 5, 23. humeros tantum et terga tegens, σάγος Polyb. 2, 28. vox Celtica, ut *saccus* et Germ. *Sack.* „Iisdem Germanis varia tribuuntur vestium genera, sagum, rheno, linna; pileus, amphibalus, discus, (*Mütze, Hut*) pallium, roccus, rochetum, colobium, (*Hemd, Unterkleid*) camisia, (*Wamms, Jacke*) bracae, feminalia, hosae, (*Hosen*) tibialia, caligae; (*Stiefel*) calcei, perones, *Schuhe.* v. Hachenberg. Germ. med. diss. XI.“ *Becker* ad c. 17. ubi cf. notae 1—8. *Nudus* autem, ut Gr. γυμνός et *intectus* c. 17. dicitur qui sola indutus est tunica: (v. Cuperi obss. 1, 7. p. 36 sq. et Heyne ad Virg. Ge. 1, 299.) unde *in omni domo sordidi ac nudi* infantes Germanorum, ut rusticorum nostrorum, lanea linteave tunica aut interula amicti, inf. c. 20. *nudi iuvenes,* pyrrhichen saltantes, (ut gladiato-

res, pugiles aliique artifices nostri aevi) cap. 24. *nudata* adultera c. 19. *aperti* H. 2, 21 pr. *nudis corporibus more patrio subeuntes* Germani, non, ut Romani, pluteis, cratibus, loricis et galeis, sed sago tantum tecti, H. 2, 22. A. 12, 35 extr. Ἐπικορποῦνται δὲ σάγους ῥαβδωτούς, ἐν μὲν τοῖς χειμῶσι δασεῖς, κατὰ δὲ τὸ θέρος ψιλούς, πλινθίοις πολυανθέσι καὶ πυκνοῖς διειλημμένους. — Θώρακας δ' ἔχουσιν οἱ μὲν σιδηροῦς ἁλυσιδωτούς, οἱ δὲ τοῖς ὑπὸ τῆς φύσεως δεδομένοις ἀρκοῦνται, γυμνοὶ μαχόμενοι, *Fibulis subnectunt saga virgata, per hiemem hirsuta,* (densa) *per aestatem glabra,* (tenuia) *crebris tessellis segmentisve florum instar distincta:* (v. ad H. 2, 20, 1.) *alii habent thoraces ferreos atque hamatos,* (catenulis se invicem mordentibus, *loricam consertam hamis auroque trilicem* Virg. Aen. 3, 467. ubi v. Heyne) *alii, a natura datis contenti,* (sagis rudioribus, an pellibus ferarum? v. cap. 17. et Caes. b. G. 4, 1. extr. an libris arborum? nam his aut sagis viros velari dicit Mela 3, 3.) *nudi pugnant,* Diodor. 5, 30. Gaesatae γυμνοί Polyb. 2, 30, 2. Germani tecti in columna Antoniniana et ap. Eccard. orig. Germ. p. 296. nudis tamen capitibus pugnantes ap. Dion. 38, 50. et Herodian. 6, 8. Germanis *magna ex parte non tegumenta corporum provisa sunt, non suffugia adversus perpetuum coeli rigorem,* Sen. de ira 1, 11. *Galli super umbilicum nudi* Liv. 22, 46. Polyb. 3, 114. et Appian. Gall. Exc. VIII. ubi v. Schweigh. Cf. Sen. de ben. 5, 13. (*Qui male vestitum et pannosum vidit, nudum se vidisse dicit*) de prov. 4. Mela 3, 3. Cleffel. p. 122 — 127. et inpr. Gebauer p. 364 — 373. in comm. de nuditate corporum Germanis temere afficta. — „Vocem *nudi* proprio sensu et quidem de superioris corporis nuditate intelligendam esse, sequentia verba docent: alio sensu Graeci de militibus γυμνὸς, γυμνῆτες usurpant;" *Günth.* coll. cap. 20.

8. *Nulla cultus* (v. ad Ann. 1, 10, 11.) *iactatio,* ornatus armorum spernitur, quorum terrore, non splendore hostem vinci, dicit Veget. de re mil. 1, 13. Eum non spernebant Romani; *Rühs* p. 213. coll. H. 1, 88. Ael. Spartian. in Hadr. c. 9. Agath. 2. p. 40. al. 44. Sed barbari quoque amant ornatum nitoremque armorum; et idem de Germanis memoriae proditur. Cf. nota 7. Columna Antoniniana, (tab. 36. Bartoli) Plut. Mar. c. 41. Polyb. 2, 29. Ammian. 16, 12, 24. Rühs p. 214. — *scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt,* v. nota 5. *scuta tamen* ed. Par. *laetissimis* male corr. Iacobs in Klio der Römer p. 220. explicans: vividissimis, ut barbari solent; *Hess. distinguuntur* c. Humm. quod non spernendum; *Pass.* (in praef. p. X.) et *Hess.*

9. *paucis loricae, vix uni alterive cassis aut galea,* nemini ocreae. Cf. ad Ann. 2, 14, 2. „*Lorica* Germ. *Panzer* et *Wams,* (nam *Panse* et *Wamme* dicitur alvus, venter) *Brunnia, Brungun, Brunjen, Brüngen* et *Brustbergen.* Vox *Harnisch* est serioris et incertae originis. *Galea* nostr. *Helm,* Isl. *Hylminge,* tegumentum." *Rühs* p. 218. 219. De *loricis* Germanorum v. Diodor. 5, 30. cuius verba apposui in nota 7. Cassis et galea eorum erant pelles beluarum, quae rictus illarum nec non cornuum, avium quadrupedumque figuras cristasve alatas praeferebant, ut bellatores viderentur formidolosiores et grandiores. v. Diodor. 5, 30. Plut. Mar. c. 25. 41. Dio 38, 49. *Cassidem* de lamina esse, *galeam* de corio, dicit Isidor. etymol. 18, 14. Sed aliud discrimen, etsi nobis ignotum, intercessisse videtur. — *galea* c. Tur. ed. Rhen. 2. 3. et rec. *galeae* quatuor Vat. et cet. edd. vett.

10. *Equi non forma conspicui,* ob neglectum cultus vagamque vitam in pratis et silvis, (cf. Caes. b. G. 4, 2. Strab. 4, 6, 10. et Plin. 8, 16.) non *velocitate conspicui;* (*minus idonei* ap. Caes. b. G. 7, 65.) sed v. Veget. de mulomed. 4, 6. Cassiod. var. 4, 1. Jornand. c. 4. Rühs p. 221 seq. Conf. inf. c. 15. extr. Germani, ut Romani, priscis temporibus aut ignorabant aut spernebant stapias, nec turpius quicquam aut inertius

esse censebant, quam ephippiis uti. v. Caes. b. G. 4, 2. Plut. Crass. Haec tamen conspiciuntur iam in columna Antonin. — *nec variare gyros in morem nostrum*, v. ad Sil. 4, 19. 315 seq. Heyne ad Virg. Ge. 3, 190 seq. et ad Tibull. 4, 1, 94. Beier ad Cic. de off. 1, 26. *variare* Put. Mon. Vien. Rhen. et recentt. *varietate* c. Tur. ed. pr. Nor. Pogg. Hinc *variegare* coni. Passov. in Praef. p. XVIII. Sed hoc tantum in Auson. et Apul. reperitur; *Hess.* — *uno flexu dextros*, in dextrum latus, equos *agunt coniuncto orbe*, eleganter (ut saepe ap. Plin. mai.) pro *in orbem, ut orbis fiat*; sed reliqua *ita, ut nemo posterior sit* per se intelliguntur: nam in orbe nihil prius aut posterius est; *Ern.* Non agi videtur de militari arte, sed de ea, qua equi ire *docentur* vel *in rectum*, (*gerade aus*) vel *flexu*, (*im Ringelreiten, Voltereiten*) et quidem *dextrorsum*, ita ut *orbem* faciant sensim, in quo *posterior sit nemo*; *Bülau* p. 87. „Verba ab intpp. non intellecta Germ. sic reddenda: *Die Pferde werden auch nicht nach unserer Weise für mannigfache Wendungen zugeritten. Geradeaus oder in einer Schwenkung rechtsum reiten sie in so enggeschlossener Linie, dass Keiner zurückbleibt*, d. h. dass die Linie, welche als Radius den Bogen beschreibt, sich niemals krümmt, sondern immer eine vollkommen gerade Linie bleibt.“ *Becker.*

11. *In universum aestimanti* (rem) *plus penes peditem roboris* est, Dativus absol. de quo v. ad Agr. 11. n. 5. *plus penes peditem* (v. nota 5.) *roboris*; nam Germania horrebat silvis, montibus paludibusque. Cf. cap. 30. 46. Equitatum tamen Germanorum in omnibus proeliis Romano superiorem fuisse et raro ambigue certasse, annotavit Moeser. Cf. c. 30. 32. H. 2, 21. Caes. b. G. 6, 12. — *eoque*, ideoque, (v. ad Ann. 1, 16, 1.) *mixti proeliantur*, peditibus equitibusque eiusdem numeri singulisque commixtis, de quo v. Plut. Aemil. Paul. c. 12. p. 260. E. Morus ad Xenoph. Hellen. 7, 5, 23. Caes. b. G. 7, 18. 65. 8, 13. b. civ. 3, 75. 84. et loc. class. Caes. b. G. 1, 48. qui tamen nostro non congruit, etsi verba ex eo petita sunt et descriptio fide dignior est. Tales pedites dicti ἅμιπποι (ἅμα σὺν ἱππεῦσι ὄντες) et παραβάται, cursum equis iungentes. v. Sturz. Lex. Xenoph. Alii sunt equites διμάχαι, ex equis desilientes et pedibus proeliantes, Germ. *Dragoner*, quales in exercitu et Alexandri et Germanorum fuerunt. v. Caes. b. G. 4, 2. et 12.

12. *Definitur et numerus*; c. Tur. ed. pr. Put. Mon. Rhen. *diffinitur*, Pogg. *difinitur*. — *centeni ex singulis pagis sunt*, (Nor. *centim*, Rom. *centum*, ex emendatione, opinor, sed haud necessaria; v. ad H. 1, 24, 2.) *idque ipsum*, ita, (eoque ipso nomine; *Günth.*) *inter suos vocantur*, Centeni, *Zentener, Hunderder, Hundertmänner, Hunderte.* — *quod primo numerus fuit, iam nomen et honor est*, iam honorificum est, ita vocari et in horum iuvenum numero esse. *Iam* non solum *nomen* sed et *honor est*; *Günth.* Alii sunt *centeni*, memorati cap. 12. extr. ubi de instituto civili ac iudiciali sermo est, non, ut h. l., de militari. Utraque permixta sunt a multis interpretibus et ab ipso fortasse Tacito. Cf. Anton. IV. p. 130. 131. 151.

13. *Acies per cuneos* (keilförmig) *componitur*, ut apud Gallos Hispanosque, (Liv. 22, 47. 39, 31.) et ita ut propriis singularibusque cuneis componerentur tum familiae et propinquitates, iunctim stantes pugnantesque, tum singuli populi; quod praecipuum fortitudinis incitamentum erat. Cf. cap. 7. 8. H. 4, 16. 18. 20. 23. 5, 16. 17. 18. Caes. b. G. 1, 51. 52. Dio 38, 49. Heyne ad Hom. Jl. 2, 362 sq. Saxo Gr. hist. Dan. I. p. 17. VII. p. 138. ed. Steph. Rühs p. 226. 248. 249. Möser I. p. 37. qui tamen hinc perperam colligebat, familias militesque eodem armorum genere usos in uno pago vicove iunctim habitasse, v. c. *Longobardos*, Λογχοφόρους, lancearios. *Cuneus* est acies formam trigoni s. literae Gr. Δ referens: *multitudo peditum, quae iuncta acie primo angustior*,

deinde latior procedit et adversariorum ordines rumpit, quia a pluribus in unum locum tela mittuntur: quam rem milites nominant caput porcinum, Veget. 1, 26. 3, 19. ubi v. Stevech. Agathias de imp. Iustin. l. 2. p. 40. al. 44. (in Corp. Hist. Byz. Venet. T. VII. p. 32.) Francorum aciem comparandam dicit ἐμβόλῳ, rostro navis, (v. Xen. Hell. 7, 5, 22. et Ael. Tact. c. 19.) aut δελτωτῷ, triangulo: φαίης τε ἂν αὐτοὺς συὸς κεφαλῇ τῇ συνθέσει ἀποτυπώσασθαι. Cf. ad Ann. 1, 51, 1. et Rühs p. 226.

14. *Cedere loco, dum modo rursus instes* hostibus, (magis) *consilii,* prudentiae, artis bellicae, strategematis, *quam formidinis* indicium esse *arbitrantur*, cf. ad Ann. 1, 58, 1. et 3, 20, 1. In ed. Mon. *consilii magis quam.* Ad rem cf. Ann. 1, 56. 2, 11. Ammian Marc. 17, 1. et Greg. Tur. Hist. Franc. 2, 9. Idem mos fuit Parthis, (v. Mitscherl. ad Hor. Od. 1, 19, 11. 2, 13, 17. Drak. ad Sil. 7, 646. 10, 12.) et etiam nunc est Irocesis.

15. *Corpora* exanima *suorum etiam in dubiis proeliis* iisque nondum finitis, (iam eo ipso tempore, quo dubius adhuc proelii eventus est; *Günth.*) ex illis *referunt*, ut etiam nunc Turcae, Tatari et Irocesi, ne hostibus relinquantur signa victoriae et clades patefiat. Cf. Nibelung. v. 9165 sq. *in dubiis proeliis*, sensu pass., ut *in dubiis consiliis*, quorum eventus dubius est, Agr. 18. Cf. Ind. III. v. *Enallage.*

16. *Scutum reliquisse*, abiecisse potius, ignaviae causa et nullo vulnere accepto, (quales ῥιψάσπιδες fuere Demosthenes in pugna apud Chaeroneam et Horatius in Pharsalica, v. ei. Od. 2, 7, 10.) quam quocunque casu aut infortunio amisisse, scutum publice (et τῆς κοινῆς τάξεως ἕνεκα, Plut. Opp. T. II. p. 220.) traditum atque hereditarium, (v. inf. cap. 13 pr. et 18 extr.) insigne libertatis ac virtutis firmissimumque militis tegumentum, inpr. Germanorum, qui paene nudi pugnabant, (v. not. 7.) *praecipuum flagitium*, (v. ad cap. 12. n. 6.) ut apud Spartanos Thebanosque; quod maximum simul virtutis incitamentum erat. Cf. Corn. Nep. Chabr. 4. Polyaen. 2, 3, 10. Gebauer p. 611 — 626. Rühs p. 230. Bülau p. 104 sq. Nota sunt illa Lacaenarum, clipeos filiis in bellum proficiscentibus tradentium: τέκνον, ἢ τὰν ἢ ἐπὶ τᾶς et ταύτην ὁ πατήρ σοι ἀεὶ ἔσωζε, καὶ σὺ οὖν ταύτην σῶζε, ἢ μὴ ἔσο, (Plut. Opp. T. 2. p. 241. Auson. Epigr. XXV. Crag. de rep. Laced. l. 3. tab. 12. p. 363.) nec non ultima Epaminondae verba: *num cadenti sibi scutum ademisset hostis.* (Iustin. 6, 8. Cic. ep. ad fam. 5, 12. Ammian. Marc. 25, 3, 8. Oros. 3, 2.) et lex Sal. 33, 5. *Si quis homo ingenuus alii improperaverit, quod scutum suum iactasset et fuga lapsus (Austrapo) fuisset, et non potuerit approbare malb.* (*malbergio,* iudicio) *austrapo* (de fugitivis) *DC. den.* (leg. Sal. reform. a Carolo M. 32, 6. *CXX den.*) *qui faciunt sol. XV. culpabilis iudicetur.*

17. *nec aut sacris adesse, aut concilium inire, ignominioso fas* est. *consilium* Nor. Cf. ad c. 11. n. 2. Scutum reliquisse, *infame in omnem vitam ac probrosum* erat, (cap. 14 pr.) et *ignominiosus*, ignominia notatus, (ut A. 3, 21 pr.) propter tale *flagitium*, ab omni societate, sacra, publica, privata, arcebatur. Quin et coeno paludibusque mergebantur ignavi et imbelles; cap. 12. De Germanis autem, bonae famae studiosissimis fortissimisque, idem valebat, quod de Gallis refert Caesar b. G. 6, 13. *Haec poena apud eos est gravissima: quibus ita est interdictum,* scil. sacrificiis, *ii numero impiorum ac sceleratorum habentur, iis omnes decedunt, aditum eorum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant; neque iis petentibus ius redditur, neque honos ullus communicatur.* Eiusmodi fuit ἀνάθεμα et excommunicatio. Cf. Moeser I. p. 59. et Weiske p. 108 sq. — *multique superstites bellorum finierunt,* cf. cap. 14 pr. et ad c. 27. n. 7. ad H. 4, 11, 9. Hoc Luden T. I. p. 782. non de morte voluntaria, sed de supplicio a civitate de ignominiosis sumpto accipit; *Hess. finierunt*, v. ad Ann. 14, 61, 3.

CAPUT VII.

Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumunt. Nec regibus infinita ac libera potestas; et duces, exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione praesunt. Ceterum neque animadvertere, neque vincire, ne verberare quidem, nisi sacerdotibus permissum, non quasi in poenam, nec ducis iussu, sed velut deo imperante, quem adesse bellantibus credunt. Effigiesque et signa quaedam, detracta lucis, in proelium ferunt. Quodque praecipuum fortitudinis incitamentum est, non casus, nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit. sed familiae et propinquitates; et in proximo pignera, unde feminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium. Hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores. Ad matres, ad coniuges vulnera ferunt: nec illae numerare aut exigere plagas pavent; cibosque et hortamina pugnantibus gestant.

1. *Reges ex nobilitate sumunt*, ex nobilibus, (de quibus v. ad c. 11. n. 1.) *duces ex virtute*, ex fortibus, animosis, promptis; (cf. Ind. III. v. *Abstracta pro Concr.*) aut potius: propter, secundum insigniorem nobilitatem et virtutem, earum ratione habita, Germ. *nach*, Gr. ἐκ et ἀπό pro κατά, ut *ex magnitudine* c. 9. (ea dignum, ei consentaneum s. congruum) *distinctio poenarum ex delicto* c. 12 pr. *ex modo virium* c. 34. Cf. ad c. 2. n. 7. Ann. 1, 24. 2, 63 pr. 3, 27. 13, 9. 31. 46. 15, 43. 15, 72, 1. 16, 30. H. 3, 49, 3. 4, 64. Agr. 8. Cort. ad Sall. Cat. 12, 2. et Fischeri animadv. ad Weller. 3, 2, 119 sq. Irmisch. Exc. ad Herodian. 1, 4. 11. T. I. p. 841. Matthiae Gram. Gr. §. 574. Zumpt. Gram. §. 65. Bremi ad Corn. Nep. Att. 11. *ex nobilitate* summa, prima, (*insigni* c. 13.) *sumunt*, iure tam successionis, quam electionis. Cf. Gebauer p. 37—53. Ex regia saltem stirpe fuerunt *Maroboduus* et *Tuder* c. 42. *Iulius Paulus* et *Claudius Civilis* H. 4, 13. *Classicus* H. 4, 55. *Italicus* Ann. 11, 16. 17. et alii. Quin et sororibus regum geniti successerunt, ut *Vangio* ac *Sido* Ann. 12, 29. 30. quamvis Germani non tolerarint regnum muliebre, ut Sitones c. 46. et Britanni Ann. 14, 31—36. Agr. 16. Cf. Eichhorn p. 48. qui putat, voce *nobilitas* in Tac. Germ. designari iura hereditaria, et ex cap. 13. colligit, verba nostra hoc sensu capienda esse: in familia regia aut principali dignitas principalis est hereditaria; apud populos, quibus ignota est potestas regum principumve, *ducum* e nobilibus electio pendet ex eorum *virtute*, meritis dotibusque. *Nec regibus infinita*, finibus limitibusve non circumscripta, si non temporis, (*perpetua*) saltem modi, (*absoluta*) *ac libera potestas* est; non datur haec a Germanis libertatis amantissimis, (nisi a paucis populis, qui *regnantur*, cap. 25. 42. 43. 44. de quo v. ad H. 1, 16, 8.) sed in bello imperium, in pace ius comitia habendi et ad populum referendi. v. cap. 11. 12. Reges tamen perpetuam obtinuisse videntur potestatem, nec nisi propter abusum eius aut ambitionem nobilium amisisse, ut Arminius, Maroboduus, Catualda, Vannius Ann. 2, 44. 62. 63. 88. 12, 29. De potestate regia v. Caes. b. G. 5, 27. (*suaque* Ambiorigis *esse eiusmodi imperia, ut non minus haberet iuris in se multitudo, quam ipse in multitudinem*) Barth II. p. 395—405. Rühs p. 239—248. Weiske p. 115 sq. et Gebauer p. 21—36. Hic regibus etiam sacrorum, auspiciorum auguriorumque curam tribuit, et equos sacros ad eorum nutum hinnivisse ac fremuisse, si illis (ut senatui apud Romanos) de negotiis publicis convenisset cum sacerdotibus, ex cap. 10 collegit. Idem regibus Germ. olim non latifundia quidem fuisse arbitra-

batur et possessiones vel privatas vel publicas, (quae nunc domanialia et cameralia bona appellantur) sed opes tamen privatas variosque reditus, (regalia) dona exterarum gentium, (cap. 5. 15.) pecuniam a Romanis publice missam, tributum vel annuam precariae pacis mercedem, (c. 15 extr.) fruges et armenta, a civitatibus *ultro* (non adhibito exactore) *ac viritim* iis *collata* regiisque receptoribus tradita, (c. 15.) maximam partem mulctae et praedae agrorumve ex hostibus captorum. (c. 12. 26.) Tributa vero nondum solvebantur, et prima fisci regii mentio est in leg. Sal. tit. 48. Cf. ad c. 15. n. 4. De nomine regio disputarunt Gebauer p. 1—20. Barth. II. p. 395. Rühs p. 238. Minola p. 87. *ac libera* c. Arund. et Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Vien. Rhen. 1. et min. quod recepi. *aut libera* ed. Nor. Par. Rhen. 2. 3. et rec. omnes. Si recte se habet haec lectio, *infinita* de tempore, *libera* de potestate intelligendum; *Günth.* Longe deterius *aut* videtur Passovio, causa non adiecta. Suffragatur ei Hess. quia (!) synonyma non solum per copulas *ac*, *et*, *que*, sed etiam interdum per *aut* coniungantur. Cf. ad Ann. 1, 16, 1.

2. *Duces* tum summi, reges, tum inferiores et sub regum auspiciis praefecti minoribus copiis, aut propter eorum imperitiam et in singulari expeditione universo exercitui, Germ. *Herizohi*, *Heretogan*, *Hertoge*, *Herizoge*, *Heerzoge*, *die vor dem Heere herzogen*, ut Rom. *duces*, exercitum *ducentes*, *Heerführer*. Plerisque tamen populis non nisi reges vel duces fuisse, aut illi civitatem *rexisse*, hi exercitum *duxisse* videntur. — *si prompti*, (v. ad Ann. 1, 13, 1.) *si conspicui* sint, (v. ad c. 31. n. 8. ad H. 3, 29, 5.) *si ante aciem agant*, (v. ad Ann. 1, 68, 1. et H. 4, 23, 4.) *admiratione* virtutis *praesunt* militibus, imperant, propter illam iis paretur. Bredovius, Pass. et Bekk. interpungunt *et duces exemplo potius quam imperio* duces s. ὄντες, *si—praesunt;* alii: *et duces ex. p. q. imperio: si prompti — praesunt;* alii: *et duces ex. p. q. imperio* praesunt, si prompti — *agant*, *a. praesunt;* alii denique: *et duces — conspicui: si ante — praesunt.* Ita vero *praeerant* Φούλκαρις, Sifridus, Guntherus, alii. v. Agath. I. p. 25. Rühs p. 243. Weiske p. 117 sq. Nibelung v. 9131 sq. De antiquis Saxonibus Beda H. E. 5, 11. haec tradit: *Non habebant regem sed satrapas* (Ealdormen) *plurimos suae genti praepositos, qui ingruente belli articulo mittunt aequaliter sortes et, quemcunque sors ostenderit, hunc tempore belli ducem* (Heretogan) *omnes sequuntur et huic obtemperant; peracto autem bello rursum aequalis potentiae omnes fiunt satrapae.* De inauguratione ducum v. ad H. 4, 15, 7. — *agant* Coniunctivus, ut ad iudicium admirantium, non ad mentem scriptoris trahatur; *Günth.* *admiratione sunt* ed. Mon.

3. *Ceterum neque animadvertere*, punire, et quidem morte, (ut H. 1, 46. 68. 4, 49.) *neque vincire*, vinculis et catenis constringere, in re gravi, *ne verberare quidem*, propter leviora delicta, (nam a gravioribus poenis ad leviores descendit h. l. oratio, non, quod contendit Gebauer p. 608, a levioribus ad graviores ascendit) a Germanis, qui tum libertatis amore flagrabant, tum religionem suam, more omnibus populis communi, inflexerant ad rei publiche commoda, *non nisi sacerdotibus permissum*, ut disciplina quidem, nec tamen nimis sévere, (ut apud Romanos; v. Ann. 1, 17. 23.) exerceretur in milites, ut in pares et cives, non ut in servos, qui a dominis proprio impetu et ira impune occiduntur, (cap. 25.) utque poenae, constitutae et arte aliqua rituve haud dubie admixto inflictae a viris, dei gratia, ut vulgo nunc dicunt, creatis, *velut deo* eas statuente *et imperante* per ministros suos, (*nach Gottesrecht und aus Glauben;* cf. cap. 10.) patienter tolerarentur. Repugnare his videntur, quae tradit Caesar b. G. 6, 23. *Quum bellum civitas aut illatum defendit, aut infert; magistratus, qui ei bello praesint, ut vitae necisque habeant potestatem, deligantur.* Hinc Lipsius putabat, Caesarem de belli, Tacitum de pacis

tempore loqui; quod ab h. l. alienum est. Alii (Gebauer et Oberl.) dicunt, Caesaris in rebus Germanicis exiguam esse auctoritatem et, ubi a Tacito abeat, nullam: quod mireris; nam Caesar multa ipse vidit, Tacitus relata retulisse videtur. Neque tamen discrepabit inter auctores hos, si duplex, non idem, magistratuum genus in Caesaris l. l. innui credideris et ibi pro vulg. *ut vitae*, quod absonum videri potest, scripseris *et vitae*. Tum magistratus, *qui praesunt bello*, sunt reges ac duces, et, *qui vitae necisque habent potestatem*, iidem, qui Tacito h. l. *sacerdotes* dicuntur. Germanis autem non *sacerdotes* fuisse videntur proprie sic dicti, (quod tamen contendit Gagern p. 77.) certi et eiusdem ordinis, iuris, disciplinae, professionis nominisque communis, (v. Bülau p. 177 sq.) ut Gallorum Druidae, (quos Tacitus Britannis quidem et Gallis A. 14, 30. H. 4, 54. at nusquam Germanis tribuit et his non fuisse affirmat Caesar b. G. 6, 21. v. ibi Morus, nec non Fulda T. 1. p. 98. Frickius de Druidis 1, 1, 7. Ritter p. 277 seq. Sattler T. I. p. 81—91. Groschuf hist. Abh. von d. Druiden der Deutschen, Erf. 1759.) sed magistratus maiores et sacri, militares et comitiales, (*Kriegsbeamte*, *Kriegsrichter*, *Nationalbeamte* cap. 7. 11. et Caes. l. l. ministri deorum, (cap. 10.) et alii eorum patres familiarum, (cap. 10.) sacra privata curantes, (ut olim apud Islandos et Inguschos in Caucaso; v. Arnesen Islandsk Raettergang, Kiöbenh. 1762. p. 475. Engelhards und Parrots Reisen I, 241.) alii, iique principes, e summa nobilitate aut regia stirpe, (ut Segimundus, Segestis filius, sacerdos apud aram Ubiorum, Ann. 1, 57. *Λίβυς τῶν Χάττων ἱερεύς*, cum nobilissimis in pompa ductus, Strab. VII. p. 448.) in publicis causis consulti, sacerdos aut sacerdotes civitatis et gentis, (inf. c. 10. 40.) nec tamen (v. cap. 10. 11.) simul reges: (ut Melchisedecus et reges Romanorum, de quo v. Serv. ad Virg. A. 3, 80. et Moeser 1, 44. qui unctione, tanquam actu symbolico, potestatem sacerdotalem regibus traditam fuisse, sibi, non nobis, persuasit) quibus sacerdotibus varia erant munia, etsi non omnibus eadem, (cap. 7. 8. 10. 11. 40. 43.) quique supplicia non tantum decrevisse, sed sua quoque manu a damnatis sumpsisse videntur, ut in Islandia patres familiarum et stirpis auctores, (v. Arnesen l. l.) in Saxonia sacerdotes, qui filio regis mortem miseram intulere, (Hummel Compend. deutsch. Alterth. p. 163.) et in multis Germaniae oppidis infimi senatores. (*Richter*, *Nach-Richter*.) Conf. Gebauer p. 58—65. 72. 74. 198. 585 sq. 606—611. 820. 833. 953 sq. 967 sq. 998—1015. Majer p. 169. Moeser I, 28. 44. 50 seq. Anton. p. 94 seq. Anton. IV. p. 89—92. Barth II, 425. 458. Rühs p. 309—311. C. K. Barthii liber ad c. 9. n. 1. laudatus. Fuere etiam sacerdotes, qui tum animalia, tum homines diis mactarent: (v. cap. 9. et Ann. 1, 57. 61. Strab. 7, p. 295.) sed raro id memoratur, (unde et Caesar b. G. 6, 21. *Germani*, inquit, *non sacrificiis student*, h. e. quod iam Morus ibi annotavit, non magnopere operam dant, ut 6, 22 pr. *agriculturae non student*) et, quod mireris, frequentius hoc, quam illud. Cf. ad cap. 9. n. 3. 4. et Fr. Rothii epist. ad Franc. de Paula Schrankium, Monaci 1816. in qua haec disputantur: „Non magnum suspicor apud veteres Germanos sacerdotum numerum fuisse: nam neque dictum quicquam neque factum a sacerdote Germ. ac ne ullius quidem nomen nisi Libyis (Strab. VII. p. 448.) ad nos pervenit, quum tot exstent regum ducumque nomina et res gestae. Praeterea ex cap. 10. colligo, singulos singulis civitatibus sacerdotes, ex Caes. b. G. 6, 21. perpaucis opus sacerdotibus, et ex eodem loco, Germanis quidem Druidas fuisse, non vero peculiarem eorum ordinem, ut in Gallia, neque sacerdotum." Ceterum Moeser et Eichhorn I. p. 49. 56. contendunt, omnes Germanorum sacerdotes et hos paene solos fuisse nobiles; et Gebauer p. 59. 60. ex ordine personarum et gradatione in verbis cap. 10. *sacerdos ac rex vel princeps* et *non solum apud plebem*, sed

apud proceres, apud sacerdotes, colligebat, sacerdotes non modo proceribus, sed in re et caerimonia sacra etiam rege superiores eminentioresve fuisse. Contra iudice Rühsio l. c. omnes illi fuere patres familiarum, nec tamen nobiles. Idem, ut passim, ita et l. l. ac propterea vituperat Moeserum, quod perperam tum permiscuerit, quae de Druidibus Gallorum a Caesare et de Germanorum sacerdotibus a Tacito traduntur, tum his tribuerit partem mulctae, reditus sacrorum nemorum amniumque, iura et vectigalia sacra, *Gottesrecht*, quae nunc *Regalia* sint et dicantur. — *ne verberare quidem* c. Arund. et Stuttg., quod suadente J. Fr. Gron. recepere Ern. Bip. Ob. Bekk. Lünem. *nec v. q.* Par. et Hess. *neque v. q.* c. Tur. ed. pr. Pogg. Rhen. 1. 2. 3. et omnes paene antt. ante Ern. si Oberlino et Orellio fides habenda, non *nec v. quidem*, quod ex iis substituere Pass. et Günth. v. ad H. 2, 76, 10.

4. *non quasi in poenam*, non ut puniantur delicta, sed ut irae dei satisfiat, *nec ducis iussu* ac belli iure, *sed velut Deo imperante;* cf. nota 3. et cap. 9. 39. *non quasi*, praeposita negandi vocula, ut augeatur negatio; *Günth. nec quasi* Vat. 2964. *Deo inspirante* (impetu quasi divino) MS. Arund. Lectio memorabilis; *Pass.* Cf. Moeser 1, 44. 45.

5. *quem adesse bellantibus*, in iusto bello et praesentem et auxiliatorem (Iovem opitulatorem) esse vindicemque iniuriarum, *credunt* pie et recte. Cf. ad cap. 40. n. 5.

6. *Effigiesque et signa* (ut mox *cibosque et hortamina;* v. ad cap. 1. n. 1.) *quaedam*, qualiacunque, in *lucis* sacris (v. cap. 9.) pacis tempore, tum securitatis, tum religionis causa, reposita, suffixa et diis patriis suspensa, (v. Ann. 1, 59.) in bello autem *detracta*, refixa et elata; *depromptae silvis lucisque ferarum imagines* H. 4, 22. Germanis proelium ineuntibus praelatae, ut *veteranarum cohortium signa* Romanis, signa bellica s. militaria, (Germ. *Merke*, unde *Märkismann* signifer; *Fanon*, *Fahne*, pannus, *Gundfanon*, *Guthfana*, belli s. exercitus signum, *Bandvo*, signum, *Baner*, *Panier*) vela s. panni et vexilla, quibus deorum, heroum et inpr. ferarum imagines intexi solebant, (ut serpentis cum rictu hiante ap. Sidon. Apollin. pan. in Maiorin. v. 402.) aut signa in similitudinem animalium confecta, ut hostibus terrorem incuterent, quales fuere effigies aenei tauri apud Cimbros, (Plut. Mar. 23.) leonis apud Francos, draconum coronatorum apud Gothos, apri, lupi, tauri, aquilae, apud Gallos, Hispanos et Romanos. (v. Plin. 10, 5. Lips. de mil. Rom. 4, 5. Eckhel. doctr. num. vet. T. I. p. 62. 74. Oberl. ad Caes. b. G. 1, 3. et laudatum ab Orellio Anonymi carm. paneg. de laud. Berengarii 3, 394. ap. Murator. T. II. *patrio canit ore senatus*, Berengario obviam iturus, *Praefigens sudibus rictus sine carne ferarum.*) Cf. Dilth. ad h. l. Rühs p. 227. 228. et Gebauer p. 66—77. qui p. 886 seq. et 912. huc etiam referebat *Isidis signum in modum liburnae figuratum* cap. 9. *vehiculum Herthae* c. 40. et *formas aprorum*, ab Aestyis gestatas, cap. 45. in quo ei consentiunt Passov. ad c. 45. et Dilth. ad c. 9. hic vero non ad c. 45. ubi amuleta potius significari recte annotavit, qualia etiam *signa et effigies* c. 9. et *ferarum imagines* H. 4, 22. fuisse putabat Kirchmaierus. „Ut Germani, sic et Canadenses populi deos suos, quos vocant *Manitus*, in bellum proeliumque ferunt. v. P. de Charlevoix Journal hist. d'un voyage de l'Amérique, lettres XIX et XX. p. 223. 236." *Brot.* Nec plane repudianda sententia eorum, qui significari putant *effigies et signa quaedam* Deorum: nam iunguntur verbis *deo, quem adesse bellantibus credunt*, et prima deorum simulacra erant *signa quaedam* et *effigies*, rudes informesque trunci lapidesve, (v. ad H. 2, 3, 7. 8.) neque obstant, quae traduntur c. 9. *deos in nullam humani oris speciem assimilari*, et c. 43. *nulla simulacra* deorum fuisse Naharnavalis; quod de omnibus Germanis perperam statuitur. v. ad c. 9. n. 1. *Effigies et signa quaedam* dicta censentur pro *signa quaedam effi-*

giata, ut c. 17. *maculae pellesque* pro *maculatae pelles* et similia. Cf. c. 25. n. 6. et Ind. III. v. *Hendiadyoin.* — *in proelium ferunt* German an sacerdotes? Hos potius, ad quos verba proxime antecedentia pert neant, significari censebat Gebauer p. 66—73. eosque iuxta haec sig tetendisse in castris, in proelio stetisse et supplicia sumpsisse a delict rum militarium reis.

7. *Quodque praecipuum fortitudinis incitamentum est, non casus, n* (in ed. Walch. *non*, quod tamen in nullo codice, vel scripto, vel edit legitur) *fortuita conglobatio turmam* equitum *aut cuneum* peditum faci *sed familiae et propinquitates; et in proximo* loco stant et proeliantib adsunt *pignera*, arctissima vincula amoris coniugalis et parentalis, qui i constringitur, *Liebespfänder*, quae mox memorantur, *infantes*, *matre coniuges;* (cf. Ann. 12, 2. 15, 36. 57. 16, 26. Agr. 38. Quintil. 6, 1, 2 *unde feminarum ululatus audiri*, (infinit. hist. pro *auditur* sive *audiuntu* neque omissum *est*, ἔξεστι, quod contendit Emmerl. p. 14.) *unde vagit infantium: hi cuique* — *laudatores*, nec non socii periculorum proeli rumque, cet. „Similia fere de Lacedaemoniorum feminis refert Plu Pyrrh. 29. Ἠμύνοντο δὲ καὶ προθυμίᾳ καὶ ἀρετῇ παρὰ δύναμιν οἱ Λακεδα μόνιοι, καὶ παρῆσαν αἱ γυναῖκες, ὀρέγουσαι βέλη καὶ σιτία καὶ ποτὸν τοῖς δε μένοις προσφέρουσαι καὶ ἀναλαμβάνουσαι τοὺς τιτρωσκομένους." *Hess.* Cf. cap. 6. n. 13. ad c. 18. n. 9. Ann. 4, 51. 14, 34. Agr. 32. H. 4, 18. 7 Plut. Mar. 16. 18. 19. 27. Dio 71, 3. Caes. b. G. 1, 51. 4, 14. 19. Stra IV, 196. VII, 294. Flor. 3, 3. Procop. hist. Goth. II. p. 301. ed. Gro Amst. 1655. Paulus Diac. de gestis Langob. 3, 6. Gebauer p. 268. 26 299. 300. 357. et praef. ad Lohenstenii Armin. p. 37 seq. Rühs p. 25 253 sq. *familia* Vat. 2964. *feminarum ululatus* Par. Rhen. 1. 2. 3. et re *ululatus feminarum* c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Vien. Rhen. min. *audiri* pro *auditur:* non potest enim esse *audiatur*, quod elegantius d ctum foret; *Günth.*

8. *Ad matres, ad* (*et* Nor.) *coniuges vulnera ferunt*, iis ostendu exeuntes proeliis, vulnerati veniunt. „Cf. Ovid. ex P. 1, 7, 52. 4, 50. et Reitz. de ambig. med. p. 213. De Lacaenis matribus vulnera fili rum inspicientibus v. Aelian. V. H. 12, 21." *Hess.* — *nec illae numera* (*mirari* Arund.) *aut exigere plagas pavent:* easdem obligare solent et cu rare barbararum gentium feminae. Cf. ad cap. 27. n. 7. et Rühs p. 25 303. Eaedem fugam exprobrant. v. ad G. 6. n. 16. Agr. 32. n. 4. *a exigere* Vat. 1862. 2964. Stuttg. Humm. ed. Par. Nor. Rhen. 1. et min. rec. omnes. „Recte, ut c. 6. 8. Ann. 3, 54. 13, 39." *Passov.* „Cf. etia Ann. 14, 58. 15, 13. Plin. 22, 24. Bentl. ad Hor. epod. 6. Sat. 1, 68. Tursell. de partic. p. 449. Oudend. ad Caes. b. G. 3, 14." *Hess. exigere* Vat. 1518. 4498. *nec exigere* MS. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Be Mon. Vien. *Exigere*, taxare et dignoscere, numerare et expendere atqu comparare inter se vulnera, cum laude eius, qui maiora et honestio tulerit; *Gron.* Obss. 1, 8. Cf. ad H. 1, 27, 3. et, quos Hess. laudavi Parei lex. crit. p. 444. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 124. Plin. ep. 9, 2 *aut exugere* Rhen. 2. 3. et al. *aut exsugere plagas* (ut ap. Hom. Il. 218.) c. Arund. quod frustra defenderunt Colerus, Conr. Bip. et Mon T. II. p. 31. Neque tamen id damnaverim, quia *plagae* non sint vulne patentia, quod annotavit Bülau p. 115. Contrarium patebit vel ex Li 38, 21. *pavent* magis convenit verbo *exigere*, quam *exsugere*, in quo m sericordia potius est quam fortitudo; *Ern.* Utrumque fortis animi es *Oberl. pavent*, recusant, dubitant, cunctantur; nam *pavere, deterreri* (Ann. 1. Tibull. 1, 3, 76.) et *aspernari* (Ann. 1, 40. 4, 46. H. 3, 68.) usurpantu quum certis quibusdam vel levissimis impedimentis a re aliqua abstrahi mur et detinemur, quo minus, quod in animo erat, faciamus; *Emmer* p. 15. et *Hess.* Notio tamen reformidandi h. l. apta.

9. c

9. *ciboque et hortamina* (cf. not. 6.) *pugnantibus gestant*, et cibos eis ministrant, et verbis stimulos ad virtutem addunt; nam Tacitus ludit in verbo *gestare*, quod aliter accipitur, quum refertur ad *cibos*, aliter quum ad *hortamina*, quae sic *gestantur*, ut ap. Plaut. Poen. 3, 3, 7. et Martial. 1, 56. *fertur salus* et *portatur ave; I. Fr. Gron.* Cf. ad A. 2, 20, 2. *Hortamina*, ut H. 4, 18. unde concidunt hariolationes putidissimae Coleri, Trilleri, aliorum; *Passov.* Magis convenire locum Lucani 7, 370. putat Barker, sed errat. „*Hortamina* i. e. alias res et ipsa verba, quibus pugnantes ad fortitudinem adhortentur: minime vero tantum de coniugibus parvisque liberis intelligendum, ut H. 4, 18. *hortamenta victoriae vel pulsis pudorem.*" *Günth.* Similis locus, ab Hess. laudatus, est Liv. 7, 11. *Pugnatum haud procul porta Collina est totius viribus urbis, in conspectu parentum coniugumque ac liberorum, quae magna, etiam absentibus, hortamenta animi, tum subiecta oculis; simul verecundia misericordiaque militem accendebant.* Add. loca in nota 7. laudata. *bellantibus gestant* ed. Vien.

CAPUT VIII.

Memoriae proditur, quasdam acies, inclinatas iam et labantes, a feminis restitutas constantia precum et obiectu pectorum et monstrata cominus captivitate, quam longe impatientius feminarum suarum nomine timent, adeo ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obsides puellae quoque nobiles imperantur. Inesse quin etiam sanctum aliquid et providum putant; nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt. Vidimus sub divo Vespasiano Veledam, diu apud plerosque numinis loco habitam. Sed et olim Auriniam et complures alias venerati sunt, non adulatione, nec tanquam facerent deas.

1. *Memoriae proditur, quasdam acies, inclinatas iam et labantes*, (v. ad A. 2, 26, 1. et H. 3, 83, 2.) *a feminis restitutas constantia precum et obiectu pectorum*, quum feminae obiecissent pectora telis hostium; *Bred.* Suis potius (viris, ne fugerent; *Hess.*) supplices, mortem pro captivitate expetentes: qua constantia M. Atilius in Frontini Strateg. 2, 8, 9. aciem contra Samnites restituisse dicitur; *Pass.* Utrumque memoriae proditur, quin et feminas, v. c. Ambronum, suis fugientibus restitisse protentis armis ipsasque pugnasse. v. Dio 71, 3. Flor. 3, 3. Polyaen. strat. VII extr. Iustin. 1, 6. Rühs p. 254 sq. loca Plut. et aliorum laudata ad c. 7. n. 7. „Tacitus autem verbalibus quartae declinat. saepissime loco participiorum utitur, et quidem sexto fere aut unice casu, ut *obiectu* h. l., *distinctu* Ann. 6, 28. *dispositu* H. 2, 5. *fortuitu* G. 10. qui usus apud scriptores aureae quoque aetatis non infrequens. v. Rhen. Thes. c. 2. Herzog ad Caes. b. G. 5, 27. Brem. ad Corn. Nep. Ages. 4. Ruddim. inst. P. I. p. 119. Creuz. ad Cic. N. D. p. 721. Ramshorn. Gr. §. 172. extr. p. 484. qui huc etiam refert verba Tac. H. 2, 23 extr. *Paulini et Celsi ductu*, sed nimis acute explicat. Perinde est, utrum Tacitus scripserit *ductu* an *ducibus*. v. Frensel. in Ephem. schol. a. 1825. scid. 58." *Hess.* Cf. Ind. III. v. *Substantiva verbalia*.

2. *et monstrata cominus captivitate*, imagine captivitatis imminentis ob oculos posita suis, *quam longe impatientius feminarum suarum*, matrum, uxorum, filiarum, sororum, *nomine*, (causa, ut ap. Cic. Dom. 7. 17. in Verr. 5, 5. Hor. od. 3, 21, 5. ubi v. Bentl.) quam sua ipsorum causa, *timent*, quia tenerrimum amoris vinculum rumpitur et feminarum

sors in captivitate durior est quam marium. *monstrata cominus captivitate*, monstrantes, *cominus* i. e. in proximo esse captivitatem; *Günth.* Nonnulli putant, feminas *pectus obiecisse* hosti, non ut cum eo pugnarent, sed ut caperentur, ut *monstrarent cominus captivitatem* suis. Ad rem cf. Caes. b. G. 1, 51.

3. *adeo*, (idque, et quidem eo usque; *Günth.*) *ut efficacius obligentur* ad fidem servandam *animi civitatum*, *quibus inter obsides puellae quoque nobiles imperantur*, (ut ap. Liv. 26, 35. 36.) quod cap. 20. de sororum quoque filiis traditur. Illud κατὰ φύσιν δοκεῖ πεποιημέναι Κλεώνυμος ὁ Σπαρτιάτης πρῶτος ἄνθρωπος, iudice Athenaeo XIII, 28. Magis recte si πρῶτος τῶν Ἑλλήνων dixisset; *Lips.* Cloeliae aliarumque obsidum exempla (Liv. 2, 13. Polyb. 10, 35. 38. al.) laudant intpp. Suet. Aug. 21 „Qui locus referendus videtur ad Cimbros, Charüdes, Semnones aliosque Germaniae populos ab Augusto victos. v. Monum. Ancyran. tab. II. a dextra." *Becker.* De his aliisque obsidibus v. Bülav. p. 135 sq. *Puellae nobiles*, non *nubiles*, ut coni. Heins. et Huet. Ita εἰς ὁμηρίαν λαβὼν γυναῖκας παρθένους τὰς ἐνδοξοτάτας καὶ καλλίστας Athen. l. l. et principum filiae, obsides, ab Attila rege exactae atque in aula eius ab Elche regina educatae, in Nibelung. v. 4793. 5535.

4. *Inesse quin etiam* scil. feminis, propter vividiorem imaginandi vim, *sanctum aliquid et providum putant*, ut omnes paene populi; unde notissimae sunt saga anus, a Saule rege consulta, Pythia vates, Sibyllae mulieres Britannorum fanaticae Ann. 14, 30. Martha, mulier Syra, Plut. Mar. c. 17. p. 503. Cf. et Strab. VII. p. 294. Germanorum feminae fatidicae *Veleda*, *Aurinia*, Gauna vel potius Ganna, (Γαῦνα παρθένος Domitiano regnante μετὰ τὴν Βελήδαν ἐν τῇ Κελτικῇ θειάζουσα ap. Dion. 67, 5 sed Γάννα ap. Suid. v. θειάζουσα, quam Gandershemii ad Gandam fl vixisse suspicatur Reichard. p. 334.) Catta mulier Suet. Vit. 14. Islandorum Valae seu Voelvae, Chriemhilda, Uta et ceterae puellae, infausti Sifridi, Burgundionum atque Hagani fata praesagientes in Nibelung. v 290. 601. 6099. aliaeque. Cf. nota 5. Strabo VII. p. 294. Clemens Strom I. p. 131. Caes. b. G. 1, 50. Dio 38, 48. Mela 3, 3. Plut. Caes. c. 19. e de mulier. virt. T. 8. p. 279. ed. Hutt. Polyaen. 7, 50. Schedius c. 43 p. 430. Keyssler. p. 369 seq. 456 seq. 489 seq. Gebauer p. 938—954 Rühs p. 257—263. Mone T. II. p. 15. 31. *sanctum aliquid*, venerabile atque inviolabile, (ut *sacrosancti* tribuni plebis) et *providum*, cautum sagax, inpr. respectu futurorum, quae sapienter et ex usu praevidentur *inesse* feminis; quam ob causam *nec aut*, et neque, *consilia earum aspernantur*, *aut*, neque, (cf. Ramshorn. Gram. p. 532.). *responsa*, oracula divina, *negligunt*, quae ab iis publice privatimve consulentibus dantur „Eadem de Germanorum feminis tradit Caes. b. G. 1, 50. Celtarum Strab. VII. p. 294. et Plut. de virt. mul. T. II. p. 246. Canadensium l de Charlevoix Journal hist. d'un voy. de l'Amérique p. 208. et 269. *Brot.* Tales feminae appellabantur *Alrunae* s. *Alraunae*, ap. Jornand. de reb. Get. c. 24. *Aliorunae* s. *Aliorumnae*, in Avent. Annal. Boi. I, 7, *Alirunae*, in Glossario Aelfrici *Hali* s. *Hellerunae*, feminae omnium rerum gnarae, *weise Frauen*, sic dictae a Germ. *all* et *runen*, scire, aut Suec *röna*, experiri, aut *runa*, mysterio, (unde *runa*, scriptura arcana, quam alii sic appellatam putant a verbo *runa* s. *raunen*, susurrare, alii a *rinen*, scarificare; v. ad cap. 2. n. 5.) aut *Alraun*, mandragora, quae i seriori aevo a superstitiosis in humani corporis speciem formari solebat atque gestari propter magicam vim ei tributam. Conf. de Alrunis Wachteri et Schilteri Glossaria, Fulda p. 116. Adelungii Lex. Encyclop. Hal et Diss. a Sam. Schmidio et G. Chr. Roth ed. Hal. 1739. et Helmst. 173 Ceterum maximam feminis apud Germanos semper fuisse auctoritatem atque venerationem, docent a Passovio laudati *Anton.* IV. p. 108—110.

Jahn deutsches Volksthum p. 433. Cf. et Weiske p. 124 sq. *sanctum aliquid* accedit fere ad sensum structurae *sanctum quoddam; Günth.* — *providam*, ut ap. Cic. de div. 2, 57. *mens provida*, gnara, praescia, *rerum futurarum.*

5. *Vidimus sub Divo Vespasiano Veledam*, cf. nota 4. et ad H. 4, 61, 3. *Vidimus* sc. nos Romani et his temporibus. Sic *accepimus* H. 3, 38. 5, 13. Agr. 11. Or. 28. G. 27. *docuimus* G. 15. extr. *novimus* G. 35 pr. *tentavimus* et *consensimus* c. 34. *computamus* c. 37. *castra nostra ostendamus* et *patefecimus* c. 41. *legimus, dedimus* et *perdidissemus* Agr. 2. *sumus* et *venimus* Agr. 3. *amor nostri* G. 33. *nos, nostrae manus* et *suspiria nostra* Agr. 45. *discordiae nostrae* G. 37. Contra Singulari utitur Tacitus, ubi de se solo loquitur et interponit vel consilium a se captum, vel iudicium, plerumque dubium et modestum, (in coniunct.) ut *crediderim* Ann. 16, 6. G. 2. 45. *exegerim* Ann. 16, 16. *dixerim* G. 2. *ipse accedo* c. 4. *comperi* c. 9. *dubito* et *affirmaverim* c. 5. *expediam* c. 27. *an Sarmatis adscribam dubito* et *in medium relinquam* c. 46. Cf. Passov. ad c. 29. ubi priora exempla iam magnam partem laudavit, ut probaret, si Tacitus plurali primarum personarum numero utatur, orationem ad omnes Romanos, praecipue ad aequales eius, extendi, et ubi hinc *numeramus* ex optimis libris pro *numeraverim* restituit adiecta etiam hac ratione: „Quis unquam crediderit, Tacitum non sine dubitatione negaturum, *Gallorum* levissimos *Germanos* esse! Volebat dicere, Romanorum neminem nebulones illos, etsi Germaniae partem incolentes, Germanis accensere." Saepius tamen Plurali non multitudinis notio inest, et v. c. *accepimus* H. 3, 38. et G. 27. dictum pro *accepi*, ut et alia. v. ad Agr. 4. 43. n. 4. „*Vidimus* aut ipse Tacitus eiusque aequales Romae, quo prodita a suis popularibus Veleda forsitan ducta erat, (v. ad H. 4, 61, 3.) aut alii Romanorum per ipsam Germaniam iter facientes;" *Günth.* Ex h. l. perperam colligitur, Tacitum in Germania fuisse. Veledae autem sedes fuere in spelunca, σπηλαίῳ, hod. *Spillenburg*, ad dextram ripam Luppiae, Ruhr in Marca Westphal. si fides habenda Peterseno p. 97—99. 130—133. „*numinis loco habitam*, sed postea captivam: adeo incerta vel fatidicarum sors!" *Brot. Veledam* Vat. 1862. 4498. ed. Pogg. Par. et rec. ut H. 4, 61. 65. MSS. Flor. Bud. Agr. et ed. pr. Sic et *Veledae* aut *Velidae* in Stat. Silv. 1, 4, 90. correptis prioribus syllabis. *Velledam* edd. vet. paene omnes, ut H. 4, 61. 65. Harl. Bodl. Jes. ed. Put. et cet. usque ad Ryck. Βελήδαν dixit Dio 67, 5. *Tede* Reg. et ed. pr. H. 4, 61. sed *Veledam* Reg. H. 4, 65. *Voledam* h. l. Vat. 2964. et *Valedam* Vat. 1518. Deinde *Auriniam* Vat. 1518. omnesque edd. ut in Mabillonii Act. St. ord. Bened. Saec. III. P. I. p. 115. et al. *Fluriniam* c. Farn. *Alberniam* Vat. 1862. *Albriniam* Vat. 4498. *Aliorunа* dicitur Jornandi de reb. Get. 24. *Aluriniam* coni. Lips. et *Alruniam* Pass. qui hoc omnium feminarum fatidicarum inter Germanos nomen fuisse putat. Cf. nota 4. Sed Tacitus dixit *Veledam et Auriniam et complures alias;* unde haec nomina videntur potius propria fuisse quam appellativa, et parum probabiles, magnam vero partem ridiculae, sunt coniecturae eorum, qui his nominibus artem genusve vitae significari arbitrantur, Wachteri, Schützii, Keyssleri, Eccardi Franc. orient. T. I. p. 276. Antonii p. 99 sq. Rühsii p. 260—263. Graeteri in Idunna a. 1816. N. 6. *diu apud plerosque*, ut paulo post *complures;* v. ad Ann. 3, 28, 3. *numinis loco habitam*, v. H. 4, 61. 65. — *complures alias* feminas *venerati sunt*, ut veras deas, *non adulatione*, adulationis causa, (v. Ind. III. v. *Ablativi*) ut nos Romani, adulantes Imperatoribus hominibusve, meritorum rerumque gestarum magnitudine, auctoritate ac potentia conspicuis, *nec*, ut nos, *tanquam facerent Deas*, (ut ap. Iuvenal. 10, 366.) sed tanquam re vera Deae essent, scilicet, ut H. 4, 61. dicitur, *vetere apud Germanos more, quo plerasque*, permultas, *feminarum fatidicas* esse *et*

augescente, crescente, *superstitione Deas* esse *arbitrantur*. Tales feminae et Deae fuerunt *Gauna* s. *Ganna*, Catta et aliae, de quibus v. nota 4. Similes *Matrae* s. *Matres* et *Matronae Deae*, *Mopates*, *Vaphtiae*, (in Inscr. Grut. p. 90. n. 10.) *Neha*, *Dea Neha*, *Neha Lennia*, *Neha Asserica*, unde Germ. *Hexe* et *Nixe*, nympha aquarum, Angl. *old Nick*. De nominibus et cultu harum aliarumque feminarum v. ad Ann. 1, 51, 1. Keyssler p. 236. 256. Acta Acad. Theod. Palat. Hist. V, 71. VI, 62. Sponii Misc. erud. ant. 3, 77. Anton. IV. p. 109 sq. Rühs p. 257 sq. Bülav. p. 142 sq. et qui ab Hess. laudantur, liber inscriptus *die Vorzeit* III, 1, 6. IV, 1, 8. Erf. 1819. Barth über die Druiden p. 196 sq. et Münchs Pantheon der Gesch. d. deutschen Volks T. I. fasc. 3.

CAPUT IX.

Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem ac Martem concessis animalibus placant. Pars Suevorum et Isidi sacrificat. Unde causa et origo peregrino sacro, parum comperi, nisi quod signum ipsum, in modum liburnae figuratum, docet advectam religionem. Ceterum nec cohibere parietibus deos, neque in ullam humani oris speciem assimilare, ex magnitudine coelestium arbitrantur. Lucos ac nemora consecrant Deorumque nominibus appellant secretum illud, quod sola reverentia vident.

1. Quae cap. 9. et 10. continentur, ad religionem, sed paene omnia ad militarem tantum, quae sola fere priscis Germanis curae fuit, et ad exercitium eius tempore bellorum comitiorumque, de quibus inde a cap. 8. agitur, referenda videntur. Multa quidem de Germanorum Diis, religione cultuque divino, praeter alios, quos *Fabricius* in bibliogr. ant. c. 8. §. 16. et *Hummel* p. 201—245. et in Additam. recensuere, disputarunt *Cluverius* lib. I. c. 22—36. (quem refutavit Iac. *Thomasius* in Programm. ed. Hal. 1693. p. 596 sq.) *Richardus* in diss. de dubia et incerta Taciti fide in deor. Germ. historia Ien. 1719. 4. *Arnkiel* Cimbr. Heidenreligion Hamb. 1702. IV. T. *Schedius* Syngram. IV. de diis Germ. Hal. 1728. (quae rudis indigestaque moles est rerum male iunctarum) *Ayrmann*. de cultus idolol. vet. Germ. orig. Giess. 1727. *Grupen* III. c. 10. *Gebauer* p. 811—1015. *Fulda* I. p. 76 sq. *Anchersen* vallis Herthae deae Hafn. 1747. et in Spec. mythol. septentr. de Herthigenis Hafn. 1747. *Aldenbrück* de rel. Ubiorum Col. 1749. *Doederlein* Rel. d. alten Nordgauer, *Meinders* tract. de statu relig. et reip. in vet. Saxonia Lemg. 1711. 4. *Herman*. progr. de puriore dei cultu vett. Germ. Baruthi 1761. *Anton* IV. p. 83 sq. *Anton* Rel. d. Germanen im deutsch. Mus. 1779. I, 25—39. J. H. M. *Ernesti* p. 98 sq. G. Chr. *Braun* die Relig. d. alten Deutschen Mainz 1819. *Gagern* p. 76 sq. C. K. *Barth* über die Druiden der Kelten Erl. 1826. u. Teutschl. Urgesch. T. I. p. 170—185. 514—521. et interpretes Taciti, inter quos in hac re excellunt *Rühs* p. 264—336. *Bülav*. p. 146—166. et *Dilth*. Sed pauca ad liquidum perduci possunt; quaecunque enim novimus, ex turbidis fontibus hausta sunt, e scriptis Graecorum Romanorumve, qui Germanorum neque linguam calluerunt, neque terram ipsi, uno alterove excepto, adierunt; ex libris Christianorum patrumque ecclesiasticorum, qui sacra peregrina damnare potius, quam sollertius indagare aut describere, nec tempora distinguere solebant; ex vitis Sanctorum, traditionibus, epistolis constitutionibusque pontificum Rom. et monumentis antiquis hoc illove loco repertis; ex *indiculo superstitionum* et *paganiarum*, decretis synodi Leptinensis a.

743 annexo; (quem vulgarunt Fürstenberg. in Monum. Paderb., Balüz. I. p. 150. Eccard. II. T. II. p. 407. Meinders et alii) et ex mythologia Indorum, Persarum, Thracum et potissimum Scandinaviae. Quae omnia non ita comparata sunt, ut origo notionum rituumque religiosorum ex iis exsculpi et singula in ordinem, ratione temporum et populorum, redigi queant. Ne satis quidem consentiunt viri docti, si quaeritur, utrum Germani ab antiquissimis inde temporibus unum an plures coluerint deos? Fulda, Gebauer (p. 822—838.), Sprengel et alii contendunt, iis, superstitione peregrina nondum imbutis, ante Caesaris Germanicive aetatem, cultum unius Dei, regnatoris omnium, et neque sacerdotes, neque templa, aras, sacrificia et signa aut simulacra deorum fuisse; quod liquere putant ex verbis cap. 9. 39. 43., quibus paene respondeant illa Herodoti 1, 131. 132. de Persis, Plut. Num. c. 8. de Romanis et Caes. b. G. 6, 21 pr. de Germanis. Unde vero solis Germanis ea sapientiae lux affulsit? et quomodo haec congruent iis, quae c. 2. 9. 34. 40. 43. 45. Ann. 1, 51. 57. 61. 2, 10. 12. 4, 73. 13, 57. H. 4, 64. et ap. ipsum Caes. b. G. 6, 21. leguntur, ut de aliis Germanorum diis in monumm. antiquis? Cf. ad c. 1. n. 5. ad Ann. 1, 51, 1. Grut. inscr. p. 40. 314. et al. Quin mille Germanis numina horumque formas aut simulacra fuisse tradunt Gregor. Turon. 2, 10. Remigius, Alcuinus, Beda aliique. v. Rühs p. 272. 273. — Probabile quidem est, *templum Tanfanae* et *Herthae*, saltem huius numinis, (Ann. 1, 51. et G. 40.) sacrum nemus, non aedem fuisse; (nam *templum*, ut Gr. *τέμενος*, Ovid. Met. 5, 258. Lucret. 5, 946. et al. dicitur omnis locus Diis rebusve divinis sacratus, sacer, circumscriptus et inauguratus, inpr. editus, in omnes partes et quousque prospici potest patens a *templando* h. e. contemplando, spatium coeli, suggestus, asylum, curia, lucus sacer) sed non minus nobis concedendum videtur, priscis Germanis, aeque ac Graecis Romanisque, tum propter artis, metallorum opumque defectum, aedes sacras, statuas et effigies deorum rudes potius ac deformes aut imagines fictiles, quam nullas, tum sacrificia, etiam humana, et sacerdotes fuisse. Cf. nota 3. et ad c. 7. n. 3. ad H. 2, 3, 7. 8. Iuvenal. 11, 111 sq. Tibull. 1, 10, 19 seq. Gagern p. 81—83. Rühs p. 312. 313. Neque negamus, Romana esse nomina antiquiora, Diis Germanorum indita, Germana vero, quae memorantur, recentiora. Sed utrumque plurimum valet ad firmandam sententiam eorum, qui omnibus Germanorum populis, luce religionis christianae nondum collustratis, et prisco et seriori aevo, cultum non unius, sed plurium deorum tribuunt, neque maiores eorum posteris sapientiores fuisse arbitrantur. Non etiam est quod dubitemus, Diis illorum iam antiquissimis temporibus propria et Germana fuisse nomina, a Romanis deinde corrupta: nam ipse Tacitus dicit cap. 43. *Naharvalorum deos interpretatione Romana Castorem Pollucemque memorant*, et Mela 3, 3. *montes*, (ut et Dii) *quorum nomina vix est eloqui ore Romano*. Quaenam vero haec fuerint, non magis constat, quam quo tempore diis data sint, quae nunc in monumentis Germanorum reperiuntur, et utrum haec ab illis parum nihilve differant. Scriptores enim, quos consulere licet, unici sunt Romani Graecive, non Germani, qui diu ignari fuerunt artis scribendi. v. ad cap. 2. n. 5. Ecquis autem est, qui non fando certe audiverit Germana deorum nomina? Praeter commentitios, quales sunt *Krutzmann*, (cuius statua Argentorati ostenditur) *Püsterich*, (Sondershusae) *Alamannus*, (v. Gebauer p. 841 seq.) *Crodo* s. *Chrodo*, *Chroto*, (v. Rühs p. 279. sed et Petersen p. 191.) *Biel*, *Lara* aliique, notissimi erunt *Irmin*, (v. ad cap. 2. n. 7.) *Ostar*, *Oster*, *Ostera*, *Ostura*, *Ostra* dea, symbolum naturae verno tempore reviviscentis, (sic dicta a verbo ant. oster s. *osten*, exoriri, resurgere, unde Germ. *Ostern*, *Osterberge*, *Osterwälder*, *Osterfeuer*, *Ostereier*; cf. Münchhausen in Graeteri Bragur a.

1800. T. VI. P. 2. N. 3. et Petersen p. 193.) *Nehae* et *Nixae* in mar fluviis fontibusque, (v. ad cap. 8. n. 5.) *Fosta* s. *Fosite* et *Fosete* de (fort. Vesta) culta in eiusdem nominis insula, ad ostium Albis sita, hoc *Helgoland*, *Heiligland*, (v. Alcuini vita Willibrordi in Opp. II. p. 18 ed. Frob., Adam. Brem. de situ Daniae c. 211. Graeteri Bragur VI, 31 *Niord*, deus ventorum, mercaturae et divitiarum, *Scada* eius uxor, *Fre* Sol, et *Freia*, *Freya*, *Fraea*, *Frea*, dea amoris, Venus, (*freon* et *friio* amare, unde et Germ. *Freund*, *freien*, *Fru*, *Frau*, *Fräulein*, in Yngling saga c. 13. *Fröjor* et *Fröken*; cf. Gagern p. 78.) horumque liberi; prae cipue *Wodan* s. *Govodan*, *Guodan*, (bonus) *Wode*, *Woden*, *Wudana*, qu in Edda *Odin* dicitur, symbolum subtilioris intelligentiae artisque mili taris, Phoen. *Taaut*, Aegypt. *Thot* et *Teut*, Gallorum *Teutates*, Rom *Mercurius*, (cf. nota 2.) Graec. Ἑρμῆς, animos virorum fortium et vit defunctorum congregans in Walhallam, Ἑρμῆς ψυχοπομπός, nec non re deorum (*Allfader*, *Alfadur* aut *Valfader*) insignisque venator et bellato equo (*Sleipner*) vehens, (de cuius itineribus rebusque gestis v. sup. a c. 3. n. 5. Schedius p. 107. 155. Ritter p. 261. Petersen p. 191. 19 Rühs p. 140. 141. 274—284.) *Hell*, deus mortis, (unde Germ. *Hölle*, v Rühs p. 301. 302.) *Frigga*, dea amabilis, (*friggon*, *frigan*, *frijon*, amare hominum fata pectore occultans, Odini coniux, ex qua ei geniti sun septem filii, *Thor* s. *Thoron*, *Thunaer*, *Thuner*, (tonitru) rudis natura vis, Tonans, robustissimus deorum, horrendo gressu quatiens turbini instar (Mars Gradivus) et malleo (*Mioelner*) etiam durissima conteren *Balder*, iuvenilis deus eloquentiae et iustitiae, *Tyr* s. *Tiv*, *Tüg*, *Ti* Pers. *Tir*, Ind. *Buddah* s. *Buddha*, symbolum audaciae ac roboris, *Brage* deus sapientiae artisque poeticae (*Bragur*) et maritus *Idunae*, quae es dea iuventutis aeternae, custodiens mala immortalitatis, *Hermode*, nun tius deorum, galea et thorace armatus, *Vidar*, deus taciturnitatis, e *Wale*, arcitenens; de quibus aliisque numinibus v. Nyerup Wörterb. de scandin. Mythol. übers. von Sander, Copenh. 1816. Münter in Staeudlin Archiv für Kirchengesch. T. 3. P. 2. Graeteri Bragur et loc. class Adami Brem. in hist. eccles. et lib. de situ Daniae c. 233.

Non deerunt haud dubie qui dicant, hos tantum non omnes Scan dinaviae potius, quam Germaniae, deos fuisse et recentiori aevo effictos Sed in monumentis etiam scriptisque Germanorum antiquis memorantu Frigga s. Frea et Freja, Wodan, Irmin, Thor et Tyr. v. Paul. War nefr. 1, 8. 9. 10. Witekind. ap. Meibom. 1. p. 633. Adam. Brem. l. 1 Saxo Gram. VI. p. 103. Mabilloni Act. Bened. Saec. II. P. I. c. 53. In diculus superstit. et Büsching: das Bild des Gottes Tyr Bresl. 1819 et: Nachr. von entdeckten Bildern des Gottes Thor, im Morgenblatt fü gebild. Stände, Kunstblatt a. 1823. sc. 74. et 1824. sc. 56. 57. Eorunden quoque deorum nomina, tempore nobis ignoto, diebus nostris data sunt nam dies Martis dictus est a *Tyr* (in genit. *Tys*) s. *Tiv*, *Tüg*, *Tu* de Suec. et Dan. *Tisdag*, Isl. *Tysdag*, Angl. *Tuesday*, Belg. *Dyssendag* e *Diensdag*, Sax. super. *Ciestag*, Sax. inf. *Dienstag*; dies Mercurii a Wo dano et Odino Westphal. *Onstag*, *Gonstag*, *Woenstag*, *Gudenstag*, Angl Sax. *Vodenesdaeg*, Belg. *Woensdag*, Angl. *Wednesday*, Isl. *Odensdag* Suec. *Odindag*, Dan. *Onsdag*; dies Iovis a Thoro et Thuner (Isl. Thun dur) *Thorstag*, *Donnerstag*, *Thunresdaeg*, *Thursday*; dies Veneris a Frigg s. Freya et Freia *Frigedaeg*, *Friday*, *Freitag*; dies autem Solis et Luna *Sonntag* et *Mondtag*, ut inde, qui diem solis praecedit, *Sonnabend*, a antiquissimis Germanorum diis *Son* s. *Sun* et *Maan* s. *Mond*. v. ad c. 2 n. 6. et cf. Caes. b. G. 6, 21. ubi dicit: *Germani Deorum numero eos so los ducunt, quos cernunt et quorum aperte opibus iuvantur, Solem et Vul canum* (ignem) *et Lunam: reliquos* (a Romanis cultos) *ne fama quiden acceperunt.* — Ceterum de Germanorum priscorum notionibus religiosi

cultuque divino vix quicquam memoriae prodiderunt scriptores antiqui. v. Rühs p. 299 — 325.

2. *Deorum maxime Mercurium* (*Wodanum*) *colunt*, (cf. nota 1. et ad H. 1, 31, 6.) ut Galli et Thraces. De illis v. Caes. b. G. 6, 17 pr. (qui iisdem verbis utitur, quae triplici modo exponi posse annotavit Fulda I, 88.) de his Herodot. 2, 51. 5, 7. Lactant. de falsa rel. 1, 6, 21. Steph. Byz. v. Ἴμβρος. Cur vero gens bellicosa Mercurium magis coluit quam Martem, qui etiam *praecipuus Deorum* H. 4, 64. dicitur? et quare h. l. tum Mercurii mentio fit tum Isidis, quum tamen, quicquid fere cap. 6 — 15 continetur, ad rem militarem referendum esse videatur? Rationem inde repetendam esse crediderim, quod Germani aeque ac Graeci, Romani aliique populi, numina coluerint, quorum alia subtilioris intelligentiae et hinc artis quoque militaris, alia rudis audaciae ac roboris symbola iis esse viderentur. Illius generis fuere Taaut, Thot, Ἑρμῆς, Mercurius, Ἀθήνη, Παλλὰς, Minerva, Wodan s. Odin; huius Ἄρης, Mars, Ἐνυὼ, Bellona, Ἡρακλῆς, Hercules, Thor et Tyr. Ad quam vero talium deorum classem referenda sit *Isis* et cur *pars Suevorum ei sacrificaverit*, quis definire ausit?

3. *cui certis*, statis, *diebus humanis* (*huius* Par.) *quoque hostiis litare* (ut etiam *facere* Virg. Ecl. 3, 77. cum Ablativo legitur; *Günth.*) *fas habent*, h. e. sacrificare, etsi proprie, ut καλλιερεῖν, sit *sacrificare usque ad litationem*, mactare plurimas victimas, donec laeta reperiantur exta. Cf. intpp. Liv. 5, 38 pr. 8, 9. Duk. ad Flor. 3, 4. et Schwarz. ad Plin. Pan. c. 52. p. 226. Haec ἀνθρωποθυσία a Longolio, Gebauero, (p. 968 — 997.) Delio in Graeter's Bragur VII. p. 25. Monio T. II. p. 136. Sprengelio aliisque, patriae potius quam veritatis amore ductis, vel erroribus, fabulis figmentisque annumeratur, vel ad orationem figuratam, ad caedem hostium, ad auguria futurorum, ex eorum sanguine capta, et ad supplicia capitalia refertur, non ad placationem deorum. Eam vero hoc et vulgari sensu (quo homines, tanquam carissima et optima, diis offeruntur et captivi potissimum Marti) Germanis, neque veteribus tantum, sed recentioribus quoque et paene omnibus tribuendam esse, vix dubitabis, si comparaveris verba proxime seq. *Martem concessis animalibus placant* et G. 39. 40. Ann. 1, 61. 13, 57. Ovid. Trist. 4, 2, 35. 36. Strab. 7, 2. 3. p. 295. Oros. 5, 16. Sidon. ep. 8, 6. Jornand. c. 5. (quo teste Marti quoque captivi a Gothis sunt sacrificati) Procop. 2, 14. 15. 25. 26. Leg. Fris. tit. 12. et §. ult. Saxon. Gramm. l. 7. 8. et 9. Vitam S. Ulframi in Mabilloni Act. Bened. Saec. III. 1. p. 359. Idem de omnibus populis rudioribus, tam antiquis quam recentioribus, traditur. Cf. Schütze de cruentis Germanorum gentilium victimis humanis Lips. 1743. & Anton. IV. p. 95 — 97. Petersen p. 203. 204. Bülau p. 166 sq. Fabric. bibliogr. ant. p. 349. Gagern p. 83. Adelung p. 306. 307. Cluver. 1, 35. Rühs p. 318 — 323. et H. G. Vent in comm. I. de hostiis humanis antiquo maxime tempore immolatis, Vimar. 1826. 8. Qui tot gentium ritus fuit, cur non veterum quoque Germanorum? Abolevit eum politior humanitas et religio christiana.

4. *Herculem ac* (ed. Nor. ac Vien. *et*) *Martem concessis animalibus placant*, inpr. ovibus, equis, bobus, canibus et gallis gallinaceis. v. Rühs p. 323. 324. et Orell. p. 12. *concessis animalibus*, omnibus, praeter humanas; *Pich.* Quae immolare fas, ut contra homines sacrificare nefas habetur et est. *concisis* ed. Vien. De *Hercule* v. ad cap. 3. n. 1. de *Marte* sup. not. 1. 2. et 3. nec non A. 13, 57. H. 4, 64. Rühs p. 282. 285.

5. *Pars Suevorum et Isidi sacrificat* — *peregrino sacro:* ad h. l. Antonius et Emmerl. non male referunt ea, quae narrantur cap. 39. de Semnonibus, *Suevis*, qui *in silva sacra caeso publice homine celebrant barbari ritus horrenda primordia*, h. e. initium peregrini sacri faciunt hor-

rendo modo, homine scil. publice caeso; cuius sacri *causa et origo* utique ignota est. *Isis* dici vix potest quot et quam vanas pepererit coniecturas. v. Schedius p. 155. Cluver. 1, 27. Böhme et Meisner exercit. de Iside Suevis olim culta Lips. 1748. 4. Abbas de Fontenu in Mém. de l'acad. des inscript. T. V. p. 63 seq. Bocharti Phaleg III, 2 extr. et Canaan I, 23. Moeser I. p. 55. 56. Gebauer p. 856—896. Borhekii prolus. ed. Duisburgi 1790. Barth II. p. 515. Luden T. I. p. 572. 748. 28. Déal diss. sur les Parisii et sur le culte d'Isis, Par. 1826. Jahn. Jahrb. II, 2. p. 36. Verisimilis est coniectura Diltheii, significari *Lunam*, deam Germanorum, (v. not. 1. et Caes. b. G. 6, 21.) eiusque effigiem, et lunae dimidiae et liburnae similem. Mythus saltem de Iside ad lunam potissimum spectat eoque adumbratur vis οὐρανίας γῆς, lunae, Proserpina, et χθονίας, terrae frugiferae, Ceres. v. Creuzeri Symbol. T. IV. §. 39. et Zoega de obeliscis p. 415. Hinc et Isis facta navigationis inventrix eique dicata Romae rudis carina s. ratis. v. Apuleii Met. XI. p. 367. Lactant. inst. 1, 11, 21. Macrob. Sat. 1, 20. Muratorii Thes. Inscr. 1. p. 25. Vetus Calendarium Rom. in Graevii Thes. Antiq. Rom. T. VIII. p. 98. in quo legitur: *III. Nonas Isidis Navigium*, et Creuzers Symbolik T. I. p. 309. T. II. p. 157. T. IV. p. 31 seq. 237—259. ed. pr. Cf. ad cap. 7. n. 6. ad cap. 40. n. 6. et ad cap. 45. n. 8. *sacrificant* ed. Vien. quod in pluribus libris lectum velit Passov. Cf. ad H. 2, 22, 5. — *parum comperi*, non certo certisve auctoribus. *Ex multis audivi; nam comperisse me non audeo dicere*, Cic. ep. ad div. 5, 5, 3. — *Liburnae* s. *Liburnicae* naves, levissimae ac velocissimae, quibus Liburni aliique Illyrii nec non Epirotae mare infestabant. v. Veget. 4, 33. 37. 5, 2—7. et Mitscherl. ad Hor. od. 1, 37, 30. — *advectam religionem* esse navi navibusve, quemadmodum illa dei Sinopensium, (H. 4, 83. 84.) Idaeae Matris, (Liv. 29, 10. 14. 37. 36, 36.) Aesculapii (Liv. 10, 47. 29, 11. Plut. Qu. Rom. 93. Oros. 3, 22. Ovid. Met. 15, 622—744.) Saturni (cuius adventus puppi significatus in numis aereis Rom.) aliorumque deorum peregrinorum a Graecis et Romanis cultorum. „Quod Isis, ut alia numina, navem sacram haberet, (v. Cuper. obss. p. 242.) eiusque signum in navigii formam ab Aegyptiis fabricaretur, vel quod festum eius diceretur *navigium Isidis*, id Tacitum in opinionem de *religione advecta* eius deae Germ., quam pro Iside habebat, induxisse videtur. Grotefendus hoc refert ad peregrinam navigii inventionem." *Hess.* *adiectam* edd. Spir. Put. Pogg. Mon. Vien. Rhen. min. Sed recte *advectam* ed. Nor. Rhen. I. et min. in marg. ut omnes rec.

6. *Ceterum nec cohibere*, includere, *parietibus*, templis, *Deos, neque in ullam humani oris speciem assimilare, ex magnitudine Coelestium esse arbitrantur.* v. ad c. 7. n. 1. Similia tradunt de Iudaeis Tac. H. 5, 5. et Dio 37, 17. de Persis (a quibus Germani originem duxisse creduntur; v. ad cap. 2. n. 1.) Herodot. 1, 131. Strab. XV. Cic. de leg. l. 2. et alio loco, qui Tacito ante oculos aut in animo fuisse videtur, de rep. 3, 9. *Graeciae, sicut apud nos, delubra magnifica humanis consecrata simulacris, quae Persae nefaria putaverunt; eamque unam ob causam Xerxes inflammari Atheniensium fana iussisse dicitur, quod Deos, quorum domus esset omnis hic mundus, inclusos parietibus contineri nefas esse duceret*, de priscis Romanis Plut. Num. c. 8. de Alanis Ammian. 31, 2. de Christianis Minuc. Felix in Octav. c. 32. §. 1. Iidem egregie etiam de hac re disputant, ut olim Pythagoras et Numa, eius disciplina imbutus, (v. Plut. l. l.) nec non Paulus apostolus Act. 17, 24. 25. Sed ratio rei repetenda potius ex defectu artis, metallorum opumque, quam ex singulari antiquiorum populorum sapientia. Cf. nota 1. et ad H. 2, 3, 7. 8. 2, 78, 5. Aliam minusque probabilem attulit Moeser 1. p. 54. 55. *Caeterum*, ut *caeteri* cet., ed. pr. Bred. al. male; *Pass.* „Sic et Grotef. Gram. T. 2. §. 168.

et Schneider. Gram. I, 1. p. 57. Notandum etiam est, *nec — neque* rarius reperiri quam *neque — nec*. v. Frotsch. ad Quintil. l. X. 1, 101. p. 91. Zumpt. Gr. §. 337. ed. V. Ramshorn. Gr. §. 179. p. 527." *Hess*. Sic et *nec — neque* O. 28. ubi Dronk. contulit Cic. p. Arch. 11, 29. et Caes. b. civ. 1, 50. *assimilare*, non *assimulare*, omnes libri, ut ap. Cic. de inv. rhet. 1, 28. Illam tamen scripturam nihili esse et sequiori aetati tribuendam censebant Ernesti ad h. l. ad A. 4, 8. 11, 11. 15, 39. 16, 17. Agr. 10. et ad Cic. l. l. J. Fr. Gron. diatr. in Statii Silv. 1, 1, 100. c. 6. Gesner. in Thes. T. I. p. 493 seq. Burm. ad Ovid. Met. 3, 158. idem et Spald. ad Quintil. 7, 10, 9. Contrarium potius arridere possit, quoniam utrumque a *similis* deducendum videtur et, qui vulgo *simulator* dicitur, res quoque *assimilat*. Passovius haec annotavit: „Hoc certe loco in scriptura librorum acquiescendum putavi, quum *similitudinis* potius quam *simulationis* mentionem flagitet sensus verborum. Utramque enim scripturam veram, sed pro loci cuiusvis ratione et natura eligendam crediderim." Ita tamen dubia nonnunquam scriptura est, ut A. 4, 8. 16, 17. al.

7. *Lucos ac nemora consecrant*, cf. cap. 10. 16. 39. 40. 43. A. 1, 51. 2, 12. 4, 73. 13, 57. 14, 30. H. 4, 14. et 22. Claudian. laud. Stil. 1, 228 seq. Lucan. 3, 11. 3, 399 — 425. inpr. loca egregia Plin. 12, 1. 2. et Sen. ep. 41. Ritus ille in Germania et Gallia diu viguit, et notissima est quercus ingens annosa et sacra Chattorum, a Bonifacio succisa. Cf. Alting. not. Germ. inf. T. I. p. 103. Guta-Lagh in vers. Germ. Schildeneri c. 2. p. 108. et c. 4. §. 2. Aventini Annal. Boj. 3, 1. Baluz. p. 150. 254. Fürstenberg. c. 20. p. 301. Gregor. Tur. 2, 10. Mone I, 79. 169. II, 97. 157. Rühs p. 311. *Lucos ac nemora* iungit Tacitus, ut cap. 10. 45. O. 9. 12. *silvas lucosque* H. 4, 22. aliaque synonyma. Sed illa quoque differunt. „*Lucus*, a λύκη crepusculum, silva densior, inumbrans, *nemus*, νέμος, silva rarior, in quo iumenta et pecora pascuntur, *Gehölz*." *Bredow*. Cf. Nolten. Lex. Antib. p. 1048. Voss. ad Virg. ecl. 8, 86. Doederl. de synon. lat. II. p. 89.

8. *Deorumque nominibus appellant secretum illud* Numen, (arcanam Numinis notionem) ἀόρατον ἐκεῖνον καὶ ἀπρόσιτον Θεὸν, quem non re vera, sed mentis oculis et *sola reverentia vident*, qua etiam solus est dignus. Ita Gebauer p. 824. 957. et Dilth. Sed tum Tacitus non bene dixisset *Deorum nominibus appellant Deum invisibilem, quem* cet. Neque loquitur de Christianis aut Judaeis, qui *mente sola unumque numen intelligunt*, ἄῤῥητον καὶ ἀειδῆ Θεὸν, (v. H. 5, 5. et Dio 37, 17.) sed de priscis Germanis. Designari potius videntur *silva prisca formidine sacra* (G. 39.) et *secretum loci*, (Sen. ep. 41.) nemora Diis sacra eorumque *nominibus appellata*, in quorum interiora penetrare vix quisquam ausit. Cf. loca in nota 7 laudata; sed et Bülau p. 157. 158. 164. qui sensum religiosum, a Romanis *deorum nominibus* expressum, significari suspicatur. — *quod sola reverentia vident:* in Par. *solum*. „Ex interpretatione. v. Ramshorn. Gr. p. 297. Krebs. Gr. §. 366. Weber Uebungsschule T. I. p. 29, 12." *Hess*. Cf. ad Ann. 3, 29, 2.

CAPUT X.

Auspicia sortesque, ut qui maxime, observant. Sortium consuetudo simplex. Virgam, frugiferae arbori decisam, in surculos amputant eosque, notis quibusdam discretos, super candidam vestem temere ac fortuitu spargunt. Mox, si publice consuletur, sacerdos civitatis; sin privatim, ipse pater familiae, precatus deos coelumque suspiciens, ter singulos tollit, sublatos secundum impressam ante notam interpretatur. Si pro-

hibuerunt, nulla de eadem re in eundem diem consultatio; sin permissum, auspiciorum adhuc fides exigitur. Et illud quidem etiam hic notum, avium voces volatusque interrogare. Proprium gentis, equorum quoque praesagia ac monitus experiri. Publice aluntur iisdem nemoribus ac lucis candidi et nullo mortali opere contacti, quos pressos sacro curru sacerdos ac rex vel princeps civitatis comitantur hinnitusque ac fremitus observant. Nec ulli auspicio maior fides, non solum apud plebem, sed apud proceres, apud sacerdotes. Se enim ministros deorum, illos conscios putant. — Est et alia observatio auspiciorum, qua gravium bellorum eventus explorant. Eius gentis, cum qua bellum est, captivum quoquo modo interceptum cum electo popularium suorum, patriis quemque armis, committunt. Victoria huius vel illius pro praeiudicio accipitur.

1. *Auspicia, sortes* — et *praesagia* divinationis, *μαντικῆς*, genera atque media, quibus superstitio (nam ad eam, non ad amorem libertatis, quod Moeser I. p. 40. 41. putabat, haec referenda) ubivis omnique tempore usa est, ut vel futura (quae praenoscere cupit mens humana, quamvis *prudens futuri temporis exitum caliginosa nocte premit Deus*, Hor. Od. 3, 29, 29. 30.) et Dei consilia, voluntatem ac decreta exploraret, vel dubia eorumque eventum et quae facienda essent nec ne, (inpr. ratione belli, ad quod potissimum consultationes Germanorum spectabant et Tacitus h. l. respexisse videtur) decerneret. Paucae tantum species eorum memorantur, etsi Germanos huic superstitioni admodum deditos fuisse vel ex Indiculo superstitionum et ex eo intelligitur, quod sortes et auspicia severis legibus vetita sunt, v. c. legg. Fris. 14, 1. 2. Sal. 31, 5. Visigoth. 6, 2, 5. Luitprandi 6, 30. et cet. ap. Baluz. T. I. p. 151. 243. 248. 370. 428. 824. Cf. Rühs p. 327—338. et Bülau p. 171 sq. Ceterum Graeci Romanique non minus omnibus divinationum generibus addicti erant. *Auspicia* proprie *aviumspicia*, (ut *extispicium*) quia praecipue *avium voces volatusque respici* et *interrogari* solebant; deinde, ut *auguria*, quaelibet tam futurorum quam voluntatis divinae indicia et signa, quae dii ipsi dare credebantur. *Sortes*, (*κλῆροι*, גּוֹרָל et פּוּר) quibus oraculum quasi edebatur, suspensum ex interpretatione notarum, literarum, dictorum, surculis, talis, ligno, scidulis, foliis, quae misceri, aut concuti, duci ac tolli solebant, inscriptorum; unde *κληρομαντεία* multiplex erat, *ῥαβδομαντεία*, quae sola h. l. describitur, *ψηφομαντεία*, *κυβομαντεία*, *πεσσομαντεία*, *ἀστραγαλομαντεία*, *βελομαντεία* et al. — *utique* pro *ut qui* Par. *sortesque quam maxime observant* Adam. Brem. *observant*, curant et procurant; *Günth.* Cf. Suet. Aug. 92 pr. „*Ut qui maxime* elegans dictio, et plena est *ut ii, qui maxime*. v. Ramshorn. Gr. p. 318. Nolten. Lex. antib. T. I. p. 1236. 1887. et Periz. ad Sanct. Min." *Hess.*

2. *Sortium* ducendarum s. tollendarum *consuetudo simplex* est — *interpretatur.* Similis, non plane eadem, *ῥαβδομαντεία* tribuitur Scythis al Herodoto 4, 67. (ubi cf. Wessel.) et Schol. Nicandri Ther. v. 511. 612 p. 40. (p. 94. ed. Schneid.) Alanis ab Ammiano Marcell. 31, 2, 24. Gallis a Caes. b. G. 1, 50. et 53. Rugiis a Saxone Gramm. in legg. Fris. 1 14. tit. 14. p. 288. Cf. Anton. IV. p. 100. 101. Gal. ad Iamblich. de myster. p. 238. Pocock. Spec. hist. Arab. p. 328 seq. Salchlin Idolomantia et Rhabdomantia Bernae 1715. Reiske Sammlung einiger arab. Sprichwörter, die von den Stecken oder Stäben hergenommen sind, Bülau p. 174 sq. Rühs p. 329. 330. *Sortium consuetudo simplex*, sine arte, non multa arte, ut apud Romanos; *Long.* „Cf. Cic. de div. 2, 41. et Broukh

ad Tibul. 1, 3, 11." *Hess.* *Frugifera arbor* non nimis urgenda, (v. ad c. 5. n. 3.) et haec referenda ad arbores sacras, quarum ramis etiam nunc dies festi ornantur, v. c. in Gallia primus anni dies mispelorum, in Germania festum paschale palmarum, pentecostale betularum, natale Christi abietis ramis; *Grotef.* ab Hessio laudatus. *Virgam frugiferae arbori*, non infelici, *decisam*, boni ominis causa, ut sors diis gratior videatur, *in surculos amputant* complures et eiusdem paene magnitudinis, *eosque notis quibusdam discretos*, non literis aut runis, (v. ad c. 2. not. 5.) sed incisuris lineisve, duplicis fortasse coloris, aientis seu iubentis et negantis seu vetantis, super candidam vestem, pannum linteumve purum et albens, (velamen, tegumen, stragulam, *Gewand, Tuch, Decke*, unde Germ. *Weste*, ut cap. 27. 40. A. 3, 2. et al., de quo v. Gebauer p. 406—411.) symbolum purae mentis, qua res peragenda numenque adeundum est, temere ac fortuitu, ut postulat sors, *spargunt: mox, si publice*, in causa ad rem publicam spectante, *consuletur* sc. sors, *sacerdos civitatis, sin privatim*, in causa et re privata, *ipse pater familiae*, (de hoc et de sacerdote civitatis v. ad cap. 7. n. 3.) *precatus deos coelumque suspiciens*, sedem deorum, *ter tollit singulos*, quemvis ex multis surculis, temere ac fortuitu sparsis, et *sublatos secundum impressam ante notam interpretatur*, ut videat, utrum plures aiant permittantve, an negent prohibeantve: nam tertius demum surculus rem conficit dubiamque decernit, si primus permisit et secundus vetuit aut vice versa; idemque tollitur, licet duo priores aut iusserint aut vetuerint; quin *auspiciorum adhuc fides exigitur*, confirmatio sortis per auspicia, ut fiducia inde oriatur maxima omenque certissimum. cf. Mone II. p. 19. Eodem similive sensu capienda sunt verba Caes. b. G. 1, 53 extr. *de se ter sortibus consultum dicebat*, et Tibull. 1, 3, 11. 12. (ubi cf. Broukh.) de Delia et puero sortilego: *Illa sacras pueri sortes ter sustulit: illi Retulit e triviis* (nam ita leg. pro *trivils*) *omina certa puer.* Orellius haec annotavit: „Inesse huic loco videtur tacita comparatio cum sortibus Praenestinis, quas Cic. de div. 2, 41. dicit fuisse *in robore insculptas priscarum literarum notis.* Nimis argutatur Gebauerus p. 998—1010. in omni hoc more exponendo, quem, si fuisset, qualem sibi eum finxit, nequaquam *simplicem* appellare potuisset Tacitus. *Ter singulos tollit* nil aliud est quam tres surculos tollit, non simul quidem, sed unum post alterum, unde quadruplex augurium venire poterat; nam aut omnes aiebant, aut omnes prohibebant, aut duos aientes, unum prohibentem, aut denique unum aientem, duos prohibentes tollebat." — *descisam* pro *decisam* c. Long. et ed. Nor. — *super candidam vestem tenent ac f. spargunt* cod. Hummel. Lectio memorabilis Passovio, vera Hummelio iudice. Sed ea languet et vulgata firmatur loco Cic. off. 1, 29. ubi cf. Heus. et Gernh. *fortuitu*, ut ap. Cic., ed. Nor. Rom. Pass. Dilth. al. Cf. ad c. 8. n. 1. Oudend. ad Suet. Tib. 39. et Hess. ad h. l. *fortuito* ed. pr. Put. Pogg. Par. Rhen. 1. 2. 3. *temere*, sine consilio et ordine, *fortuitu*, casu, forte fortuna. — *consuletur* sc. sors, ut al. oraculum, deus cet., absolute dictum, ut ap. Plin. ep. 2, 20, 13. ubi v. Cort. *consuletur* c. Humm. et Long. ed. Put. Nor. Pogg. Par. Mon. Vien. Rhen. 1. et min. Ern. et al. *consoletur* Rom. *consulatur* Rhen. 2. 3. et cet. ante Ern. quod revocarunt Bekk. Lün. Günth. *consulitur* dedit Walch. *consultatur* malebant Mur. Brot. Bred. Barker, quia mox dicatur *nulla de eadem re consultatio* et sortitio fiat consultationis causa. „Enimvero *consulere* adhibetur de rebus sacris, ut *c. deos libris* A. 14, 30. *sortes* Ovid. Met. 11, 412. *sortibus* Caes. b. G. 1, 53. *oracula, haruspicem, Mathematicos, exta*, (v. Forcell.) non *consultare*, nisi Plin. H. N. 32, 8. et Plin. pan. 76. *consultare aves;* (ut Macrob. Sat. 3, 5. *hostiis consultatoriis*) sed fluctuat scriptura, nec, si staret, idonea hic mutandi causa foret. In tempore fut. *consuletur* nemo puto

offendet; reddas haec: *wenn von Staatswegen die heiligen Loose befrag werden sollen.*" *Passov.* Ei suffragatur Walther, qui haec annotavit „Modus coniunct. *consulatur* ab h. l. alienus est. Exhibet enim rem quasi fieri tantum possit, ita ut auctor non affirmet, an revera public consulatur, ut *si imperium detrectetur* Ann. 1, 45. At hic res satis cert est modoque indicat. exprimenda, et quia ad consilium seu propositum refertur, *consuletur* ponendum erat: *wenn in öffentl. Angelegenheiten ge fragt werden soll.* Cf. Matthiae Gram. Gr. §. 498. p. 694. Particulae *s* et *sin* hic eadem vi utuntur, qua in seq. *si prohibuerunt* — *sin permis sum*, ne cum Lünem. statuas, Subiunctivo opus esse, quia illis insit vi geminatae particulae *sive*. Cf. Ramshorn. Gram. §. 190. n. 3." — *preca tus deos* „partic. praet. pro praes. ut aliorum verborum deponent. v Ramshorn. Gram. p. 455. Selling. obss. crit. ad Tac. Agr. p. 20. Günther. ad Corn. Nep. Timoth. 3." *Hess.* Cf. Ind. III. — *Si prohibuerun* sc. sortes s. surculi. *Si prohibuerunt — sin permissum*, v. ad c. 13 n. 6. — *adhuc*, v. Ann. 1, 17, 3.

3. *Et illud quidem etiam hic notum*, in Germania ut apud Graeco et Romanos, *avium*, (oscinum, praesagarum, *Günth.*) quae coelo propio res esse et tam deorum, quam hominum consilia callere credebantur *voces volatusque interrogare*; unde οἰωνιστική, οἰωνίσματα, ὀρνεοσκοπικό ὄρνις δεξιὸς καὶ ἀριστερός, omen dextrum et laevum s. sinistrum; ὄρνις aut οἰωνοὶ τανυπτέρυγες, alites, praepetes, ᾠδικοί, oscines, aut fausta an nuntiantes et portendentes, ut apud Graecos et Romanos aquila, falco columba, cycnus, apud Germanos hirundo, ciconia et columba, aut in fausta, ut apud illos vultur, accipiter, hirundo, noctua, apud hos cor vus, Wodano sacer, cornix, cuculus, noctua, picus, aut eaedem ave modo laeta modo tristia. De Germanorum avibus fatidicis v. Gregor Turon. 2, 10. Procop. 4, 20. Warnefrid. 6, 55. Rühs. p. 331 — 334. e de aliis eorum ominibus ac portentis idem Rühs. p. 335 — 338.

4. *equorum praesagia*, „nam proprium est equis, pabulum aliaqu sensibus subtilioribus *praesagire*, Germ. *wittern. Praesagia* autem *a monitus* ἓν διὰ δυοῖν, Germ. *mahnende Witterung.*" *Becker.* Cf. Ind. III. v *Hendiadyoin. Monere* dicuntur inpr. dii, qui praesagiis, prodigiis, somniis oraculis aliisque signis voluntatem suam ac futura significant eoque a agendum impellunt aut, quae facienda sint, docent. *Qui ante sagit quam oblata res est, dicitur praesagire, i. e. futura ante sentire* Cic. div 1, 31 pr. *Sagire*, sentire acute, unde *sagae* anus et *sagaces* canes; Long *Proprium gentis* est, usitatum Germanis tantum, non etiam Romanis De Persis tamen, qui equos albos Soli sacrabant, eadem tradunt Xenoph Cyrop. 8, 3, 6. in Anab. 4, 5, 35. Herodot. 1, 189. 190. 2, 11. 3, 85 86. 7, 55. et Iustin. 1, 10. De Germanorum equis albis, sacris et fati dicis v. Saxo Gramm. 14. p. 321. 331. Dithmari Chron. Merseb. l. 6. p 151. (al. 135. et 382.) Dithmar. ad h. l. Anton. III. T. 1. p. 67. II. p. 64 Rühs p. 334. 335. Petersen p. 205. 206. Rehm hist. med. aevi T. II. p 481. — „*Proprium* (ut Agr. 42.) pro substantivo ideoque cum genitiv iunctum, de quo v. nota mea ad Nep. Lys. 1, 5." *Günth.* — *Publice aluntur iisdem nemoribus ac lucis* (v. ad cap. 9. n. 7.) *candidi et null mortali opere contacti; quos pressos sacro curru* (ut *vehiculum* Hertha cap. 40.) *sacerdos ac rex vel* (ubi non est rex) *princeps civitatis* (v. a cap. 7. n. 1. et 3. et ad cap. 11. n. 1. et 2.) *comitantur, hinnitusque a* (τε καὶ) *fremitus observant*, cf. Gebauer p. 29. 59. 60. 1013. 1014. qu praeter alia annotavit haec: „Bellum omnino et, quum equis lectissimi suae phalerae, currui sacro sua ornamenta non defuerint, etiam magni ficum spectaculum, prae quo pullarii caveam et esurientium gallinarum tripudium recte contempseris atque riseris. Nullus dubito, et hanc cae timoniam regi multum dignitatis apud populum conciliasse et, quand

regi cum sacerdote de negotio publico conveniret, equos sacros (ut Darii Hystaspis equus, Iustin. 1, 10.) ad istius nutum hinnivisse et fremuisse, sacerdotem vero regi in hac caerimonia comitem interiorem fuisse, et *hinnitus*, laeti desiderii indices, id, de quo consulebatur, iussisse, *fremitus*, ut c. 11., vetasse." *nullo opere mortali*, h. e. hominum, ut ἔργα ἀνθρώπων, *Günth.* Cf. ad A. 14, 54, 1. — *pressos sacro curru* poetica dictio pro vulgari: ei iunctos, eum tanquam onus trahentes, ut *pressi iuge* et *temone equi* Ovid. Met. 1, 124. 14, 819. et Amor. 1, 2, 14. *pressum quasillo scortum*, illud portans, Tibull. 4, 10, 3. *prensos* et *prensi* emend. J. Fr. Gron. diatr. in Stat. c. 9. iam refutatus a Marklando ad Stat. p. 18 — 20. et Handio ad Gron. elench. antidiatr. T. 2. p. 139. *hinnitus* pro *hinnitusque* ed. pr. Put. Pogg. Mon. Rhen. min. — *Nec ulli auspicio maior fides*, sc. quam huic, hinnitui ac fremitui equorum. „Saepe enim comparatio supprimitur. v. Periz. ad Sanctii Min. 2, 10, 2. Cort. ad Sall. Cat. 16, 3. Heusing. et Beier ad Cic. de off. 1, 14. Ramshorn. Gr. p. 310. 311. et Roth. de Synon. Tac. p. 41." *Hess.* — *non solum apud plebem, sed apud proceres, apud sacerdotes*, v. ad cap. 7. n. 3. et ad cap. 11. n. 1. *sed* pro *sed etiam* vel *sed et*, ut c. 15. v. ad A. 1, 57, 1. 1, 60, 1. *sed* omisere c. Stuttg. ed. Nor. et Par. quod non displicet Seeb. bibl. crit. a. 1819. p. 302. et Passovio, quum haec coniunctio saepe omittatur post negationem. Enimvero omittitur quidem ante *etiam* vel post *non* et *non modo*, (v. ad Ann. 3, 19, 1.) nec tamen, ubi *sed* dictum pro *sed etiam*, ut h. l.

5. *se enim ministros deorum, illos*, equos, *conscios putant* deorum, voluntatis eorum consiliorumque arcanorum. Cf. Heyne ad Tibull. 1, 8, 3. 3, 4, 5.

6. *Est et alia observatio auspiciorum* cet. Notissima in medio aevo Germanorum Ordalia, (*Ordel*, Urtheil, unde *Gottesurtheile*) iudicia duelli, rogi accensi et ferri candentis aut vomeris igniti, (Feuerprobe) aquae frigidae aut ferventis, (Wasserprobe) panis exsecrati, lanceae et staterae, crucis cet., quorum rituum, tanquam vulgarium, iam mentionem fecit Gregor. Turon. de gloria martyrum I, 81. v. Majers Gesch. der Ordalien Jen. 1795. Zwicker über die Ordale Goett. 1818. Rogge cap. 6. Beck. II. p. 611. 612. Anton. IV. p. 102—104. Grimm p. 471. 910 sq. Similes ritus sacerdotum Apollinis, super ambustam ligni struem ambulantium, aliorumque memorantur a Plin. 7, 2. Virg. Aen. 11, 788. Sil. 5, 179 seq. Soph. Antig. v. 268.

7. *Eius gentis, cum qua bellum est — accipitur;* describitur duellum, genus Ordalium, Germ. *Wehadinc* s. *Wehading* i. e. sacrum iudicium, et *Camfwic* s. *Kampfwig* h. e. certamen bellicum, Cambr. *Cammawn*, (de quo v. Decreta Thassilonis et lex Baiuvariorum XI, 5. ap. Barth. II. 126.) Goth. *baria, baren, barata*, (Angl. *war*) unde *baratomador* pugnator. v. Dreyer vermischte Abhandl. I, 145. Mader de duello ut ordalei quondam specie, Helmst. 1679. Vellei. 2, 118. Gebauer p. 1015. „Vir prudens, inquit, qui primus hoc auspiciorum genus commentus est, sagaciter praevidens, fortissimum ex hostibus non facile capi, sed et, ut haberet hic, cum quo decertaret, ex popularibus robore atque virtute praestantissimum nunquam non electum iri. Hinc facile persuasit suis, etiam huic duello Deum adesse et tam fausto singularis certaminis praejudicio ostendi, qualis sit futurus belli vel proelii exitus; gens vero his credula eo animo bellum suscepit aut proelium iniit, ut pro certo haberet, ob tam laetum divinumque praesagium non posse non se vincere hostes: quod ipsum quantum in bellis valeat, in vulgus notum est." Quale vero iudicium de duellis etiam nunc usitatis ferendum? v. Montesquieu Esprit des loix 28, 17. *cum qua bellum est:* in c. Arund. c. q. *g. gerunt* e glossa. — *captivum quoquo modo interceptum*, v. ad Ann. 2,

80, 1. — *cum electo popularium suorum, patriis quemque armis, committunt captivum;* nam *committere, comparare* et *componere* proprie dicuntur de certaminibus publicis, oratoriis, poeticis, in aratro et arena, de oratoribus, poetis, athletis, histrionibus, mimis, pantomimis, musicis et inpr. gladiatoribus, quorum paria componebantur, ut invicem pugnarent. Similiter *Epicharis cum indice composita* A. 15, 51 extr. *incompositus*, non bene compositus cum adversariis, h. e. iis impar, aut qui non bene *se componebat* in gradu s. statu O. 26. ubi v. not. 3. Sic et *comparare* atque *committere*. Cf. intpp. Sil. 1, 39. 10, 70. 16, 616. Iuvenal. 1, 163. 6, 378. 486. Suet. Aug. 89. et Cal. 53. Plin. ep. 7, 24. *cum aliquo electo popularium* c. Arund. *populorum suorum* ed. Par. *patris q. armis* ed. Mon. — *victoria huius vel illius pro praeiudicio accipitur*, pro omine, ex quo iudicatur, qualis futurus sit eventus belli aut proelii: nam *praeiudicia* proprie dicuntur iudicia et sententiae hominum ante verum in foro iudicium de re aliqua privatim vel palam latae, ex quibus probabiliter colligi potest, quale illud sit futurum. Cf. ad H. 3, 9, 6. *pro iudicio* Vat. 4498.

CAPUT XI.

De minoribus rebus principes consultant, de maioribus omnes; ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud principes pertractentur. Coeunt, nisi quid fortuitum et subitum inciderit, certis diebus, quum aut inchoatur luna aut impletur: nam agendis rebus hoc auspicatissimum initium credunt. Nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant. Sic constituunt, sic condicunt: nox ducere diem videtur. Illud ex libertate vitium, quod non simul nec ut iussi conveniunt, sed et alter et tertius dies cunctatione coeuntium absumitur. Ut turbae placuit, considunt armati. Silentium per sacerdotes, quibus tum et coercendi ius est, imperatur. Mox rex vel princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis, quam iubendi potestate. Si displicuit sententia, fremitu aspernantur; sin placuit, frameas concutiunt. Honoratissimum assensus genus est, armis laudare.

1. *principes — omnes s. plebs*, al. nobiles et ingenui, de quibus aliisque hominum in Germania generibus docte et copiose disputarunt Dav. Ge. Struben comm. de origine nobilitatis German. et praecipue eius iuribus, Ien. 1745. 4. J. G. Cramer in comm. de iuribus et praerogativis nobilitatis avitae ex institutis Germanorum Lips. 1739. de Selchow comm. de statu ingenuorum in Germ. Goett. 1756. id. in comm. de iuribus ex statu ingen. in Germ. pendentibus Goett. 1756. Gebauer p. 54—83. 373—461. Anton. IV. p. 113—122. Weiske p. 117 sq. Moeser I. 43—88. Majer p. 30—68. 175—179. Barth II. p. 380—417. Eichhorn §. 14. 15. 17. 49. Faesi v. Ursprung des Adels und der Leibeigenschaft in Germanien, bei Meusel I, 76—120. Volkmar Abhandl. über ursprüngl. Menschenrechte, Freiheit u. Gleichheit N. II. 1793. Fr. G. A. Schmid Beitr. z. Gesch. des Adels 1794. Ad. Smith Unters. über die Natur u. die Ursachen des Nationalreichthums 1794. T. II. l. III. c. 4. Aug. Hennings Gedanken über d. Adelsgeist, Braunschw. 1792. Pütter über d. Unterschied der Stände in Teutschland Goett. 1795. Meiners Gesch. d. teutschen Adels, im Gött. hist. Mag. I, 577 f. v. Schlieffen Beschr.

des deutschen Adels im Deutsch. Mus. 1782. S. 48 f. 109 f. u. Deutsch. Mercur VI, 247 f. Herzog über d. ältesten deutschen Adel, in d. teutschen Monatsschrift 1795. fasc. 7. Eug. Montag Gesch. der deutsch. staatsbürgerl. Freiheit Bamb. 1812. Hüllmann Gesch. des Ursprungs der Stände in Deutschland Leipz. 1817. III. T. Rehberg über d. deutschen Adel Goett. 1803. W. Gessner geschichtl. Entwickelung der gutsherrl. u. bäuerl. Verhältnisse Teutschlands Berl. 1820. Ferd. Fr. Weichsel rechtshist. Unters., das gutsherrlich-bäuerliche Verhältniss in Deutschl. betr. Bremen 1822. II. Th. N. Kindlinger Gesch. der deutschen Hörigkeit, insbes. der so genannten Leibeigenschaft, Berl. 1819. Nos potiora tantum ceterisque probabiliora leviter perstringemus. — In Germania priscis temporibus discrimina potius hominum aut diversa eorum genera, quam ordines et classes fuisse videntur. A Tacito seorsum et cap. 25. 44. iunctim memorantur quatuor: *nobiles*, *ingenui*, *libertini et servi*; totidem iidemque ab Adamo Brem. 1, 5. (v. verba eius ad c. 20. n. 8. laudata, in quibus tamen pro *ingenuis* substituuntur *liberi*, quod Saec. XII. fuit vocab. honoris, quo non ingenui tantum, sed nobiles quoque insigniebantur) a Nithardo autem, qui Saec. IX. vixit, in hist. Franc. l. 4. p. 661. rectius tres: *Saxonica gens omnis in tribus ordinibus divisa consistit: sunt enim inter illos, qui Edhilingi, qui Frilingi, qui Lazzi illorum lingua dicuntur; latina vero lingua hi sunt nobiles, ingenuiles, serviles.* Rem accuratius examinanti patebit, priscos Germanos non Nomadum vixisse ritu, (etsi id colligitur ex cap. 26. et Caes. b. G. 4, 1. 6, 22.) nec tam venatu piscatuque, quam agrorum cultura aut re pecuaria et militari victum parasse; (v. ad c. 14. n. 9. ad c. 26. n. 4. et Weiske p. 215 sq.) hinc eorum tum libertatem, tum nobilitatem ingenuitatemque primum ac praecipue ex agrorum atque opum possessione, deinde etiam ex antiquitate generis et patrum propriisve meritis pependisse, (v. cap. 11. et 13. ubi mentio quoque fit nobilitatis tum insignis, tum hereditariae, qualis et regum dignitas fuit; v. ad c. 7. n. 1. et ad c. 44. n. 5.) agros vero plerosque bello captos esse et vectigalibus obrutos; (v. Procop. de bello Vandal. 1, 5.) ideoque in Germania alios fuisse *liberos*, hosque vel *nobiles* vel *ingenuos*, alios *non liberos*. (cf. Majer p. 30—68.) *Liberi* erant homines sui iuris, (*Selbstständige*) cives et in bello duces aut milites, *Freie*, *Freigeborne*, *Freiherren*, *Männer*, *Wehren*, *Wehrer*, sic dicti a *Wehre*, tutela et defensione, quam praestat caput civile, *vir* eiusdem stirpis, paterfamilias, *Wehr*, *wehriger Mann*, Angl. *Waer*, Goth. *Wair*, et quae dat valorem, *Wehre*, *Werth*. *Nobiles* cap. 7. 8. 11. 13. 25. 44. proprie *noscibiles* s. *novibiles*, cognitu agnituque faciles, (ut *mobiles* et *flebiles*) viri s. homines egregiae libertatis, genere, meritis, virtute, auctoritate conspicui, in primis vero opibus, (unde non modo cap. 17. *locupletissimi*, c. 18. *ambiri plurimis nuptiis ob nobilitatem* et c. 13. *insignis nobilitas* pro magna opulentia, sed etiam saepe e contrario pro nobilitate proprie sic dicta cap. 19. ubi v. nota 10.) et in bello duces, Gr. εὐγενεῖς et γενναῖοι, Germ. *Edhilingi*, *Edlingi*, *Adalingi*, *Aethelinge*, *Adelige*, *Edle*, *Hochgeborne*, ita appellati a voc. Germ. *Adel*, quo alii putant significari divitias et praedia, Germ. *Od*, *Ode*, *Odel*, *Edel*, aut proprietatem, Anglo-Sax. et Celt. *Aethe*, *Ehte*, alii genus, *Atta*, Franc. *Adal*, Alam. *Edil*, Cambr. *Eddyl*; unde *feodum*, beneficium, *Fe-oden*, (Lohn- oder Geldgüter) *All-oden*, (alle Erbgüter) *Lehngüter*, auf Lebenszeit geliehene Güter. v. Majer p. 45—51. Barth. II. p. 392. et Anton. IV. p. 114. Iidem vocantur *proceres* G. 10. A. 1, 55. *viri clari* G. 22. *nobiles* H. 5, 19. *primores* A. 2, 8. 19. H. 4, 14. *senatores* Caes. b. G. 2, 28. *principes* G. 5. 11. 12. 13. 14. 15. 22. locum *primum* capientes in bello ac pace, Gr. δυνατώτατοι, Germ. (a *vor* et *für*, in compar. *furira*, altior, superior, in superl. *fürst*, Angl. *first*, altissimus,

primus) *Vornehmende*, *Vornehme*, *Vorsteher*, *Vorstände*, *Gemeinde' Vorsteher* s. *Vorstände*, *Vordere*, *Vorderste*, *Vörste*, *Fürsten*, Franc. *Furistun* et *Furston*, al. *Obmänner*. *Ingenui* (G. 20. 25. 44.) a liberis hominibus oriundi, Gr. *ἐλεύθεροι*, Germ. *Frilingi*, *Wohlgeborne*, *Gemeine*, agrarii agrorumve possessores inferioris generis et milites gregarii, qui *plebs*, *vulgus*, *multitudo*, *turba* et *omnes* dicuntur G. 10. 11. 12. 20. H. 4, 14. et a principibus distinguuntur c. 11. a proceribus c. 10. *Non liberi*, Germ. *Unfreie*, *Schlechtgeborne*, *Liti*, *Litones*, *Lidi*, *Latti*; *Lazzi*, *Lassi*, *Liden*, *Liten*, *Lazzen*, *Lassen*, *Leute*, homines nihili, pauperiores, tenuiores, aliisquocunque modo dediti et officia praestantes in provinciis expugnatis, ita vocati a prisca voce Germ. *litzel*, *lüttel*, *leitil*, *leitils*, *lytel*, *lyt*, parvus, tenuis, in compar. et Angl. *less*, Gr. *λιτός*, *λιτόβιος*, *libertini* et *servi* G. 20. 24. 25. 44. (quales tamen Germanis non eodem sensu fuere, quo Romanis) qui triplicis fuisse videntur generis: *α*) tributarii, vectigales, stipendiarii, *Zinspflichtige*, qui, retentis praediis ac libertate, vectigalia quotannis pendebant; (v. cap. 25. A. 4, 72. et inpr. locus insignis Procop. b. Vand. 1, 5. *Gizericus*, rex Vandalorum, *si qui inter Afros nobilitate et opibus florebant, eos ipsorumque latifundia ac rem omnem familiarem cum onere servitutis addixit filiis suis, Honorico atque Genzoni. Agros ceteris ademit Afris, plurimos sane et optimos, et Vandalis divisit; unde Vandalorum sortes etiam nunc vocantur.* [Ut sortes Gothicae, Burgundicae, Romanae; v. Mascov. II, 272.] *Redactis ad summam inopiam veteribus praediorum dominis, retenta libertate, integrum erat, quo liberet, concedere. Quoscunque Gizericus fundos filiis suis ac Vandalis assignaverat, immunes omnino omnes iussit esse: quicquid soli non adeo frugibus commodum iudicavit, id pristinis possessoribus reliquit, tantis vectigalibus obrutum, ut, sua quamvis praedia obtinerent, inde tamen ad eos nihil rediret.*) *β*) pauperes ac tenues, glebae adscripti, qui ditioribus, ingenuis nobilibusve dominis (*Gutsherren*) obnoxii, horum *coloni* nec non, (cap. 25.) milites satellitesve erant et in eorum tutela; (*Hode*, *Hut*, *Hyt*, *Hege*, *Mund*, *Mundium*, *Pflege*, Angl. *Plegium*) quam vel exigebant necessitate coacti, vel sponte eligebant, Germ. *Zinsbauern*, (*coloni* c. 25.) *Hörige*, *Hofhörige*, *Eigenhörige*, *Schutzhörige*, *Schutzpflichtige*; *Hintersassen*, *hintersässige und verherrte Bauern*, *freie Hofesgenossen*, *Hobsleute*, *Reisige* Langob. *Aldiones*, *Halden*; (cf. ad c. 25. n. 7. Kindlinger Gesch. d. deutsch. Hörigkeit, Berl. 1819. Weiske p. 291 sq. Anton p. 152—159. Anton. V. T. 1. p. 61. Grimm. l. 1. et 2.) *γ*) mancipia, *servi* G. 20. 24. 25. 44. Germ. *Leibeigene*, *Dienstleute*, in medio aevo dicti *ministeriales* qui nobilibus ingenuisque praestabant ministeria vel aulica et domestica (*leibeigene Hofesgenossen*) vel militaria, (*gemeine Reisige*) vel rustica (*Rittereigene*, *Sunderleute*) quorum conditio diversa, sive melior, sive deterior et vere servilis fuit. v. ad cap. 25. n. 1. et de manumissione servorum ad c. 25. n. 7.

2. *De minoribus rebus principes* (soli) *consultant et statuunt*, *de maioribus omnes* in comitiis, de quibus cap. 11. et 12. agitur atque inpr. Jo. Jac. Sorberi comm. de comitiis vet. German. Ien. 1745. Frft. 1749 a Gebauero p. 161—216. Majero p. 165—179. et Weiskio p. 184 sq. Hi conventus seu coetus publici liberorum hominum Tacito nusquam *comitia*, sed G. 6. 12. 13. *concilia* dicuntur, (ut Caes. b. G. 6, 20. 2. in legg. Germ. *concilia* et *ecclesia*) quoniam vel is, qui non universum populum, sed aliquam eius partem adesse iubet, non *comitia*, sed *concilium* edicit, ut verbis Laelii Felicis in Gell. N. A. 17, 27. utar, vel potius a *comitiis* Romanorum valde differebant *concilia* Germanorum ca. 11—13. descripta, quae erant militaria et armata liberorum hominum qui arma ferre poterant, qui *armati considebant consultabantque de rebus maioribus et minoribus*, convocati a rege aut duce. Nam Germanis

ve

vera aut iudice Tacito idem mos fuisse videtur, qui Gallis, etsi his tantum, ubi de bello consultandum erat. Cf. Caes. b. G. 5, 56. Liv. 21, 20. et ad Tac. G. 6. n. 1. cap. 11. n. 9. cap. 12. n. 9. Majer l. l. et Moeser I. 34—41. Hoc etiam inde probabile fit, quod ea, de quibus consultabatur in his conciliis, (v. cap. 12. 13.) ad solam rem militarem spectant, si extrema cap. 12. verba exceperis: nam prisci Germani militiam potissimum curabant, contenti, principes, qui iura per pagos vicosque redderent, in conciliis selegisse, ut omnibus innotesceret, quinam essent supremi iudices, utque populi suffragiis crearentur dignissimi, qui iuri dicendo praeessent. Cf. ad cap. 12. n. 1. et 9. Moeser I, 39. *De maioribus rebus*, de bello ac pace, de iniuriis, universae nationi, quae bellicosa erat, vel ab hostibus vel a suis et popularibus, propter ignaviam, proditionem et transfugium, illatis, de facultate arma sumendi, filiis puberibus solenniter data, de electione regis ducumque, (c. 7. 22.) nec non iudicum, (c. 12 extr.) de aliis rebus, a Tacito non memoratis. *Principes* et *omnes*, v. nota 1. *omnes* puberes armati, quotquot societatem inierunt aut citati confluunt, non soli patresfamilias, aetate, rerum usu patriaeque amore insignes et ex singulis pagis vicisque delecti et legati, tanquam vicarii plebis universae, quod suspicabatur Gebauer p. 201—205. Idem et Dilth. putant, duas h. l. designari comitiorum species, quas nunc *cameras* appellant; quod mihi parum probabile videtur. — *consultant;* unde suspicari possis, in multis edd. *consilium* c. 6. 12. 13. rectius legi quam in aliis *concilium* et, quod Ernesti, Gron. (ad Liv. 44, 2.) Heyne et alii contendebant, hoc de coetu hominum, qui audiendi, illud de conventu (βουλῇ) eorum, qui deliberandi causa conveniant, adhiberi. Sed *concilium* potius omnem conventum dici crediderim a *concieo*, neque solam audiendi vim ei inesse, *consilium* vero id, de quo consultatur in eo. Praeterea *consultandi* vocabulo h. l. etiam iubendi statuendique potestas contineri videtur. Cf. Gebauer p. 204. 205. *princeps consultat* Mon.

3. *ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est,* res maiores, *apud principes pertractentur,* priusquam ferantur ad plebem eiusque arbitrio committantur in comitiis, ubi, ut postea dicitur, *principes audiuntur auctoritate suadendi magis, quam iubendi potestate;* nam principum est *pertractatio* rerum et *suasio*, plebis *arbitrium* de iis et *iubendi potestas.* Hinc *praetractentur* (ut Gr. προβουλεύεσθαι et *ante tractare* Suet. Aug. 35.) coni. Mur. aliique; quod tamen repudiandum videtur, non quia Tacitus scripsit *ea quoque*, quod annotavit Pass., sed quia verbum illud non usitatum fuit Romanis et vulgatum eo, quo dixi, sensu capi potest. *Pertractare* enim h. l. est res a plebe firmandas iubendasque diligenter tractare et examinare, (Germ. *berathen*, *verhandeln*) non: res, de quibus a plebe in conventibus deliberari coeptum erat, ad finem tractare et perducere, decidere, (ut fere *perorare* O. 38. n. 1.) aut, quae plebs declaravit ac iussit, excipere, definire et ad executionem praeparare. Illud contenderunt Gebauer p. 165 — 170. Kapp. et Günth. hoc Longol. et Dilth. Minus probabilis est sententia eorum, qui h. l. provocationes, quae vulgo *appellationes* nobis dicantur, significari easque iam priscis Germanis in usu fuisse putant. v. Bertram aut potius Keferstein Resp. diss. de iure provocatt. plurium Germ. pop. Hal. 1775. Boehmer de provocatt. iuris Germ., ab Ende diss. de fatalium rigore iniquo p. 287. Krit. Sammlungen 1779. Vol. V. p. 355. et contra Kinderling in Archenholzii Minerva 1808. p. 352 seq. *Consultasse* autem omnes seu plebem sub dio, (v. nota 4.) reges contra et principes in palatiis suis, credebat Gebauer p. 171 — 176. quia tum dignitas horum, tum *pertractatio*, quae secessum aliquem flagitet et loci secretum, id veri simillimum faciat. Si *principes* h. l. sunt militum duces, iidem sub dio et seorsum aut in praetoriis consultare poterant. Orellius tamen haec annotavit:

„Apud Raetos, v. c. in silva Rhenana, colonia, ut videtur, Suevica, hodieque, quando exeunte mense Maio comitia sub dio habentur, magistratus antea in vicinis aediculis consultant prospiciuntque, ut ordine gerantur, quaecunque ad populum laturi sunt; cives autem singulorum vicorum, etsi non armati, cum signis tamen militaribus ac tympanis coeunt." Ceterum multa de h. l. disputavit Montesquieu Esprit des loix 6, 11. *ea, quorum penes plebem arbitrium est,* quae plebs decernit ac iubet; ut A. 13, 56 pr. Proprie *arbiter* ex aequo et bono aut ex fide bona controversiam dirimit, (ut *arbiter litis* O. 5.) *iudex* secundum legem certamve formulam, quae definit, quid et quomodo sit iudicandum, sententiam dicit. Iudicia quoque Germanorum et sententiae de delictis ac poenis ferendae nondum bonis legibus regebantur. *penes plebem* — *apud principes,* v. ad A. 1, 7, 8.

4. *Coeunt, nisi quid fortuitum et subitum* (ut O. 10.) *inciderit, certis diebus;* haec sunt comitia stata et ordinaria, certis diebus habita, illa repentina et extraordinaria, rei subitariae moramque non ferentis causa extra ordinem a rege vel principe indicta clamore (v. Caes. b. G. 4, 37.) aut circumlato caduceo, Germ. *Botschaftsstab,* Goth. *Buthcafli.* Cf. Schildener et Guta-Lagh 4, 3. p. 114. *incidit* MSS. Vat. Stuttg. et ed. pr. Put. Pogg. Vien. Par. Mon. Rhen. min. *inciderit* edd. Rhen. 1. 2. 3. et rec. *Coeunt certis diebus,* statis, non noctu, quod nonnulli putant, sed interdiu et ante meridiem, (v. Guta-Lagh c. 41.) *quum aut inchoatur luna aut impletur,* novilunio aut plenilunio: quibus verbis diversitas potius temporis aut morum in Germania, quam comitia menstrua designari videntur. Haec certe ob paucitatem negotiorum publicorum annua potius aut semestria tunc temporis fuisse censebat Gebauer p. 177. Francorum comitia stata non nisi kalendis primum Martiis, deinde Maiis (die Walpurgis) in campo, sub dio et die illucescenti, in loco septo (unde *das Ding hegen*) et erecto signo (*Mahl,* unde *ad mallum venire*) habebantur, quare dicebatur iter ad locum iudicii susceptum *die Tagefahrt über vierzehn Nächte,* et talis *campus Martius* et *Maius* (*les champs de Mars et de Mai*). v. Eccard. ad decretum Childeberti a. 595. p. 166. du Fresne voc. *Campus,* Hertius in Not. vet. Franc. regni c. 5. §. 3. Anton. IV. p. 122. 123. 209. *incohatur luna* Rhen. 2. 3. „Quae scriptura minime damnanda v. Both. ad Hor. od. T. 1. p. 29. Schneider Gr. I, 1. p. 205. et Forcellin." *Hess.* Cf. ad O. 33. n. 1. et Osann. ad Apul. fragm. p. 112.

5. *nam agendis rebus,* ad res agendas, *hoc auspicatissimum initium credunt,* quoniam, ut nonnulli putant, ita a mulieribus fatidicis edocti erant, ut alii, Luna fuit dearum praecipua, ut Gebauer p. 180. 181. 211., argenteum primae lunae cornu laeta novi mensis primordia nuntiat et nullum est astrum observatu facilius signandisque temporibus aptius, unde suspicabatur, Germanorum sacerdotes, aeque ac Romanorum, fastos suos luna praeeunte concinnasse plebique annuntiasse, adesse cum alia, tum comitiale tempus. Cf. Caes. b. G. 1, 50. 6, 21. Plut. Caes. p. 717. B. Plin. 16, 44. 95. 24, 4. Macrob. Sat. 1, 15. *Auspicatum* dicitur, quod auspiciis antea captis, cum bonis ominibus, iusto tempore ac loco, incipitur, faustum et opportunum. *auspicatissimum* e vett. edd. sola Rom. Ceterae ante Beroald. *auspicacissimum:* (c. Longol. *auspicissimum*) sed *perspicax, pertinax, tenax* et sim. dixere Romani, non *auspicax.*

6. *Nec dierum numerum, ut nos, sed noctium* (*noctum* Par.) *computant,* (*computent* ed. Mon.) spatia dierum civilium (temporis, quod fit uno coeli circumactu, quo dies et nox continetur, ut utar verbis Censorini de die nat. c. 23.) non dierum, sed noctium numero definiunt, (dicentes v. c. non *post octo dies,* sed *post octo noctes*) eorumque numerandorum initium non, ut multi populi, a die et ortu solis, sed, ut alii, a nocte aut vespera faciunt, ita ut *nox ducere diem,* die prior esse, e

dies noctem subsequi, (ita Caes. b. G. 6, 18, 2.) *videatur*, unde Germ. *uber naht*, (Nibelung. v. 5813.) *Weihenacht*, *Fastnacht*, Goth. *Andanaht*, finis noctis, vespera, (in Ulfilae translat. Marc. 11, 19.) in legg. Sal., Alam. et Rip. *noctes septem*, *noctes XIV.*, *ter noctes XIV. et tres dies fatale Saxonicum*, (*die Sächsische Frist*, *Sachsenfrist*) *a septem in septem noctes*, in monum. Saec. XIV. *virzen Nachten*, *vierzehn Nächten*, *verteyn Nachten*, *vertege Nachten*, Graec. *νυχθήμερον*, Angl. *senight* s. *sennight* et *fortnight*. v. Genes. 1, 5. Levit. 23, 32. Caes. b. G. 6, 18. (ubi cf. Morus) Plin. 2, 77. 79. Macrob. Sat. 1, 3. Censorin. l. l. Gell. 3, 2. Niebuhrii descr. Arab. p. 108. Dithmar. ad h. l. Eccard. ad leg. Sal. p. 74. Lindenbrog. p. 1445. Baluz. T. II. p. 955. et in Indd. du Fresne v. *Nox*, Gebauer p. 190 — 197. Scherzii Glossar. Germ. medii aevi v. *Nacht*, Barth II. p. 324 — 327. Mone T. II. p. 108. Anton. IV. p. 207. 208. Anton. V. T. I. p. 41. Weiske p. 187 sq. Causam computationis huius Cuiac. obss. 15, 32. Bodin. de rep. 4, 2. et Bernegg. quaest. 53. exhibent; *Kirchm.* Verba autem Taciti inter se cohaerebunt, si ea hoc sensu ceperis: Conciliorum non dies, sed noctes indicuntur, et Germani *sic* quoque *constituunt*, *sic condicunt*, h. e. eadem temporis computandi ratione non in re tantum comitiali utuntur, sed in rebus etiam civilibus forensibusque, in pactis, vadimoniis cet., in quibus, ubi tempus definiendum est, non certo die, sed nocte, aliquid faciendum esse dicunt. Cuius rei exempla permulta e scriptis legibusque Germ. collegerunt viri docti modo laudati. *Constituere* dicuntur, qui secum vel inter se aliquid paciscuntur (*verabreden*) et de tempore, loco, re conveniunt, v. c. de pecunia certo die solvenda; *condicere*, qui denuntiant alicui diem certum eius rei, quae agitur, (ita Festus v. *condictio*) v. c. diem, quo in ius veniendum sit, bellum, nisi certo die res reddantur, coenam, ad quam venturi sint, locum, inducias cet. Cf. Gron. obss. 1, 1. p. 12 seq. Hotom. ad Cic. or. p. Rosc. Com. 9. Passerat. ad. Prop. 4, 9. Duker. de Latin. Iurisc. p. 307. Iustinian. inst. 4, 6, 15. Dithmar. ad h. l.

7. *Illud ex libertate vitium, quod non simul, nec ut iussi conveniunt, non tanquam ex lege et imperio, ut ad diem edictum religiosa observatione occurrant, non quasi parentes imperio indicentis vel indicentium, sed velut commodo et arbitrio suo; I. Fr. Gron.* Tacitus in animo habuisse videtur locum Virg. Aen. 3, 236. *haud secus ac iussi faciunt; Ern. ex libertate* sc. ortum; *Günth. nec ut iussi* Vat. 1518. et 1862. c. Humm. ed. Par. Vien. Brot. Ern. al. Cf. Virg. Aen. 3, 236. *nec ut iussu* c. Arund. ed. Pass. Dilth. *nec iussi* (etiamsi iussi fuerint) Vat. 4498. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Ald. Rhen. 1. 2. 3. Long. *nec iniussi* (non nisi iussi, non sponte) Vat. 2964. et Long. ed. Nor. Rom. *nec iussu* c. Bamb.

8. *sed et alter et tertius dies cunctatione coeuntium absumitur:* de Treviris tamen Caes. b. G. 5, 56. *qui ex iis novissimus venit, in conspectu multitudinis omnibus cruciatibus affectus necatur.* — *contatione* pro *cunctatione* Par. h. l. et c. 30. In editt. rec. plerumque legitur *cunctari, cunctatio, percunctari, percunctatio*, in veteribus et MSS. *contari, contatio* cet. etsi ea non ubivis enotata sunt; sed recte a Gesnero in Thes. lat. ita haec distingui videntur, ut *cunctari* sit moras nectere, *contari* interrogare et explorare. Hinc etiam *percontari* et *percontatio* scripsi Ann. 4, 17. 11, 2. 13, 54. 15, 58. O. 1. Cf. quos alii iam laudarunt Daehne ad Caes. b. G. 8, 34. Herzog. ad Caes. b. G. 5, 13. Grotef. Gram. T. II. §. 193. Seyfert. Gram. §. 1912. „Recte scripturam *percontatio* tuetur Goerenz. ad Cic. Acad. 1, 1, 2. Est enim aperte vocab. nauticae originis. v. intpp. Apul. Met. VIII. p. 170." *Ge. Iacob* laudatus a Dronk. ad Dial. de orat. p. 213. — *coëtium* c. Long. et ed. Nor. *coetuum* ed. Rom.

9. *Ut* (ubi, postquam, quum, simulac) *turbae placuit, considunt armati*, nec prius est initium consultationum, quod pendet ex arbitrio

turbae s. plebis, sed quum huic consedisse visum fuerit. Contra Romani ad nutum magistratuum praesto erant ac parati ad audiendum, stantes et togati. *absumitur, ut turbae placuit. Considunt armati* ed. Par. prob. Humm. *Ut turba placuit* corr. J. Gron. hoc sensu: postquam turba visa est satis numerosa, ut fere *placere* ap. Liv. 33, 31. 39, 30. Vell. 2, 112. Sen. ep. 42. Quod multis arrisisse mireris. *considunt armati*, v. ad cap. 13 pr. *conveniunt armati* c. Arund.

10. *Silentium per sacerdotes imperatur, quibus tum et coercendi ius est*, licet moderari et regere turbam turbulentosque homines punire. v. ad cap. 7. n. 3. *tum*, in bello, Moeser I, 23. Ita c. 7. sed h. l. in conciliis et post plebis consessum. — *tum*, quum consedit turba, nec diutius; *Pass.* et *Hess.* *tum et* ed. Vien. et al. *tū et* Nor. *tamen et* c. Long. et Vat. 1862. 2964. ed. Rom. Par. Rhen. Long.

11. *Mox rex vel princeps*, ut c. 13. *principum aliquis*, nisi potius h. l. leg. *principes*, nobiles. v. nota 1. et 3. — *prout aetas cuique*, non plebeiorum, sed principum. Cf. Claudian. b. Get. 479 seq. — *prout nobilitas* insignior. Cf. nota 1. et cap. 13. — *prout decus bellorum*, laus rerum gestarum, gloria belli; *Hess.* Cf. H. 2, 24. 3, 8. — *auctoritate suadendi potius, quam iubendi potestate*, ut ap. Liv. 1, 7. *Evander-auctoritate magis quam potestate regebat loca; Hess.*

12. *Si displicuit sententia*, a rege principibusve dicta, *fremitu aspernantur* eam, significant eam displicere, (ut mox *armis laudare*) *sin placuit, frameas concutiunt*. Cf. H. 5, 17. Caes. b. G. 7, 21. Lips. mil. Rom. 4, 9. et 11. Anton. IV. p. 125. Fremitus et murmur assensus quoque et laetitiae indicia sunt. v. Agr. 27. pr. Liv. 32, 22. 34, 50. 40, 46. 42, 53. 45, 1. Virg. Aen. 10, 96 seq. 11, 296 seq. *frameas* (v. ad cap. 6. n. 4.) *concutiunt*, vel scutis gladiisve feriunt, (v. ad A. 4, 47, 2. et H. 2, 22, 3.) vel potius vi ita quatiunt, ut vehementius moveantur strepitumque edant, ut *scuta quatere* H. 2, 22. Cf. ad H. 5, 17, 8. et Gebauer p. 215. 216.

13. *Honoratissimum* (honestissimum; *Ern.*) *assensus genus est, armis* collisis *laudare*, assensum declarare. Cf. ad cap. 29. n. 3. *armis*, non frameis, (nam sic languerent verba) sed scutis, quae sola paene Germanorum *arma* erant proprie sic dicta. v. ad cap. 6. n. 2. et 16. Barth II, 408. *Scuta quatere* H. 2, 22.

CAPUT XII.

Licet apud concilium accusare quoque et discrimen ca pitis intendere. Distinctio poenarum ex delicto. Proditores e transfugas arboribus suspendunt: ignavos et imbelles et corpor infames coeno ac palude, iniecta insuper crate, mergunt. Di versitas supplicii illuc respicit, tanquam scelera ostendi opor teat, dum puniuntur, flagitia abscondi. Sed et levioribus de lictis, pro modo, poena: equorum pecorumque numero con victi mulctantur. Pars mulctae regi vel civitati, pars ipsi, qu vindicatur, vel propinquis eius exsolvitur. Eliguntur in iisde conciliis et principes, qui iura per pagos vicosque reddun Centeni singulis ex plebe comites, consilium simul et auctor tas, adsunt.

1. *Licet apud concilium accusare quoque*: sed tum haec iudicia, tu delicta, et graviora et leviora, non nisi militaria fuisse crediderim, ipsa concilia; (cf. ad c. 11. n. 2. Moeser I, 23. 24. et Majer p. 173 *graviora* scil. *delicta* et capitalia ea tantum, quibus ignominia inureret universae genti bellicosae, quae sola erant publica delicta, (crimina m

iestatis) proditionem, transfugium, ignaviam, imbelliam et παιδεραστίαν, (alia quippe, in ipso bello commissa, a sacerdotibus puniebantur, c. 7.) *leviora delicta*, non, ut vulgo putant, admissa pacis tempore a singulis civibus in cives, (haec enim et res privatas civilesque iudicabant vel principes et comites, iura per pagos vicosque reddentes, vel patresfamilias, c. 12. 19. 21. 22.) sed in bello tum a rege, ducibus ac sacerdotibus in milites, tum ab his in commilitones; quod a gente libertatis amantissima sapienter institutum videri potest, quum milites, si iniurias sibi a commilitonibus illatas crederent, earum cognitionem et poenam haud dubie omnium potius seu *plebis arbitrio*, quam regis aut ducum et sacerdotum, permittere mallent, si a rege aut ducibus sacerdotibusve, non ad alios iudices provocare possent, quam ad omnes, ad concilium. — Omnino iudicia priscorum Germanorum paucissima erant, nec operosa aut diuturna, quia arbitrio, non legibus, nitebantur et in Germania plus boni mores valebant, quam alibi bonae leges; (c. 19.) *vel militaria*, tum in bello, (sacerdotibus tradita, c. 7.) tum in conciliis, in his tam de sceleribus flagitiisque militum, quam de levioribus eorum delictis, (c. 12.) vel *civilia*, latissimo sensu sic dicta, et haec vel *publica*, pagana et vicana, (c. 12.) vel *privata*, haec vero vel *familiaria*, in conventibus conviviisque familiarum, quae societatem inierant, ut mutuam sibi praestarent tutelam omnesque iniurias propulsarent, (c. 21. 22. Majer p. 71—76. 165—174.) vel *domestica*, in coniuges, liberos et servos, a patribusfamilias acta: (c. 19.) nulla autem de agrorum finibus terminisque, de bonis censiticis, emphyteuticis et feudalibus, (v. cap. 26. et inpr. Caes. b. G. 6, 22.) de praediorum servitutibus, (v. cap. 16.) de emptionibus, venditionibus, locationibus atque conductionibus agrorum aediumque, (c. 26.) de adulteriis, (c. 19.) de testamentis, (c. 20.) de hereditate et ordine successionum, (c. 20.) de usuris, anatocismo, antichresi et pigneribus, (c. 5. 26.) de his et aliis causis civilibus litibusque, quae nunc creverunt in infinitum et tum multas iurisprudentiae species, tum leges pepererunt innumerabiles. Praeterea omnia paene delicta erant *leviora* eorumque una fere poena, (cf. nota 7.) mulcta, (c. 12. et 21.) *capitalia* tantum scelera et flagitia militum. (c. 7. et 12.) Aliorum certe nusquam mentionem facit Tacitus, et ipsum quoque homicidium certo armentorum ac pecorum numero luebatur. (c. 21.) Ita vero diu et sensisse et statuisse Germanos, intelligitur ex memorabili Baiuvariorum lege II, 3. et 4. ap. Lindenbrog. p. 404. 405. et Baluz. col. 101. 102. Ceterum de iure et iudiciis vett. Germ. cf. nota 9. Gebauer p. 583 — 610. Hüllmann Staatsrecht des Alterth. p. 80 sqq. Weiske p. 191 sq. Heidelberger Jahrbücher a. 1825. p. 625 — 674. Maurer Gesch. der altgerm. Gerichtsverf. Heidelb. 1824. — *discrimen capitis intendere* alicui vel in aliquem, i. e. causam in aliquem magna cum vi intendere, ut de vita et nece disceptatur; *Bred.* Cf. ad Ann. 1, 28, 3. H. 4, 85, 3. et Brisson. de form. De capitis deminutione male accepit Longol.

2. *Distinctio poenarum ex delicto*, v. ad c. 7. n. 1. — *Proditores et transfugas suspendunt arboribus*, vel felicibus, vel, ut Romani, infelicibus, (v. ad H. 4, 53, 4.) furcis, patibulis, Germ. *Galg, Galge, Galga, Galghe, Gallow*, ab Isl. *Gagl*, rami cacumine. Cf. intpp. Liv. 1, 26. Macrob. Sat. 3, 20. Anton. IV. p. 136. „Graviter puniebantur, qui reum mortuum, gravius, qui vivum de furca et arbore sustulerant. v. lex Sal. tit. 69. leg. 1. et 4." *Brot.* *Proditores* et *transfugae* plerumque iidem, ut Segestes Ann. 1, 55. 58. 2, 9. 10. 88. sed diversi quoque. v. Cic. p. Rosc. Am. c. 40. et Gebauer p. 632.

3. *ignavos et imbelles* iunxit etiam Tacitus c. 31. et Agr. 15. ut Liv. 26, 2. Gell. 5, 5. et Macrob. Sat. 2, 2. sed h. l. nec eodem sensu, synonyma certe a loco nostro aliena esse crediderim) nec vulgari; nam

neque *ignavia*, neque *imbellia* est *flagitium*; inertiam vero ipsi Germani amabant. v. cap. 15. *Ignavi* videntur esse timidi, trepidi et fugaces, (inpr. abiecto scuto, quod *praecipuum flagitium*, v. cap. 6.) *imbelles*, qui vel pugnam vel potius militiam detrectant et comitatum, (v. Caes. b. G. 6, 23.) aut inhabiles se militiae ipsi reddunt amputatione pollicum aliave corporis mutilatione. v. ad A. 13, 14, 9. Suet. Aug. 24. et Barth II, 424. 425. „Sed c. 31. *ignavi et imbelles* sunt, quibus hostem caedere in bello nondum licuerat et propterea *manebat squalor*, quod, uti ignaviam imbelliamque arguere videbatur, ita ad audendum habitumque oris, quo timiditas exprobrabatur, amoliendum summopere incitabat." *Gebauer* p. 640. Utriusque flagitii, ignaviae et imbelliae, poenae, sed aliae, quam h. l., memorantur c. 6. Caes. l. l. in Legg. Visigoth. IX, 2, 8. Lotharii §. 71. et Caroli M. 2, 4. et 81. ap. Georgisch. p. 1155. (in quibus flagitium dicitur *Heeres-Lass*, Heereslitz; v. Anton. IV. p. 187.) a Plut. Ages. c. 30. Diodoro 12, 16. Suet. Aug. 24. et in recentt. itinerar. laudatis a Rühs. p. 230—232. Non omnibus Germaniae populis idem mos et semper fuit.

4. *et corpore infames*, paedicones, pathicos, cinaedos, molles et propter τὴν θήλειαν νόσον vel παιδεραστίαν inhabiles ad militiam. Cf. Ann. 1, 73. 11, 2, 1. 13, 30. 15, 49. Cic. Verr. 4, 9. Quintil. 9, 2, 79. Leg. Wisigoth. lib. 3. tit. 5. lex 8. His locis firmatur et lectio nostra et sententia eius, quae non est quod nos offendat, si *flagitium* hoc Veneris masculae seu aversae, in Germania primo inauditum, postea innotuit ex commercio cum Romanis (v. H. 4, 14.) et Gallis, (inter quos illud viguisse tradunt Diodor. 5, 32. qui Celtarum nomine etiam Germanos comprehendit, Aristot. de rep. 2, 9. Strabo 4. p. 304. Athenaeus 13, 8.) sed perrarum fuit et severissime punitum; nam paedicones Taciti temporibus *coeno ac palude mergebantur*, (ut postea mulieres impudicae; v. vet. leg. ap. Lindenbr. et Schütze T. II. p. 328.) et comburebantur iussu Caroli V. (v. Constit. crimin. art. CXVI.) Haec confirmantur etiam loco Sexti Empir. Hypot. 3, 24. (*παρὰ Γερμανοῖς δέ, ὥς φασιν, οὐκ αἰσχρόν, ἀλλ' ὡς ἕν τι τῶν συνήθων*) neque repugnant verbis Taciti c. 18. 19. 20. (quibus pudicitia Germanorum praedicatur) et Quintil. decl. 3, 16. (*Nil tale novere Germani et sanctius apud Oceanum vivitur*) etiamsi hic non egerit declamatoris partes; et sic propugnarunt pro lectione h. l. veroque eius sensu Wessel. ad Diodor. l. c. Casaub. ad Athen. l. l., J. Fr. Gron., Weiske p. 190. Barth. II. p. 303. 425. Dilth. et alii adversus Lipsium, Gebauerum (qui p. 643—717. varias interpretum opiniones excussit) et alios, qui frustra operam dederunt, ut vel explicatione vel correctione verborum maculam castissimis maiorum nostrorum moribus inustam delerent.

5. *coeno ac palude mergunt, iniecta insuper crate* multisque lapidibus impositis. cf. Plaut. Poen. 5, 2, 65. 66. Liv. 1, 51 extr. 4, 50. Suet. Cal. 16 pr. Ferrar. Elect. 2, 7. Stewich. ad Veget. 3, 4. Similis Gr. καταποντισμός, poena et aliorum et praecipue parricidarum, qui culeo insuti in mare aut flumen demergebantur. v. Cic. p. Rosc. Am. 70. Iuvenal. 8, 213 seq. Wessel. ad Diodor. 16, 35.

6. *Diversitas supplicii illuc respicit, tanquam scelera ostendi oporteat dum puniuntur*, ut, quod Plin. 8, 16. dicit, ceteri metu poenae simili absterreantur eadem noxa, *flagitia abscondi*, ne inaudita et ignota innotescant, nec alii iis inficiantur et contagio latius serpat. Cf. Gebauer p. 642. 643. *Scelera et flagitia* Germ. *Verbrechen und Schandthaten. More militari flagitium dicitur res flagitatione i. e. increpatione digna*; Donat ad Terent. Eun. 2, 3, 90. „*Scelus* poena, *flagitium* contemptu dignum et h. l. leg. *puniantur.*" *Günth.* De sensu et diverso et synon. harum vocum v. Gebauer p. 621 sq. et Hess. ad h. l.

7. *Sed et levioribus delictis pro modo* (eorum) *poena* ex emend. Acid

recepere Ern. Bip. Ob. aliique. *pro modo poenarum* edd. vet. ante Ern. quod frustra defendere conati sunt nonnulli, et quidem ita, ut *levioribus delictis* non sint Dativi, sed Ablativi, vel absoluti, vel iungendi cum *convicti*, utque *pro modo poenarum* dictum sit pro: ut poena levior graviorve, ita equorum pecorumque numerus minor vel maior; quae potius nostrae lectionis sententia est. Cur vero leviora delicta *in conciliis* tractata? Cf. nota 1. *Leviorum delictorum* (sed graviorum quoque, ut homicidii cap. 21.) poena, etsi non unica, (v. cap. 7.) tamen usitatissima, in Germania, ut Romae, erat *mulcta*, primum et ante usum monetae pecuaria, (*certo equorum, armentorum pecorumque numero convicti mulctantur* c. 12. et 21. quae *solae et gratissimae opes sunt* c. 5.) aut agraria, (v. Guta-Lagh. 38, 14.) deinde pecuniaria, (Germ. *Bufse*, *Sühnegeld*, *Mordsühne*) ab illo, qui pacem (fredum) violaverat, solvenda tum ei, cui iniuria erat illata, tum propinquis illius et civitati. cf. not. 8. Quae mulcta diu obtinuit in Germania, donec, legibus Romanorum receptis, Clerus praecipue poenam homicidii capitalem induxit; *Dithmar.* Obtinuit, quamdiu rara fuit pecunia nec magni aestimata hominum vita. Cf. Sprengel Gesch. von Grofsbrit. p. 222. 228. Anton p. 138. Anton IV. T. I. p. 136. nec non Hom. Jl. 18, 497—506. *Mulcta* dicebatur Germ. *Cenegild*, *Cynegilt*, *Cynebot*, *Maegbot*, *Mannbot*, *Magsoene*, *Mannwirth*, *Leudum*, cognati, viri, hominis, pretium, sed vulgo *Werigeldum* s. *Werigeldus*, *Werigildus*, *Wirigildus*, *Wirgildus*, *Weregeldus*, *Wergeld*, *Wehrgeld*, viri pretium, (*Aeor*, *Waeor*, *Baeor*, *Ber*, *Bar*, *Waer*, *Wair*, *Wer*, *Were*, *Wehr*, vir, et *Gelt*, *Gilt*, pretium, aestimatio, mulcta) ut quidam putant, tutelae (*Waer*, *Wehre*) aut valoris (*Wirdi*, *Wérde*, *Wert*, *Weré*, *Wehre*) pretium. Cf. Eccard. ad leg. Sal. 28. 29. 32. 42. 54. Gebauer p. 755 sq. Moeser I. p. 25. Rogge cap. 1. 2. Anton. IV. p. 126. 127. 138. Weiske p. 199 sq. Cuilibet enim aut vitae cuiusvis pretium (*Wehrung*) ex composito (unde in legg. Germ. *componere Werigeldum*, solvere pretium par, quo alia res compensatur, *compositio*, mulcta, poena, quae etiam *compensatio* dicitur, et *compositio legalis*) aut a iudicibus arbitrisve, qui plebem prius rogaverant, et in antecessum (ante iniuriam alicui illatam, caedem cet.) statuebatur, (*certus armentorum vel pecorum numerus* c. 21) ut laesus iniuria haud nimium deinde postularet et reus ex eo, de quo ipse convenisset, damnaretur. Haec mulcta maior aut minor, quo maior aut minor dignitas occisorum fuerat; nec nisi servus ob caedem domini capitis damnabatur. Quo maius autem hoc pretium, eo tutior aliquis erat, et non modo is, qui illud solvere recusaret, a societate, conciliis sacrisque excludebatur, sed civitas quoque et familia aut propinqui, ut de pace (fredo) et securitate publica, ita et de solutione pretii vel mulctae cavebant. *Mulctam Osce dixerunt* (prisci Romani) *poenam quandam — sed pecuniariam; maximam trium millium et viginti assium, quia non licebat quondam pluribus triginta bobus et duabus ovibus quenquam mulctari, aestimabaturque bos centussibus, ovis decussibus; Festus.* Cf. Plin. 18, 3. 30, 1. Gell. 11, 1. Weregeldus regis Anglo-Sax., cuius dimidiam partem civitas, dimidiam propinqui accipiebant, erant 30000 Thrymses, (h. e. tremisses; tremissis autem tertia pars solidi gravis) archiepiscopi 15000, episcopi et Aldermanni 8000, ducis 4000, sacerdotis 2000 cet. v. LL. Sax. §. 17. et Wilkins p. 71. Bovem vero pro duobus solidis, vaccam pro uno, scutum cum lancea pro duobus dare licebat ex lege Ripuar. §. 36. *Si quis equi furtum fecerit, capitis damnetur; si hominem occiderit, pecunia mulctetur*, leg. Sax. 4, 1. Has aliasque leges memorant Eccardus, Lindenbrogius, Baluzius, Gebauer p. 736. 744—758. Moeser T. I. p. 25—34. 42 sq. Eichhorn I. §. 18. p. 56 sq. Zeitschrift für geschichtl. Rechtswiss. herausg. von v. Savigny, Eichhorn u. Göschen T. I. p. 176 sq. 323 sq. — *mulctantur* et *mulctae* in ed. Vien. et plerisque. *multantur* et

multae in ed. Pogg. et al. prob. Orell. Hess. et, qui ab hoc laudantur, Grotefend. Gram. T. II. §. 182. Goerenz. ad Cic. de fin. p. 49. Schneid. Gram. I, 2. p. 450. quia lapidum sint et vett. librorum. Contra Gron. ad Plaut. Stich. 3, 1, 19. „Ab ἀμέλγω *mulgeo* est: inde *mulceo*, quia mulcendo, fingendo, deducendo ex uberibus lac elicitur. Hinc *mulctare* et *mulcare* pro *mulcitare*. Utrumque proprie ac primum est mulcere nimis, ut doleat; dein distinctum, ut hoc esset tractim tangere verberibus, illud poenae causa ita mulcere, ut emulgeas partem sanguinis viscerum de patrefamilias, h. e. bonorum, unde *mulcta*. Nec Sabinum aut Oscum est hoc, ut Varro et Festus tradunt, nisi illi primi haec omnia ex Graeco fonte hauserunt; neque a *multus*, quod a μάλα, μάλιστα descendere puto: sed *multa* et *multare* quidam maluerunt lenioris pronuntiationis ergo. Cf. ad A. 1, 32, 1. Duk. ad Flor. 2, 14. id. et Drak. ad Liv. 3, 11. Tursell. de partic. ling. lat. p. 400.

8. *Pars mulctae regi vel civitati exsolvitur, pars ipsi, qui vindicatur,* (nam aequissimum erat, eum, quem et accusandi necessitas, et convincendi onus, et ex defectu probationis metuendum incommodum gravabat, lucrum iustae feliciterque finitae accusationis potiri; *Gebauer* p. 751.) *vel propinquis eius*, non, ut Romae, omnis mulcta fisco infertur. Cf. Moeser I, 26. et verba illa Grotii in Proleg. ad hist. Goth. p. 67. „Illud ex intima sapientia petitum, quod in delictis duo spectabant Germani, laesum ius privati et laesam societatem publicam. Itaque mulctae duae pendebantur, altera ei qui *vindicatur*, altera *regi aut civitati*. Haec *Fredum* dicitur, quia paci publicae, qui peccavit, per eam restituitur, illa *Werigeldum*, quod pro talione datur."

9. *Eliguntur in iisdem conciliis* (*consiliis* Mon. v. ad c. 11. n. 1.) *et principes*, (v. ad cap. 11. n. 1.) *qui iura per pagos vicosque reddunt. Centeni singulis ex plebe comites, consilium simul et auctoritas, adsunt;* ut ap. Caes. b. G. 6, 23. *In pace nullus communis est magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt, controversias minuunt.* Germani priscis temporibus non in oppidis, sed in agro, praediis ac fundis, (*Höfen, Bauerhöfen*, quae in medio aevo *mansi, mansiones, curtes, curiae, heredia, villae* vocabantur) hic illic habitabant discreti ac diversi, (cap. 16.) mox vero communitatem societatemque inibant, parvam initio, iunctis aliquot familiis, immunitatibus (*Herrschaften*) ac praediis confinibus, (*Markgenossenschaft, Gemeinheit*) sensim maiorem. (*Volksgemeinde*) Hinc orti primum *vici*, qui et dominorum praedia et horum partes, rusticorum fundos, (*Bauernhöfe*) complectebantur, (cap. 12. 16. 26.) *decaniae, centenae, centae, Cente, Zenten, Dorfschaften*, (hostium fortass agris secundum divisionem exercitus, qui eos armis ceperat, distributi familiisque *denis* aut *centenis* consociatis, quarum patres et praefecti di cebantur *decani, Zehntner*, aut *centeni, Centener, Centner, Zentner, Hun dredi*) *Marcae, Marchae, Marchiae, Marken, Feldmarken, geschlossene Di stricte, Reviere, Bezirke, Cantons, allodia, Alloden;* deinde vicariae e praefecturae, *Gerefe* et *Greve*, de quo leg. Edowardi c. 55. ap. Wilkin p. 204. *Greve latine sonat praefectura, et de Scyra, de Wapentachii de Hundredis, de Burgis, etiam de villis vocatur*) nec non *comitatus* *pagi*, (c. 12. 39.) provinciae regionesve, a fluvio, monte aliaque re si dictae et e pluribus paucioribusve, maioribus minoribusve vicis comp sitae, (quarum nomina et ordinem in ant. Germania viri docti invest gare frustra conati sunt) Gall. *pays, départemens, Cantons*, Gr. γῆ, γαῖ γέα, Germ. *Go, Gow, Göe, Goi, Goge, Gon, Gove, Govin, Ga, Gaw, Ga Gaug, Gauge, Cau, Cauch, Cauge, Chow, Chowa, Cowa*, (unde *Gergovi Andegavia, Rhengovia, Rheingau, Sundgau, Wasgau, Brisgau, Nordga Schwabengau*, et *Goding, Göding, Gowding, Gowgericht, Gaugericht, Cre tag, Landtag*, non, ut quidam putant, *concilium* c. 6. 12. 13., *Volksv*

sammlung, *Nationalversammlung*, *Volkstag*, *Ständeversammlung*, sed iudicium, a principe et comitibus habitum c. 12 extr. et sic dictum a *Go*, *Gow*, pago, et a verbo *dingen*, decernere, a quo etiam *Geding* et *Bedingung* appellatur pactum, placitum, non *Dingstag*, dies Martis, quo certe ius potissimum fuisse dictum non constat et de cuius vero nomine Germ. *Dienstag* v. ad c. 9. n. 1.) tandem populi centum pagis habitantes, ut Semnones et Suevi c. 39. Caes. b. G. 1, 37. 4, 1. Sic et Chattorum civitas divisa in pagos vicosque, (Tac. A. 1, 56.) Helvetia in quatuor pagos, (Caes. b. G. 1, 12. cf. Kruse Archiv f. alte Geogr. fasc. 2. p. 44 seq.) ut Anglia a Saxonibus olim et Anglis in *Tithings*, decurias, *Hundreds*, centenas, (Bavar. *Hundra* et *Hundari*, Slesv. *Harden*, Cambr. *Kantrefs*, centum domicilia) et *Shires*, comitatus. (v. Malmesbur. Hist. 2, 4. et Sprengel Gesch. von Großbrit. T. I. p. 144 seq.) Westphalia in *Hondschaften*, *Hundschaften*, centum (*hun* et *chun*. in leg. Sal.) familiarum communiones, quarum conciones et iudicia, (*Hundschaftsding*) in montibus habebantur, *Hunsrück*, *Hundsrück*, in duc. Simmern et episcop. Hildesiensi. (v. Weddigen N. Westphäl. Magazin 1, 6. et inpr. Minola p. 36—122.) His praeerant in bello duces, in pace magistratus, (etsi primis temporibus non *communes* Caes. b. G. 6, 23.) in familiis patres. Prisca lex Alaman. tit. 36. *Conventus secundum consuetudinem antiquam fiat in omni Centena coram Comite aut suo Misso, et coram Centenario ipsum placitum fiat.* Caroli M. Capitular. 4, 26. *Controversia coram Centenario definiri potest, excepta redditione terrae et mancipiorum, quae non nisi coram Comite fieri potest.* Cf. 3, 79. In leg. Wisigoth. 2, 1, 26. magistratus et iudices hoc ordine recensentur: *Dux*, (rex, supremus iudex) *Comes*, (regis ducisve loco ius dicens, Caes. b. G. 6, 23.) *Vicarius*, (al. *Missus Comitis*) *Pacis Assertor*, *Tiuphadus*, (Goth. *Tiuphhad*, *Thiuphad*, *Toufhaupt*, Anglosax. *Tienhofed*, *Zehnthaupt*, quem Moeser I, 244. iudicio parum probabili ita appellatum censebat a *touf*, *tufa*, τοῦφα, nodo capillorum, *Zopf*, signo s. vexillo militum, ut Rom. *manipulus*) *Millenarius*, *Quingentarius*, *Centenarius*, *Decanus*, (al. *Grevio*, qui postea vocatus est *Dorfgrebe*, *Dorfgreve*, *Heimbürge*, *Bauermeister*, (Angl. *Tithingman*) *Defensor*, *Numerarius*. Praeter hos alii in legibus memorantur, inpr. *Toparcha* et *Tunginus*, Langob. *Scultetus*, *Sculdasius*, *Sculdais*, (*Schultheiß*) *Scabini* (*Schoeppen* s. *Schoepfen*, a verbo *schaffen*, ordinare, praeparare) et *Rachimburgii*. Plerique interpretes existimant, *principes* h. l. Taciti esse Germ. Comites et *Graviones*, *Grafios*, *Gravios*, *Gografios*, *Gaugrafen*, *Gaurichter*, (sic dictos a *Greve*, praefectura, aut ab anglosax. *Gefera*, sodalis, Germ. *Gefährte*, aut potius a *grau*, canus, senior, Gall. *Seigneur*, Rom. *Patres* et *Senatores*, quibus comparantur a Caes. b. G. 2, 28. Liv. epit. 104. et Plut. Caes. c. 20. Anglosax. *Ealdorman*, *Aldermann*, unde etiam *Landgravii* s. *Landgrafii*, *Markgrafii*, *Raugrafii*, *Burggrafii*, *Freigrafii*, *Rheingrafii*) *Centenos* autem principum *comites* et iudiciorum assessores Germ. *Centenarios*, *Centgrafios*, *Centgraviones*, *Zentgravios*, *Centgrafen*, *Zentgraven*, *Centrichter*, *Tunginos*, *Dingmänner*, Angl. *the Hundreder*, ita appellatos a Germ. *zehn*, decem, (*Zehntner*, Decanos) vel a *centum*, (ut Romanorum *centumviri*, et propter singularem numeri centenarii rationem a Germanis habitam; cf. cap. 6. et Caes. b. G. 2, 28.) vel a *Cent* aut *Sent* synodo, vel a *Sen*, *Son*, *Sente* et *Zana*, grege et multitudine congregata, cui praefuerint, (a verbo *senden* et *sammen*, congregare) vel quia pagi in *centenas*, *centum* vicos s. praefecturas, fuerint divisi et singuli patresfamilias ex his missi. Cf. Dithmar. ad h. l. Lynck diss. de centena, Meinder. de iudiciis centen., Meibom. T. 3. p. 96 sq. Gericken p. 38 sq. p. 210 sq. Grupen III. p. 427—448. Wachter p. 532 seq. Sorber. I, 1, 63 seq. 92 seq. II, 1, 21—29. Gebauer p. 584—602. et 806 sq. Moeser I, 1—17. 39. (ubi dicit, *comites* non fuisse scabi-

nos, sed omnes praeter principem iudices, numerum vero *centenarium* ad totidem Suevorum pagos esse referendum) Mone T. II. p. 356. Rogge cap. 3. 243. 401. Anton. IV. p. 130. 131. Barth II, 412—422. Minola p. 36—122. J. H. M. Ernesti II. p. 34—37. Eichhorn. I. p. 43—48. 229. 230. Weiske p. 204 sq. Maurer Gesch. des altgerm. Gerichtsverfahrens, Heidelb. 1824. et alii supra laudati nota 1. Orellius p. 15. arbitratur, hunc Taciti locum optime dilucidari posse ex Raetorum Gothorumque legibus et institutis; *principem* quippe respondere *Landamano*, quem dicant, *comites* autem *centenos* senatoribus ac iuratis, qui in iudicio omnique consilio illi adsint, *Rathsherren und Geschworne*, *Thingsmenn*, (a *thing*, pago) *Hunderis menn*, *Dinges manne*, *Rathmenn*, *Ratmane* in Guta-Lagh. 38, 6. 41, 1. et al. Idem haec annotavit: „Evinci nequit, Tacitum Germanicam vocem *Graf* vel *Hundreder* redditurum fuisse *comitem*, quum iudicis, praetoris aut simili aliquo dignitatis nomine uti potuisset.'' Leges quoque Germanorum seriores huc non pertinere censent Gebauer p. 594. et Oberlin. Iidem vocem *centeni* glossam potius esse, forsan e cap. 6. male huc applicato ortam, suspicantur. Alii pro ea substituendum putant *septeni*, Kirchmaierus *certi*, Gebauer p. 601. 602. *duodeni*, (ut significentur iudicia duodecimviralia, tum antiquissima, tum etiam nunc communissima in Germania) Grupen III. p. 430. et Minola c. 2. *centenis* (civibus aut familiis) *singulis-adsunt*, praesunt; Weichsel in libro ad c. 11. n. 1. laudato p. 12. *ceterum singulis* cet. In MSS. Arand. et Bamb. legitur: *qui vita per pagos vicosque* (*et vicos* Arund.) *excellunt;* unde Colerus coni. *qui vita excellunt, qui iura per p. v. reddunt.* Pro *reddunt* Bip. Oberl. et Bred. reposuerunt *reddant* ex emend. Ern. qua eliguntur hi ut reddant, non ii, qui reddunt. „Male; ii enim in conciliis eliguntur, quos *per pagos vicosque* ius reddere cognitum erat Tacito, hos vero accurate distinguit ab iis, penes quos *in conciliis* licebat accusare et discrimen capitis intendere.'' *Pass.* Recte, quia Tacitus de principibus ad ius reddendum eligendis, ut de re certa sibique satis nota, loquitur; *Hess.* Modus Indicativus flagitat hunc sensum: *et ii principes, qui ad ius per pagos vicosque reddendum institui solent; Günth.* Cf. Ramshorn Gram. p. 609. Graviores videntur hae quaestiones: quare et quoties et quot *principes, qui iura per pagos vicosque redderent*, in conciliis elegerint prisci Germani? Ad primam quid respondendum censeam, professus sum ad cap. 11. n. 2. et ad c. 12. n. 1. Posteriores non facile ad liquidum perduci poterunt, quia scriptores antiqui de his rebus tacent; verba certe Ottonis Frisingi, (de gestis Frid. II. 2, 13. ap. Urstis. p. 453.) a Moesero I. p. 373. allegata: *Ne ad dominandi libidinem prorumperent, singulis paene annis variantur*, tum ad recentius aevum, tum ad comitatum institutumque militare sunt referenda. Nonnulla tamen ex iis, quae Tacitus silentio praeteriit, ex ingenio supplevit Gebauer p. 584—608 sq.

CAPUT. XIII.

13. Nihil autem neque publicae neque privatae rei nisi armati agunt. Sed arma sumere non ante cuiquam moris, quam civitas suffecturum probaverit. Tum in ipso concilio vel principum aliquis vel pater vel propinquus scuto frameaque iuvenem ornant. Haec apud illos Toga, hic primus iuventae honos: ante hoc domus pars videntur, mox rei publicae. Insignis nobilitas aut magna patrum merita principis dignationem etiam adolescentulis assignant: ceteris robustioribus ac iam pridem probatis aggregantur; nec rubor, inter comites aspici. Gradus quin

etiam ipse comitatus habet iudicio eius, quem sectantur; magnaque et comitum aemulatio, quibus primus apud principem suum locus, et principum, cui plurimi et acerrimi comites. Haec dignitas, hae vires, magno semper electorum iuvenum globo circumdari; in pace decus, in bello praesidium. Nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat. Expetuntur enim legationibus et muneribus ornantur, et ipsa plerumque fama bella profligant.

1. *Nihil autem neque publicae neque privatae rei, nisi armati, agunt,* cf. cap. 11. ibique n. 2. et 9. cap. 22. (*saepe ad convivia procedunt armati,* ut Persae, Ammian. 23, 6, 75.) Athenaeus 4, 13. et (de priscis Graecis Thucyd. 1, 6. „De concilio armato Gallorum v. Liv. 21, 20. Caes. b. G. 5, 56. 6, 21. In Leg. Sal. 47, 1. *In ipso mallo* (conventu iudiciali) *scutum habere debent.*" Hess. Interdictum hoc a Pipino leg. §. 42. *Ut nullus ad mallum vel ad placitum intra patriam arma i. e. scutum et lanceam, portet; Orell.* Cf. Weiske p. 281 sq. Romae iam legibus XII tabb. cautum: *nemo in Urbe cum telo sit. nisi armati sunt* Par.

2. *Sed arma sumere non ante cuiquam moris,* mos est, (v. ad H. 1, 15, 2.) *quam civitas* (cives) eum armis (nam est synezeugmenon; *Hess.*) scil. sumendis, gerendis, tuendis, omnibusque belli laboribus tolerandis *suffecturum*, parem fore, *probaverit,* ut mox *iam pridem probatis,* qui opponuntur *adolescentulis* recens probatis. Germ. *für wehrhaft erklären.* Cf. Ind. III. v. Syllepsis. „Freinsh. in Ind. *probaverit* interpretatur *iudicaverit*, et Ramshorn. Gr. p. 687. 688. e construct. praegnante *iudicaverit et probaverit.* (Cf. Ind. III. v. *verba praegnantia.*) Sed audiendus Gron. in obss. p. 500. ed. Platn.: Qui delectu acto ad sacramentum aliquem admisissent, ipsi *probasse militem* dicebantur." *Hess.* Cf. ad Ann. 16, 5, 1. et H. 1, 27, 3. Gebauer p. 294. 295. „Patris, inquit, erat, filium civitati offerre, civitatis, *probare;* quae vox indicat, fuisse exacta a iuvenibus et edita et iudicata etiam publica virtutis militaris certamina. Scilicet postquam de rebus publicis et seriis in comitiis esset actum et transactum, agere recte placebat rem, et ipsam seriam gravemque, (de patria enim potestate solvenda, de novo gentis incremento legendo, de equestris militiae candidatis declarandis oriebatur quaestio) sed cum iucunditate et voluptate quadam coniunctam et, ut mihi quidem videtur, quandam ludorum equestrium militariumque, quos *Tornea-menta* media aetas appellavit, tantopere nobilitati Germanicae adamatorum, speciem habentem. Dabatur nempe iuvenibus armatis et ornatis campus: dabatur locus infinitae spectatorum multitudini: assidebant iudices et arbitri, qui nihil non audentes iuvenes *probabant* et *suffecturos* pronuntiabant." Cf. ad cap. 20. n. 5. „Luden T. I. p. 722. 25. vix recte putat, hac probatione non corporis vires exploratas, sed num iuvenis fundi possessor factus vitam civilem auspicari possit." *Hess.* Cf. Weiske p. 288 sq.

3. *Tum in ipso concilio,* in gravissimo totius gentis consessu, *vel principum aliquis,* si tantum valebat apud nobilitatem gratia, *vel pater, vel propinquus,* prout alter eorum bellica laude eminebat, *scuto frameaque,* armis equitum, (v. cap. 6.) *iuvenem ornant,* non dicis causa, ut nos solemus nostris nos alligare gladiis, sed ut sciret armis exornatus, nunc sibi esse strenue militandum; Gebauer p. 295. 296. Haec est sollennis inauguratio militaris, qua civitas declarat, iuvenem armis gestandis parem esse et idoneum, Germ. *Wehrhaftmachung. Scutum frameamque* praecipua Germanorum, etiam peditum, arma fuisse, patet e cap. 6. In

eorum locum gladius medium per aevum successerat; *Orell.* coll. Nibel. Aventiure 2. et v. 2596. „Usitatius dictum esset *ornat* propter repetitam particulam *vel - vel - vel*, de cuius potestate v. intpp. Nep. Alc. 1, 1. ut de verbo *ornare*, quae dixi ad Nep. Themist. 2, 3." *Günth.* *Tum in ipso concilio* Par. Rhen. 2. 3. et rec. *Cum in ipso concilio* MS. Longol. ed. Nor. et Rom. *Tum eum in i. c.* MS. Arund. ed. pr. Put. Rom. Pogg. Ber. Vien. Rhen. min. et 1. Vel *eum* natum ex *tum*, vel del. *iuvenem*; *Ern.* Quodammodo vel defendere possis duplicem accusativum: qui antea in *puerorum* numero habebatur, eum scuto frameaque ornatum *iuvenem* agnoscunt et pronuntiant; *Pass.* non improb. Dilth. et Hess. *tum eum* i. e. puerum ornant ornatumque *iuvenem* renuntiant; *Günth.* *consilio* Mon. et edd. rec. ante Ern. Cf. ad c. 11. n. 2. — *vel ipsi* (sc. cives, quia praecedit *civitas*) pro *vel pater* MS. Long. ed. Nor. Rom. Rhen. 2. 3. Male et ipsum et ob seq. *propinquus*; *Günth.* G. Kahnt in Ephem. schol. Darmst. a. 1830. p. 167. suspicatur, Tacitum scripsisse *vel ipse pater*, ut c. 10. pr. *ipse pater familiae*; quod quidem arridere potest, sed magis placeret, nisi paulo ante legeretur *ipso*. — *propinquis* ed. Nor. et *exornant* c. Arund.

4. *Haec apud illos Toga*, hoc apud Germanos signum τῆς ἐφηβείας, ut apud Romanos assumpta toga virilis; *Günth.* Hic ritus est similis illi Romanorum, quo pueris a praetore, ad quem a parentibus et amicis die tirocinii deducti erant, *toga* virilis, pura, candida, libera, tanquam signum aetatis virilis, in foro dabatur, ex quo iuvenibus forum attingere, ut apud Germanos armis uti et munus militiae sustinere, licebat. v. ad A. 3, 29, 2. et de legitimo tirocinii anno ad A. 12, 41, 1. Quonam aetatis anno Germanorum *iuvenes scuto frameaque ornari* consueverint, non satis liquet, neque id ex Caes. b. G. 6, 21. patet. Apud Raetos etiam nunc adolescentulo post XVI annum expletum suffragium in comitiis ferre licet; *Orell.* Idem laudat Luitprandi legg. IV. p. 55. ed. Murat. *In nono decimo anno homini Longobardo sit legitima aetas.* Apud Wisigothos anno XXV. Cf. Heineccii elem. iur. Germ. I, 1, 15. „Apud Athenienses vitam civilem auspicabantur pueri, si, explorata prius eorum maturitate, in epheborum numerum referrentur. v. Petit. leg. Att. p. 127. et Conz. ad Aristoph. Vesp. 593." *Hess.* Ex illa inauguratione militari ortos putant duos Germanorum mores, per arma adoptandi fortissimos, (v. Cassiodor. ep. 2, 2.) et creandi Equitem, gladio scil. lateri eius aptato et alapa collo inflicta, *Ritterschlag*. Hunc ritum Lipsius iam tangi censebat a Paulo Diacono rer. Longobard. 1, 15. al. 23. *Scitis, non esse apud nos consuetudinem, ut regis filius cum patre prandeat, nisi prius a rege gentis exterae arma susceperit*, quod tamen dictum videtur pro: a tali rege, socio aut amico, artem didicerit militarem aut castra eius sit secutus. Eius originem sunt qui repetant a servorum Rom. manumissione per vindictam. Cf. Dithmar. ad h. l. et du Fresne T. I. p. 18. *Nec apud illos toga* MS. Long. et ed. Nor.

5. *Hic primus iuventae*, iuvenum exemptorum gregi puerorum, *honos* et simul aditus ad alios honores in rep. capessendos. — *Ante hoc tempus domus pars videntur*, obnoxii patriae potestati negotiisque domesticis et puerilibus dediti, *mox rei publicae*, ut iuvenes sui iuris, participes conciliorum munerumque publicorum ac privatorum, in pace et bello, capaces. Ita et Romani ante et post diem tirocinii. *mox* v. ad Ann. 15, 47, 1.

6. *Insignis nobilitas* cet. Ab his verbis usque ad finem cap. 15. describitur singulare Germanorum Gallorumque institutum militiae equestris, non publicum, sed privatum, *comitatus principum*, ἑταιρεῖαι Boiorum Polyb. 2, 17. *kriegerische Gefolgschaft*, *das Gefolge der Principalen, Fürsten, Edlen, Häuptlinge*, in legg. Longobard. *Gasindium*, in aliis

Gasind, in Nibelung. carm. *Ingesinde*. De eo copiose disputarunt viri docti ad cap. 6. n. 1. laudati, et ex hac militia privata ac voluntaria tum sic dictas migrationes gentium German. in Saec. p. Ch. n. V. et VI., tum paulo post novam *feudalium*, h. e. fidelium, militiam prodiisse nonnulli putant, postquam Comitibus, Vasallis, ea lege, ut servitia equestria iussi praestarent, agri s. fundi, privato dominio possidendi, (*feoda*, *beneficia*) distribui coepissent. Hoc vero institutum, quod gentem potius rudem ac bellicosam, quam artibus humanioribus politam decuisse videtur, utilissimum fuisse et quidem scholam iuventutis, in qua omne obsequium addisceret, arcanum gluten ad firmandam civitatum liberrimarum compagem, seminarium equitatus, rei sumptuosae, certissimum ducum in bello praesidium, praecipuam denique serae iuvenum veneris causam, probare conabatur Gebauer p. 138—148. De Boiis Polyb. l. l. *Περὶ δὲ τὰς ἑταιρείας μεγίστην σπουδὴν ἐποιοῦντο, διὰ τὸ καὶ φοβερώτατον καὶ δυνατώτατον εἶναι παρ' αὐτοῖς τοῦτον, ὃς ἂν πλείστους ἔχειν δοκῇ τοὺς θεραπεύοντας καὶ συμπεριφερομένους αὐτῷ.* Locus class. est Caes. b. G. 6, 23. de Germanis: *Latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cuiusque civitatis fiunt; atque ea iuventutis exercendae ac desidiae minuendae causa fieri praedicant. Atque ubi quis ex Principibus in concilio dixit, se ducem fore, qui sequi velint, profiteantur, consurgunt ii, qui et causam et hominem probant suumque auxilium pollicentur atque ab multitudine collaudantur: qui ex iis secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur omniumque iis rerum postea fides derogatur.* Qui sectabantur talem *principem*, ducem, (v. ad cap. 11. n. 1.) virum *insignis nobilitatis*, non tam genère et virtute, quam opulentia conspicuum, (nam ad hanc potissimum tunc temporis referenda erat *nobilitas*, v. ad c. 11. n. 1. et comitibus a principe danda erant arma, equi, stipendia) *dicebantur Comites*, (*comites familiaresque* Caes. b. G. 6, 30. Anglosax. *Gefera*, sodales, Germ. *Gefährte*, *Dienstmannen*) nec non *soldurii*, *devoti*, *ambacti*, (*andbaht*, minister, in vers. Goth. Matth. 5, 25. Marc. 9, 35. Rom. 13, 3. 15, 8.) *clientes*, *vasalli* in Langob. legibus, *satellites*, *οἱ θεραπεύοντες καὶ συμπεριφερόμενοί τινι* Polyb. l. l. *συναποθνήσκοντες* et *ἱερὸς λόχος* Plut. Anton. c. 72. et Pelop. cap. 16. *θεράποντες* Diodor. 5, 29. Germ. *Gesellen*, *Gasind*, (unde rec. *Gesinde*) *Vasallen*, *Knappen* s. *Knapen*. Cf. Tac. Ann. 1, 57. 2, 45. 12, 30. Caes. b. G. 3, 22. 6, 15. 7, 40. (ad quae loca v. intpp.) Ammian. Marc. 16, 12, 60. 21, 4. 29, 4. 5. 31, 5. Anton. IV. p. 157. 158. Barth II, 438 seq. et Gebauer p. 148—158. Verba autem Taciti ita interpretantur Longolius et Orellius: Ubi iuvenis ortus ex plebe vel ex proceribus quoque, haud tamen insigni nobilitate aut eximio aliquo merito conspicuis, scuto frameaque ornatus fuerat, non ideo statim a principe comitibus *robustioribus ac iam pridem probatis aggregabatur*, sed tali honore tantummodo post egregium aliquod facinus patratum affici solebat; quum vero adolescentulus, qui modo posuerat tirocinium, nobilitate aut magnis patrum meritis sese commendaret, princeps nulla iam mora interposita dignabatur eum recipere inter ceteros comites quamvis robustiores. *Dignationem* igitur accepere sensu transitivo, (*Würdigung vom Fürsten erwiesen;* Billerb. *Ansehen beim Fürsten*, Walch.) ut ap. Liv. 10, 17. Suet. Cal. 24. Iustin. 28, 4. Ita tamen verbum *assignare* non satis apte dictum. Alii alia tentarunt minus probabilia, rati, *dignationem* eo spectasse, ut adolescentuli illi cum principibus versati eosque cum ceteris probatis ad munia bellica secuti sint, (ita Bip.) aut *dignationem principis* esse dignitatem eius, (ut Pich. Brot. Hartman. obss. P. I. p. 17. Hess. et Günth. coll. Tac. A. 3, 75. 4, 16. H. 1, 52. 3, 80. Liv. 2, 16. *Fürstenwürde*, *Anspruch auf die Fürstenwürde*) aut qualis eius esse soleat, (*Fürstenachtung*, Barth II. p. 443.) *principem* vero vel universe nobilem, vel ducem militum cuiuscunque

generis, ut Moeser 1, 45—47. Varias interpretationes recensuit Gebauei p. 94—117. Ex ipsius sententia rex aut princeps civitatis principem iuvenem suffecturum armis sollenni ritu iis induit, et hic ab omnibu pro principe, quamvis adolescentulus, haberi et agnosci, h. e. comita tum habere, coepit, *ceteri* vero iuvenes omnes *robustioribus* comitibu aggregati sunt. Idem primum malebat *ceteros robustioribus* — *aggregant* (*aggregant* saltem legitur in libro vet. Lipsii, quo iudice id Taciti e veterum phrasin olet) postea *ceteri* (adolescentuli, quibus non insigni nobilitas aut merita patrum) *robustioribus* comitibus *aggregantur*, u Lips. Freinsh. et alii. Quos refutavit Passovius his verbis: „Iis quan maxime repugnant ipsa Taciti verba *principis dignationem assignan* et seqq. *nec rubor, inter comites aspici*. *Assignabant* adolescentulo no bili dignitatem patris, non statim *tradebant*: poterant enim vel patr superstite filio principatum promittere. De pudore vero illo, inter co mites aspici, ne sermo quidem poterat esse, nisi de futuro principe lo cutus sit Tacitus. Comites enim nobiles fuisse, Tacitus ipse non sini dubitare cap. seq." Sententia itaque, ab eo et iam ante a Bredovi aliisque (ut et a Günth.) e verbis Taciti elicita est haec: *nobilitas au patrum merita* faciunt, ut filii eorum etiam adolescentuli digni iudicen tur principatu, ut iam de adolescentulis praedicetur, eos fore quondau principes: hinc contra morem filii nobilium fortiumque quanquam ado lescentuli, *ceteris robustioribus* (comitibus adultis, ut ap. Nep. Alc. 2, 3 *Günth.*) *aggregantur*. Omnes autem comites nobiles fuisse, non evinc poterit ex Taciti cap. 14. et contrarium potius ex verbis supra allegati Caes. b. G. 6, 23. ex Diodor. V, 29. ἐπάγονται δὲ καὶ θεράποντας ἐλευθέ ρους, et ex Nibelung. v. 5381. *ein Ingesinde vro unt vil riche, höfsch un gemeit*. — *principiis* ed. Pogg. *principum dignationem* ed. Mon. *principi dignitatem* c. Arund. *assignant* — *aggregantur*, ut c. 10. *si prohibuerun* — *sin permissum*, c. 19. *ridet* — *vocatur*, c. 20. *alit* — *delegantur*, c. 23 *si indulseris* — *vincentur*, c. 18. *quae nurus accipiant*, — *quae referantur Pass.* ad c. 18. extr. „Est constructio variata activi et passivi, (enalla ge) de qua v. Ramshorn. Gr. p. 694. 695. Ruddim. inst. II. p. 345. no 7. Wopk. lect. Tull. p. 307." *Hess.* ad c. 19. Cf. Ind. III. v. *Constructi Activi et Pass. variata*. Post *aggregantur* comma posuere Pass. et Walch

7. *Nec rubor* est, *inter comites aspici*, conspici, (v. Ind.) esse, h. e non probrosum hoc, sed honorificum potius est. Id equidem tum hi verbis, tum iis quae sequuntur, significari crediderim, non, quod Moe ser 1, 65. Gebauer p. 114—117. aliique putant, comitatum talem pro prie servitutem fuisse aulicam, militarem et stipendiariam, ingenuo ho mine, maxime Germanis, libertatis longe studiosissimis, plane indignam cuius tamen pudorem solverit cum dura necessitas morum patriorum tum multiplex rei publicae inde enascitura utilitas. *Nec rubor est aspic* ut Ovid. art. 3, 167. Tibull. 2, 1, 29. et *pudor est* Liv. 40, 27. Ovid A. A. 3, 203. id. Met. 14, 18. „Nominativus pro Dat. rarior, at Tacit frequentatus Ann. 6, 29. 12, 40. H. 1, 15. 4, 39. v. Walther. obss. i Tac. p. 11." *Hess.* *Rubori est* dixere Tacitus Ann. 11, 17. 14, 55. Liv 45, 13. et alii. *Rubor* autem pro *pudore*, cuius saepe indicium est, v ll. ll. et H. 1, 30. 4, 7. O. 37 pr.

8. *Gradus quin etiam ipse comitatus habet*, quemadmodum Luitpran dus Legg. VI. §. 6. in gasindiis suis minimos ac maiores personas di stinguit; *Orell.* qui etiam perpetua carminis Nibelungorum comparation optime illustrari dicit, quaecunque Tacitus tradat de comitatu princi pum. Non dubium videri potest, Equitatum hunc in turmas divisu unamque altera digniorem, nec non officia, cum aulica, tum militari Comitibus commendata, haud eiusdem momenti ac dignitatis fuisse; G *bauer* p. 117. — Vulgaris lectio est *Gradus quin etiam et ipse c. h.* (

male defenditur ab Hess. his verbis: „Copula nonnunquam additur ex abundanti, ut c. 14 extr. *pigrum quin immo et iners videtur.*" *et ipse* delevit Walch. et sane suspicari possis, hanc esse glossam verbis *quin etiam* adscriptam. Expunxi saltem copulam, quae etiam abest ab ed. pr. Put. Mon. Vien. Par. Rhen. min. — *iudicio eius*, principis, *quem sectantur*, v. ad Ann. 15, 2, 2. — *quibus primus apud principem suum locus*, qui plurimum apud principem auctoritate valeant, maxime eius gratia floreant; *Günth.* Sic saepe dicuntur *loca*, ut et honores vel magistratus, unde *loca vacua* Liv. 3, 35. ut *ἐλλείχουσιν αἱ χώραι* Polyb. 35, 4, 4. Gall. *les places vacantes.* *cui* pro *quibus* non male coni. Acid. — *acerrimi comites*, fortissimi et audacissimi, prae ceteris *δραστήριοι*, *audacia prompti* Ann. 1, 57.

9. *Haec dignitas, hae vires*, ut mox *in pace decus, in bello praesidium.* — *magno semper electorum iuvenum globo circumdari*, cf. Nibelung. v. 2810. et 5381. *magno semper et electorum iuv. g. c.* MS. Arund. et ed. Nor. Videtur fuisse *et lectorum*, nec copulam hic spernam, quia mox dicitur *si numero ac virtute comitatus emineat; Ern.* Iudice Passovio hoc multo deterius, nec sane e more Taciti.

10. *Nec solum in sua gente cuique* principum, *sed apud finitimas quoque civitates id nomen, ὄνομα*, nominis celebritas, fama, (cf. ad Agr. 40. n. 4. et inf. ad cap. 45. n. 13.) *ea gloria est, si numero ac virtute comitatus* eorum *emineat* prae aliis comitatibus: *expetuntur enim* tales principes *legationibus* finitimarum civitatum amicitiam et auxilium ab iis in bellis, quae gerunt, expetentium, *et muneribus* (donis) *ornantur* (cf. cap. 15 extr.) *et ipsa plerumque fama* (*durch den blossen Ruf, schon durch den Ruf*) *bella profligant;* v. ad Ann. 14, 36, 1. Talia de Indutiomaro refert Caesar b. G. 5, 55. de Segeste, Arminii socero, Tac. Ann. 1, 57. de Flavio, fratre Arminii, Tac. Ann. 2, 9. de Inguiomero Tac. Ann. 2, 45. de Vannio Tac. Ann. 12, 30. de aliis Caesar et Ammianus. v. nota 6. *cuique* omisere Vat. 2964. et ed. Nor. „Male ob anteced. v. *sua.* Verborum autem positura significantior, quam si scriptum esset *in sua cuique genti.*" *Günth.*

CAPUT XIV.

Quum ventum in aciem, turpe principi, virtute vinci, turpe comitatui, virtutem principis non adaequare. Iam vero infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem principi suo ex acie recessisse. Illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriae eius assignare, praecipuum sacramentum est. Principes pro victoria pugnant, comites pro principe. Si civitas, in qua orti sunt, longa pace et otio torpeat, plerique nobilium adolescentium petunt ultro eas nationes, quae tum bellum aliquod gerunt, quia et ingrata genti quies, et facilius inter ancipitia clarescant magnumque comitatum non nisi vi belloque tueare. Exigunt enim principis sui liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam: nam epulae [et convictus], quanquam incompti, largi tamen apparatus, pro stipendio cedunt. Materia munificentiae per bella et raptus. Nec arare terram aut exspectare annum, tam facile persuaseris, quam vocare hostem et vulnera mereri. Pigrum quin immo et iners videtur, sudore acquirere, quod possis sanguine parare.

1. *turpe principi, virtute vinci*, cf. Nibelung. v. 8165. — *virtutem principis non adaequare:* in ed. pr. Put. Pogg. Mon. Rhag. Ber. Rhen. 2 3. *aequare*, sed in MS. Humm. et Longol., in edd. Nor. Rom. Vien Par. Rhen. 1. et recc. *adaequare*, quod defendit Pass. coll. Tac. Ann. 15 19. Sall. Iug. 4, 6. et intpp. Caes. b. G. 5, 8, 5. „Add. Tac. Ann. 2 73. 12, 60. Caes. b. G. 6, 12. b. civ. 2, 16. Suet. Dom. 2. Herzog. a Caes. b. G. 6, 12. et 22. Dähn. ad Caes. b. G. 8, 41." *Hess.* Cf. ad Ann 13, 41, 1.

2. *Iam vero infame*, id vero iam infame, — *recessisse*, conf. cap. (extr. inpr. Caes. b. G. 3, 22. 7, 40 extr. et Ammian. Marc. 16, 12, 60 Aliquanto mitigatum hoc fuit per Leges Feudorum l. 1. tit. 5. *Si do minus proelium campestre habuerit et vassallus eum morantem in ipso proe lio dimiserit non mortuum nec ad mortem vulneratum, feudum amittere de bet;* Orell. — *superstite principe suo* c. Humm. — *recessisse:* nam optim quique scriptores Latini tempus praet. usurpare solent praecedentibu verbis *pudet*, *taedet* similibusque, idque significantiore dicendi genere *Günth.*

3. *Illum defendere — praecipuum sacramentum est*, cf. Nibelung. v 7209. et 9035. Hinc dicebantur *devoti*, qui amicitiae principis alicuiu se devoverant. v. Caes. b. G. 3, 22. De *sacramentis* Romanorum v. a Ann. 1, 7, 3. et Germanorum ad H. 4, 15, 1. Minus tamen cogitan dum de iureiurando militari, quam de sanctissimo quodam officio: *ein vorzüglich heilige Pflicht;* Günth. *praecipuum sacramentum* c. Humm. e Long. edd. Nor. Rom. Vien. Par. Rhen. 1. 2. 3. et rec. *principum sac* MS. Lipsii, ed. pr. Put. Pogg. Mon. Rhen. min. ut *sacramentum consuli Othonis, Vitellii* cet. v. ad H. 2, 55, 1. Sed verba praec. ei non con gruunt. Id foret, quo principes quasi a populo rogati essent, non principibus clientes; *Gron.*

4. *Si civitas, in qua orti sunt* cet. cf. Caes. b. G. 6, 23. — *pace otio*, synon. ut paulo post *vi belloque.* Cf. ad c. 40. n. 11. — *torpeat*, u al. *torpere*, *torpescere*, *torpedo*, *torpor.* v. Ind. II. — *plerique nobiliu adolescentium* cet. cf. Caes. l. l. Nibelung. v. 88. Moeser I. p. 61. Maje p. 200 sq. *plerique*, v. ad Ann. 3, 28. Non soli. v. ad c. 13. n. (*adolescentium* omnes edd. praeter Put. 2. et Nor. in quibus *adolescentun* „Hoc poetice dictum et contra morem Taciti. v. Ann. 1, 46. 4, 1 H. 2, 62. Schneid. Gr. 1, 2. p. 246. Ruddim. inst. gr. I. p. 98. Ram horn. Gr. p. 46." *Hess.* — *petunt ultra* c. Long. et ed. Nor. Cf. a Ann. 3, 36, 1.

5. *quia et ingrata genti* Germanorum *quies* sc. est. Cf. ad c. 15. 1 3. — *et facilius inter ancipitia clarescant*, (v. ad Ann. 1, 36, 1.) *magnun que comitatum non nisi vi belloque tueare*, praeda hostili alere, sustenta possis, si princeps sis. Cf. ad Ann. 3, 54, 2. Tres rei causae h. l. aff runtur. „*clarescant* et *tueare*, ut *quiescas* c. 36. *acciperes*, *coerceas*, *ass quare* et *averseris* Ann. 2, 30. 3, 54. 6, 8. H. 1, 1." *Gron.* et *Hess.* *cl rescant* ed. pr. Pogg. Bip. Ob. al. *clarescunt* c. Humm. ed. Nor. Ron Rhen. 2. 3. Ern. Long. *et ut facilius i. a. clarescant* ed. Put. Rhag. Be Mon. Vien. Rhen. 1. et min. Pich. al. *tueare* Vat. 1518. 4498. Arun Long. Humm. ed. pr. Put. Nor. Pogg. Ber. Mon. Vien. Rhen. 1. et mi Pich. Ern. Bip. al. *tuentur* Vat. 1862. *tueantur* Vat. 2964. ed. Rhen. 3. et Ob.

6. *Exigunt enim* comitês a *principis sui lib. illum bellatorem equun illam cruentam victricemque frameam*, de qua v. cap. 13. et ad c. 6. n. „Hinc originem iuris clientelaris (*vasselage*) non immerito repetit Mo tesquieu esprit des loix 30, 3. Tunc quidem bellator princeps nobilita bellatrici equum, frameam, epulas dabat. Deinde, orta cupiditate, da pecunia, demum praedia, quae primum beneficia tantum fuere, post

hereditaria: tunc dicta sunt *les Fiefs*, *Lehne*, *Lehngüter*. Unde leges, quae nunc maxime vigent, feudales, *les loix féodales*." *Brot*. Princeps alium quoque equum aliamque frameam dabat, postquam priores ad usum facti erant inhabiles. v. Gebauer p. 297. Idem mortuo Comite equum frameamque recepisse videtur, ut postea praedia vasallis data. Hinc quoque ortum militare mortuarium, de quo v. ad c. 18. n. 12. et Moeser I. p. 63 sq. Ante *principis* praep. *a* inserendam censebat Acid. Sed v. ad Agr. 18. n. 5. „*bellatorem equum*, ut ap. Virg. Ge. 2, 145. *bellator taurus*, *canis venator* ap. Stat. Theb. 12, 603. et Virg. Aen. 12, 751. altero Substant. vi Adiectivi iuxta alterum posito. v. Cort. ad Sall. Iug. 64. Vechner. Hellen. p. 190. Bentl. ad Hor. od. 4, 9, 39." *Hess*. De *bellatore equo* multa disputarunt Broukh. ad Tibull. 1, 11, 46. et Gebauer p. 124 — 134.

7. *Nam epulae et convictus*, *quanquam incompti*, *largi tamen apparatus*, *pro stipendio cedunt*, contingunt, dantur sc. comitibus, ut ap. Virg. Aen. 3, 333. Hor. od. 3, 20, 7. et Sat. 2, 2, 134; *Hess*. *Nam* referendum ad enuntiationem subaudiendam: exigunt etiam victum; *Iacobs* et *Doer*. Cf. ad A. 46. n. 6. *incompti*, v. ad c. 18. n. 5. et ad c. 23. n. 3. De cibis potuque Germanorum v. cap. 23. Diodor. 5, 28. Nibelung. v. 1533. et 8192. de priscorum Romanorum frugalitate et posterorum luxu Iuvenal. 5, 12—173. et 11, 1 — 208. *epulae et convictus* ed. Put. Mon. Vien. Rhen. 1. et min. Pich. Bip. Pass. al. *convictus* abest a MS. Humm. et Long. ed. pr. Nor. Rom. Pogg. Par. Rhen. 2. 3. Ern. al. Unus Pich. intellexit, verba *largi apparatus* gignendi casu posita esse, et nemo facile dixerit, quinam sint *apparatus* illi, tam nude in medio collocati, nisi ad *convictus* retulerit; *Pass*. Sic c. 23. *cibi simplices* — *sine apparatu* cet. Hinc *apparatae epulae* ap. Liv. 23, 4. et 27, 6. ad quae loca v. Drak. et Gron. Glossa vero esse videtur non modo vox *convictus*, quae in optimis libris non legitur, sed etiam copula ei adiuncta. Utramque delevit Walch. Nos uncinis inclusimus. Si tamen retinenda est copula, suspicari possis, Tacitum *apparatus* in primo casu eoque sensu dixisse, quo *Persicos apparatus* Horat. od. 1, 38, 1. *apparatum tenuiculum* et *regium* Cic. ad div. 9, 19. in somn. Scip. 1. et Nepos Paus. 3.

8. *Materia munificentiae* principum *per bella et raptus* est: nam *latrocinia nullam habent infamiam*, *quae extra fines cuiusque civitatis fiunt* cet. ut utar verbis Caes. b. G. 6, 23. Cf. nota 9. et Ann. 11, 18. 12, 27. Caes. b. G. 6, 35. Diodor. 5, 32. Mela 3, 3. Ammian. 17, 10, 12. Sidon. Apoll. 8, 6. Thucyd. 1, 1 sq. Herodot. 5, 6. Hanc quoque maculam (ut aliam, de qua v. ad c. 12. n. 4.) a maioribus nostris abstergendam censebat Gebauer p. 136. Sed ratio habenda et temporum diversorum et bellicosae gentis. *Munificentia* plus est quam liberalitas; *Long*. Illa potissimum spectat ad beneficia in homines bene de nobis meritos collata, ut gratum testificemur animum, haec ad eorum largitionem. v. Ern. clav. Cic.

9. *Nec arare terram aut exspectare annum tam facile persuaseris* scil. principibus comitibusque eorum. Universa quoque gens magis amabat bellum quam agriculturam, hanc tamen non prorsus negligebat. Cf. cap. 5. 15. 26. 45. et ad c. 11. n. 1. Caes. b. G. 4, 1. 6, 22. 24. 29. Meier p. 56. 57. 186. 187. Weiske p. 215 sq. „Eadem de Gallis tradit Cic. de rep. 3, 9. *Galli turpe esse dicunt*, *frumentum manu quaerere*; *itaque armati alienos agros demetunt*, de Thracibus Herodot. 5, 6. ἀργὸν εἶναι, κάλλιστον· γῆς δὲ ἐργάτην, ἀτιμότατον· τὸ ζῆν ἀπὸ πολέμου καὶ ληϊστύος, κάλλιστον." *Hess*. et *Pass*. Infinitivi h. l. poetarum potius quam prosariorum scriptorum more usurpati; *Günth*. Verbum *exspectare* significat longinquitatem temporis ac spei. *exspectare annum*, dum maturae sint fruges, quas severis, ut inde habeas victum, aut *annus* pro an-

nua frugum maturitate; *Ern.* *Annum* pro annona dictum putabat Gron obss. 1, 2. pro tempore, quo fructus terrae colligimus, auctumno sei messe Longol. rectius alii pro anni s. annuo terrae proventu, annu messe. v. Markland. ad Stat. Silv. 3, 2, 22. Ruhnk. in Praef. ad Lex Scheller., Schwarz. ad Plin. pan. 29. Walch. emend. Liv. p. 107. et a Agr. 31 pr. (ubi plur. *annos*, Germ. *der Iahre Ertrag*) intpp. Val. Fl. 5 424. Lucan. 3, 70. 452. Prop. 4, 8, 14. al. Nam *annus*, *dies*, *tempu* saepe dicuntur pro iis, quae in anno, die, tempore vel sunt, vel fiun s. proveniunt. Cf. ad. Ann. 3, 4, 1. 6, 20, 1. 6, 51, 2. 14, 41, 1. e Ind. II. v. *Annus*. *hostem vocare*, provocare. v. ad Ann. 3, 35, 2. e H. 4, 80, 3. *vocare hostem* c. Arund. ed. Nor. Par. Vien. Hess. Günth v. *hostes* edd. rel. Cf. ad c. 6. n. 5. — *vulnera mereri*, honorifica virtu tis documenta et praemia. v. cap. 7 extr. ad c. 27. n. 7. et ad H. 1 27, 3. — *quin immo* postpositum. v. Ind. II. — *pigrum* et *iners* synon etsi proprie differunt; de quo v. Hess. ad h. l. et Heusing. ad Cic. d off. 1, 9. *quae sanguine possis parare* ed. Par. Lectio non spernenda; *Hes*

CAPUT XV.

Quotiens bella non ineunt, non multum venatibus, plu per otium transigunt, dediti somno ciboque; fortissimus quisqu ac bellicosissimus nihil agens, delegata domus et penatium agrorum cura feminis senibusque et infirmissimo cuique ex f milia: ipsi hebent, mira diversitate naturae, quum iidem h mines sic ament inertiam et oderint quietem. Mos est civitat bus, ultro ac viritim conferre principibus vel armentorum v frugum, quod pro honore acceptum etiam necessitatibus subv nit. Gaudent praecipue finitimarum gentium donis, quae n modo a singulis, sed publice mittuntur: electi equi, magr arma, phalerae torquesque. Iam et pecuniam accipere docuimu

1. *Quotiens* (v. ad Agr. 30. n. 1.) *bella non ineunt, non multum* ter poris (v. Ind. III. v. *Ellipses*) *venatibus, plus* temporis *per otium tran gunt*, scil. principes eorumque comites; ad quos ea, quae tum in ca 13. 14. tum in hoc traduntur, magis referenda sunt, quam ad omn Germanos. In hoc enim cap. legimus *mos est civitatibus ultro ac viriti conferre principibus* cet. Germani vero omni tempore et prae al populis dediti erant venationi, qua ipsos manes in Walhallo delecta credebant, (ut in inferis Graeci) et in qua olim, praeter canes vena cos, utebantur accipitribus atque sparvariis seu falconibus. Hoc liqu ex leg. Sal. tit. 7. c. 1. et 4. quibus conf. Xenoph. Cyrop. 1, 6, 1 Shaw voy. p. 300. Chardin voy. III, 41. 42. 335. Kaempf. amoen. ex p. 131. Busch. Handb. d. Erfind. I, 282. (ut ex leg. Sal. tit. 36. §. et leg. Ripuar. tit. 42. ius venandi ante Saec. XVI. agrorum possesso bus fuisse, non dominicum et regale) illud ex Tac. G. 17. 23. 46. Ca b. G. 4, 1. 6, 21. 26. 28. Plin. 8, 15. Sen. de prov. c. 4. Eginha c. 19. 22. Nibelung. v. 3659. et Ermoldi Nigellii carm. ap. Murat T. II. P. 2. Rudibus etiam et barbaris populis necessaria est vena propter multitudinem ferarum. Cf. Weiske p. 222 sq. Hinc *non* a *multum*, tanquam a librariis male geminatum, deleverunt Lips. E Bip. Ob. Bred. Walch. Alii omnium librorum lectionem defendunt, Longolius contendit, Caesari minorem, quam Tacito, fidem habend esse; (v. ad c. 9. n. 1. extr.) Günther, verba Caesaris 4, 1. 6, 21. n adversari probe intellecta; Barthius §. 572. Bred. et Dilth., opposita l. esse *non multum* (aliquantum) et *plus*, *venatum* et *otium*; Passovi

negationem ne posse quidem abesse, quum profecto repugnet usui ac rationi, gentem, talibus oblectationibus assuetam, quales in seqq. enumerentur, animi causa et ultra necessitates indulgere venatibus. Sed nodum h. l. in scirpo quaeri et, quae in hoc cap. legantur, ad principes potius eorumque comites, quam ad omnes Germanos, spectare, iam animadverterunt Anton. et Becker. — *venatibus* et *per otium*, v. ad Ann. 1, 7, 8. — *plus* temporis *per otium transigunt*, *dediti somno ciboque*, epulis: nam proprium fuit priscis Germanis et est omnibus populis hominibusque barbaris, *amare inertiam* et odisse labores, praeter piscatum et venationem; quo magis vero vita eorum per artes excolitur, eo magis crescit industria et sedulitas. Cf. cap. 22. Sall. Cat. 2. (ex quo verba quoque petita) Nibelung. v. 1091. 1237. 5883 sq. et itineraria. Hinc non opus est benigniore huius otii interpretatione, quam ex Aeliani V. H. 10, 4. Plut. Lyc. c. 24. p. 117. et Cic. de or. 2, 2. deprompsit Gron. *dediti* magis convenit *somno*, quam *cibo*. v. ad Ann. 2, 20, 2.

2. *delegata domus et penatium et agrorum cura feminis senibusque et infirmissimo cuique ex familia*: de concursu copularum v. ad c. 1. n. 1. de re ipsa cap. 25. et Strabo 4, 4, 3. *delegata*, v. ad c. 20. n. 2. „*Domus* h. l. vel familia et liberi, vel omnis res domestica, cuius potissimae partes *penates* seu domus, cui penates praeesse credebantur quamque incolit paterfamilias, et *agri*, quos colit; ut c. 25. *sedes*, (in medio aevo *curia*, Germ. *Hofraite*, *Wohnung*; *Hess.*) integra eius possessio, et *penates*, aedificia paterna, cap. 32. *familia et penates*, vel idem, vel Germ. *Haus und Hof*." *Gebauer* p. 402 sq. 580. Cf. ad Ann. 2, 84, 1. et 3, 34, 2. „De Penatibus Laribusque Romanorum v. Cic. N. D. 2, 27. ibique Creuz., Heyne Exc. IX. ad Virg. Aen. II. et Cort. ad Sall. Cat. 20, 11." *Hess.* De Penatibus Germanorum, Marcopeten, Coltky, Barstucken, Cobalde aliisque v. Arnkiel I, 50. et Grupen. — *ex familia*, non servorum, sed quo sensu nobis *Familie* dicitur; *Hess.*

3. *ipsi hebent*, ut paulo post *amare inertiam* et c. 14. *otio torpere*. Cf. ad Ann. 3, 69, 1. — *diversitate naturae*, non varietate, sed repugnantia, (v. ad Ann. 2, 60, 1.) contraria quasi indoli naturae, quae secum ipsa pugnare videatur, *quum iidem homines sic ament inertiam*, otium in pace, *et oderint quietem*, anquirentes occasionem bellandi. Cf. nota 1. et ad c. 14. n. 4. 5. „Neque tamen *mira* est haec *diversitas*, sed *naturae* omnino consona. Apud barbaros extrema sunt omnia, pax, bellum; motus, inertia; amor, odium. Nihil moderati. Causa est, quod impetu magis quam ratione reguntur." *Brot.* *ipsi hebent*; *mira div. nat.* recte c. Farn. Humm. Long. Stuttg. edd. Nor. Rom. Lips. et rec. *ipsi habent m. d. n.* ed. pr. *ipsi habent m. d. natura* ed. Pogg. et *naturam* in marg. *ipsi habent miram diversitatem naturae* Put. Mon. Vien. Rhag. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Hic tamen verum perspexit. *ipsi habitant mira d. n.* ed. Par. De simili varietate lect. v. ad c. 45. n. 2. — *oderunt* Vien. Par.

4. *Mos est civitatibus* cet. qualis etiam heroum temporibus fuit. Cf. Hom. Od. 11, 183 sq. et sup. ad c. 7. n. 2. „Haec tributorum primordia. At tunc collationes fiebant *ultro*, sponte ac sine ulla necessitate. Fiscorum initia vidimus cap. 12. Vectigalium usum docuere Romani, qui ea a Germanis exigebant. v. H. 4, 65. Postea, quum vigerent tributa, iussi sunt Saxones regibus dare *armenta* et *fruges*. v. Eccard. II. T. I. p. 84. 392. 480." *Brot.* — *ultro ac iurium* c. Long. et ed. Rom. — *conferre principibus* sc. aliquid, (quod adiectum in ed. Nor.) ut Gr. τί, *vel armentorum vel frugum*, *quod* cet. Ita Lips. Gron. Ob. Pass. Hess. coll. Tac. Ann. 15, 53. *ut quisque audentiae habuisset*, Varr. R. R. 3, 16. *suffumigandum et prope apponendum bene olentium herbarum*, Ammian. 14, 7, 18. *promittentes armorum*, Apul. Met. V. *auri vel monilium donare*, Horat. Sat. 2, 6, 83. 2, 8, 55. Plaut. Rud. 4, 4, 144. Pausan. 10, 14.

Θεμιστοκλῆς λαφύρων τῶν Μηδικῶν κομίζων, Aelian. V. H. 5, 13. *εἰ* [...] *αὐτῇ παρὰ δόξαν γένοιτο τοῦ πνεύματος*, 11, 5. *ἐνέβαλον τῶν ἱερῶν χρημάτω[ν]* v. Leisn. et Schaef. ad Bos. ellips. p. 475 sq. Alii et inter hos Ram[s]horn. Gram. p. 169. recte, opinor, ante *armentorum* intelligunt *id*, v[t] *quod* pro *id quod* dictum censent, neque tum omnino scribendum s[u] *veniat*, quod contendebat Günth. Cf. ad Ann. 2, 26, 4. — *pro hono[re]* *exceptum* ed. Par. „*Honos* h. l. praemium, *Ehrengeschenk*. v. Matthiae [a]d Cic. p. Rosc. Am. 37. Ruhnk. ad Ter. Eun. 5, 6, 22. et Forcell. *nec[es]sitatibus* sc. principum, non civitatum, quod supplet Luden T. I. [p.] 726. 41." *Hess.*

5. *Gaudent* (v. ad c. 46. n. 8.) *principes praecipue fin. gent. doni[s]* *quae non modo a singulis, sed* etiam (v. ad Ann. 1, 57, 1.) *publice m[it]tuntur*, a gentibus earumve nomine. Cf. cap. 5. 13. 21. H. 4, 76. Ca[es.] b. G. 1, 35. Weiske p. 226 sq. *sed et publice* c. Arund. ed. Nor. Put. [...] Mon. Par. Rhen. *sed publice* Put. 1. et rel. — *magna arma*, nam Germ[a]nis *magna corpora* c. 4. et *maiores lanceae* c. 6. — *phalerae*, v. ad H. 2, 89, 3. — *torquesque*, armillae, *armboeuge* Nibelung. v. 5303. Cf. Strab[o] 4, 4, 3. Suet. Aug. 25. Flor. 4, 12. al.

6. *Iam et pecuniam accipere docuimus:* haec amare dicta in Roma[]nos, qui iam degeneraverant a virtute maiorum et pecunia donisque no[n] modo amicitiam regum Germ., Ariovisti, Segestae, Malovendi, Abgande[]steri aliorumque, sed etiam pacem a Germanis emere coeperant. D[e] illo, quod unice huc spectare putat Becker, v. H. 4, 76, 4. et Caes. b. G. 1, 35. de hoc c. 42. n. 9. Ann. 2, 13. et, quos Hess. laudavit, Di[o] 67, 7. 68, 9. Herodian. 1, 6. 6, 7. Capitol. M. Anton. c. 21.

CAPUT XVI.

Nullas Germanorum populis urbes habitari, satis notum est; ne pati quidem inter se iunctas sedes. Colunt discret[i] ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Vicos lo[]cant non in nostrum morem connexis et cohaerentibus aedifi[]ciis: suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus ca[]sus ignis remedium, sive inscitia aedificandi. Ne caementorum quidem apud illos aut tegularum usus: materia ad omnia utun[]tur informi, et citra speciem aut delectationem. Quaedam loc[a] diligentius illinunt terra, ita pura et splendente, ut picturam ac lineamenta colorum imitetur. Solent et subterraneos specu[s] aperire, eosque multo insuper fimo onerant, suffugium hiem[i] et receptaculum frugibus, quia rigorem frigorum eiusmodi loci molliunt et, si quando hostis advenit, aperta populatur, abdit[a] autem et defossa aut ignorantur, aut eo ipso fallunt, quod quae[]renda sunt.

1. *Nullas* a *Germanorum populis* (v. ad c. 3. n. 7.) priscis et i[n] Germania magna s. Transrhenana, (non Cisrhenana; v. Ammian. 17, 1.) ante Henrici I. tempora aut Saec. V. *urbes habitari* et *vicos*, *in nostru[m]* *morem*, *connexis et cohaerentibus aedificiis* (a quorum coniunctione vicu[s] dicebatur *Torp*, *Thorp*, *Dorp*, *Dorf;* Anton. IV. p. 163.) et muro cir[cum]ctis: nam tales tantum designantur *urbes* et *vici*, quod etiam ex reliqui[s] Taciti verbis patet; et de priscis Germanis idem valebat, quod de Bri[]tannis tradidere Strabo IV. p. 200. et Caesar b. G. 6, 21. (*Oppidum* *vocant*, *quum silvas impeditas vallo atque fossa munierunt*, *quo incursioni[s]* *hostium vitandae causa convenire consuerunt.*) Iidem *ne patiebantur qu*[...]

tim inter se iunctas aedes oderantque urbes hodiernis similes et muris circumdatas, ut munimenta servorum et paventium, (unde et Lycurgus Spartam muro cingi vetuit) ut receptacula hostium aut ut loca crebris horum incursionibus obnoxia; quibus appropinquantibus in silvas suas refugiebant. v. Tac. Ann. 4, 64. Ammian. 16, 2. 3. Hinc non contraria sunt, quae referunt de Germanorum oppidis Tac. Ann. 1, 56. 2, 62. al. et Caesar. b. G. 2, 29. 4, 4. 19. 6, 10. de L castellis, a Druso per Rheni ripam directis, e quibus in urbes excreverunt Argentoratum, Nemetes, Moguntiacum, Vangiones et alia, Flor. 4, 12. de XCIII urbibus Ptol. 2, 11. Cf. Witichind. l. 1. p. 639. Mannert. III. p. 430 sq. Wüsteman. diss. de urb. Germ. Witt. 1755. Anton IV. p. 161 sq. Moeser T. I. p. 4. 5. 8. 113 sq. Barth §. 555. 556. Schlegel p. 37. Weiske p. 231 sq. Fr. Wilken hist. Germ. I, 44. 45. inpr. Kruse Archiv für alte Geogr. Vratisl. 1822. fasc. II. p. 1—59. et fasc. III. Tacitum tamen, falsis aliorum narrationibus deceptum, errasse contendit Becker.

2. *Colunt discreti ac diversi,* ut etiam nunc rustici Germ. v. Moeser ll. ll. — *ut fons, ut campus, ut nemus placuit,* cf. Caes. b. G. 6, 30. de Gallis. Hinc multorum in Germania oppidorum nomina terminantur in *Born, Bach, Furt, Feld, Au, Wald, Hain, Berg, Stein.* v. Cluver 1, 7, 13. Moeser I. p. 4. Barth. II. p. 248. et 376 sq.

3. *Vicos locant* (ut Virg. Aen. 1, 251.) *non in nostrum morem* cet. v. ad c. 12. n. 9. et Weiske p. 233 sq. *longant* Nor. Par. *non nostro more* c. Arund. „Male. v. Heind. ad Hor. Sat. 2, 1, 63." *Pass.* — *connexis et cohaerentibus* synon.

4. *Suam quisque domum,* ut etiam nunc, *spatio circumdat,* area, aula, sepis munimento cincta, Suec. *Gard,* unde *Stargardia, Nowgorodia.* Quae domus, ab aëris iniuria defendens, dicebatur *Hut, Huta, Hutte, Hytte, Hydda, Hütte* a verbo *hüten,* custodire, tueri. v. Anton. IV. p. 163. Hinc *Salica terra* et *lex,* de quibus v. ad c. 20. n. 10. extr. Itaque cuivis propria fuit domus, neque contraria sunt, quae dicuntur c. 26. *arva per annos mutari et superesse agrum,* quod putabat Moeser I. p. 7. 8. v. ad c. 12. n. 9. et ad c. 26. n. 4. — *adversus casus ignis remedium,* „qui casus pace magisque bello metuendi casis stramento tectis. v. Caes. b. G. 5, 42. Canadenses populi, Germanis incautiores, casas parum separant, ideoque incendiis saepe obnoxii." *Brot.* — *sive inscitia aedificandi* dimidius hexameter. Cf. Ind. III. v. *Versus.* „De discrimine inter *inscitiam* et *inscientiam* v. Gernh. exc. ad Cic. parad. 3, 1. p. 293 sq. et Wolf. ad Cic. N. D. 1, 1." *Hess.* et *Dronk.* ad O. 28.

5. *Ne caementorum quidem apud illos aut* (*aut ant* Rhen. 2. 3. *aut ante* Rhen. 1. et Ald.) *tegularum usus: materia ad omnia utuntur informi,* rudia sunt aedificia, qualia Romae exhibet columna Antonina, casae aut tabernacula stramentis ramisve et fronde tecta lignisque coagmentatis, non dolatis, structa. Cf. cap. 46. O. 20 extr. Caes. b. G. 5, 2. 43. 6, 22. Strabo 4, 4, 3. et l. 7. p. 281. Sen. de prov. 4. Herodian. 1, 7. 7, 2. Cluver. 1, 13. Barth. §. 556. Pluribus aedium locis erant foramina, (*Loecher;* unde *Luken*) quae fenestrarum (*Fenster*) vicem explebant arcebantque ventum; hinc Angl. *Window,* Dan. *Vindve,* Germ. *Windlöcher.* In medio et nuda humo focus, in quo ignis. Inde *Herd, Haerd, Hearth* ab *Erde,* et fornax *Ofen, Oven, Ogn,* ab igni sic dicta. v. Anton. IV. p. 163. 164. *Caementum* omne quod caeditur, sive lignum, sive lapis; *Long.* — *citra speciem,* sine specie, ut Agr. 1. 35. O. 27. 41. multisque locis Plinii, Ovid. et Suet. nullo Livii et Cic. „Contra Florus 1, 3, 5. dixit *intra gloriam esse* et ἀναλόγως Livius 10, 30. *superiacere fidem,* Gr. ὑπερακοντίζειν πίστιν. v. Gron. ad Liv. 10, 30. et Matthiae Ind. in Cels." *Walch.* ad Agr. 1. Cf. Duk. ad Flor. 3, 1. Zumpt. Gr. §. 65. et Forcell. Materiae nulla est *species,* (*Ansehen*) non est speciosa, neque *delectat*

oculos vel animum; *Bred.* „*citra speciem aut delectationem* per ἓν διὰ δυοῖν dictum pro: citra speciem, quae efficiat delectationem: nam *aut* pro copula posuit, quod in praep. *citra* negatio inest." Roth. p. 54. Cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin* et ad Ann. 1, 16, 1.

6. *Quaedam loca diligentius illinunt terra*, argilla s. luto, ut putant aut gypso, rubrica, calce, creta, inpr. Britannica. Cf. Herodian. 7, 2 et Barth. §. 556. *Quae media loca — imitentur* corr. V. D. in Ephem lit. Ien. a. 1818. m. Nov. *illiniunt* c. Arund. *illimunt* coni. Barth. l. l Sed est verbum nihili. — *et splendente* pro vulg. *ac spl.* dedi ex ed. pr Put. Pogg. Mon. Rhen. 1. 2. 3. Ald. quia *ac* sequitur. — *picturam ac lineamenta colorum* aut synon. sunt aut per ἓν διὰ δυοῖν dicta pro *picturam per lin. colorum*: nam colores sunt, quibus artifices pingendi utuntur; Roth. p. 54. Cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin*. *Lineamenta colorum* Germ. *Farbenschattirungen*, vel potius *arabeskenartige Schnörkel.*: nam Tacitus ad aedes Rom. respexisse videtur; *v. Lestsch.* p. 231. *liniamenta* ed. pr. Par. Rhen. 1. 2. 3. *invitet* pro *imitetur* Rhen. 2. 3. Ald. Gryph

7. *Solent et subterraneos specus aperire* (v. ad H. 3, 25, 6.) *eosque multo insuper fimo onerant* cet. Hoc antiquissimum habitationis genus *Long.* Cf. Ovid. Met. 1, 121. Dithmar. ad h. l. Anton. IV. p. 177. Faber Archaeol. T. I. p. 9. Idem de Germanis Plin. 7, 56. 19, 2. et Ammian. 17, 1. de Africanis Hirt. b. Afr. 65. tradunt; *Hess.* „Idem de Sarmatis Mela 2, 1. et de frigida Armeniorum regione Xenoph. exped Cyri 4, 5, 25. Frustra autem originem stubarum (ita appellant) petunt istinc: quid enim simile? Quae tamen antiquae et subditus calefacta per ambientes quosdam tubos. v. Iuliani Antioch. pr. Sen. de prov c. 4. et ep. 91. al. 90." *Lips.* *Specus* h. l. cellariae et quidem subterraneae, (*sub terra* ap. Plin. et Hirt. ll. ll. Germ. *Keller*) non, ut apud Romanos, structae in terra, ut aedes; *Grotef.* ab Hess. laudatus et *Luden* T. I. p. 541. *operire* Par. — *fimo operiunt* c. Arund. et Bamb.

8. *suffugium hiemi et receptaculum frugibus*, v. ad c. 23. n. 1. e Plin. 19, 2, 1. *suffugiumque* Par. et Vien. — *aperta populatio* c. Long et Vat. 2964. ed. Nor. et Rom. Haud spernam, dummodo *aperti* sive *apertorum populatio* legatur; *Pass.* *autem* delendum; *Mur.* et *Acid.*

CAPUT XVII.

Tegumen omnibus sagum, fibula aut, si desit, spina consertum. Cetera intecti totos dies iuxta focum atque ignem agunt. Locupletissimi veste distinguuntur, non fluitante, sicut Sarmatae ac Parthi, sed stricta et singulos artus exprimente. Gerunt et ferarum pelles, proximi ripae negligenter, ulteriores exquisitius, ut quibus nullus per commercia cultus. Eligunt feras et detracta velamina spargunt maculis pellibusque beluarum, quas exterior Oceanus atque ignotum mare gignit. Nec alius feminis quam viris habitus, nisi quod feminae saepius linei amictibus velantur eosque purpura variant, partemque vestitu superioris in manicas non extendunt, nudae brachia ac lacertos sed et proxima pars pectoris patet.

1. *Tegumen omnibus sagum, fibula aut, si desit, spina consertum cetera intecti totos dies iuxta focum atque ignem agunt*, ut hodieque Germani rustici et Canadenses. Cf. ad c. 6. n. 7. ad Ann. 2, 17, 2. et 6 15, 1. *Sagum* vestis non ampla, quae humeros tantum et terga tegeret rusticis maxime et militibus Rom. usitata; *Bred.* Carolo M. *sagum Venetum*; Eginh. XXIII. De vestitu Germ. et de *fibula*, Germ. *Heftel*, al

Spange, v. Bülav. p. 235 sq. „De *fibulis*, quibus vestes connectuntur, v. Heyne ad Virg. Aen. 4, 139. et de pluribus earum generibus Beger. in Thes. Brand." *Hess.* *si ea deest* Par. Pro *spina* leg. *pinna*, sive e pisce, sive e ligno aut alia materie, ut hodieque a tenuibus aut sordidis factitatur; *Lips.* Sed *spina* rudibus hominibus pro *fibula* est in locis incultis; *Ern.* Ut etiam pauperibus. Cf. Virg. Aen. 3, 594. Ovid. Met. 14, 166. ibique intpp.

2. *Locupletissimi veste distinguuntur, non fluitante, sed stricta et singulos artus exprimente*, Germ. *Hemd*, non a Suec. *hema*, tegere, sed ab *Hanf*, cannabi, sic dicta; *Anton.* IV. p. 171. „*Strictius assutae vestes procera coercent Membra virum: patet iis arctato tegmine poples*, Sidon. pan. Maior. v. 243. Pannoniae dictae Dioni 49, 36. ὅτι τοὺς χιτῶνας τοὺς χειριδωτοὺς ἐξ ἱματίων τινῶν ἐς πάννους ἐπιχωρίως πως καὶ κατατέμνοντες καὶ προσαγορεύοντες συῤῥάπτουσι, *quod tunicas manuleatas ex centonibus quibusdam et pannis, ut appellant, patrio more conscindunt et coaptant.* Certum mihi est, describi tunicam Germanorum vet. et Pannonum e variis panniculis, a quibus etiam nunc *Pantrock* vocamus, praeter Romanum et Graecum morem ad singula membra aptatam." *Lips.* Cf. ad H. 1, 40, 1. et Gron. obss. 2, 7. — *non fluitante*, *sicut Sarmatae ac Parthi*, qui bracis, laxis feminalibus seu femoralibus, utebantur, ut Indi, Medi, Phryges, Lydi, Daci, Getae, Batavi, Vangiones et Germani, *qui postea coeperunt hosis uti*, ut dicit Paul. Diac. 4, 23. v. intpp. Lucani 1, 430. Pers. 3, 53. Mel. 3, 4. Ovid. Trist. 3, 10, 19. 5, 7, 49. Iustin. 41, 2. Iuvenal. 2, 169. inpr. Aelian. V. H. 12, 32. ibique Periz. Id de plebe tantum ceperim; *Lips.* Apud Romanos toga laxior a divitibus et delicatis, angustior a pauperibus gestabatur; *Hess.* coll. Hor. epist. 1, 18, 30. 1, 19, 13. Vestis *fluitans* laxa et ampla, Germ. *flatternd*, *wallend*, quae *fluere*, *defluere*, *fundi ad pedes et talos* dicitur Prop. 3, 17, 32. Virg. Aen. 1, 404. Tibull. 1, 7, 46. al. Ei h. l. opponitur *stricta*, Germ. *eng*, *anschliessend.* Sic et *artus fluentes*, *fusi*, *flaccidi*, *penduli*, ut contra *stricti artus* Chattorum G. 30. densi, validi, Germ. *derbe*, *feste*, *straffe*, *gedrungene*, *nervichte Glieder.* Cf. ad O. 39. n. 2. „*Artus exprimere* de veste, ad accuratissimam corporis humani imitationem confecta, ut ap. Hor. epist. 2, 1, 248. A. P. 33. et ἐκμάττεσθαι εἰκόνα de iis, qui cera gypsove imagines effingunt. v. Schaefer ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 378." *Pass.* Designatur vestis, per quam singulos artus quasi expressos cernere licet: quod ductum a signis et imaginibus, quae vultus exprimere et repraesentare dicuntur; *Jacobs.* Cf. ad H. 3, 74, 2. *arctus* c. Long. et ed. Nor. v. Drak. ad Sil. 7, 280. et Broukh. ad Tibull. 1, 5, 53.

3. *Gerunt et* frigoris arcendi causa *ferarum pelles*, tam maiorum, ursorum, luporum, aprorum, cervorum, ovium, caprarum, quam minorum, ut felium, leporum, vulpium, melium, lutrarum, cuniculorum, murium silvestrium (*marturinas* s. *marturum* ap. Helmold. Chron. Slav. 1, 1.) et Ponticorum, (*Zobel*, *Hermelin*, cf. G. 44. Plin. 10, 73. Rutil. Numat. Itin. 2, 49. Aelian. de anim. 14, 14. 17, 17. Virg. Ge. 3, 383. Caes. b. G. 4, 1. 6, 21.) vel simplices, more barbarorum, (v. G. 46.) vel arte adornatas consarcinatasque, Germ. *Peltze*, *Wildschuren*, Rom. *mastrucas* et *rhenones* s. *renones*: (Isidor. orig. 19, 23.) nam *rhenones* sunt potius pelles vel vestes pellitae, quam tarandi, (*Rhennthiere*) quos, ut nunc sint in Lapponia, ita priscis temporibus etiam in Gallia et Germania fuisse, ex Caes. b. G. 6, 26. (*boves cervi figura* in silva Hercynia) et ex descriptione tarandi in Miroir de Phébus par Gaston III. Phébus, Comte de Foix, collegit Buffon. hist. nat. T. XII. p. 82 sq. Is quidem hoc persuasit Oberl. ad Caes. b. G. 6, 21. 26. Comiti de Mellin, (Schriften der naturf. Freunde in Berlin 6, 7.) Schrebero

(Säugthiere V, 1042.) aliisque. Sed coniecturam hanc primum in dubium vocavit Camper (Oeuvers I, 309.) et plane refutavit Cuvier Recherches sur les ossemens fossiles Paris. 1823. T. IV. ubi docuit, Hercyniam silvam immensae olim magnitudinis fuisse, (v. ad c. 28. n. et Caes. b. G. 6, 25.) et a Gastono Phoebo non ad radices Pyrenaei sa tus, sed in itineribus, per Borussiam et Scandinaviam a. 1357. (1358. factis, visos captosque fuisse tarandos. A pellitis vestibus Germani etiam, ut alii barbari, dicuntur *pelliti, pelligeri* et *mastruca* Sidon. Apoll. 7, 223. ep. 4, 20. 7, 9. et Venant. Fortun. poem. 9, Cf. ad H. 2, 88, 7. Eginh. c. 23. Iustin. 2, 2. Sen. ep. 90. Ammian. 3 2, 5. intpp. Cic. de prov. cons. c. 7. Liv. 23, 40. Plin. 33, 12. s. 5 Flor. 2, 6, 35. et inpr. libri utilissimi Joh. Beckmanni Gesch. d. Er find. V, 17. Vorrath kleiner Anmerk. I, 11. p. 87. Naturg. d. Alte Goett. 1766. p. 60 sq. 193. über die vorn. Thiere des alten Teutschl. i Büschings Abhandl. u. Nachr. von und aus Russland Regiom. 176 p. 60 — 66.

4. *proximi ripae* Romanae, sc. Danubii et praecipue Rheni, u c. 23. 28. 41. Ann. 13, 54. Hinc *nostra ripa* Agr. 28. (ubi v. not. 5. et *utraque ripa* G. 37. sc. Rheni: nam c. 41. Tacitus dixit: ut *paulo ant* (inde a c. 28.) *Rhenum, sic nunc Danubium sequar.* — *negligenter,* null delectu ornatuque, quia *commercia* habent cum provinciis Rom. ideoqu utuntur vestibus melioribus, laneis, lineis et sericis, ad modum pro vincialium; at *ulteriores*, remotiores a Rheno, ad quos penetrare no audent mercatores ex Italia Galliisve, (v. ad Ann. 2, 24, 2.) *exquisitius* quia aliis vestibus carent, *per commercia* receptis, et magna apud eo ferarum copia est, quarum pelles neque vendere possunt, neque permu tare, gerunt harum pelles, in vestitu pelliceo *cultum* artemque adhiben tes et *eligentes* sibi optimas pelles et pulcherrimas. Ita Longol. e iam ante eum Lipsius, qui recte h. l. repudiavit transpositiones verbo rum. Cf. Caes. b. G. 4, 2. et 3.

5. *Eligunt feras*, inpr. vulpes, castores, lutras et mures, *et de tracta velamina spargunt maculis pellibusque beluarum*, lutrarum phoca rumque s. vitulorum marinorum. Cf. nota 3. et Nibelung. v. 1465. 1475 *beluarum*, ut *baca, braca, anulus* in antiquiss. MSS. *maculis pellibusque* maculatis pellibus, *spargunt*, h. e. detractis ferarum velaminibus assu unt s. annectunt pelles beluarum marinarum sparsim maculatas. Cf. a c. 7. n. 6. et Ind. III. v. *Hendiadyoin* et *Syllepsis*. „Varietate colorun laetantur omnes barbari. Inde Germani e diversarum beluarum pellibu diversas lacinias assuebant, et adhuc septentr. populi, *les Groenlandois les Esquimaux*, barbarae veterum Germanorum reliquiae, trichecorum spinacum, lutrarum phocarumque pellibus vestiuntur. Nos quoque, lice elegantius, nivea murium Ponticorum vellera nigris agnorum maculi spargimus et variegamus." *Brot.* Cf. nota 3. „*Maculae pellesque beluarun* pro *maculae e beluarum pellibus confectae.*" *Passov.* qui de hoc loquend genere copiose accurateque egisse dicit Walchium emend. Liv. p. 65—69 Hic docet, particulas *et, ac, que* saepius ἐξηγητικῶς, explicative pon pro *hoc est, nempe, scilicet, nimirum, et quidem, isque, eaque* cet. It Ann. 1, 2. 10. 20. 32. 40. 2, 14. 3, 1. 28. 64. 4, 3. 6, 31. 48. 13, 42 14, 51. H. 1, 7. 3, 16. 4, 53. 61. Agr. 17. Sic et Gr. καί. v. Krüge ad Xenoph. anab. 1, 5, 8. — *exterior Oceanus atque ignotum mare*, v ad c. 1. n. 2. *Exterior O.* i. e. exterior pars Oceani: nam alio sensu s sumpseris, vere otiosum vel molestum erit Adiectivum; *Günth.*

6. *Nec alius feminis quam viris habitus*, v. ad c. 27. n. 7. et a Ann. 1, 10, 11. — *nisi quod feminae saepius* quam viri *lineis amictibu velantur*, cf. Plin. 19, 1. s. 2. Diodor. 5, 30. et Claudian. in Eutrop 2, 183. Paulus Diac. 4, 7. (23.) de viris et Langobardis: *vestimenta e*

erant laxa et maxime linea, qualia Angli-Saxones habere solent, ornata institis latioribus vario colore contextis, qui nunc proprius mulierum Germ. amictus; *Lips.*

7. *eosque purpura variant*, distinguunt variegantque rubro colore, succo e plantis vel floribus expresso: nam non modo Tyria purpura priscis Germanis ignota fuit, sed et coccum iam dudum ei substitutum; *Long.* et *Dilth.* Cf. Bocharti Hieroz. 2, 4, 9 — 11. *eosque et purp. v.* ed. Vien.

8. *partemque vestitus superioris in manicas non extendunt*, graphice pro: superior vestis non habet manicas; *Jacobs.* Viris contra in usu erant sagum et praecipue tunicae manicatae s. manuleatae, χιτῶνες χειριδωτοί, χειρίδες. v. Strab. 4, 4, 3. et 4. Dio 49, 36. Herodian. 4, 7. Tale vestimentum Romanis mollius videbatur et feminis aptius quam viris, et domi gestare indecens. v. Gell. 7, 12. Cic. Phil. 11, 11. intpp. Virg. Aen. 9, 616. Casaub. ad Suet. Caes. 45. et Ruben. de re vest. 1, 4. — *nudae brachia ac lacertos*, v. ad Ann. 2, 17, 2. *Brachia* a manu usque ad cubitum, *lacerti* a cubito ad humerum; *Long.* „Cf. Cuperi obss. p. 475. et Platz. in Seeb. Archiv f. Philol. a. 1824. II, 394." *Hess.* *brachia et lacertos* c. Tur. ed. Mon.

CAPUT XVIII.

Quanquam severa illic matrimonia, nec ullam morum partem magis laudaveris. Nam prope soli barbarorum singulis uxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiuntur. Dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert. Intersunt parentes et propinqui, ac munera probant, munera, non ad delicias muliebres quaesita nec quibus nova nupta comatur, sed boves et frenatum equum et scutum cum framea gladioque. In haec munera uxor accipitur, atque invicem ipsa armorum aliquid viro affert. Hoc maximum vinculum, haec arcana sacra, hos coniugales deos arbitrantur. Ne se mulier extra virtutum cogitationes extraque bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in proelio passuram ausuramque: (hoc iuncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant) sic vivendum, sic pereundum: accipere se, quae liberis inviolata ac digna reddat, quae nurus accipiant rursus, quae ad nepotes referantur.

1. *Quanquam severa illic matrimonia;* impudicitia severis legibus coercita. v. cap. 19. leg. Sal. 8. 9. 12. 13. 14. 23. Salvian. de gubern. dei VII, 222. 224. 253. Procop. 4, 14. Val. Max. 6, 1. ext. 3. Flor. 3, 3. Ameleng p. 82 — 90. Adelung p. 300. Weiske p. 241 sq. Talia matrimonia non fuisse Romae, notum vel ex Iuvenal. Sat. VI. Hor. Sat. 1, 2. od. 3, 6. *Quanquam* absolute positum pro *attamen*, *nihilo secius*, ut saepissime ap. Cic. „Exacte ea vox respondet Gr. καίτοι. v. Herman. ad Viger. annot. 333." *Walther.* Non satis apta exempla Tac. Ann. 2, 1. et 2, 34. a Pass. laudata. Idem arcte coniuncta distrahi sensumque foede corrumpi dicit ab iis, qui initium novi cap. faciant a verbis praec. *sed et proxima p. p. patet*, aut a seqq. *nec ullam morum p. m. l.* Refragantur Welker, Dilth. et alii, quia ex iis, quae dicta sint de nuditate brachiorum et pectoris, facile elici potuerit contraria sententia idque

praecaverit Tacitus. Minus probabilis explicatio Beckeri: *Quanquam se vera illic matrimonia;* (ut *severum*, *atrox* et *horrendum imperium* ap. Liv 8, 6. et 7.) *nec*, non tamen, *ullam morum p. m. l.*

2. *Nam prope soli barbarorum singulis uxoribus contenti sunt*, quisque eorum una uxore: quod non minus mirum videbatur Majero p. 15(sq. quam quod c. 19. de perpetuo viduarum coelibatu traditur. *barbarorum*, exterorum populorum, qui non sunt Romani, quemadmodum Graeci et Aegyptii βαρβάρους πάντας καλέουσι τοὺς μὴ σφίσι ὁμογλώσσους Herodot. 2, 158. „v. Gebauer p. 241 sq. Passov. Lex. Gr. et Goeller in Act. philol. Monac. II, 2. p. 208." *Hess.* Cf. Irmisch. ad Herodian. 1 1, 5. *prope soli barbarorum — sunt:* idem valet de Aegyptiis, Gallis Hispanis, Huronibus. v. Cluver. 1, 20. et P. de Charlevoix Iournal hist. d'un voy. de l'Amérique p. 283. Polygamia, etsi admodum noxia legibus omnium paene Orientis populorum non praescripta quidem, sed concessa erat, ut et concubinatus. v. Herodot. 2, 92. Diodor. 1, 80 Grot. de verit. rel. christ. 2, 13. et de iure B. et P. 2, 5. 11. Michaelis ius Mos. §. 95. Jani bibl. Archaeol., I, 2. p. 235 sq. Süssmilch göttl Ordnung in d. Veränd. d. menschl. Geschl. II, 21. §. 413 — 420. e Dithm. ad h. l. ubi haec annotavit: „Apud Romanos de pluribus uxoribus ducendis in senatu actum fuisse, referunt Gell. 1, 23. et Macrob Sat. 1, 1. 6. Sed fabulam esse putavit Polyb. 3, 20. De lege a Caesare iam parata v. Suet. Caes. c. 52. ibique intpp. Etsi vero duas uxores habuerit M. Antonius et Valentinianus iunior legem tulerit, ut licere cuivis viro duas uxores ducere, nullam tamen ea vim habuit. v. Niceph hist. eccl. 2, 33. et Socrat. hist. eccl. IV. Ex concubinis nati Carolu Martellus et Arnulphus Imp. v. Annales Fuld. a. 715. et Ann. Metens a. 880. Regino l. II. Quum vero circa illa tempora matrimonium coepisset haberi sacramentum, prohibita polygamia et concubinatus a Pipino, Carolo M., Ludovico Pio et Lothario in Capitular. (v. Baluz T. I. p. 540. 962.) sed tantum sub multa. Certe toleratum adhuc fuisse concubinatum, liquet ex Capitul. VII, 59." Mentio quoque fit polygamiae in leg. Wisigoth. IV, 5, 5.

3. *exceptis admodum paucis, qui non libidine*, (non ob libidinem ut ei indulgeant) *sed ob nobilitatem*, (v. ad Ann. 1, 7, 8.) *plurimis nuptiis ambiuntur*, a pluribus puellis expetuntur ad matrimonia ineunda hisque ita iunguntur; *Weik.* *Ambiri* h. l. quasi ultro sibi offerri, u Ann. 2, 43. et H. 4, 51; *Pich.* Unicum huius rei temporisque exemplum, quod Taciti animo obversatum videtur, nobis notum est, Ariovisti. v. Caes. b. G. 1, 53. „Ita et maritos ambierunt Basina, Thuringiae regina, quae, relicto viro suo, ad Childericum venit eique copulata est coniugio, (v. Gregor. Turon. 2, 12.) et Thalestris, Amazonum regina: (v. Curt. 6, 5.) verius tamen videtur, istum *ambitum* in Germania non fuisse ipsarum virginum, sed socerorum et affinium, *nobilitati* per suarum nuptias innecti desiderantium; et Regibus tantum licuit duas ducere uxores, ut Ariovisto, quod non ex verbis *admodum pauci* patet, ut volebat Cluverius 1, 20., sed ex illis *ob nobilitatem*, ex qu reges sumi Tac. cap. 7. dixerat." *Gebauer* p. 222—224. Enimvero *nobilitas* neque regia dignitas dici potest, neque vulgari sensu accipi d generis antiquitate. Auctoritatem et splendorem ita augendum designat putat Barth. §. 603. et opulentiam Majer p. 48. 50. 178. cuius sententi ceteris praeferenda videtur. v. ad cap. 11. n. 1. *ob nobilitatem*, ad ope potentiamque ipsorum augendas; *Hess.* *Ambire connubiis* dixit etiam Virg. Aen. 7, 333. sed *Latinum*, patrem puellae. *Ob* quomodo differa a *propter*, tirones discent e Zumpt. Gram. §. 65. et Grotef. Gr. I. p. 19(

4. *Dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert;* in ed. Nor. e Rom. desideratur *uxor*, in MSS. Arund. et Bamb. *marito*, quod Seel

uncinis inclusit: (et omittendum censebat Bred.) utrumque male; *Pass.* „Apud Germanos emebantur uxores, ut patet ex Leg. Saxon. tit. 6. leg. 1. Leg. Sal. tit. 47. Leg. Burgund. tit. 66. 69. Leg. Ripuar. tit. 37. Qua autem pompa uxorem peterent, intelligi potest ex Sidon. Apollin. ep. 4, 20." *Brot.* Apud Romanos in usu erat *dos*, ut apud Graecos *προῖξ*, id quod sponso a sponsa vel huius nomine a parentibus eius alieve promittebatur et dabatur, ut onera matrimonii communiter sustinerentur; (cf. Hom. Odyss. 11, 116.) deinde et donatio *ante et propter nuptias*, summa pecuniae a sponso data, primum arbitraria, (v. decr. Leonis c. 9. C. V, 14. de pactis conventis tam super dote, quam super donatione ante nuptias) deinde doti par, (ex lege Iustiniani Novell. XXII, 20. XCVII, 1.) quae cum hac communicata conficiebat summam, non, ut quidam putant, in securitatem vel compensationem dotium, sed eum in finem collatam, ut onera coniugii coniunctim ferrentur, nam hic saltem primarius fuit, quamvis accessisse videtur secundarius, (cf. c. 9. 10. C. V, 14.) ut, uter eorum vita superasset, ad eum pars tum dotis, tum donationis perveniret; (v. Koch. diss. de donat. p. n. Lips. 1818.) nec non *munera* s. dona nuptialia, tam sponsalitia, quae sponsus sponsae huiusve parentibus dabat, ut Gr. *ἕδνα* s. *ἔδνα*, quam socerorum, cognatorum amicorumque, ut Gr. *ἐπαύλια*, (quoniam *ἐπαυλία ἡ δευτέρα τῶν γάμων ἡμέρα*) *διαπαρθένια*, *ἀνακαλυπτήρια*, *θεώρετρα*, *προσφθεγκτήρια*, vasa aurea, pelves, lecticae, monilia, armillae, cubilia, thecae, pyxides, smegmata, pectines al., quae sunt *munera ad delicias muliebres quaesita et quibus nova nupta comatur*, Germ. *Gerada*, de qua v. not. 12. Cf. Suidas, Pollux, Hesychius, Harpocrat. et Gebauer p. 262—265. De Gallis eadem tradit Caesar b. G. 6, 19. Apud Germanos primis temporibus neque usitata fuit *dos*, (ut nec apud Spartanos, quod lege Lycurgi cautum erat, ne vel ob inopiam virgines aliquae manerent innuptae, vel ob divitias expeterentur, sed quilibet mores earum virtutemque in delectu respiceret; v. Plut. apophthegm. Lacon. T. II. p. 227. et conf. Horat. Od. 3, 24, 19—24. de Scythis Getisque) neque eam ob causam *donatio propter nuptias* et munera nuptialia: serioribus vero, praecipue ex quo ius Rom. hic alibi receptum erat, et maxime in familiis nobilium, tum haec, tum alia iis propria; primum et iam antiquissimo, ut multi putant, aevo *apparatus et instructus muliebris*, utensilia, ornamenta ac vestimenta muliebria, (Germ. *Rhedo*, *Räthe*, *Gerade*, *Geräthe*, nec non *Aussteuer*, *Absteuer*, *Ausfertigung*, *Ausstattung*, *Kastenpfand*, *Kistenpfand*, *Ingedöme*) et dona s. *munera*, tum sponsae parentibusve eius a sponso collata, Germ. *Widum*, *Widem*, *Wedem*, *Wideme*, *Witthum*, a goth. *vithan*, iungere, nectere, tum sponsae a patre aut fratre, *Phaderphium*, *Faderfium*, *Vaderphium*; (*des Vaters Vieh*) deinde *dos*, sensu Rom. sic dicta, (Germ. *mundus*, *meta*, *Heirathsgut*, *Mitgift*, *Brautschatz*, *Mahlschatz*, *Eingebrachtes*) et *donatio propter nuptias*, quae vulgo vocabatur *contrados*, *antidos*, *dotalitium*, *vidualitium*, *doarium*, *duarium*, *recompensa dotis*, *Widerlage*, *Gegengeld*, *Gegenvermächtniss*, *Gegensteuer*, *Witthum*, *Widum*, *Wittwensitz*, *Leibgeding*, *Leibzucht*; praeterea donum a marito datum uxori, inito cum ea matrimonio, vel primo mane, postquam apud illam pernoctaverat, *matutinale donum*, *ὄρθριον δῶρον*, *donatio seu munus virginitatis*, *sponsalitia largitas*, *Morgincap*, *Morgangifa*, *Morgengeva*, *Morgangyfe*, *Morgangiba*, *Morgengabe*; (nam tempus matutinum dicitur Goth. *Morgons* et Anglosax. *Morgan*) pars bonorum, uxori deterioris conditionis eiusque liberis destinata, *Morganatica*; (v. ad c. 20. n. 8.) pecunia, parentibus puellae seu raptae seu ex tutela (mundio) eorum emissae data, *Wittemon*, (a *Wette*, vinculo, et *Mon*, dono) quae Tacito *dos* dicitur. De dote Romanorum v. Periz. et Bald. ad leg. Vocon., et Gebauer p. 217 sq. 250 sq.; de donatione propter nuptias

Rom. et Germ. Koch. diss. Lips. 1818. Pufendorf. obss. II, 39. III, 121 Ephem. lit. Hal. a. 1819. Supplem. sc. 110.; de institutis Germ. Baluz et Eocard. ad leg. Ripuar. 37, 1. 39. 58, 11. Leg. Sal. tit. 46. Leg. Sax 7. 10, 1. Rotharis leg. 167. 178. 181—183. 199. 223. Luitprand. leg. 2 11. Visigoth. 1, 3. 3, 1. 5. 9. Alem. 56. 57. Longob. 2, 4, 1 sq. Burgund 35, 2. 42. Salvian. de gubern. dei 4, 61. Cancian. 2, 467. 473. Form Marculfi 2, 12. 16. 29. 52. Baluz. 2, 498. 992. 1550. du Cange et Ihr v. *Meta*, *Methium*, *Morgengaba*, *Morgennaticum*, Gebauer p. 217—241 250—275. Barth II. p. 337. 344. Struben Nebenstunden V, 261 seq. e rechtl. Bedenken I, 53. 57. 124. Just. Moeser patriot. Phantasieen IV 52. 53. Joh. Jac. Moser Selecta iuris publ. et priv. p. 182 seq. et Fami lien-Staatsrecht II, 214 seq. 279. 337—354. C. U. Grupen Abhandl. vo der teutschen Frau c. 3. p. 49 seq. Pufendorf. Obss. III, 119. Mascov. II 337 seq. Jordan obss. in doctr. de Morgengaba Germ. Heidelb. 1820. inpr Hasse in Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissenschaft von Savigny Eichhorn u. Göschen T. IV. N. 11. Heidelb. Jahrbücher der Literatu a. 1823. N. 7. p. 108—123. Literar. Conversations-Blatt Lips. 1825. N 20. 21. 22. et Weiske p. 243 sq. Iam quaeritur, qualis fuerit *dos*, *quan non uxor marito, sed uxori maritus obtulerit?* Multi putant, designari ve donationem propter nuptias, vel donum matutinale, Morgengabam; ne male, modo constaret, utrumque, saltem alterutrum iam Taciti tempo ribus usu fuisse receptum a maioribus nostris. Non *μείλια*, sed *ἕδνα* apu Germanos in usu fuisse putabat Günther. Plerique vero contendunt hanc *dotem* esse eadem *munera* nuptialia, quae paulo post memorantu *boves*, *frenatum equum* cet. Sed *munera* non sunt *dos*, et *uxor invicem munera*, *armorum aliquid*, *viro affert*, *dotem* vero *non offert marit* Hinc res distinctissimas a Tacito confundi, arbitrabatur Salmas. de mod usur. c. IV. p. 185. „Enimvero quicquid hic ambiguitatis aut difficulta tis suboriri videtur, illud omne adscribendum est abrupto dicendi gener quo Tacitus utitur, et neglectui coniunctionis adversativae, quam secur praeterit, quoties de sua sententia ex ipsa re satis constat. Inter Quiri tes erat quaedam dotis constituendae necessitas, quia opus erat eo, qu sustinebatur matrimonium, dote: *in hoc munus uxor accipiebatur* Romana Longe aliter maiores nostri. Credebant illi dedecus, aliter quam a vir sustineri matrimonium, et hoc sanctius apud eos habebatur, quam u pecuniarum dotalium vinculis adstringi esset necesse. Aspernabatur do tales sarcinas virgo, cui virtus et forma pro dote erant locupletissima et ignorabantur uxores dominae, mariti obsequentissimi. (Cf. nota 8. Ipsi potius uxoribus offerebant dotes, quae, si mariti moriebantur prio res, ad sustinenda per reliquum vitae viduitatis onera indotatis concede bantur; sin illi superviverent, pro non oblatis, non promissis habeban tur. Aliis itaque *muneribus*, *in quae accipiebantur uxores*, in ipsis ma trimonii auspiciis erat opus, ut olim *armis*, sic nunc *annulis* permutan dis: (cf. not. 5.) male autem inde quis colligeret, illa *arma* et *annulu* hunc esse *dotem*." *Gebauer* p. 252—255. coll. p. 226—229.

5. *Intersunt* autem sponsalibus (v. ad c. 6. n. 17.) *parentes et pr pinqui*, cf. leg. Wisigoth. III, 1. et 2. (in qua etiam *annulus* pronubu iam memoratur, *arrharum nomine datus*) leg. Alemann. c. LIV. Capitu lar. VII, 463. al. Sic et in Nibelung. v. 2487. 6645. et inter convivi in quibus etiam *de iungendis affinitatibus consultari* Tac. c. 22. dicit *Orell.* Legibus autem Germanorum sancitum erat, ne virgo, *parentibu et propinquis* non consentientibus, nuberet; *Dithmar.* et *Hess.* — *ac mu nera probant*, v. ad H. 1, 27, 3. — *munera, non ad delicias muliebr quaesita*, v. nota 4. et Duk. ad Flor. 1, 18. — *nec quibus nova nupta c matur*, ornetur, ut ap. Stat. Silv. 1, 2, 110. et Tibull. 4, 6, 3. *Hes* Sic et ap. Terent. Heaut. 2, 2, 11. *dum moliuntur, dum comuntur, ann*

at: unde *incompti apparatus* c. 14. et similia pro horridis, non ornatis; *Ern.* De hasta caelibari, qua novas nuptas Romae singulari ritu *comi* tradit Plut. qu. Rom. 86. p. 59., male cogitavit Colerus. v. Gebauer p. 256 — 260. Ex his autem verbis probabile fit, ea denotari *munera*, de quibus in nota 4. dixi, non coemptionem, Romanae similem, aut emptionem pretiumve, quo sponsa ematur. Haec tamen emptio multis olim populis (v. Perizon. ad Aelian. V. H. 4, 1.) et Germanis quoque in usu fuit, eamque potissimum ob causam mariti olim domini fuisse videntur. v. Cassiodor. IV, 1. Leg. Burgund. XII, 3. et tit. XXXIV. Cangius v. *Pretium nuptiale*, Ihre Glossar. p. 277 seq. Adelung. p. 301. 302. „De substant. *munera* non sine vi repetito v. intpp. Tibull. 1, 1, 39." *Pass.* Cf. ad Ann. 1, 10, 3.

6. *sed boves et frenatum equum et scutum cum framea gladioque,* cf. ad cap. 6. *sed binos boves,* ut inf. *iuncti boves,* coni. Pich. Enimvero Tacitus primum dicit, qualia sint munera, deinde quid significent, et quidem *iuncti boves,* non *bini.* Cf. Gebauer p. 261. 262.

7. *In haec munera uxor accipitur,* ἐπὶ τούτοις τοῖς δώροις, his muneribus datis, sub conditione veluti talium munerum; *Ern.* Cf. Goerenz. ad Cic. de leg. 3, 17. Similiter Liv. 23, 31. 42, 62. in has leges foedus ictum et *renovatum; Hess.* In *haec* et *in id data fides* idem Livius 32, 21. et 30. dixit; *Iacobs.* — *atque invicem ipsa armorum aliquid viro affert,* cf. not. 4. *offert* coni. Acid. quia Tacitus antea dixerit: *dotem uxori maritus offert.* Sed *maritus offert dotem uxori,* qua fruatur post fata mariti superstes: uxor domum ducta munera *affert,* in quae a marito accipitur; *Gebauer* p. 255.

8. *Hoc maximum vinculum* cet., haec munera apud Germanos eandem aut maiorem potius vim habent quam apud Romanos *vincula* caerimoniarum coniugiique, *sponsalia,* usus assium in coemptione, tabulae dotales s. nuptiales, signatores, obsignatio, testes, annulus pronubus, et *arcana sacra,* confarreatio, (de qua v. ad Ann. 4, 16, 1.) auspicia, bidens aut sus Iunoni sacrificata profuso felle, unctio postium, et *coniugales dii,* Iuno, Diana, Venus, Suada, Talassius, Hymenaeus, Volumnus, Domiducus, Iugatinus, Viriplaca, Matuta, Ianus Consivus, Dea Prema, Pertunda, Perfica et al. v. Augustin. de civ. dei 6, 9. et Arnob. c. gent. IV. p. 131 seq. De vi et effectu huius ritus et de mutua fide a marito promissa v. Weiske p. 251 sq. et Majer p. 145. 146.

9. *Ne se mulier* (uxor) *extra virtutum cogitationes extraque* (*extra* Vien. quod minime displicet Pass.) *bellorum casus putet,* ut *extra* H. 1, 19. et al. v. Ind. II. Ad rem cf. cap. 7. 8. *bellorum casus putet ipsis incipientis* hexameter. v. Ind. III. v. *Versus. incipientis* male iungitur *auspiciis* et fortasse glossatori debetur. Cf. tamen Ind. III. v. *Pleonasmus. ipsis incipientibus matrimonium auspiciis* Par. — *laborum periculorumque sociam,* ut *omnis fortunae inisse societatem nubendo.* ap. Iustin. 23, 2.

10. *hoc boves,* genus animantis laboriosissimum et elegantissimum pacis symbolum, ut *equus* et *arma* belli, boves vero *iuncti,* individuae illius vitae consuetudinis venustissima imago, *hoc paratus equus,* frenatus et ad pugnam compositus, *hoc data arma denuntiant; Gebauer* p. 268. Albi equi ab Hermannfriedo dati. v. Cassiodor. Var. 4, 1. *data arma,* v. ad Ann. 1, 8, 13. *parata arma* c. Long. et ed. Nor. quod male defendebat Longol. *denuntiant* (significant) MSS. et edd. paene omnes. *renuntiant* c. Long. et ed. Par. *renunctiant* ed. Nor. Neutrum per se spernendum et utrumque sollenne est de rebus auctoritate publica indicendis: hic recte transferuntur ad arcanum munerum nuptialium sensum, quem illustravit Tacitus; *Pass.* In qua re proprium verbum est *denuntiare; Ern.* Verba: *hoc iuncti boves — denuntiant* uncinis inclusere

Bip. et Länem. quos secutus sum, ut magis elucerет h. l. sensus: omnia enim, quae subiunguntur, pendent ex verbo *admonetur*.

11. *sic*, eadem lege atque conditione, qua maritos, *vivendum* laboriose, *sic pereundum*, moriendum, fortiter; *Ern. sic vivendum, sic pereundum* bene Vat. 1518. 4498. et plurimae edd. *sic viventes, sic parientes accipere se* Vat. 2964. c. Long. ed. Nor. non improb. Rhen. si mea *reddant* reponatur. *sic pariendum* Vat. 1862. et ed. Par.

12. *accipere se, quae liberis* (maribus) *inviolata ac digna reddat, quae nurus* (futurae ab iisdem) *accipiant, rursus quae ad nepotes* (olim, in auspiciis matrimonii) *referantur:* ita MSS. Vat. Tur. (in quo tamen *rursus que*) et Long. edd. pr. Put. Nor. Rom. Pogg. et cet. ante Rhen. 2. e quibus ea restituere Pass. et Hess. Ille tamen, quem sequi nihil dubitavit Günth., post *rursus* posuit virgulam, quae in illis MSS. et edd. vel plane omissa est, vel ante *rursus* posita. Sed Thiersch. p. 464. monet, *rursus* copulae vice fungens cum vocabulo consulto ter posito esse iungendum; et Hess., illud pleonastice addi verbis cum *re* compositis, (de quo v. Drak. ad Liv. 1, 3. 19, 27. Davis. ad Caes. b. G. 4, 4. Schaef. ad Plin. ep. 7, 24. Gesner. Thes. L. L. Brem. ad Corn. Nep. Alcib. 6. et Suet. Caes. 2.) at praeferendum esse *deferantur*, lect. ed. Par. et Vien. *quae nurus accipiant rursusque ad nepotes referant* edd. Rhen. 2. 3. Long. Ern. Brot. et alii. Sed v. ad c. 13. n. 6. *rursusque ad n. referantur* ed. pr. et Dilth. *reddant — accipiant, rursus quae ad n. deferantur* Par. *rursus ad n. deferantur* Vien. *involuta* c. Long. *involata* ed. Nor. *inviolata ac digna* mulier, mater sancta et honesta, si superfuerit, *reddat; Bip.* Immo *digna* munera, et quidem *arma*; nam *boves* et *equus* non *inviolati* ad *nurus et nepotes referri* poterant, eorumque oblatio ad imperium maritale unice pertinebat, sed veri maximique vinculi loco erant arma, unde uxor quoque *invicem ipsa armorum aliquid viro afferebat:* et ita habe coniugium Germanorum per arma, quod emancipationi per arma c. 13 adoptioni per arma ap. Cassiodor. Var. 4, 2. et manumissioni per sagittam ap. Paul. Diac. de gestis Langobard. 1, 13. merito iungas; *Gebauer* p. 274. 275. Quum tria memorata sint munera, sensa potius mentis, in posteros propaganda, significari putat Dilth. Et sane his muneribus *denuntiabantur cogitationes virtutum et societatis laborum periculorumque sic vivendum, sic pereundum.* Sed verbum *accipere* muneribus magis quam sensibus convenit. Hinc etiam repudianda videtur Hessii interpretatio. Quum ex muneribus arma quidem, non tamen boves equique ad liberos nepotesque transmitti potuissent, verba *inviolata ac digna* potius de virtute et decore matrum dona reddentium, quam de pretio donorum sunt intelligenda. „Vox *digna* absolute posita non sincera videbatur Lipsio nec iniuria; nam *munera digna* erunt vel merita, iure in aliquem collata, vel talia, quae munera esse dicique queant." *Pass.* Vix audiendi enim, qui eam absolute h. l. et bene dictam censent; V. D. in Ephem. lit. Jen. a. 1823. m. Mart. pro *tanquam pretiosa;* Bred. pro *honesta*, dignitate sua non privata; Dilth. pro *dignitate conservata*, ut ap. Plaut. Curc. 4, 2, 27. Iustin. 6, 2. al. *ac digna se reddat* emend. Heins. Non mendum vero hic esse, sed specimen brevitatis Taciti credebat J. F. Gron. qua fiat, ut vox *liberis* ceu bis posita intelligenda sit, et quidem relata ad *reddat* dandi, ad *digna* auferendi casu, ita ut sensus sit: *quae inviolata*, salva et honesta, *reddat*, olim restituat, *liberis, ac digna* iisdem; generosae scil. matris dignum magna indole ac spe filiorum donum. Probabilior Jacobsii et Doer. explicatio: *inviolata*, nulla ignaviae culpa inquinata, et *digna* proinde, quae *liberis* tradantur. Malim tamen: *digna* se, matre, nec non patre et liberis, ut ap. Liv. 26, 50 *Sponsa servata tibi est, ut inviolatum et dignum me teque dari tibi donum posset*, quem locum egregium Taciti animo observatum esse, iam an

animadverterunt alii. Verba potius *digna, quae* (ut ea) *nurus accipiant* cet. iungenda censuerunt Nic. Heinsius, Gebauer p. 274. et Pass. Sed *quae* ter dictum est et *reddat* interpositum. Hinc transponenda certe verba putabant Heins. et Thiersch. *quae liberis inviolata reddat ac digna, quae* cet. Cf. Leg. Saxon. tit. VII. de dote: *Ostfalai et Angrarii volunt, si femina filios genuerit, habeat dotem, quam in nuptiis accepit, quam diu vivit, filiisque dimittat; Hess.* Ceterum nonnulli in h. l. et cap. 32 extr. deprehendisse sibi visi sunt originem mortuarii militaris Germanorum, apud quos supellex militaris et res expeditionales (*Heerwede, Herewede, Heergewede, Heergewedde, Heergewette, Hariraida, Heergeräthe*) filiis proximisve agnatis (ex lege Henrici Aucupis filiis natu maximis) hereditate relinquebantur, quemadmodum utensilia ornamentaque muliebria viduae aut filiabus. Cf. nota 4. et ad cap. 14. n. 6. Dithmar. ad h. l. et cap. 32 extr. Moeser I. p. 63 — 67. Leibnit. T. I. p. 83. T. III. p. 434. Eccard. ad leg. Ripuar. 64.

CAPUT XIX.

Ergo septae pudicitia agunt, nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptae. Literarum secreta viri pariter ac feminae ignorant. Paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum poena praesens et maritis permissa. Accisis crinibus, nudatam, coram propinquis, expellit domo maritus ac per omnem vicum verbere agit. Publicatae enim pudicitiae nulla venia: non forma, non aetate, non opibus maritum invenit. Nemo enim illic vitia ridet; nec corrumpere et corrumpi *saeculum* vocatur. Melius quidem adhuc eae civitates, in quibus tantum virgines nubunt et cum spe votoque uxoris semel transigitur. Sic unum accipiunt maritum, quo modo unum corpus unamque vitam, ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tanquam maritum, sed tanquam matrimonium ament. Numerum liberorum finire aut quenquam ex agnatis necare, flagitium habetur: plusque ibi boni mores valent quam alibi bonae leges.

1. *Ergo septae pudicitia agunt,* cf. ad c. 18. n. 1. et ad Ann. 1, 68, 1. „*Ergo*, at vero, ut ap. Albinov. de obitu Maecen. v. 113. vel illius rei ergo, causa, ut c. 45., inde fit, ut agant. v. Goerenz ad Cic. de fin. p. 173." *Altenb.* *septa pudicitia* ed. pr. Put. Rom. Pogg. Vien. Par. Rhen. 1. 2, 3. et cet. ante Bip. ut et Bekk. Est tuta et inexpugnabilis, sive custodiis, sive moribus gentis, sive ingeniis ipsarum; *Gron.* *saepta* ed. Nor. *separta* (non *separata*) c. Tur. *septa pudicitiae* ed. Mon. Sed *septae pudicitia* (ut *omnia pudore septa* ap. Liv. 3, 44.) c. Arund. et edd. rec. paene omnes. „Optime: *septa* enim *pudicitia* agitur inter claustra ac repagula; *pudicitia* vero *septae* dicuntur mulieres, quae sine custodibus et cubiculariis illis, quibus Romani mulierum pudicitiam sepire frustra studebant, ipsis primo loco custodiendis, caste sancteque degunt, quarum sanctitas libera et voluntaria est, haudquaquam *septa.*" *Pass.* Cf. ad Ann. 11, 35, 2. et Prop. 2, 23, 13. 14. *Contra, reiecto quae libera vadit amictu Custodum et nullo septa tumore,* (al. *timore*) *placet.* Egregie Plin. Pan. 49, 3. *Haec,* inquit, *arx inaccessa, hoc inexpugnabile munimentum, munimento non egere,* et Anglus ille: *That virtue, which requires to be ever guarded, is scarce worth the centinel; Dilth.*

2. *nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptae* mulieres in Germania, ubi non nisi unum fuit genus spectacu-

lorum, quo viri tantum oblectabantur, (v. cap. 24. et Ann. 13, 54.) horum vero *conviviis* non intererant feminae, ut nec in Graecia, sed illis, tanquam dominis, cibos parabant. v. Nibelung. v. 6697. 6706. Corn.Nep. in Praef. (ubi v. intpp.) et Cic. Verr. 1, 26. Contra Romae mulieres aderant tum spectaculis, (circensibus, scenicis, gladiatoriis et venatoriis) tum conviviis virorum, quibus cubantibus sedentes coenitabant; (v. ad Ann. 11, 2, 2.) *corrumpebantur* autem in *spectaculis* spectantes audientesque obscoena (deorum hominumque amores, adulteria cet.) et maribus assidentes, in *conviviis*, variis *irritationibus*, inpr. impudicis virorum colloquiis lascivisque psaltriarum, sambucistriarum atque ludionum cantilenis et saltationibus: unde mos earum coercitus ab Augusto. v. Suet. c. 45. De spectaculis illis v. Sen. ep. 7. et 37. Iuvenal. 11, 201. 202. Ovid. A. Am. 1, 135—170. et Trist. 2, 279—284. Minuc. Fel. 21. 22. 31. de conviviis Iuvenal. 1, 55—57. 11, 162 seq. Liv. 39, 6, 8. Macrob. Sat. 2, 1. Gell. 19, 9. Martial. 5, 79, 26—28. 14, 203. Corn. Nep. in Praef. Plin. ep. 1, 15, 2. Sen. ep. 95. Varro fragm. p. m. 83. (*Virgo in convivio abdicatur ideo, quod maiores nostri virginis acerbae aures Veneris vocabulis imbui noluerunt*) Hor. od. 3, 6, 24 sq. Gebauer p. 761—764. 794. et inf. ad c. 22. n. 2. *conviviorum irritationibus*, ut *irritamenta pacis* Agr. 20. (ubi v. not. 2.) *irritamenta Veneris* Iuvenal. 11, 165. *delenimenta vitiorum porticus et balnea et conviviorum elegantia* Agr. 21.

3. *Literarum secreta* h. l. non sunt literarum studia; (*miraculum literarum, rei novae inter rudes artium homines* Liv. 1, 8.) non universe ars scribendi, (quam apte opponi simplici et ingenuae sermonis sinceritati dicit Passov. et de qua v. ad cap. 2. n. 5.) non Chaldaeorum Magorumve characteres et notae; (de quibus v. Ann. 1, 22. 2, 27. et inpr. Iuvenal. 6, 553—581.) non arcana signa aut scriptura, qualis fuit Aegyptiis, non notae furtivae, digitis vino madidis super mensam ductae (v. Ovid. Am. 1, 4, 17—22. et ei. Her. ep. 16, 81—88.) non spectacula carmina, fabulae aliave scripta obscoena et lubrica, quae ad amorem voluptatemque alliciunt, inpr. de deorum hominumque amoribus, non libelli divortii, — quae omnia in mentem venerunt interpretibus virisque doctis, supra ad cap. 2. n. 5. laudatis, — sed, quae aliorum sententia est, secreta epistolarum amatoriarum furtivarumque argumenta, *Heimlichkeiten des Briefwechsels*. Talium epistolarum frequenter mentionem faciunt Ovidius, Martialis, Iuvenalis et alii; nam his non minus quam *illecebris spectaculorum* et *conviviorum corrumpebantur* feminae Romanorum, ad quorum mores contrarios h. l. ut ubivis fere respicit Tacitus, e in cap. 18. 19. non nisi de matrimoniis et pudicitia Germanorum agitur — *et feminae* pro *ac f.* Mon.

4. *in tam numerosa gente*, qualis iam tunc temporis fuit; quod potissimum patet ex historia bellorum cum Romanis gestorum. Cf. c. 35 39 extr. et Barth §. 585. — *adulteria paucissima*, (v. Gebauer p. 759 seq Majer p. 149. Weiske p. 254 sq. Contra Romae frequentissima, in templis adeo commissa et severis legibus coercita, inpr. Iulia de adulterii et Papia Poppaea. v. ad Ann. 2, 85, 1. Iuvenal. 6, 488 seq. 9, 22.

5. *quorum poena praesens*, praesentanea est, sine mora et confestim exigitur, *et maritis permissa*, dominis iudicibusque domesticis. v. ad c 12. n. 1. *quorum poena parentibus et maritis permissa* c. Bamb. et Arund ad ius et Romanos mores propius: (v. ad Ann. 2, 50, 2.) maritos quoque solos hic esse arbitros, satis crudum; *Lips.* cui suffragantur Conring et Bip. Enimvero Germanis longe alii, quam Romanis, mores erant, crudum potius videri potest, maritos ipsos fuisse exsecutores sententia et carnifices, (cf. not. 8.) quam arbitros, et quidem *coram propinquis* tam suis, quam uxoris, in consilium adhibitis et persuasis, atrox facinu commissum esse. Longolius lectionem *parentibus* ortam esse putabat e con

compendio scripturae *pñs*, quod est in ed. Rhagii, nostramque firmari verbis Caes. b. G. 6, 19. (de Gallis) *viri in uxores, sicut in liberos, vitae necisque habent potestatem.* De causis, cur *maritis poena permissa* fuerit, disputarunt Gebauer p. 764—774. Moeser p. 11. 12. Majer p. 149. 150. Anton. IV. p. 142. 143. et Amelang. p. 84 seq. hic quoque, cur adulterae tantum morte punitae videantur. Supplicium tamen extremum etiam in adulteros legibus, saltem posterioris aevi, constitutum legimus, v. c. leg. Burgund. 68, 1. Leg. Visigoth. 3, 4, 3. Capitul. Franc. 7, 481. iure Alem. 149, 127. Speculo Saxon. 2, 13. Nudatio tantum et mulcta adultero irrogata leg. Baiuvar. 7, 1. et 3. mutilatio lege Frothonis Daniae regis ap. Sax. Gramm. p. 85. Cf. Gebauer p. 767. 769. 779.

6. *Accisis crinibus*, initium supplicii et nota ignominiae; nam ita incedebant servi, meretrices, adulterae graviumque criminum rei. Cf. ad cap. 31. n. 5. Wetsten. ad 1 Cor. 11, 5. 6. 14. 15. (*αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι· αὐτὴ γὰρ ἡ φύσις*, natura, quae breviorem comam viris, prolixiorem feminis dedit ornamenti velamentique loco, *διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι, ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστι· γυνὴ δὲ ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ ἐστιν, ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ*) intpp. Iuvenal. 5, 171. et Petron. c. 103. Burm. ad Prop. 4, 9, 38. Barth. ad Claudian. in Rufin. 1, 379. Salmas. epist. de caesarie virorum et coma mulierum L. B. 1644. Ducang. Lex. med. et inf. Lat. v. *decalvatio*, Eccard. ad leg. Franc. p. 202. 244. Gebauer p. 773—790. Brot. et Dithmar. ad h. l. et Mone T. II. p. 21. 180. 186. *abscisis* c. Tur. ed. Pogg. et a. m. sec. Spir. *adcisis* ed. Nor. *accisam* c. Long. — *nudatam* uxorem, salvo pudore, vestibus detractis et laceratis, (*cingulo tenus*, v. not. 8.) ita ut tergum, scapulae, brachia et proxima pectoris regio paterent, (v. ad cap. 6. n. 7.) ac verberum supplicium de damnata posset eo rectius sumi: quo insolito corporis vulgati spectaculo sub omnium conspectum venit omnium bonorum odio et indignationi exposita mulier; *Gebauer* p. 778—780.

7. *coram propinquis* (cf. nota 5.) *expellit domo maritus* uxorem, ut, ruptis vinculis sanctissimis, tam foede exeat et propudiosae mancipetur paupertati aut ad serviles operas detrudatur; *Gebauer* p. 780. „Immo ut reddatur propinquis. Dedecus hoc magis quam poena." *Anton.* IV. p. 143.

8. *ac per omnem*, totum, (v. ad c. 1. n. 1.) *vicum*, ut ne lateat usquam violati matrimonii vindicta, *verbere agit*, non fustibus aut flagellis, sed virgis; *Gebauer* p. 781. In legibus tamen ab eo laudatis fustuarii quoque et flagellationis mentio fit, quin et occisionis cremationisque in aliis. v. Dithmar. et Brot. ad h. l. Eccard. ad leg. Sal. 23. 29. l. Burgund. c. 35. et 44. Visigoth. 3, 2, 2. Leibnit. T. III. p. 615. — *verberans agit* c. Arund.

9. *Publicatae enim pudicitiae* scil. virginis; *Bred.* et alii, qui haec verba non ad adulteras, sed ad feminas innuptas, corpus suum vulgo publicantes, referunt, ut et Lipsius ac Perizon. qui hinc *etiam* pro *enim* legendum putabant non improb. Ern. Male, ac si virgines tantum *publicae pudicitiam* possint; *Pass.* „Ita Tacitus inepte puniri dixisset stupra poenamque tacuisset. Praeterea ex verbis seqq. *melius quidem adhuc eae civitates* cet. constat, eum per omnem praecedentis sermonis tenorem de coniugibus sensisse: consequentia enim est manifesta, in civitatibus, ubi viduae etiam honestissimae maritum non inveniunt, adulteras maritum non invenire." *Gebauer* p. 770. Hic tamen Lipsio et Ern. suffragatur p. 794 sq.

10. *Non forma*, non ob pulchram formam, (v. Ind. III. v. *Ablativi*) non *aetate florente*, *non opibus maritum invenit*, v. Gron. ad Sen. controv. 19. *opibus* pro nobilitate, aut sensus est: licet opulentissimi patris filia sit; nam uxor ipsa non magnas opes possidere poterat. v. ad c. 20. n. 10. *invenit* restitui e cod. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Vien.

Rhen. 1. et min. *invenerit* ed. Par. Rhen. 2. 3. et rec. omnes. Utrumque bene dicitur; sed illud praeferendum videtur. v. ad Ann. 14, 61, 3. et Agr. 1. n. 1.

11. *Nemo enim illic vitia ridet*, in Germania, ut Romae, ubi etiam vitio virtutis et virtuti vitii species ac nomen dantur et ridiculus est pudor. — *nec* (*vel* ed. pr.) *corrumpere et corrumpi saeculum vocatur*, ut tunc Romae et nunc apud nos. „Gravis et acuta sententia. Similiter Sen. ep. 39. *Tunc autem consummata est infelicitas, ubi turpia non solum delectant, sed etiam placent, et desinit esse remedio locus, ubi, quae fuerant vitia, mores sunt.*" *Lips.* Cf. Sen. ep. 125, 7. Sensus est: communia ac reciproca vitia non excusantur praetextu saeculi, quia apud Germanos saeculum ea non fert; *Pich.* Primum vitiis pudor est et infamia; mox gliscunt audacia: demum mores fiunt, et tum *saeculum vocatur* profligata pudicitia vivere; *Brot.* *Saeculum* est saeculi mos, aetatis hominumque ingenium, genius, mores et studia, Gr. ὁ αἰὼν et ὁ κόσμος οὗτος, Germ. *Zeitgeist, Weltsitte, Mode, herrschender Ton, Gebrauch, Gewohnheit des Jahrhunderts.* *nec corrumpi* Vat. 2964. *vocantur* ed. Nor.

12. *Melius quidem adhuc eae civitates* sc. agunt, ut *melius hi* et sim. ap. Cic. off. 3, 11 pr. de N. D. 1, 36, 101. et de am. 6, 20. v. ad Ann. 4, 38, 2. ad Agr. 19. n. 2. et Ramshorn. Gram. p. 685. *quidem*, v. ad Agr. 17. n. 3. *adhuc*, usque ad hoc tempus; *Bred.* et *Günth.* „Immo respondet Gr. ἔτι nostroque *noch*, et vim addit comparationi, ut ap. Cic. *etiam*: Quamvis omnes Germanorum civitates optime habere videantur, melius tamen de iis actum est, in quibus tantum virgines nubunt. Sic *adhuc paulo minus* dixit Sen. ep. 49. init. *adhuc tenuior est* ep. 57. *adhuc viliorem materiam* ep. 85. *adhuc diligentius* Plin. 18, 4. *adhuc concitatior* Quintil. inst. rhet. 2, 15, 28. Add. Suet. Tib. 17. et 44." *Pass.* Ita et *adhuc acrius* inf. c. 29. et simplex *adhuc* c. 22. „Cf. Quintil. 11, 16. Sturz. lex. Xen. v. ἔτι et Frotsch. ad Quintil. l. X. p. 90." *Hess.* — *eae civitates, in quibus tantum virgines nubunt*: „inter quas Herulos reperio, apud quos adeo secundo matrimonio non locus, ut uxor marito mortuo sese statim laqueo iuxta sepulcrum indueret et cum eo concremaretur, nisi invisa vivere mallet et infamis. v. Procop. 2, 14." *Lips.* Idem de Winedis tradit Bonifac. ep. 19. ad Ethelbaldum. v. Leibnit. T. III. p. 615. In India etiam nunc uxores in rogis maritorum cremari cupiunt. „Uxores, voluntaria morte secutas fata maritorum, solas in Valhallem recipi crediderunt populi septentr. v. Keyssler p. 147. Aliis quoque gentibus odiosae fuerunt secundae nuptiae; unde *univirae* in inscriptt. lap. laudantur et solae sacerdotes Iunonis aliarumque dearum constituebantur. v. Liv. 10, 23. Val. Max. 2, 1, 3. Sen. contr. 1, 2. Fabric. bibliogr. ant. c. 20. p. 787. Suiceri Thes. eccl. v. δίγαμος et μονόγαμος." *Dithmar.* Cf. ad Ann. 2, 86. Koppiers. obss. philol. p. 161. Broekh. et Sant. ad Prop. 4, 11, 36. Ge. Fabric. ant. monum. p. 208. Ex legibus Germ. intelligitur, viduis licuisse quidem ad secundas transire nuptias, nec tamen sine iactura portionis hereditariae. v. leg. Sal. 47, 1. Visigoth. 3, 1, 7. 4, 2, 13. 14. Baiuvar. 14, 7. Burgund. 59. 61. 74. Sax. 7. Corruptis vero Romanorum moribus divortiorum, olim ne concessorum quidem, et maritorum numerus crescebat. v. intpp. Iuvenal. 6, 146. 229. — *et cum spe votoque uxoris semel transigitur*, v. ad Ann. 12, 19, 1. et Agr. 34. n. 5. *simul* ed. Vien. quod coni. J. H. Voss. Sed nihil mutandum, etsi sensus fere idem: marito defuncto *cum spe votoque semel*, in omne tempus, ut Gr. ἅπαξ et nostrum *ein für allemal, transactum est*, h. e. nec sperant iam nec optant secundo potiri; *Passow.* assentiens Bentleio, non Heindorfio ad Hor. Sat. 2, 8, 24. Sic ἅπαξ Aelian. V. H. 2, 30. 13, 34. al. „Cf. Cic. de off. 3, 15. Suet. Caes. 86. Duk. ad Flor. 2, 12. Burm. ad Quintil. inst. 1, 2. 11, 1. ad ei. declam. 6. p. 129." *Hess.*

13. *Sic unum accipiunt maritum, quo modo unum corpus unamque vitam:* unde tenerrimi amoris voces ζωὴ καὶ ψυχή (v. ad Iuvenal. 6, 195.) et *min Sele unt min selbes Lib* Nibelung. v. 1566.; *Orell.* — *ne ulla cogitatio* alterius mariti et coniugii *ultra,* amplius sit. — *ne tanquam maritum — ament,* ne tam maritum tanquam maritum et propter eius virtutes, quam potius in eo matrimonium ament, tanquam sanctissimum faustissimumque coniunctionis vinculum. „Hinc vel exstincto marito superstes manebat matrimonii fides, pro qua apud nonnullas gentes erat moriendum." *Brot.* *ne* saepius repetitur. v. Ind. III. v. *Verba eadem repetita.* *nec ulla* c. Grosl. *nec longior* ed. Vien. Bona lectio, etsi non necessaria; *Pass.*

14. *Numerum liberorum finire,* generationi liberorum finem imponere; *Bülau.* *Finire* potius pro *definire,* sc. quot nasci et pater velit et mater. Sic *finire* Ann. 13, 38. 49 pr. O. 38. Liv. 3, 13. 10, 13. Gell. 15, 9, 11. Cf. Ind. III. v. *Verba simpl. pro comp.* — *quenquam ex agnatis necare, flagitium habetur;* de causis v. cap. 20. extr. de flagitio ad c. 12. n. 6. *Agnati* sunt liberi serius post alios et supra numerum nati, ἐπίγονοι, neque audiendus Lipsius, qui h. l. et H. 5, 5. (ubi v. not. 5.) corr. *gnatis.* „*Agnati* dicuntur, *qui sunt per patrem cognati ex eadem familia.* v. Digest. lib. 26. tit. 4. leg. 7. et lib. 38. tit. 10. leg. 10. n. 2. Praeterea apud Romanos *adoptio non ius sanguinis, sed ius agnationis affert.* v. Digest. lib. 1. tit. 7. de adopt. leg. 23. Porro quum apud Germanos vigeret adoptio, flagitium sane apud eos fuit, non modo ex liberis, sed ex adoptatis quenquam necare. Quum resp. liberis, in eius spem defensionemque natis, nitatur, eorum saluti mira severitate consuluere Germani. v. Leg. Sal. tit. 28. leg. 1. 4. 5. 8. 9." *Brot.* Haec vero dicta non absque tacito Romanorum vituperio, apud quos temporibus Taciti orbitas et coelibatus, stupra atque adulteria vigebant et uxores, ne gravidae fierent multosve parerent liberos, abortivis utebantur aut cum eunuchis vernisque castratis concumbebant, infantes autem saepius vendebantur et recens nati, praecipue infirmiores, deformes et adulterini, ad columnam lactariam in foro olitorio exponi vel necari solebant. v. ad Ann. 3, 25. 26. 15, 19. H. 1, 73, 4. 5, 5, 5. Iuvenal. 2, 32. 6. 366—379. 488 sq. 602—609. Dionys. Hal. 2, 15. Aristot. Pol. 7, 14. Sen. de ira 1, 15. et contr. 5, 38. Lips. cent. epist. ad Belgas 10, 85. Schauer p. 337 sq. Gerh. Noodtii Iulius Paulus et Curae secundae, contra quem disputavit Corn. van Bynckershoek in comm. de iure occidendi, vendendi et exponendi liberos ap. Rom. et in Amica responsione. Erat ius illud iam ab Hadriano et Anton. Pio, ille a Valente demum et Gratiano abolitum censuit. Primis reip. Rom. temporibus coelibes solvebant mulctam, *aes uxorium,* et a Censoribus tribu movebantur, patres vero praemia accipiebant. v. Tac. Ann. 3, 25—28. Festus v. *uxorium,* Liv. 45, 15. Gell. 5, 9. In Germania tamen septentr. seriori aevo infantes exponi solebant. v. Guta-Lagh 2, 1. leg. Visigoth. 6, 3, 1. et Ioh. Erici diss. de exposit. infantum Hafn. 1756. „Illud autem miror, Tacitum omittere ritum illum Germanis peculiarem de exploratione liberorum. Prolem enim natam ad Rhenum ferebant clipeoque imponebant. Si undis abriperetur, adulterinam censebant; si innataret, veram suam." *Lips.* et *Cluver.* 1, 21. qui laudarunt Claudian. in Ruf. 2, 112. Iuliani ep. 16. ad Maximum, Galen. de sanit. tuenda 1, 10. Nonn. Dionys. 46. 55. Val. Fl. 6, 338. Sed haec fabula est, quam Dilth. et alii inde natam censent, quod Germani, ut Thraces olim et Sabini, infantes flumini immergere consueverint, ut eorum corpora durarent procrescerentque vires corporis. Cf. Caes. b. G. 4, 1. et 6, 21. Aristot. Pol. VI extr. et VII, 17. Strab. 3, 4. Virg. Aen. 9, 603 sq. Jacobs ad Anthol.

Graec. T. III, 1. p. 285. IV, 32. p. 127. Schütze T. I. p. 302—32 Barth. II. p. 314. 347. Anton. IV. p. 185. Haus T. I. p. 127.

15. *plusque ibi*, in Germania, *boni mores valent, quam alibi bon leges*, ex malis moribus ortae. Cf. nota 14. Ann. 3, 25, 1. 3, 26. 27. 1 20. Liv. 34, 4. Sall. Cat. 9. Virg. Aen. 7, 203. 204. Iustin. 2, 2. Bar §. 650. Weiske p. 256 sq. et Hüllmann Staatsr. d. Alterth. p. 354. „L gibus scriptis Germani Saec. V. uti coeperunt, quo in provincias Ro irruentes horum quoque leges assumpserunt receptaque religio christia pariter ac mutata reip. ipsorum forma legibus ferendis dederunt occ sionem. Antiquissimae sunt leges Francorum Salicae Saec. V. et Goth rum Saec. VI. latae." *Dithmar.* Germanorum leges, capitularia et fo mulas collegerunt Sichardus, Heroldus, Lindenbrogius, Baluzius, Geo gisch., Leibnitius, Canciani, Muratorius.

CAPUT XX.

In omni domo nudi ac sordidi in hos artus, in ha corpora, quae miramur, excrescunt. Sua quemque mater ub ribus alit, nec ancillis ac nutricibus delegantur. Dominum servum nullis educationis deliciis dignoscas. Inter eadem p cora, in eadem humo degunt, donec aetas separet ingenu virtus agnoscat. Sera iuvenum Venus, eoque inexhausta pube tas. Nec virgines festinantur: eadem iuventa, similis proce tas, pares validaeque miscentur, ac robora parentum liberi r ferunt. Sororum filiis idem apud avunculum, qui ad patr honor. Quidam sanctiorem arctioremque hunc nexum sangui arbitrantur, et in accipiendis obsidibus magis exigunt, tanqu ii et animum firmius, et domum latius teneant. Heredes tan successoresque sui cuique liberi, et nullum testamentum. liberi non sunt, proximus gradus in possessione fratres, patr avunculi. Quanto plus propinquorum, quo maior affinium n merus, tanto gratiosior senectus; nec ulla orbitatis pretia.

1. *In omni domo nudi* paene (v. ad c. 6. n. 7.) *ac sordidi*, ut n potissimum rustici ac pauperes eorumque infantes, squalidi sudore la ribusque tam rusticis quam domesticis. Cf. Gebauer p. 284 sq. Epit ton *sordidi* a multis ad solum vestitum, vilem et detritum, refert Non est vero quod ita intelligatur, quae insuper ingrata esset δηλο *Günth.* Post *sordidi* maxima distinctio posita in Rhen. 1. et min. — *hos artus — excrescunt*, v. ad c. 4. n. 5. *in haec corpora nutriuntu crescunt* c. Arund.

2. *Sua quemque mater*, cui mammae non frustra datae, *uberibus* ut et Romae priscis temporibus, *nec*, ut ibidem seriori aevo, *anc* Graeculis *ac nutricibus* aut servis *delegantur* et ab his corrumpuntur fantes. Cf. ad Agr. 4. n. 4. O. 28. 29. Plin. pan. 13. Macrob. 5, Quintil. 1, 2, 6 sq. Plut. de liber. educ. Opp. T. II. p. 3. 4. Gell. 1. (ubi verba Favorini philosophi lectu dignissima) Suet. Claud. 2. Gebauer p. 281 sq. *Ubera* plerumque bestiis et *mammae* hominibus buuntur. „*Delegare* est vocab. iuris, quod de creditore aeque ac d tore usurpatur: nam creditor aliquem delegat, cui numerem ipsi debit debitor mihi delegat aliquem, qui pro se solvat. Inde ceterae rationes quendi, quum id, quod ipsi facere debebamus, per alios fieri curan v. Ern. clav. Cic., Gron. obss. 1, 20. Gifan. obss. p. 129. Parei l crit. p. 328." *Hess.* Cf. ad c. 15. n. 2. O. 29 pr. Gron. ad Cic. ad 12, 2. *alit — delegantur*, v. ad c. 13. n. 6.

3. *Dominum* (Germ. *Jungherr*, *Junker*) *ac servum nullis educationis deliciis dignoscas*, ruri potissimum. Cf. ad cap. 11. n. 1. „*Dominus* h. l. est infans patre libero et ingenuo prognatus, quod idem sui olim collusorisque esset reapse futurus dominus; *servus* servi filius, ob nascendi infelicitatem nihilo meliore conditione quondam usurus, quam qua parentes eius iam censebantur. Dominorum vero eiusmodi nondum erat, imperare servis, nec horum, herilia capessere iussa, sed naturali aequalitate invicem utebantur, qua omnes mortales gaudebant, quum servitus esset incognita et communi nomine omnes appellarentur homines." *Gebauer* p. 288. 289. *nullis educationis deliciis*, „nulla delicationis et mollioris cultus cura in educatione. *Infantiam statim deliciis solvimus; mollis illa educatio — nervos omnes frangit*, Quintil. Inst. O. 1. 2." *Jacobs* et *Doer*. *delitiis* ed. pr. Sed v. Grotef. Gram. T. II. §. 177. *dinoscas* c. Tur. ed. pr. Nor. Pogg. Vien. *noscas* ed. Rom.

4. *Inter eadem pecora*, domi in iisdem stabulis et tectis, in campo inter greges et armenta, (quae *solae et gratissimae opes* c. 5.) *in eadem humo degunt*, (ut etiam nunc ruri) quo vivendi genere adversus periculosos casus isti aetati non poterat reperiri praesentius remedium; *Gebauer* p. 289.

5. *donec aetas separet ingenuos* a servis, faciat, ut separentur, *virtus agnoscat*, faciat, ut ex ea agnoscantur; *Gron.* obss. 1, 4. Cf. ad Ann. 2. 85, 1. et de hoc usu verbi *agnoscere* Sen. ep. 120. Plin. ep. 5, 17 extr. Iuvenal. 8, 26. *virtus agnoscat* eos tanquam filios suos, pro filiis suis habeat; *Long.* et *Dilth.* *Virtus* est illa a civitate in comitiis *agnita*, quae et ipsa *agnoscebat* ingenuos, esse tales ostendens, quales natales ingenui futuros spoponderant; *Gebauer* p. 290 — 295. *donec aetas separet, ingenuos virtus agnoscat* rectius fortasse distinguitur a Bülavio p. 261. et Thiersch. p. 464. ut sensus sit: aetate provecti separantur dominus et servus; tum etiam virtute alter ille ostendit, se ingenuum esse. Refragatur Hess. qui haec annotavit: „Equidem interpunctione vulg. acquiesco, sensum fere eundem efficiente. Apposite laudandum est Theodorici dictum ap. Cassiodor. Variar. Ep. 1, 38. *Gothis legitimam aetatem virtus facit.* Simili prosopopoeia utitur Plin. ep. 5, 17. *nisi imagines habeant, quae nunc mihi hos adolescentes tacite laudare, adhortari et, quod amborum gloriae satis magnum est, agnoscere videntur.* Ob hanc prosopopoeiam displicet Gronovii explicatio." *donec aetas separet*, v. ad c. 1. n. 6. *separet* ed. Nor. et Vien.

6. *Sera iuvenum Venus* et concubitus; serior sub aspero frigidoque Germaniae, quam sub calido Italiae coelo, neque tamen tam sera quam in Graecia, de quo v. Xenoph. de rep. Laced. Aristot. polit. 7, 16. Hesiodi ἔργα 2, 313. Censorin. de die nat. c. 14. Cf. inf. nota 10. — *eoque* v. ad Ann. 1, 16, 1.) *inexhausta pubertas*, vis generandi et vigor corporis per senectutem etiam durans; *Gesner.* in Thes. Cf. Ind. III. v. *Participia Praet. pass. pro Adiectivis in i l i s desinentibus. Longissima apud eos pueritia est*, Mel. 3, 3. h. e. ἀναφροδισία, abstinentia a concubitu. Cf. et Caes. b. G. 6, 21. de Germanis: *Qui diutissime impuberes permanserunt*, (ἄγαμοι metaphr. Gr., qui cum mulieribus non consueverunt, se servarunt impuberes, nondum maturos matrimonio: ab hominis enim arbitrio non pendet, ut serius aut ocius pubes fiat; *Morus* ad h. l.) *maximam inter suos ferunt laudem: hoc ali staturam, ali hoc vires nervosque confirmari putant. Intra annum vero vicesimum feminae notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus:* quod teste Iamblicho c. 31. suis praecipiebat Pythagoras; *Morus.* Cf. Caroli M. leg. 135. et Liutprand. leg. 2, 6. Apud Romanos pueri XIV annorum matrimonium contrahebant cum puellis XII annos natis. v. Macrob. Sat. 1, 9." *Hess.*

7. *Nec virgines festinantur*, virginum nuptiae. Virgines non mature nuptum elocantur; *Ern.* Μακρὰ γὰρ ἰσχὺς μᾶλλον ἀῤῥένων μένει· θη-

λεία δ' ἥβη θᾶσσον ἐκλείπει δέμας, ut Euripides dixit; *Colerus.* „Ver| *properare, festinare, accelerare, θοάζειν,* intransitiva et transitiva gaude significatione. v. Erfurdt. in ed. min. Soph. Oed. Tyr. v. 2. Vechn Hellenol. p. 91. Periz. ad Sanct. Min. p. 335. ed. VI. Drak. ad Sil. 52." *Hess.* Cf. Ind. III. v. *Verba praegnantia.*

8. *eadem iuventa,* virgines eiusdem aetatis iuvenilis, *similis proce tas,* similes proceritate, (cf. Ind. III. v. *Abstracta pro Concr.*) *par* eiusdem ordinis, generis, sortis, conditionis, *validaeque miscentur,* i venibus iunguntur matrimonio, aut consuescunt, concumbunt cum ill μιγνύονται, (Germ. *sich fleischlich vermischen; Long.*) *ac robora parent liberi referunt,* ab iis quasi hereditate accipiunt, nisi haec eo sensu d cta, quo cap. 43 pr. *Buri sermone cultuque Suevos referunt,* quasi exp munt, his similes sunt,. Plin. ep. 5, 16, 9. *filia, quae non minus mo eius,* patris, *quam os vultumque referebat totumque patrem mira simili dine excripserat,* et ep. 7, 19, 9. *matrem reddit* ac *refert nobis.* Cf. eti Virg. Aen. 4, 329. 12, 348. al. *Αἱ δὲ γυναῖκες τῶν Γαλατῶν* (quo nomi etiam Germani comprehenduntur) *οὐ μόνον τοῖς μεγέθεσι παραπλήσ τοῖς ἀνδράσιν εἰσὶν, ἀλλὰ δὲ ταῖς ἀλκαῖς ἐνάμιλλοι,* Diodor. 5, 32. N sunt verba Adami Brem. 1, 5. (Leibnit. T. I. p. 46. 76.) Saxones *gene ac nobilitatis suae providissimam curam habentes nec facile ullis aliar gentium vel sibi inferiorum connubiis infecti propriam et sinceram t tumque sibi similem gentem facere conati sunt.* (cf. G. 4.) *Quatuor di rentiis gens illa consistit, Nobilium et Liberorum, Libertorum atque S vorum.* (v. ad cap. 11. n. 1.) *Et id legibus firmatum, ne ulla pars in pulandis coniugiis propriae sortis terminos transeat, sed nobilis nobil ducat uxorem et liber liberam, libertus coniugatus libertae et servus an lae. Si vero quisquam horum sibi non congruentem et genere praestantior duxerit uxorem, cum vitae suae damno componat.* Comparentur et lege Brotiam laudatae, Salic. 29, 5. Langobard. 2, 9, 2. Alamann. tit. 57. l unic. et Frision. tit. 6. Cf. Majer p. 143. 144. Ortum inde discrimen in matrimonium *par* seu aequale (*gleiche, standesmässige, vollkommene Ehe*) *impar* seu inaequale, (extra ordinem initum) vel pacto, (*Morganat Murganaticum, Murganale, Murgitatio,* matrimonium ad morganatic sive ad legem Salicam, *Ehe zur linken Hand,* sic dictum a Goth. *ma gjan, morgjan,* in Ulfilae vers. Marc. 13, 20. 21. decurtare, rescinde nam uxor ex pacto arbitrariam accipiebat dotem, liberis autem e nulla veniebat hereditas, si ex priori matrimonio heredes superesse vel civiliter, (matrimonium vere inaequale, disparagium, *Missheir* ut inter ius liberorum ex illo natorum (*ebenbürtige Kinder*) et ex h Cf. ad cap. 18. n. 4. De matrimonio impari v. diss. Feltmanni Br 1691. Willenbergii Gedan. 1714. Schroeteri Jen. 1731. Gallade Heid 1764. de matrimonio ad morganaticam diss. Schoenii Brem. 1668. Lin Alt. 1676. Schwederi Tub. 1684. Zetzkii Regiom. 1692. Barth. Argent. 1 Nettelbladt. Hal. 1748. inpr. Stiernhook de iure Sueonum vetusto L rar. Conversat. Blatt Lips. 1825. N. 20. 21. 22. Pütter über Misshe then deutscher Fürsten und Grafen, Goett. 1796. Sächs. Landrech 20. Schwäb. Landr. 296. Runde deutsch. Privatr. §. 500. — Nonn post *proceritas* maiorem distinctionem minori substituunt et in his P qui haec annotavit: „Dicit Tacitus, in eadem qua pueri educatione i nili ad eandem proceritatem virgines quoque pervenisse; nec mul repugnarem, si quis, distinctione sublata, in *eadem iuventa* ablati velit agnoscere." Enimvero omnia illa verba: *Sera iuvenum Venu festinantur* ad nuptias referenda, et his, quae illis subiuncta sunt, druplex virginum, quae iuvenibus nubere cupiunt, indoles nota *pares validique* Lips. 2. 3. Pich. et alii, etiam Bark. et Lünem. qui non bene defendunt.

9. *Sororum filiis* (non filiabus) *idem apud avunculum*, (non fratrum filiis idem apud patruum) *qui ad patrem honor*, idem gradus et locus in domo atque familia avunculi, quem in paterna tenuerant, eademque in illum pietas: nam non modo in sororum filiis et paternus et maternus sanguis, maternus vero simul in avunculo inest, sed etiam mortuo patre, tutore naturali, filius matris sororumque suarum, aut avunculus sororis suae filiorumque eius tutelam suscipiebat legitimam, et filiae, fratris tutelae curaeque traditae, cum matre sua in domo manebant paterna, filii impuberes transmigrabant in penates avunculi, qui illis loco patris erat eosque cum liberis suis educabat; unde et Romanis *ex sorore nepotes* dicti videntur. „Inde in historia Gall. Merovingiis regibus tanta in suas sorores earumque liberos studia, tanta pro iis suscepta bella. Quod iam observavit Montesq. esprit des loix 18, 22." *Brot.* Huius autem et consanguinitatis et tulelae causa *avunculus*, et quidem solus e cognatis et in tertio *gradu*, in bona, quae erant filiis sororum, post fata eorum succedebat, vivis neque filiis horum neque fratribus. v. nota 10. Nibelung. v. 16. 4553. 7735. et Gebauer p. 547. ubi hanc *eiusdem honoris* rationem reddit: „Soror fratri post fata patris filiae erat loco, patre, naturali tutore, defuncto; filius in legitimam suae sororis perpetuamque tutelam succedebat; frater ita sorori, cum virgini, in omni officiorum genere, tum nuptae etiam, quoties erat opus, ope et consilio aderat. Fratrem autem natu minorem in fratris sui iustae aetatis tutela legitima per istos annos, in quibus se defendere ipse non poterat, perstitisse nullus dubito. Postquam autem civitas eundem armis suffecturum probaverat, non domus amplius pars sed reip. habebatur suosque penates regebat, fratri suo in omnibus par. Hinc non idem fratrum filiis apud patruum, qui sororum filiis apud avunculum honor. Quae tamen omnia ita capienda sunt, ut nihilo minus agnationum successionumque iura mutua manserint integra." — *Quidam* (non omnes) *sanctiorem arctioremque hunc nexum sanguinis arbitrantur*, quia liberi plerumque plus trahunt ex matre, quam ex patre, igiturque maior necessitudo visa est intercedere illis cum avunculis, quam cum patruis; *Periz.* Cf. nota 10. — *in accipiendis obsidibus* ab avunculo *magis* sororum, quam ipsius filios *exigunt*, *tanquam ii et animum* avunculi *firmius teneant* et devinciant, quia hic eorum, non filiorum suorum, heres fieri possit in tertio gradu (v. nota 10.) talesque obsides quam primum redimendos curaturus sit, *et domum latius teneant*, quoniam tam patris quam avunculi domum constringant et familias amplificent. Cf. Gebauer p. 541—552. et Majer p. 140 — 159. De feminis similia tradit Suet. Aug. 21. — *ad patrem* c. Tur. et Long. ed. pr. Put. Nor. Rom. Pogg. Mon. Par. Rhag. Vien. Rhen. 1. min. pro *apud patrem*, ut Ann. 1, 8. Liv. 2, 10. 3, 21. 5, 20. 6, 34. 7, 7. 10, 29. 35. Cic. ad Att. 2, 16. 10, 16. Cf. Hess. „Eodem sensu Gr. πρός cum accus. iungitur, (v. Jacobs Addit. anim. in Athen. p. 19. Vechner Hellenol. p. 433 seq. Brunck. ad Apollon. 2, 496.) et solet Tacitus variare praepositiones;" *Passov.* v. ad Ann. 1, 7, 8. *apud patrem* ed. Rhen. 2. 3. et cet. ante Pass. — *in accipiendis obsidiis* c. Long. *maxime exigunt* MS. Arund. — *tanquam ii* ex emend. Rhen. *tanquam et in animum* c. Tur. Long. et Humm. ed. pr. Put. Nor. Rom. Pogg. Mon. Rhag. Rhen. min. *t. et animum* Vien. et Par. *t. et ii an.* Rhen. 1. bene; *Hess*,

10. *tamen* avunculus propterea non solus aut primus heres, sed *heredes successoresque* (synon. v. ad Ann. 1, 10, 11.) *sui cuique liberi*, *et nullum testamentum*; („quale quidem apud Romanos. cf. tamen c. 32." Günth.) *si liberi non sunt*, nepotes, pronepotes; si hi non sunt, *fratres*, et quidem primum patris, deinde matris: si nec hi, *patrui et avunculi*: nam ita haec intelligenda, et voce *liberi* significantur omnes a patre de-

scendentes. His verbis res magni momenti, ius successionis hereditariae non nisi primis velut lineis designatur; nec satis constat, quale illu fuerit in Germania ante Saec. V. quo ius Romanum sensim receptum et quod antiquissimis moribus sancitum erat, legibus immutatum est. No defuerunt tamen, qui argumentum hoc accuratius tractarent et mult silentio tum a scriptore nostro tum ab eius interpretibus praetermiss supplerent; e quibus prae ceteris consulendi sunt et laudandi *Pütte* Beiträge zum teutschen Staats- und Fürstenrecht T. II. N. 36. 37. p. 22 — 280. F. C. J. *Fischer* Versuch über die Gesch. d. teutsch. Erbfolge Manheim 1778. 8. et ei. Erbfolgegesch. der Seitenverwandten in Deutsch land, Leipz. 1782. 8. *Biener* diss. de success. feudorum non secundu ius repraesentationis, sed linearum praerogativam ordinanda Lips. 1782 4. Fr. *Boutterweck* et Joh. *Schwarzkopf* comm. de fundamento succes germ. tam allodialis quam feudalis et de ratione differentiae inter suc cess. Germ. et Rom. Goett. 1786. *Gebauer* p. 540 — 580. *Barth* II. p 353—362. inpr. Weiske p. 262 — 271. *Majer* p. 71 — 162. ei. deutsch Erbfolge 1805. Forts. I. p. 14—51. 85—140. et, qui huic suffragatur *Eichhorn* I. §. 19. 65. Quae ceteris probabiliora videntur, breviter ex ponam. Omnis quidem successio, etiam legitima, non est iuris natura lis, sed mere arbitrarii. (v. Gebauer p. 553 seq.) Prisci autem German iique ingenui ac liberi, qui tum rudes et pares erant, tum discreti co lebant ac diversi, (cap. 16.) ut tam in auctoritate et honore essen apud tot homines non liberos sibique obnoxios, quam tuti ab omni iniuri iis temporibus, quibus publica nondum erant iudicia, delicta et accusa tores, cavebant coniunctione ac foedere, tum communi totius civitati tum singulari familiarum et consanguineorum, (Germ. *Magen* a verb *mogen, mögen, magen,* posse, valere, unde *Magschaft,* cognatio, cuiu synon. est *Sippschaft, Schwerdtmagen,* agnati, *Spillmagen,* cognati, *Spille, Spinnel, Spindel,* fuso, sic dicti, *Nagelmagen,* cognati intra sept mum gradum; nisi potius appellationes istae a corporis humani mem bris, quae a capite magis paene ceteris absunt, a ventriculo et digito rum unguibus, petitae sunt et *Schwerdt,* gladius, ad patris, viri, *Spin del* fusum, ad matris, feminae, cognationem virilem spectat; v. Gebaue p. 340—363. Barth. II. p. 353. 354. 358. et Weiske p. 270.) qui *propi quorum inimicitias; iuxta libertatem periculosiores,* (cap. 21 pr.) tutela (Germ. *mundium*) ultionemque *suscipiebant,* inita societate, ut mutua sibi securitatem et tutelam praestarent omnesque propulsarent iniuria Quas ne quis impune alicui inferret, qui pacem ita fregerat, reus er mulctae. Haec vero debebatur et laeso et propinquis, qui etiam de so lutione eius communi sponsione cavebant. Cf. ad c. 12. n. 7. et 8. Hin naturalia atque simplicia successionis principia: 1) Iustus mortui bono rum possessoris heres est, qui tum sanguinem eius habet, consangu neus, tum eiusdem tutelam et ultionem suscepit. Majer p. 71 seq. 123. lex Angl. et Werin. 6, 5. ap. Lindenbrog. p. 484. *Ad quemcunque her ditas terrae pervenerit, ad illum vestis bellica i. e. lorica et ultio proxim et solutio leudis debet pertinere.* 2) Quo propior aliquis defuncto bono rum possessori est consanguinitate et quo purior in hoc sanguis illiu eo propior hereditati, v. c. filius propior nepote, nepos pronepote, pr nepos fratre, agnatus cognato. Sanguinem vero alicuius habet, qui v ab ipso accepit, (filii eius una cum mascula progenie, nepotibus pron potibusque) vel ex eodem fonte hausit, sive totum et immediate, (fr tres cum posteris) sive ex parte et mediate, fratres parentum cum pro mascula. 3) Non singuli succedunt heredes, sed ordine continuo et s mul integra generatio, a communi parente (*cippo, Sipp*) oriunda, (cui progressus *ordo* et Tacito *gradus* dicitur) Germ. et in legg. *parentel parentilla, stirps, linea, geniculus* s. *genuculus,* (propr. corporis artic

lus, *Gelenk der Geschlechtsreihe oder Kette*) *Sippschaft*, *Sippzahl*, v. c. omnes filii, omnes fratres, si plures relicti; nam *iustum omnino est, ut, quos propinquitas naturae*, consanguinitas, *consociat*, *hereditariae successionis ordo non dividat*, leg. Wisigoth. 4, 2, 9. cf. Majer p. 83—101. et Eichhorn l. l. 4) Ordo parentelarum est hic: prima ac propria *filii* aut unicus filius, (*heredes successoresque sui cuique liberi*) si filii non sunt, nepotes, si nec hi, pronepotes: (Id cautum etiam lege Wisigoth. 4, 2, 2. Salica autem 62, 6. *Ubi inter nepotes aut pronepotes post longum tempus de alode terrae contentio suscitatur, non per stirpes, sed per capita dividatur.*) altera eaque paterna (*proximus gradus in possessione* hereditatis post filios) *fratres* eorumque mascula progenies: (*Si ex uno tamen fratre sit unus filius et ex alio fratre vel sorore forsitan plures, omnem hereditatem defuncti capiant et aequaliter per capita dividant portiones*, lex Wisigoth. 4, 2, 8.) tertia atque avita *patrui et avunculi* (cf. nota 9.) cum mascula prole; Tacitus certe copulam potius omisisse, quam *patruorum* nomine omnes agnatos longo ordine sequentes, *avunculorum* omnes cognatos comprehendisse videtur. (Illud suspicabatur Majer p. 77 et al. hoc Gebauer p. 576 — 578.) A tertio deinceps gradu ad quartum, quintum, sextum, septimum rarae successiones, et has non nisi maiorum et quidem proximorum ex paterno genere fuisse, intelligitur tum ex eo, quod cavendum erat, ne fundus, praecipua et unica paene hereditas, in permultas divideretur partes ac lites inde orirentur, tum ex lege Sal. tit. 62. et Ripuar. tit. 56. de Alodis. (Conf. Majer p. 92—100. 152—159. et lex Rotharis in Georgisch. corp. iur. Germ. p. 967. *Omnis parentela usque in septimum geniculum memoretur, ut parens parenti per gradum et parentelam heres succedat, sic tamen, ut ille, qui succedere vult, nominatim uniuscuiusque nomina parentum suorum antecessorum dicat.*) 5) Nulla proprie successio ascendentium aut parentum in bona filiorum: nam paterfamilias unicus agrorum, pecorum armentorumque (quae *solae et gratissimae opes* cap. 5.) possessor usque ad mortem est, filius eorum tantum, quae a patre una cum fratribus hereditate acceperat; quam potissimum ob causam *sera iuvenum Venus* fuisse videtur. (Cf. Majer p. 128—130. et Gebauer p. 575.) 6) Quamdiu quisquam superest ex eadem parentela, non alia succedit. (v. Majer p. 130—140.) 7) Non alia successio quam naturalis illa ab intestato, quae non communione et conservatione peculii, (quod omnis successionis, etiam in Germania, fundamentum fuisse Pütter et plerique ICti statuunt) sed sanguinis continetur: *nullum testamentum*; nam hoc iuris tantum civilis inventum est, plane ignotum omnibus illis gentibus, quae iure naturali domesticisque institutis unice reguntur et censent, neminem post mortem suam posse amplius velle, iubere, vetare, donare. (Cf. Dithmar. ad h. l. Gust. Hugo in comm. de fundamento success. ab intestato ex iure Rom. Goett. 1785. 4. Gebauer p. 565—573. et inpr. Majer p. 105—125.) — Ceterum primis temporibus in Germania, ut in Palaestina, Graecia et Italia, soli mares, (*sororum filii*, *liberi*, h. e. filii, nepotes ac pronepotes, *fratres*, *patrui*, *avunculi*) quia *propinquorum inimicitias*, tutelam ultionemque *suscipiebant*, (cap. 21 pr.) non mulctae tantum, (cap. 12. 21.) sed hereditatis quoque participes erant et heredes saltem agrorum defuncti (*boni aviti*, *aviatici*, seu *terrae* et *terrae Salicae*) rerumque domesticarum et expeditionalium; (v. ad cap. 18. n. 12.) feminae autem, non quod uxor indotata (c. 18.) aut, quae vulgaris opinio est, marium fuit, peculium ab hostibus tueri agrumve colere, (quae cura feminis potius delegata a maioribus nostris, cap. 15.) sed quoniam in perpetua virorum et quidem sexus, non aetatis tutela erant, (ut apud plerosque populos. v. Gebauer p. 544.) superstite mascula prole et excepto apparatu muliebri, (v. ad cap. 18. n. 4. et 12.) ab omni hereditate exclude-

bantur; quae *diuturna, sed impia consuetudo* dicitur in Marculphi Form. II, 7. 8. 10. 11. 12. *De terra Salica in mulierem nulla portio hereditatis transit, sed hoc virilis sexus acquirit, hoc est, filii in ipsa hereditate succedunt: sed ubi inter nepotes aut pronepotes post longum tempus de alode terrae contentio suscitatur, non per stirpes, sed per capita dividantur*, lex Sal. tit. 62. leg. 6. „Haec fuit celebratissima illa *terra* et *lex Salica*, quae ut intelligatur, advertendum, uti observat Eccard. ad h. l., Germanos habuisse domum, quam vocabant *Sal*, et circa eam fuisse *Salbuck* seu curtim spatiumve terrae domui circumdatum ac sepe cinctum. v. ad cap. 16. n. 4. Spatium illud cum domo est *Seliland* seu Salica terra, quae ad solos filios pertinebat, nec immerito, quum filiae in aliam domum terramque Salicam nuptiis transirent." *Brot.* Alii *terram Salicam* putant esse terram bellatori sorte aliave ratione attributam et ita dictam a verbo *selen, sellan, salian*, dare, tradere, ut *Alod, Allod, Alodium, Allodium* a *Lot, Loos*, sorte. Cf. sup. ad cap. 19. n. 10. Pütter in primis lineis iuris priv. princ. §. 18. n. *a*, Gust. Hugo l. l. p. 5—22. Gebauer p. 229—284. Majer p. 123—128. Eichhorn I. §. 19. et 65. Cognati etiam vivis agnatis expertes hereditatis praeter avunculum, (cf. nota 9.) quia descendebant a feminis et aequum iustumque videbatur, propiorem esse gradum sanguinis, quam familiae aut gentis. v. Majer p. 82. Sed iam Saec. V. sexum quoque muliebrem et parentes in hereditatem successisse, intelligitur ex legibus German., quas laudavit Barth II. p. 355—361. Apud Tencteros filius natu maximus omnium bonorum paternorum praeter equos heres erat: (v. cap. 32 extr.) quod si non cunctis olim Germanis, saltem multis, placuisse suspicabatur Gebauer p. 580. — *proximus gradus in successione* coni. Hertius et tacite recepit Dithmarus.

11. *Quanto plus propinquorum*, agnatorum et cognatorum, *quo maior affinium* numerus, *tanto gratiosior senectus*, tanto magis senes amantur et coluntur; *Bred.* *gratiosior* passive: *angenehmer; Longol.* coll. Petron. c. 140. Immo *gratiosus* dicitur ille, qui gratia et amore aliorum fruitur et multum pollet; *Pass.* et *Hess.* *tanto maior aff. num.* Nor. *tanto gratior sen.* MSS. Vat. 2964. 4498. Tur. et Humm. ed. pr. Put. Mon. Pogg. Par. Vien. Rhen. min. prob. Humm. *tanto* omissum in Par. et recte, opinor. v. ad Ann. 1, 57, 1. „*Propinqui* dicuntur, inter quos aliqua sanguinis coniunctio est; *cognati*, qui per feminas coniunguntur; *agnati*, qui per genitorem; *affines* sunt mariti et uxoris cognati, dicti ab eo, quod duae cognationes, quae diversae inter se sunt, per nuptias copulantur et altera ad alterius cognationis *finem* accedit, ut cognati uxoris sint affines mariti, cognati mariti affines uxoris." *Nolten.* Lex. antibarb. T. I. p. 816. Cf. de cognatis et affinibus Klenze in *Zeitschrift für geschichtl. Rechtswiss. herausg. v. Savigny, Eichhorn und Göschen.* VI, 1. — *nec ulla orbitatis pretia*, sed magna tunc temporis apud Romanos. v. ad Ann. 13, 42. H. 1, 73, 4. et conf. Ann. 15, 19 Sen. cons. ad Marc. 19, 3. Plin. ep. 4, 15, 3. Gebauer p. 301 seq. Molesta fere hoc loco, ut aliis quibusdam, et male idonea Romanorum morum notatio; *Günth.*

CAPUT XXI.

Suscipere tam inimicitias seu patris seu propinqui, quam amicitias, necesse est; nec implacabiles durant. Luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero recipitque satisfactionem universa domus; utiliter in publicum quia periculosiores sunt inimicitiae iuxta libertatem. Convicti

bus et hospitiis non alia gens effusius indulget. Quemcunque mortalium arcere tecto, nefas habetur: pro fortuna quisque apparatis epulis excipit. Quum defecere, qui modo hospes fuerat, monstrator hospitii et comes. Proximam domum non invitati adeunt, nec interest; pari humanitate accipiuntur. Notum ignotumque, quantum ad ius hospitis, nemo discernit. Abeunti, si quid poposcerit, concedere moris, et poscendi invicem eadem facilitas. Gaudent muneribus; sed nec data imputant, nec acceptis obligantur. Victus inter hospites comis.

1. *Suscipere tam* (*tamen* c. Tur.) *inimicitias* (*Germ. Faydas, Faidas, Fehden*) *seu patris seu propinqui, quam amicitias, necesse est*, v. ad c. 12. n. 7. ad c. 20. n. 10. Anton. IV. p. 134. 135. Weiske p. 272 sq. „Sic apud veteres populos consultum, ne impunitate gliscerent iniuriae. Apud bellatricem vero gentem et in caedes ultro ruentem sapientissime provisum, ut ira placabilis foret ipsumque *homicidium* non morte, sed pretio *lueretur* et *universa domus* interfecti *reciperet satisfactionem*. Sic enim nemo infensus, nemo ad ultionem intentus manet. At ne paupertate cresceret interfectoribus audacia, optime adhuc consultum primo, ut homicida quantum haberet solveret, deinde ut de reliquo satisfacere teneretur *universa domus* interfectoris. Quibus ritibus id perageretur, docet Lex Sal. tit. 61. de *Chren crude* (vacuo) leg. 1. et 2. In hac tamen lege id erat vitii, quod homicidarum furore et legis severitate multae everterentur familiae: unde legem illam postea abrogavit Childebertus rex Decret. leg. 15. Melius ergo a Canadensibus provisum, penes quos non interfectoris domus, sed totus vicus satisfacit. v. P. de Charlevoix Journal hist. d'un voy. de l'Amérique p. 274." *Brot.* Cf. et Gebauer p. 742—750. ubi tamen *inimicitias* tantum e caede *patris seu propinqui* oriundas h. l. significari putabat, heredemque occisi necessitate iuris fuisse adstrictum, ut necem eius, cuius legitimus esset heres, non relinqueret inultam, apud concilium maleficii auctorem accusaret et a convicto aut confesso mulctam auferret. *necesse est*, i. e. non moris tantum, sed officii est; *nec*, non tamen; *Günth.* ad h. l. et ad Nep. Themist. 10, 5. v. ad cap. 45. n. 12. *Implacabiles durabant* olim in Palaestina et etiam nunc *durant* in Arabia et Perside, ubi hereditate transmittuntur inimicitiae et caedes alicuius ab eo, qui sanguine ipsi proximus et ultor caedis est, (גֹּאֵל) vindicatur, mulctam vero accipere inhonestum censetur. Cf. Michaelis Mos. Recht II. §. 134. Niebuhr Beschr. von Arabien p. 32 sq. Chardin Voy. VI, 107. Jahn bibl. Archaeol. II, 2. §. 210. p. 372—378. *De reconciliandis invicem inimicis in conviviis consultant* cap. 22. In Gothlandia (ut in Palaestina, Arabia et Italia, v. Jahn l. l.) una cum eo, qui homicidium fecerat, in asylum confugere debebant pater, filii ac fratres, ne propinqui interemptorum ex iis quoque ultionem peterent; *Orell.* coll. Guta-Lagh 13, 1.

2. *Luitur enim etiam homicidium*, non tantum in duello aut rixa, (cf. cap. 10. et 22.) sed etiam per fraudem et ex insidiis factum, (*Mortaudum*) *certo armentorum ac pecorum numero*, v. ad cap. 12. n. 7. et conf. Hom. Jl. 18, 497 sq. — *universa domus recipit satisfactionem*, non, ut multi existimant, (etiam Moeser p. 30.) mulctam accipit; (nam huius tantum pars propinquis et laeso datur, cap. 12.) neque explicatio Gebaueri (p. 750.) probanda videtur: mulcta ex re iudicata accusatori soluta, *universa domus* ita credit sibi *esse satisfactum*, ut ab omnibus caesi consanguineis nihil amplius caedis causa moneri moverique, nihil publice privatimque obiici vindicarive possit. Probabiliora v. in nota 1.

3. *utiliter in publicum*, (v. ad Ann. 15, 12.) *quia periculosiores sunt inimicitiae iuxta libertatem*, simul cum ea; *Long.* prope ad libertatem, (ut Ann. 6, 13, 1.) aut si libertas in propinquo, in promptu est; *Bred.* Inter liberos homines, in civitatibus liberis; *Ern.* *utilitate* pro *utiliter* c. Long. ed. Nor. *Iuxta* alio sensu dicitur cap. 30. extr. et Ann. 6, 42. ubi v. not. 1.

4. *Convictibus et hospitiis*, *ξενοδοχίαις*, *non alia gens effusius indulget*, quam Germani, exceptis Frisiis. v. Wiarda Gesch. der alten Fries. Sprache p. 16. „Apud nos, invicem per commercia innexos, languet hospitalitas, viget apud barbaros latrociniis infames. Huius discriminis causa in aperto. Scilicet commercia populos coniungunt, privatos dividunt, penes quos commerciorum usu omnia fiunt venalia. Et quanto magis apud gentem aliquam fervent commercia, tanto magis ab hospitalitate abhorret. Contra barbari commercia non norunt, (et apud eos deversoria non patent peregrinis) latrocinia exercent, quum indigent: hospitales sunt, quod in hanc liberalitatem natura propendet ipsisque expedit. Haec pluribus ingeniose explicat Montesq. esprit des loix 20, 2." *Brot.* Cf. Adelung. p. 299. 300. Grot. J. B. et P. 2, 2, 16. et Puffend. J. N. et gent. 3, 3, 9. Hinc non minus hospitiis indulgent populi orientales, qui hospites etiam nunc liberaliter excipiunt et tuentur, praecipue Arabes et in his quoque rapaces ac rudes, quibus in eo similes sunt Scoti montani et Americae gentes, maxime Canadenses. v. Niebuhr Reisebeschr. I, 119. ei. Beschr. v. Arabien p. 46sq. Volney Reise I, 314. Pococke Voy. III, 15. Arvieux Voy. II, 71 seq. 382 seq. III, 152 sq. Chardin Voy. III, 87. Pennant Reisen in Schottland I, 404. P. Lafitau Moeurs des Sauvages Amériquains T. II. p. 88 sq. Jahn bibl. Archaeol. I, 2. §. 174. 722—736. Perizon. ad Aelian. V. H. 4, 1. et de Germanorum hospitalitate Caes. b. G. 6, 23 extr. Mela 3, 3. Diodor. 5, 28. 34. Nibelung. v. 116. 310. 4662. lex Burgund. 38, 1. (*quicunque hospiti venienti tectum aut focum negaverit, trium solidorum illatione mulctetur*) leges aliae, quas laudarunt Schütze I, 49. 50. et Joh. Magnus hist. Goth. 4, 1. (ubi tradit, Gothis legem fuisse, ut comburerentur aedes eorum, qui ter tecto arcuissent viatorem) Schardius I, 199. Majer 1, 53. Luden T. I. p. 585. Weiske p. 275 sq. In Graecia olim sanctissima hospitii iura, *Ζεὺς ξένιος*, *ἱεροὶ ἅλες*, *σύμβολα* et *δῶρα ξενικά*, tesserae hospitales. v. Potter Griech. Archaeol. II. p. 722—736. „Aliam tamen fuisse hospitalitatis rationem apud Graecos et Romanos, quippe qui non unumquemque hospitio exciperent, ex antiquitatibus penitus disci poterit. Horum potissimum mores, etiam in hac re perversos corruptosque, Tacitus perstringere videtur. Cf. Ammian. 14, 6, 12." *Hess.* *effusius* sensu honesto; *Ern.* *effusius indulgere*, ut *eff. fovere* et *diligere* Plin. ep. 7, 24. 30. Alia v. in Ind. Tac. II.

5. *Quemcunque mortalium*, ullum hominum, cuius et quivis ille sit, *arcere tecto, nefas habetur; pro fortuna* sua, pro rei suae domesticae modulo, *quisque apparatis epulis excipit* quemcunque; *Günth.* „Sic et Caes. b. G. 6, 23. Mela 3, 3. Leg. Burgund. tit. 38. leg. 1. *Quicunque hospiti venienti tectum aut focum negaverit, trium solidorum illatione mulctetur.* At hospitium virtuti, non sceleri datum. Recte enim Leg. Sal. tit. 17. leg. 3. *Parentes defuncti iudicem rogare debent, ut inter homines non habitet auctor sceleris; et qui ei hospitium dederit, antequam parentibus satisfaciat, DC den. culpabilis iudicetur.*" *Brot.* *epulis recipit* Vat. 2964.

6. *Quum defecere* „sc. epulae, quum epulas amplius praebere hospiti non possunt et exhausta sunt, quae apparata erant, ut cap. 24. *quum omnia defecerunt*, sc. quae ludendo perdere possent. — *Quum defecerint* ed. Lips. quod eodem modo intelligere licet." *Ern.* et *Bred.* Sed *defecerit* e c. Farn. dedit Lips. Cf. ad c. 24. n. 6. — *qui modo hospes fuerat*, i. e. qui modo apud prio-

rem hospitem benigne exceptus fuerat; *Günth.* Immo: qui modo aliquem hospitio exceperat, (nam utroque sensu *hospes* dicitur, ut multa alia et activo et pass. sensu: v. Ind. III. v. Enallage) *monstrator hospitii* novi (in *proxima domo*) *et comes* est. Post *comes* in omnibus edd. vel nulla, vel minima distinctio posita. Ego maximam substitui, ne plur. *adeunt* e sing. *hospes* pendeat; nam *adeunt* scil. qui hospitio et exceptus erat et exceperat eum. Eandem distinctionem defendi video a Walthero, aliorum vero explicationes refelli his verbis: „Translatores quidam vertere, quasi scriptum esset *non invitatus adit.* Hessius in var. lect. p. 25. 26. ob verba *invitati adeunt* ad praec. supplet *cum hospite*, ut sit syllepsis, e qua pluralis excipiat duo substantiva per praepos. *cum* coniuncta, provocatque ad Ruddim. inst. P. II. p. 29. et Rupert. ad Sil. 16, 244. At hic non sunt duo substant. per praepos. *cum* coniuncta, nisi in opinione interpretis. Alii (Günth. et Teubertus) virgula post *comes* sublata iungunt *monstrator hosp. et comes p. d. non inv. adeunt*, rati, *monstratorem hospitii* et *comitem* diversa esse subiecta, *comitem* vero eum, qui modo apud priorem hospitem benigne exceptus fuerat. Hauffius, admissa eadem interpretatione, pro *hospitii* reponit *hospiti.* At quo tandem iure ille, qui exceptus fuit, *comes* alterius dicatur, nemo docuit, satisque apparet, mutato hospitio hunc potius, neque illum fieri comitem. *Monstrator hospiti* dici posse concedo: non vero in universum intelligendus est monstrator hospiti accedens, sed monstrator hospitii. Vix autem ferimus repetitionem vocabuli *hospes.*" De re ipsa v. Moeser T. I. p. 28. 29. qui putabat, illud factum esse, ut ita nec diutius pro hospite caveret, et huc pertinere leges Anglosax. Edgari 2, 6. *Quilibet homo habeat suam fideiussionem et fideiussor illum ad quodlibet ius ducat et custodiat*, Guil. Conq. 64. *Qui voluerit se teneri pro libero, sit in plegio*, et Edowardi c. 27. (Wilkins. p. 202.) *Si quis hospitaverit privatum, poterit eum habere noctibus duabus tanquam hospitem: quem si tertia nocte hospitatus fuerit, habeat eum ad rectum tanquam de propria familia;* hinc vero non modo ortum esse proverbium Germ. *ein dreitägiger Gast ist Jedem eine Last*, sed causam quoque repetendam, cur hospites et peregrini etiam *hostes* (et ξένοι) dicti sint; (cf. Hesych. v. ξένοι, Pollux 1, 10. Herodot. 9, 10. Cic. Off. 1, 12. Potter griech. Archaeol. II, 722. 723. et ad Lycophr. Cassandr. v. 464.) eos enim necessarios fuisse hostes, quamdiu non habuerint sponsores. *Comitatus* sane non modo ad humanitatem et commendationem, sed etiam ad tutelam referri potest; nam *hospites violare fas non putant: qui quaque de causa ad eos venerint, ab iniuria prohibent sanctosque habent;* Caes. b. G. 6, 23 extr. Vera tamen causa, cur primus hospes monstrator novi hospitii fuerit, continetur verbis *quum defecere* et illis cap. 16. *colunt discreti ac diversi.* — *non invitati*, etiamsi non invitati essent; *Günth.*

7. *nec interest*, scil. eos vel non invitatos esse et adire, sed *pari humanitate excipiuntur*, ac si invitati essent; *Dilth. Günth.* et alii. Immo: nihil prorsus interest inter duos hospites; nam *pari humanitate accipiuntur*, et *notum ignotumque hospitem — nemo discernit. Iis omnium domus patent victusque communicatur;* Caes. I. I.

8. *quantum ad ius hospitis* c. Long. et Tur. ed. pr. Put. Nor. Pogg. Mon. Vien. Rhen. Ald. *hospitii* tacite reposuere Lips. et ceteri editores ante Pass. qui haec annotavit: „Lectio pessima; nihil enim absurdius quam *ius hospitii* apud Germanos. *Ius* vero *hospitis* recte dixit ea, quae sine legibus, ex tacito gentis consensu, hospiti debentur, *die Gerechtsame des Gastes:* rarior quidem, sed Ciceronianus vocabuli usus, Tusc. Qu. 1, 26. *ius hominum situm est in generis humani societate.*" Recte quidem; sed perperam notatus est Lipsius, et *hospitii* eodem sensu, modo voc. *ius* recte interpreteris; *Günth.* Cf. ad H. 3, 51, 1.

9. *Abeunti, si quid poposcerit, concedere moris; et poscendi invicem eadem facilitas,* non minus veretur hospes, qui aliquem liberaliter exceperat, ab abeunte hospite aliquid poscere, quod in memoriam hospitalitatis sancte servari solebat. Haec sunt *ξένια* s. *δῶρα ξεινικὰ*, Xenia, munera hospitalia. Cf. Hom. Jl. 6, 215 seq. 235. Virg. Aen. 8, 166 seq. Nibelung. v. 6813. *poposcerit* Vat. 1518. 2964. 4498. Arund. edd. vet. et rec. *poposcerunt* Vat. 1862. *poposceris* ed. Rhen. 2. 3. et cet. ante Ern. Vox omissa in ed. Rom.

10. *Gaudent muneribus,* quibus non modo infantes gaudent, sed etiam populi rudes et praecipue orientales, qui ne invisere quidem solent aliquem nisi allato munere. v. Harmar u. Faber Beobacht. über den Orient T. II. p. 1—32. — *sed nec data imputant,* non postulant, ut sibi pro iis ab accipientibus gratia debeatur reddaturve; *Hess.* et *Günth.* Cf. ad H. 1, 71, 2. — *nec acceptis obligantur:* „optime quidem, ni malis omnem donationum naturam evertere. Sunt aliquando homines, qui donant nihil tale opinantibus et repentinam liberalitatem mirantibus: paulo post donatores aliam rem, operam, officia flagitant et, si negaveris, irascuntur, ingrati animi vitium obiectant, iniuria se affici conqueruntur. Hoc non est donare, sed emere, et quidem ab invito; est *imputare* data ei, qui ea lege non accepit; est contendere obligatum eum, qui de ullo iuris vinculo non cogitarat; fallere denique sub donandi specie et, postquam fraus non successit, etiam indignari." *Gebauer* p. 531. *obligantur,* se obligatos esse putant: forma passiva ad modum medii verbi Graeci; *Günth.*

11. *Victus,* conversatio, *inter hospites* mutuos, quorum alter exceptus est, alter excepit, *comis* est, sine suspicione fraudis; ut *comiter* dicitur pro *sine dolo malo.* v. Graev. ad Cic. p. Balbo 16. et Drak. ad Liv. 25, 12. 38, 11. Sic aptissima h. l. verba, quae interpretes vel spuria esse putant, vel transponenda, vel corrupta, vel alio sensu capienda. Alii ea in initio proximi cap. ponenda putant; Thiersch. p. 462. et Heidenkamp. ante: *Abeunti, si quid poposcerit* cet. ut ita cohaereant: dum adsunt, comiter habentur, quum discedunt, donis afficiuntur. Longolius *comis* a librariis compendiose scriptum censebat pro *communis,* ut saepius in MSS. non modo *comis,* sed etiam *comiter* Liv. 25, 12. et *comissimus* Suet. Vesp. 22. cf. Ruhnk. et Perlet. ad Terent. Heaut. 5, 1, 39. Bremi et Dähn. ad Corn. Nep. Milt. 8. Gesneri et Forcell. Lex.; *Hess.* Passovius existimat, priora Taciti verba pertinere ad hospitalitatem erga ignotos, haec postrema ad eos, quos mutuum amicitiae foedus iunxerit; Orellius, manifestam esse oppositionem eorum, quae cap. 22. legantur, *crebrae, ut inter vinolentos, rixae* cet. („Cum hospitibus comiter conversabantur, nec rixas committebant, sed, nullo hospite praesente, ipsi soli conviviis indulgebant. Ut autem magis elucesceret hoc antitheton, non sine arte huc collocatum fuit.") Enimvero haec ratio neque sensu, neque collocatione verborum commendatur; Passovianae non consentanea sunt illa: *notum ignotumque nemo discernit.* Probabilior fortasse illa Beckeri in Seebodii nova bibl. crit. a. 1825. p. 206. proposita: *Victus inter hospites comis,* qualis solet esse inter homines notos et familiares, qui fraterno animo secum res communicant seque cibis iam coctis, vulgaribus et appositis, non, ut ignotos, *epulis pro fortuna apparatis excipiunt,* ut ap. Caes. b. G. 6, 23. *hospitibus victus communicatur.* Hessio iudice Tacitus verba illa consulto hic posuit, ut narrationem de Germanorum hospitalitate sententia in universum pronuntiata breviter clauderet.

CAPUT XXII.

Statim e somno, quem plerumque in diem extrahunt, lavantur, saepius calida, ut apud quos plurimum hiems occupat. Lauti cibum capiunt: separatae singulis sedes et sua cuique mensa. Tum ad negotia, nec minus saepe ad convivia procedunt armati. Diem noctemque continuare potando, nulli probrum. Crebrae, ut inter vinolentos, rixae raro conviciis, saepius caede et vulneribus transiguntur. Sed et de reconciliandis invicem inimicis et iungendis affinitatibus et asciscendis principibus, de pace denique ac bello plerumque in conviviis consultant, tanquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat. Gens non astuta, nec callida: aperit adhuc secreta pectoris licentia ioci. Ergo detecta et nuda omnium mens postera die retractatur, et salva utriusque temporis ratio est. Deliberant, dum fingere nesciunt; constituunt, dum errare non possunt.

1. *Statim e somno, quem plerumque in diem extrahunt*, cf. c. 15 pr. *extrahunt*, ut passim *extrahere bellum, pugnam*, (Ann. 4, 73.) *certamen* cet., *trahere, protrahere, producere, perducere rem in serum tempus* al. *dies* et *levantur* Par. Romani contra ante diem exortum solebant surgere; *Jacobs*. *e somno*, post somnum. „v. Tursell. de partic. p. 245." *Hess*. Graecis usitatior praepositio ἐκ, ut Xenoph. Cyrop. 1, 4, 28. ἰλιᾶν ἐκ τῶν πρόσθεν δακρύων, Latinis *ab*, ut Liv. 22, 40. *ab hoc sermone profectum; Günth*. Cf. Ramshorn. Gram. p. 285. *eñ* (enim) *sompno* c. Long. ed. Nor. — *lavantur* non balneis thermisve, quae etiam nunc rariora, nec tum nota: sed abluebant tantum manus et faciem, quod nostratibus statim e somno adhuc usitatum est; *Long*. *Lavari* h. l. est *baden*, non *waschen; Hess*. — *saepius calida*, quam frigida, sc. aqua, (v. ad Ann. 1, 57, 1.) calefacta igne, quia apud eos *plurimum hiems occupat* et aqua tunc congelatur. *plurimum* temporis, vel potius plurima loca, *hiems occupat*, ut fortasse Ann. 12, 12. extr. *Mesopotamia importuna, quia* eam *hiems occupabat*. Eodem sensu a multis explicatur Agr. 10. vetus lectio *Thule, quam hactenus*, nihil aliud quam, (v. ad Ann. 12, 12.) *nix et hiems appetebat*. Ceterum Romani tam post coenam, quam ante eam et tum ab octava aut nona hora in balneis thermisve domesticis aut publicis et saepius frigida quam calida lavabantur. v. ad Ann. 14, 2, 1. et Iuvenal. 6, 418 seq. 11, 204 seq. Germani solebant etiam lavari in fluminibus, et quidem promiscue, saeva quoque hieme (ut Russi) et in infantia. cf. ad cap. 19. n. 14. H. 5, 14, 5. Caes. b. G. 4, 1 extr. 6, 21, 5. Mela 3, 3. Plut. Mar. 19. Herodian. 7, 2. 8, 4. Barth. T. II. p. 314. „Singula fere huius capitis verba institutis Romanis opposita sunt. Surgebant Quirites ante lucem, lavabantur post pilam, iunctis sedibus coenabant, ne quis in urbe cum armis esset, legibus XII tabb. cautum erat, ante lucernas potare ignominiosum habebatur, per convivia denique mutua diffidentia regnabat." *Pass*. — *apud calida* pro *calida* Mon.

2. *Lauti*, postquam se lavarunt, *cibum capiunt*, ientaculum, prandium, et quidem cibos plerumque semicrudos, arreptos manibus dentibusque discerptos, non cultris; qui mos etiam fuit populis orientalibus, Hebraeis ac Persis. — *separatae singulis sedes*, (ut ap. Hom. Odyss. 8, 69.) *et sua cuique mensa*, ex veteri populorum usu, et quum vorax erat hominum genus; *Brot*. Conf. Strabo 4, 4, 3. (καθεζόμενοι δειπνοῦσιν ἐν στιβάσι cet.) Diodor. 5, 28. (Δειπνοῦσι δὲ καθήμενοι πάντες οὐκ ἐπὶ θρόνων,

ἀλλὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ὑποστρώμασι χρώμενοι λυκῶν ἢ κυνῶν δέρμασι· διακονοῦνται δ'ὑπὸ τῶν νεωτάτων παίδων ἐχόντων ἡλικίαν, ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν. Πλησίον δ'αὐτῶν ἐσχάραι κεῖνται γέμουσαι πυρὸς καὶ λέβητας ἔχουσαι καὶ ὀβελίσκους πλήρεις κρεῶν ὁλομερῶν· τοὺς δ'ἀγαθοὺς ἄνδρας ταῖς καλλίσταις τῶν κρεῶν μοίραις γεραίρουσι.) Posidon. ap. Athen. 4, 8, 13. (*τὰς χοὰς προτίθενται χόρτον ὑποβάλλοντες, καὶ ἐπὶ τραπεζῶν ξυλινῶν, μικρὸν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπηρμένων* cet. unde *mensa* h. l. vulgari sensu dicta et similis Hebr. שֻׁלְחָן, de qua v. Jahn bibl. Archaeol. T. I. §. 171. 172. non patina cibis referta aut lanx, ut *τράπεζα*, de qua v. Pollux Onomast. 6, 12.) Plin. 11, 45. Solin. 20. Cluver. 1, 17. Anton. IV. T. I. p. 164. Romanis erant lecti et mensae, ad quas accumbebant, non sedebant, terni in singulis lectis; mensae primum quadratae, deinde rotundae et citreae, pocula olim fictilia, postea argentea, aurea, gemmata. Cf. ad Iuvenal. 1, 137. 3, 168. 5, 39. 41. 10, 26. 27. *et sexui cuique mensa* coni. Herel p. 15. Sed feminae una cum viris cibum cepisse videntur, non vero in *conviviis* eorum. Cf. Anton. p. 139—141.

3. *Tum ad negotia* in bello, venatu, conciliis cet., *nec minus saepe ad convivia*, epulas, *συμπόσιον, πότον, εὐωχίαν*, (cf. Ann. 1, 50. H. 4, 14.) *procedunt armati*, v. ad cap. 13. n. 1.

4. *Diem noctemque continuare potando*, (Nostri significanter *zechen*; *Long.*) *nulli probrum*, ut nec Gallis, (Polyb. 2, 19.) Persis, (Xenoph. Cyrop. 8, 8.) Thracibus (Aelian. V. H. 3, 15.) et Romanis. (Plin. 14, 22.) Hoc ad Germanos tantum Rheno proximos, quibus solis vini usus fuerit, (v. cap. 23 pr.) eorumve mancipia a multis male refertur. Cf. ad cap. 4. n. 6. ad c. 23. n. 4. Ann. 11, 16. Diodor. 5, 26. Appian. b. civ 2, 54. Eccard. ad leg. Sal. a Carolo M. emend. tit. 12. p. 176. Cluver 1, 19. Jan. Thaddaeus de German. vet. aviditate bibendi Lips. 1751. 8 J. W. Petersen Gesch. der Teutschen Nationalneigung zum Trunk Lips. 1782. *continuare*, quasi annectere, mutata quodammodo vulgar vocis significatione: *continuantur* enim plerumque eaedem res; *Günth* *nulli probum* ed. Nor.

5. *Crebrae, ut inter vinolentos, rixae:* nam *inter temulentos non fa cilis consensus*, H. 1, 26. *ut* sc. fieri solet, ex more; *Günth.* v. ad cap 2. n. 8. *vinulentos* ed. pr. Nor. et Pogg. *violentos* frustra tentat Rhen quod ulteriores Germani vino caruerint: intelligendum vinum hordeaceum, *κρίθινος οἶνος*, non *ἀμπέλινος*, *Lips.* v. ad c. 23. n. 1. *Vinolent* sunt potandi avidi, acres potatores, neque nimis premenda etymologi vocis; *Jacobs* et *Doer.* *Vinolentia* etiam Cheruscis adscribitur Ann. 11, 1(et quid significet *vinolentus*, ex Cic. Or. 28. et de sen. 13 discas; *Long* — *rixae saepius caede et vulneribus transiguntur;* more hominum, qui e ebrii et rudes atque ad iram proclives sunt. Cf. cap. 25. et Diodor. ! 28. Immanitas illa legibus coercita, v. c. leg. Sal. 46, 1.

6. *Sed et de reconciliandis invicem inimicis — plerumque in convivi consultant*, quod etiam de Persis tradunt Herodot. 1, 133. 2, 72. Strab l. 15. p. 505. al. 734. Athen. 4, 5. Ammian. 18, 5, 8. de Cretensibu Athen. 4, 10. de Graecis vett. Hom. Jl. 9, 225 seq. et Plut. Sympos. 9. de Canadensibus P. de Charlevoix Journal hist. d'un voy. dans l'Ame rique p. 217. Cf. ad H. 4, 14, 4. Gebauer p. 199. 530. 743. Majer 147. 175. 176. *et* post *sed* omittunt c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mo Rhen. 1. et min. quod h. l. non ferendum, quum nulla praecesserit nega tio; *Pass.* Habent eam MSS. Vat. et Tur. ut ed. pr. Rhen. 2. 3. et re *reconciliandis* MSS. Vat. Tur. Humm. Long. ed. Nor. Vien. Rhen. 2. et cet. *reconciliatis* c. Arund. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Rhen. 1. et mi Nemo autem *consultat* de factis, quae infecta fieri nequeunt; *Long.* *ini micis* c. Humm. Long. ed. Nor. Rhen. 2. 3. recentt. *inimicitiis* c. Tu

ad pr. Put. Pogg. Par. Mon. Vien. quod magnopere placebat Orellio, Günthero et Hess. Sed *homines, civitates, animi hominum reconciliantur,* non *inimicitiae; Long.* — *invicem* otiosum fere, pro *mutuis; Günth.* — et de *adsciscendis*, eligendis, (assumendis, *Long.* coll. Liv. 1, 20. et Cic. p. Arch. 2. ubi v. Manut.) *principibus*, v. ad cap. 11. n. 1. — *plerumque in conviviis consultant*, nec tamen propterea iudicium Germanis olim *mallum* et *Mahlstatt* a *Mahl*, Angl. *Meal*, sed potius a verbo *mahlen*, designare, dictum videtur. Illud suspicabatur Goldast. anim. ad Eginh. p. 173. hoc Eccard. ad leg. Sal. tit. 1. *plerique* Par.

7. *tanquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat;* conf. verba Rufi, a Goldasto l. c. laudata, *vinum mentis est confortativum et rectitudinis et veritatis demonstrativum*, Platonis ap. Macrob. Sat. 2, 8. *fomitem esse quendam et ignitabulum ingenii virtutisque, si mens et corpus hominis vino flagret*, et Taciti H. 4, 14. n. 4. „Vid. et Liv. 1, 57, 8. Horat. Od. 1, 21, 11. 12. Ovid. Met. 2, 87." *Long.* *Cogitationes*, deliberationes, consultationes; *Hess.* qui laudat Ruhnk. ad Vellei. 1, 10. et Heusing. ad Corn. Nep. Dat. 6. *Cogitationes magnae* ab omnibus paene intpp. ad *bellum* unice referuntur, quum tamen ad *inimicitias* quoque, ad *electionem principum* et *pacem* spectent; *simplices* ad reliqua et res privatas, sed non eodem sensu: nam *simplices* aliis sunt nudae, non fucatae, sincerae, apertae, in quibus nihil simulati aut dissimulati, (*offenherzige, aufrichtige*, ut Gr. ἁπλοῖς, v. ad H. 3, 53, 6. et Ruhnk. ad Tim. Lex. p. 86. et contra *duplex, multiplex, bilinguis, διπλοῦς, δίψυχος, πολύτροπος*) ad quas *pateat animus*, dum *aperiat secreta pectoris detecta et nuda mens;* (ubi simpliciter, sine fraude et fuco, animi sententia expromitur; *Doer.*) aliis faciles, lenes, minoris momenti, (*einfache, gewöhnliche*) quae ad res tenues, domesticas pertineant et *magnis* opponantur; Emmerlingio cogitationes, quibus rem per se spectes remotis omnibus, quae possint iudicium tuum a vero abducere, cupiditatibus, privatae rei cura, partium studio, avaritia lucrique amore, Germ. *unbefangen*, ut *simplices curae* Ann. 1, 69. et *simpliciter sententiam referre* ap. Cic. ad Quir. p. red. 10. h. e. sine respectu ad hominum potentiam, gratiam, periculum. Sed prior interpretatio ceteris est praeferenda: non enim parvi sane momenti res sunt *inimicitiae*, quae *saepius caede et vulneribus transiguntur, electio principum* et *pax;* nec plane illo sensu dicuntur *simplices curae* Ann. 1, 69. alio quoque *convivalium fabularum simplicitas* Ann. 6, 5, 2. Verba Taciti bene reddidit Germ. Walchius: *als ob zu keiner andern Zeit das Gemüth für aufrichtige Gesinnung empfänglicher sei, oder für grosse erglühe*, et Bülavius: *gleich als wäre der Geist zu keiner Zeit zum offenherzigen Gedankenaustausche geneigter oder leichter für grosse Pläne entzündbar.*

8. *Gens non astuta, nec callida*, non *in summa feritate versutissimi natumque mendacio genus*, quales Germanos fuisse dixerunt Velleius 2, 118. et Dio Cassius, quos refutavit Schütze cap. XIII. Romani potius, imperatorum maxime temporibus, artem dissimulandi, fallendi et adulandi callebant. v. H. 1, 1. Agr. 1—3. *astuta* et *callida* synonyma, etsi per partic. disiunct. *nec* iuncta. v. ad Ann. 1, 16, 1. Plerique tamen intpp. ea distinguunt. *Nicht schlau, noch arglistig;* Bülav. *Nicht listig, nicht verschmitzt;* Walch. *Astutus* ab ἄστυ, urbs: urbani enim versutiores plerumque ruri degentibus; *Long.* *Callidus*, a *callo*, usu peritus, (*cuius tanquam manus opere, sic animus usu concalluit*, Cic. N. D. 3, 10.) deinde insidiosus, dolosus, *hinterlistig, tückisch.* *Astutus*, qui fictus et occultus simulando aliud quam gerit decipit alios; *callidus*, qui hominum temporumque bene peritus ingenio ad fraudes dolosque abutitur; *Ernest.* *Astutus* fere in malam partem sumitur, *callidus* in utramque;

Hess. *aut callida* cod. vet. Grosl. quod recipiendum fuisset, si melioribus libris confirmaretur; *Pass.* Cf. ad Ann. 1, 32, 2. — *adhuc* dupliciter licet interpretari, vel *insuper*, *etiam*, vel *nunc quoque*, nondum edocta (a Romanis) artes dissimulandi et fingendi alia, quam sentiat; *Ern.* Posterius unice verum videtur Pass. (qui optime huno locum illustrari putat prooemio Agricolae) Dilth. et Hess. mihi vero prius: nam verba *aperit-ioci* ad sola convivia spectant, in quibus condita veras aperit praecordia Liber (Horat. Sat. 1, 4, 89.) maiorque est *licentia ioci*, qua verum dicitur; duplex vero h. l. affertur causa, cur *detecta sit et nuda omnium mens*, prima, quod *gens non astuta nec callida* sit altera, (*adhuc*, praeterea) quod in conviviis *aperiat secreta pectoris licentia ioci* et *deliberet*, *dum fingere nesciat.* Hinc etiam post *callida* minori distinctioni maiorem substitui, quae est in ed. Vien. nec displice Passovio. Cf. ad cap. 19. n. 12. et Ann. 1, 17, 3. *adhuc* c. Tur. e Humm. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Vien. Rhen. 2. 3. et min. Ern. Ob Bred. Pass. Hess. *ad hoc* (v. ad Ann. 4, 12, 2.) c. Arund. et Long. ed Nor. Rhen. 1. Long. (qui id dictum putabat pro: ad hoc temporis) e Bip. *ad hec* ed. Rom et Par. „De vocc. *adhuc*, *ad hoc* et *ad haec* v Ruhnk. ad Vell. 2, 118. Ephem. lit. Jen. a. 1822. in Supplem. p. 120 et Nolten. Lex. T. I. p. 1294." *Hess.* *tunc* substituerunt Pich. et Cluv. — *licentia ioci*, quae ipsa evitatur a callidis dissimulatoribus; *Doer.* *licentia loci* reposuit Rhen. quia in conviviis sermonis libertas. Eum mal secuti sunt Lips. et cet. ante Ern. nec non Bip. et Bred.

9. *Ergo*, quia in conviviis et consultari et secreta pectoris aperi solent. — *detecta*, non velata, aperta, integra; *Günth.* *detecta et nud mens* synon. Interprete Cic. de or. 2, 86, 1. *evoluta integumentis diss mulationis*, et Cic. ep. ad Qu. fr. 1, 1. *sine involucris simulationum dissimulationum*; *Long.* Sic et Hor. Od. 1, 24, 7. *nuda veritas*, Ovi am. 1, 3, 14. *n. simplicitas*; *Hess.* *Nudare animos*, aperire, manifestar Liv. 33, 21. Post *mens* maxima distinctio posita in edd. Vien. Pass. Dilth., in reliquis nulla. Sed nec structuram *mentem retractare* Latina putem, nec conclusionem *ergo—retractatur* sententiae satis aptam; *Pas* Bene tamen et vulgatam interpunctionem defendit, et verba interpret tur Hess. „Si *mens* h. l. accipitur pro consilio, sententia, *Gesinnun Ansicht*, *Meinung*, si *retractare librum*, *causam*, *orationem* est id. q denuo examinare ad aliquid mutandum aut emendandum; cur non *mentem retractare* (insolentius quidem) dici possit, ut significet, ea, qu nude et aperte per iocum in convivio dixeris, deliberaveris, postera d denuo serio examinare, utrum rata sint habenda, an contra decernendum?"

10. *et salva utriusque temporis ratio est*, utrique, quod ipsi conse taneum est, tribuitur, nihil alieno tempore agitur; *Doer.* coll. Pli pan. c. 92. „Locutiones *ratio salva est* et *constat* desumptae a rationibu quae tum *constare* dicuntur, quum accepta et expensa bene conveniu (quadrantur, paria sunt) aut legitima summa computationi respond Cf. Cort. ad Plin. ep. 2, 5. 15, 9. Hartman. P. II. p. 7. *Salva* igitur *utriusque temporis ratio*, seu non turbata et implicata, quum Germa bene collocati rationem reddere possint, utrique tempori suum tribua nec alieno tempore aliquid agant; nam *deliberant* in conviviis, *dum f gere nesciunt*, secretis pectoris apertis: *constituunt* sobrii, *dum* men compotes *errare non possunt*, omnibus rebus diligentius expensis." *He* Cf. ad Ann. 1, 6, 7. et 13, 14, 2. Sensus elucet ex iis, quae Tacit subiunxit, neque opus erat tot verbis, quibus usi sunt Gron. et E *sua* pro *salva* legendum censebant Lips. et alii. Ceterum de Persis, quibus multi originem Germanorum repetunt, (v. ad cap. 2. n. 1.) dem traduntur locis, ab Hessio iam laudatis, Herodoti 1, 133. Strab. X

p. 697. ed. Basil. Ammian. Marc. 18, 5. et de ebrietate Persarum Xen. Cyrop. 8, 8, 6. Cf. et Suid. in *οἶνον κιεῖν*, *Brot.*

CAPUT XXIII.

Potui humor ex hordeo aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus. Proximi ripae et vinum mercantur. Cibi simplices: agrestia poma, recens fera aut lac concretum. Sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. Adversus sitim non eadem temperantia. Si indulseris ebrietati suggerendo quantum concupiscunt, haud minus facile vitiis quam armis vincentur.

1. *Potui* est *humor ex hordeo aut* ex aliis *frumenti* generibus, ex avena, milio, inpr. tritico, ut in India ex oryza, fermentando confectus et ita *in quandam similitudinem vini corruptus*, non, quod Anton. putat, nostrum *Branntwein*, sed cerevisia, celia, medo, caraenum, pomatium, Hebr. sicera, *ζῦθος*, zythum, *οἶνος κρίθινος*, potus hordeaceus eique similis, in Aegypto, Creta, Gallia, Hispania, Illyrico et iam Pytheae temporibus in Germania e favis confectus, Angl. *Ale* et *Beer*, Suec. *Oel*, Goth. *bior*, a Goth. *ala* pinguefacere, et *bar*, Angl. *barley*, hordeo, *aul*, musto. Lupus salictarius (Linn. humulus, Germ. *Hopfen*) medio demum aevo adhibitus. v. Dioscor. 2, 109. Diodor. 1, 34. 2, 110. 5, 26. Herodot. 2, 77. (ad quae loca v. Wessel. et Schweigh.) intpp. Athen. 3. p. 114. 10, 13. 34, 13. Posidon. Rhod. p. 137. Plin. 14, 22. s. 29. 22, 25. s. 81. 82. Ammian. 26, 8, 2. (ubi v. intpp.) Theophr. de causis plant. 6, 15. Strabo 4, 5, 6. 15, 53. Dio 49, 36. Oros. 5, 5, 7. Colum. 10, 116. Anton. IV. p. 167. 168. Barth II. p. 253. *Potui* sc. est *humor*, v. ad Ann. 2, 64, 3. — *ordeo* c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Rhen. prob. Long. et Bred. qui provocant ad Quinctil. 1, 5, 16. 19. 20. ubi tamen nihil occurrere, quod huc trahi possit, docet Pass. „*Hordeum* est a verbo *horrere*. v. Cellar. orthogr. T. I. p. 231. T. II. p. 15. ed. Harl. Schneid. Gram. I, 1. p. 312." *Hess.* — *aut frumento* sc. id genus alio sive reliquo; *Long.* *Frumentum* fruges cuiuslibet generis, in primis vero triticum, (*Weizenmehl*) ut Veget. 2, 57. *frumentacea farina* et Hieron. ep. 133. *Iesus in deserto plures hordeaceis panibus pascit, frumentaceis pauciores*; *Bred.* Cf. Gesn. Thes. *in quandam similitudinem vini* (ratione saporis, non coloris; *Hess.*) *corruptus*, ut c. 46. *connubiis mixtis nonnihil in Sarmatarum habitum foedantur*. *Corrumpi* dicuntur omnia naturalia, per artem in suavius, ad sensum hominum, mutata; Tacitus tamen potest etiam respexisse eo, quod Romanis, vino vero et aquae assuetis, vinum illud foedam putredinem olere videbatur, ut ex epigr. Iuliani Caes. in cerevisiam (in Brunkii Anal. vet. poet. T. 2. p. 403.) patet; *Ern.* et *Dilth.* Cf. ad cap. 4. n. 1. *vini corrupti* c. Arund.

2. *Proximi ripae* (Rheni) *et vinum mercantur*, v. ad cap. 17. n. 4. et conf. Caes. b. G. 2, 15. 4, 2. 3. extr. (*Suevi vinum ad se omnino importari non sinunt, quod ea re ad laborem ferendum remollescere homines atque effeminari arbitrantur.*) Quis primus vites in Germania cisrhenana severit, non certo constat: procul dubio eas a Gallis vicinis acceperunt; *Hess.* „Probum Imp. (a. 276 — 282.) vineis Galliae Pannoniorum Moesorumque colles consevisse easque habere permisisse, sublata Domitiani lege, qui vineta succidi iusserat, (v. Suet. Dom. 7. et 14.) memorant Vopiscus Prob. c. 19. Aurel. Vict. c. 37. et Eutrop. 9, 11." *Dithmar.* Cf. Schoepflini Alsat. ill. p. 64.

3. *Cibi simplices*, non compositi, (*einfache*) *sine apparatu et blan-*

dimentis, cap. 14. *incompti*, unde Germani *victu inculti* Mel. 3, 3. eorum robur; nam *cibus utilissimus homini simplex*; (Plin. 11, 53.) *Long simplices* nullo condimento corrupti; *Hess.* Cf. ad c. 4. n. 5. et ad c. 14 n. 7. *Non multum frumento, sed maximam partem lacte, caseo et carn vivunt*, (Caes. b. G. 4, 1. 6, 22.) *divites butyro*, (Plin. 11, 96. 28, 35. multi pulte, parata ex avena, (Plin. 18, 17. s. 44.) Chauci piscibu (Plin. 16, 1.) insulani ovis avium, piscibus et avenis. (Caesar b. G. 4 10. Mela 3, 6. Solin. 19.) — *agrestia* (nondum hortensia; v. cap. 26. *poma*, silvestria poma, pira et pruna, fraga, baccae vitis Idaeae, cerasa nuces, ficus, mispela. v. ad cap. 5. n. 3. et Venant. Fort. 11, 18. *Pom* dicuntur omnes arborum, fruticum virgultorumque fruges. — *recens* (sc capta, icta; *Günth.*) *fera*, caro ferae modo ictae, non, ut Romae, pen dendo mitigata, sed confestim aut cocta aut assata, *τροφὴ δὲ πλείστ μετὰ γάλακτος καὶ κρεῶν παντοίων, μάλιστα δὲ τῶν ὑΐων καὶ νέων καὶ ἁλι στῶν* Strab. 4, 4, 3. Sic et Mela 3, 3. *Victu ita asperi incultique, u cruda etiam carne vescantur aut recenti, aut quum rigentem in ipsi pecudum ferarumque coriis, manibus pedibusque subigendo, renovarunt* Contra *προςφέρονται κρέα μεληδὸν ὠπτημένα· καὶ ἐπιπίνουσι γάλα κα οἶνον ἄκρατον· τροφὴ δ' ἐστὶν ἄρτοι μὲν ὀλίγοι, κρέα δὲ πολλὰ* Posidon. ap Athen. 4, 13. Ita et *Cimbros panis usu carnisque coctae et vini dulcedine mitigatos* dicit Flor. 3, 3. Cf. Strabo 7, 1, 3. Conring. II. p. 56. Cluver. 1, 17. „Romani vero, saporis istius sublimioris magistri, laxam iam vietamque ferarum carnem diligebant. v. intpp. Horat. Sat. 2, 8, 6. His igitur saniorem Germanorum rationem opponit noster." *Passov.* Ceterum Germanis *ingentium beluarum feraces saltus, modica domi armenta sunt*, Ann. 4, 72. — *lac concretum* non butyrum, cibus divitum, (v. Plin. 28, 9, 35.) sed vel caseus, (cf. Caes. b. G. 6, 22.) vel potius oxygala, lac coagulatum aut serum. (*dicke Milch, geronnene oder verdickte Milch, Buttermilch oder Molken*; Dilth.) v. Plin. l. l. et 11, 41. s. 96. Sidon. Apoll. carm. 12, 1. Cluver. 1, 17. Barth. II. p. 251. Gulosis contra Romanis Taciti temporibus et pretiosa apponebantur vina et cibi delicatiores. v. Gell. 7, 16. Iuvenal. 5, 24—174. 11, 1—148. 14, 6—14. Sall. Cat. 13, 3. Athen. 3, 13. Horat. Sat. 2, 2, 31 seq. 4, 31 seq. Plin. 9, 18, 32. 54. et 79. 14, 15. 19. 25. Sen. Ep. 79. et ad Helv. c. 10. Macrob. Sat. 2, 11. 3, 16. quibus locis etiam de ciborum *apparatu* artificioso agitur, et de *blandimentis*, eorum condimentis et odoramentis vinorum, quae sensibus *blandiuntur* lassumque stomachum recreant, de halece, caepa, sisere, lactuca, rapulis cet. *Apparatus* ubique luxuriosiorem vivendi modum significat; *Günth.* — *expellunt famem*, ut Ann. 14, 24. *propulsare*, Ann. 15, 12. et Cic. de fin. 1, 11. *depellere*, Tibull. 2, 1, 8. *pellere*; *Long.* et *Hess.*

4. *Adversus sitim non eadem temperantia*, cf. ad cap. 4. n. 6. et ad cap. 22. n. 4.

5. *haud minus facile vitiis*, potu immoderato, ebrietate, *quam armis vincentur*: in cod. Bamb. *vino* pro *vitiis*, haud dubie e glossa. Sententia est: effeminati facile vincentur: quum vero Germani a nobis effeminari nequeant, nobis etiam invincibiles erunt; *Weiske* p. 284. Non invictos et vino et armis significari puto, neque tamen etiam facile armis vinci Germanos, sed, si quis ea irretire possit eos illecebra, illos iuxta facile victum iri hoc genere vitiorum, *quam armis*, inexsuperabili vi armorum aut ea mole armorum, quibus vinci possunt; *Gron.* Germanis tamen, triumphatis magis, quam victis, (cap. 37 extr.) magis convenisset: *facilius vitiis, quam armis, vincentur.* Sic Iustin. 1, 8. *Scythae prius ebrietate, quam bello vincuntur*; et exemplum memoratur Ann. 1, 50. Zimmermannus exponit: aeque difficile erit, eos *vincere vitiis*, ebrietate, (*sie nieder zu trinken, im Trinken zu übermannen*) *quam*

armis. Sed ita scribendum: *haud minus difficile.* Non magis probandae explicationes Beckeri in Seeb. nova bibl. crit. a. 1825. p. 207. ubi haec verba vel εἰρωνικῶς dicta putat, ut cap. 38. *tamdiu Germania vincitur,* vel ἐλλειπτικῶς: *haud minus facile vitiis, quam* difficile *armis vincentur,* (cf. ad Ann. 1, 27, 1. 2, 20, 2.) nisi *facile* h. l. sit id. qd. *fortasse.*

CAPUT XXIV.

Genus spectaculorum unum atque in omni coetu idem. Nudi iuvenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se atque infestas frameas saltu iaciunt. Exercitatio artem paravit, ars decorem; non in quaestum tamen aut mercedem, quamvis audacis lasciviae pretium est — voluptas spectantium.

Aleam, quod mirere, sobrii inter seria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, ut, quum omnia defecerint, extremo ac novissimo iactu de libertate ac de corpore contendant. Victus voluntariam servitutem adit. Quamvis iuvenior, quamvis robustior, alligari se ac venire patitur. Ea est in re prava pervicacia: ipsi *fidem* vocant. Servos conditionis huius per commercia tradunt, ut se quoque pudore victoriae exsolvant.

1. *Genus spectaculorum unum,* v. ad cap. 19. n. 2. — *id ludicrum,* θεατρικὸν, σκηνικόν; *Bred.* Quodvis opus lusorium ac ioculare, etiam ludi publici; *Goerenz.* ad Cic. de fin. bon. p. 98.

2. *Nudi iuvenes* (in concione belloque decreto, quod suspicatur Anton. IV. p. 197.) *inter gladios se atque infestas frameas saltu iaciunt,* saltant, seu saltu se immittunt; *Hess.* Cf. ad cap. 6. n. 4. et 7. Ann. 1, 69, 1. Quae saltatio armata (*ἐνόπλιος χορεία, Waffentanz, Schwerdttanz*) similis fuit Graecorum *Πυῤῥίχη,* (de qua v. Sturz. Lex. Xen. et intpp. Callim. H. in Iov. v. 52. 53. in Dian. v. 241. in Del. v. 136.) populorumque ferorum saltationi bellicae, (v. ad c. 3. n. 2. et Anton. I. 1.) et in eius locum successere *torneamenta,* certamina equestria, quae regnante Henrico Aucupe a. 919—936. aut in Gallia Saec. XI. a Gaufrido de Praliaco inventa creduntur, sed iam in Nibelung. v. 145 et al. memorantur. Inde *assultus et velocitas corporum* Ann. 2, 21. Conf. Sidon. Apoll. 5, 245. (*Inque hostem venisse prius; puerilibus annis Et belli maturus amor*) Nithard. de dissens. filiorum Ludov. Pii in Pithoei Script. coaet. XII. p. 474. du Cange v. *torneamentum,* Franke von den öffentl. u. privat Spielen der alten Teutschen Erf. 1791. Jo. Beckmann Samml. kleiner Bemerk. 3, 7. p. 449. sed et Weiske p. 286 sq.

3. *Exercitatio artem paravit* ed. Nor. Rom. Par. Rhen. 2. 3. Ern. Ob. al. *parat* c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Vien. Rhen. 1. et min. et plurimae rec. „Illud magis fere arridet. Perfectum inter plura Praesentia facile in idem tempus poterat transire, nec negandum, sensum verborum perfecto quam praesenti aptiorem esse, quum reliqua h. l. praesentia longe aliud quid contineant, quam actionem perfectam. Exercitatio enim iam evaserat in artem ac decorem." *Pass.* v. ad Ann. 14, 61, 3. *decorum* MSS. quidam teste Long. nescio qui.

4. *non in quaestum tamen,* ad quem Romae aspirabant tum poetae, tum victores in ludis, ut ad ἆθλα in Graecia; *aut mercedem,* quam spectabant gladiatores, mimi, ludii, actores. Sed haec potius aut per ἓν διὰ δυοῖν dicta pro: in quaestum, qui fit mercedis causa, aut synonyma sunt: nam *aut* etiam pro copula ponitur; *Roth* p. 54. v. ad Ann. 1, 10, 11. et 1, 16, 1. — *quamvis audacis lasciviae pretium est — voluptas*

spectantium, quae Walch. Germ. reddit: *der einzige Preis so kühner Ausgelassenheit ist — Ergötzung der Zuschauer.* In MSS. et edd. ante Ern. post *est* nulla reperitur distinctio, in edd. rec. comma. *Lascivia* optime vertitur *Kurzweil*, et apposite *audax* dicitur, siquidem, ut verbis Cic. Off. 1, 19. utar, animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, *audaciae* potius nomen habet quam *fortitudinis; Long. pretium* est praemium. v. ad Ann. 2, 9, 2.

5. *Aleam, quod mirere, sobrii exercent*, ut nunc quoque, oblectationis lucrive causa, talos vel in alveum et ex pyrgo, vel manu in mensam quamcunque iacientes, etsi saepius chartis lusoriis, quam calculis, talis tesserisve, ἀστραγάλοις, utuntur. *Alea* omnis quidem ludus, qui fortuna casuque magis regitur quam arte, (*Glücksspiel, Hazardspiel*, qualem etiam nunc amant Germani) sed h. l. proprie dicitur, κλειστοβολίνδα, quod patet ex verbis *extremo ac novissimo iactu* et ex iis, quae tum Ambrosius de Tobia c. 11. de Hunnis, tum Sidonius Apoll. ep. 1, 2. de Theodorico Jun., Wisigothorum in Gallia rege, tradidit; etsi diversa fortasse Graecorum, Romanorum Germanorumque ludendi alea ratio fuit. Cf. Ovid. A. Am. I, 451 seq. Am. II, 204 seq. III, 355 seq. Gebauer p. 461—521. Senftlebius de alea veterum Lips. 1667. (in Gron. Thes. antiq. Graec. T. VII. p. 1121 seq.) et Casaub. ad Suet. Aug. 71. — *Aleam exercent sobrii et inter seria*, ut rem seriam; *Jacobs.* — *quod mirere:* „nam res serias in conviviis ebrii tractabant, (cap. 22.) sobrii aleam, rem ludicram, exercebant. Non respexit Tacitus ad Romanos, qui inter coenam *ebrii* ludere solebant." *Hess.* Hanc vero ipsam ob causam ad eos respexisse censendus est. Iidem tamen Romani alea non minus paene oblectabantur, nec Imperatores tantum, exemplum dantes, (v. Suet. Aug. 70. 71. Calig. c. 41. Claud. c. 33. Domit. c. 21.) sed sapientiores quoque, (v. c. Scaevola, Cic. de Or. 1, 50. Quintil. 11, 11. Valer. Max. 8, 8, 2. et Canius Iulus, Sen. de tranq. an. c. 14.) nobiles, elegantes et pueri, (v. Iuvenal. 1, 88 seq. 8, 10. 11. 11, 174—176. 14, 4. 5.) etsi alea erat tum turpis et scurrilis, (v. Ovid. et Valer. Max. ll. ll. Iuvenal. 11, 174.) tum legibus vetita nec nisi tempore Saturnalium licita. v. Cic. Phil. 2, 23. Hor. Od. 3, 24, 58. Martial. 4, 14. Paul. in l. 2. D. §. 1. de aleatoribus. Tempus autem auctoresve legum nullibi memorantur. Cf. Gebauer p. 468 seq. Cuiac. paratitl. in lib. XI. Dig. tit. 5. et Heubach. de politia Rom. Goett. 1741. §. 41. Clero poena irrogata a Carolo M. et Ludov. Pio. v. Capitul. VI, 203. et additam. 3, 53. *aleam, quod mirere* bene Vat. 4498. omnesque edd. *aleam quidem, quod mirere* Vat. 2964. *a. quod miretur* Vat. 1518.

6. *tanta* (nec tamen communi) *lucrandi perdendive temeritate, ut, quum omnia defecerint, — contendant;* eadem non modo de Canadensibus aliisque Americanis, de Sinensibus, Indis et aliis quibusdam populis referunt Paschas. Iustus de alea l. 1. Goutier Schouten Voyages T. I. Thom. Hyde de ludis Orientalium, Carver Reisen in die innern Gegenden von Nordamerica p. 211. Charlevoix Journal hist. d'un voy. dans l'Amérique p. 261. Lafitau moeurs des sauvages Amériquains T. II. p. 340., sed etiam de Hunnis Ambros. in Tobiam c. 11. et de Romanis Iuvenal. 1, 88 sq. leg. 16. §. 8. Dig. de poenis (homicida ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθῆς) et Quintil. 6, 3. Cf. Gebauer p. 475. 483 sq. *quum omnia defecerunt* omnes edd. ante Bip. ut et Ern. Ob. al. *defecerint* c. Tur. ed. Bip. Bred. Seeb. Walch. Indicativum modum flagitat sensus ipse et *defecerint* omni modo soloece dictum esset; *Günth.* Ipse Tacitus c. 21. *quum defecere* dixit; *Pass.* Sed in alia verborum structura. — *extremo ac novissimo iactu*, synon. v. ad Ann. 2, 82, 1. 5, 7, 1. et Ind. III. v. *Synonyma.* Argutatur Gebauer p. 493. — *de libertate ac de corpore* pro *de libertate corporis; Long.* Cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin.* Ita rem potius

rum dicendi genus spectari monebat Günth. *ac* c. Tur. ed. pr. Put. Nor. Mon. Vien. Rhen. Pass. Günth. *et* edd. Lips. Ern. Bip. Ob. al.

7. *Victus voluntariam servitutem adit:* „Sic nostrates *antreten.* Optimus autem quisque melioris Latinitatis scriptor non cum obiecto, quod dicunt Grammatici, sed cum subiecto iunxisset, ut ipse, ultro, sua sponte." *Günth.* At bene Seneca: *nulla servitus turpior est quam voluntaria; Coler.* — *iuvenior* MSS. quatuor Vat. Humm. et Long. ed. Nor. Rom. Par. et rec. „Ita in Plin. ep. 4, 8, 5. et Colum. 9, 11, 9. Sic *ditior* et *divitior* erant in usu. v. Gernh. ad Cic. Par. p. 240. et Moser ad Cic. de rep. 1, 17. 1, 32." *Hess.* *iunior* c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Vien. et cet. ante Long. — *alligari*, ligari, vinciri. v. Ern. clav. Cic. et Gron. ad Liv. 7, 24. — *venire*, venum s. veno ire et dari, vendi.

8. *Ea* (v. ad H. 1, 63, 3.) *est in re prava pervicacia*, quae aliis *pertinacia* dicitur: sed *pervicaces* proprie sunt, *qui in aliquo certamine ad vincendum perseverant; Schol.* ad Horat. Epod. 18, 14. — *ipsi fidem vocant.* „Haec est *fides*, qua semper viguit vigebitque alea. Vere enim Ambros. de Tobia c. 11. *Habet et alea suas leges, quas fori iura non solvant. Notatur, si credi potest, infamia, qui putaverit renitendum, et infamium sententia gravius quam censura iudicialis inurit opprobrium.* Hanc *fidem* retinemus et inde nobis *les dettes d'honneur*, Germ. *Ehrenschulden.*" *Brot.* *Fides* quoque inclita illa Germanorum virtus, in nulla re et promissione, ne *prava* quidem, violanda, *Treue und Glauben, Worthalten, Ehrenwort.* Hinc ab Imperatoribus Rom. custodia corporis sui Germanis militibus commissa ortumque proverbium illud maiorum nostrorum: *ein Wort ein Wort; ein Mann ein Mann.* Cf. ad Ann. 13, 54, 3. Gebauer p. 484—486. Moeser I. p. 58. 59. Anton. IV. p. 72.

9. *Servos conditionis huius* (tales) *per commercia* (cf. ad cap. 5. n. 10.) *tradunt*, pro *commercantibus;* vel intell. Dat. personae, ut c. 32. (*qui traduntur*) H. 3, 77 pr. Lucret. 1, 78. — *ut se quoque pudore talis victoriae exsolvant*, ut *pudore proditionis* H. 3, 61. (et Ann. 6, 44, 1.) sed contra sollennem priorum scriptorum usum; *Günth.* *tradunt* sc. Germani, *ut se quoque*, universam gentem, non solos victores, *pudore* v. *exsolvant.* Hoc *quoque* non iungendum cum *pudore*, (ita Tacitus dixisset *pudore quoque*) sed cum *se*, nec tamen, ut Emmerl. p. 20. dixit, hoc sensu: quod pudere non modo debuerit in servitutem redactos levitatis, sed et victores inhumanitatis; nam de solo *pudore victoriae* sermo est. Hoc autem factum putabat Selchov. (in comm. de statu ingenuorum in Germ. Goett. 1756.) quia indignum fuerit, hominem liberum in patrio solo servitium subire; Gebauer p. 394. et 501., ne servus talis sua praesentia tristis casus quaestusque melioribus minus probati memoriam refricaret; Anton. et Emmerl. re vera, ut victores quaestum inutilem cum utili pretio commutarent. Ceterum haec servorum permutatio sequenti quoque tempore in usu mansit atque *concambii servorum* nomine venit, cuius varia exempla Pottgiesser 2, 5. refert; *Dithm.* Cf. Agr. 28. 39. Gebauer p. 496—521. Riccius de cambio super pecunia lusu deperdita dato in exercitat. iur. camb. V, 5. Joh. Heuman. de aleatoribus in exercitat. iur. univ. III, 4. p. 105 seq. et in initiis iuris politiae Germ. c. 23. §. 200. p. 250 seq.

CAPUT XXV.

Ceteris servis non in nostrum morem, descriptis per familiam ministeriis, utuntur. Suam quisque sedem, suos penates regit. Frumenti modum dominus aut pecoris aut vestis, ut colono, iniungit; et servus hactenus paret. Cetera domus

officia uxor ac liberi exsequuntur. Verberare servum ac vinculis et opere coercere, rarum. Occidere solent, non disciplina et severitate, sed impetu et ira, ut inimicum, nisi quod impune est. Liberti non multum supra servos sunt: raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate, exceptis duntaxat iis gentibus, quae regnantur: ibi enim et super ingenuos et super nobiles ascendunt. Apud ceteros impares libertini libertatis argumentum sunt.

1. *Ceteris servis,* qui non voluntariam servitutem adierant, (cap. 24.) sed vel in illa nati erant, (v. ad cap. 20. n. 3. unde proverb. *partus sequitur ventrem* l. 7. C. de R. V. Germ. *das Kind folgt dem Busen und der ärgern Hand*) vel in eam redacti bello, (Ann. 4, 72. 12, 27. 13, 56.) naufragio, (*durch Strandrecht*, Agr. 28. Mela 3, 5. Plin. 2, 67.) matrimonio, (unde regula: *die unfreie Hand zieht die freie nach sich*) duello, quacunque addictione in servitutem spontanea, (de qua v. diss. J. P. Carrach Hal. 1753. et Caes. b. G. 6, 13. de Gallis) delicto, (qui *obnoxiati* postea dicti, ut ceteri *oblati* et *obligati*) aliove modo; et hinc facti pastores, custodes casae, (Sen. ep. 47.) agrarii, pecuarii. v. ad cap. 11. n. 1. et praeter scriptores ibi laudatos Gebauer p. 373 — 419. Anton. p. 147 — 151. Barth. II. p. 381 seq. Majer p. 58. 64. 65. Hertius de hominibus propriis in ei. Opusculis I, 2. p. 108 — 127. Senckenberg de condit. servorum Giss. 1743. Binder diss. de statu rusticorum servili Giss. 1765. Quae vero Tacitus in hoc capite de servis dixit, eo spectant, ut ostenderet, *servos* Germanorum non esse, qui proprie et Romanis sic dicantur, sed *colonos* et homines non liberos, tributarios, litos. v. ad cap. 11. n. 1. — Vocem *servis* omisit MS. Long. et uncis inclusit Long.

2. *non in nostrum morem, descriptis,* distributis, *per,* inter, secundum, *familiam* sc. servorum (nisi leg. *familias*, urbanam et rusticam) *ministeriis*, de quibus v. Gebauer p. 395 — 402. Pignor. comm. de servis Pat. 1666. Amst. 1674. Popma de operis servorum Amst. 1672. Pottgiesser al. *Ministeria* domestica et urbana curabant dispensator, procurator, cubicularius, admissionalis, cinerarius, tonsor, amanuensis, ad manum, librarius, anagnostes, vestiarius, medicus, paedagogus, opsonator, structor, carptor alii; rustica villicus, mediastinus, atriensis, sutores, sarcinatores, textores, figuli, plostrarii, rhedarii, pistores, molitores, doliarii, horrearii, aratores, occatores, satores, messores, insitores, vinitores cet. Ceterum Germani etiam, ex quo a veteri vivendi simplicitate recesserunt, varii generis servos aluerunt, tum officia domus praestantes, Ministeriales et Gasindos, (unde *Gesinde*) servos aurifices, (leg. Burg. 10, 1.) ancillas vestiarias, (leg. Alem. 8, 1.) coquos, fabros, saponarios cet., tum praedia colentes, quales fuere *Coloni*, *Casati*, *Liti*, *Mansionarii* et alii; *Dithm.* et *Dilth.* Cf. ad Ann. 3, 53, 3. *ministeriis suis* Vat. 2964. *ministris* Vat. 1862.

3. *Suam quisque* servorum *sedem*, (domicilium, *Günth.*) *suos penates regit*, v. ad c. 15. n. 2. — *Frumenti modum*, certum modiorum numerum, agricolis *dominus, aut pecoris* pastoribus, *aut vestis*, certam linei laneive operis et panni mensuram, (linum lanamve, quibus vestis contexi queat; *Long.* cf. ad c. 10. n. 2.) textoribus, sartoribus, *iniungit*, quotannis imperat, *ut colono* scil. partiario, (l. 25. §. 6. D. locati conducti) quasi societatis iure lucrum cum fundi domino, qui eum non numo, sed partibus locat, (Plin. ep. 9, 36.) partienti; *Gebauer* p. 407 sq. Cf. ad c. 11. n. 1. leg. Alaman. tit. 32. Anton. in translat. Germ. p. 147 sq. inpr. Savinius de colonatu Rom. et Germ. in Zeitschrift für geschichtl.

Rechtswiss. VI, 4. Columella 1, 7, 1. *colonum* opponit *servo* cumque eo comiter agat, domino suadet: igitur *coloni* accedunt fere ad conditionem *propriorum* quidem sed *glebae adstrictorum* hominum; *Günth.* — *et servus hactenus* (v. ad Ann. 12, 42, 4.) *paret*, in tantum obnoxius est domino et obligatus. „Licet servus suam sedem habeat, suos penates regat, paret tamen domino, nec habet libertatem: hactenus servus est." *Brot.* Minus apte. Ad nulla alia ministeria praestanda adigitur; *Jacobs* et *Doer.* *ut servus* ed. Nor.

4. *Cetera domus* (domestica) *officia uxor ac liberi* ipsius domini *exsequuntur*, cf. cap. 15. Proinde Germani non indigebant servorum ministeriis; *Brot.* Passovius haec annotavit: „Quae *cetera* sint *officia*, plane non intelligo; *domus* enim non est domini, sed servi, necessitatem vero tributorum domino pendendorum nec inter *officia domus*, nec omnino inter *officia* poterat referre. Hunc igitur in modum rescripserim locum: *et servus hactenus paret, cetera liber. Domus officia uxor et liberi* (eius) *exsequuntur*, servus haud secus ac dominus agit. v. cap. 15." Contra Orell. „Sanum, si quem alium, hunc locum iudico, modo domini, heri *domus*, non servi intelligatur. (Sic et Günth.) Quis enim praeter uxorem ac liberos servilis domus officia exsequeretur? an alii servi? *Cetera*, quod sententiarum coniunctioni maxime inservit, h. l. non nimis urgendum videtur: Omnia vero, ad quae nos servorum opera utimur, ipsius domini uxor ac liberi exsequuntur." Sed idem iam dixerat Tacitus cap. 15. et in hoc cap. non nisi de servis libertisque et de servorum *sede* ac *penatibus* agitur; *cetera* autem non sunt *omnia*. Vir doctus in Ephem. lit. Jen. a. 1818. m. Nov. h. l. ita interpungit: *et servus hactenus. Paret cetera domus: officia uxor ac liberi exsequuntur.* Verba potius *cetera domus o. u. ac l. exsequuntur* post illa *suos penates regit* ponenda censet Billerb. Probabilior est Hessii ratio, qui *cetera* adverbialiter accipit. v. ad Ann. 6, 15, 1. Tacitum tamen, ut ambiguitatem h. l. vitaret, scripsisse potius crediderim *ceterum* aut *cuncta*. *aut liberi* Rhen. min. non improb. Hess.

5. *Verberare servum* aut cruci figere et torquere, *ac vinculis* in ergastulis *et opere coercere*; quae dira fuit Romanorum immanitas, frustra legibus Servii Tullii, Augusti, Claudii, Hadriani, Anton. Pii et Constantini coercita. v. intpp. Iuvenal. 6, 219 seq. 14, 16—24. Sen. de ira 3. 30. 40. de ben. 3, 22. de clem. 1, 18. ep. 46. 47. Plin. 9, 23. Dion. Halic. 5, 163. Suet. Claud. 25. Spart. Hadr. 18. Gebauer p. 423 seq. Heyne Opusc. T. 3. p. 189. Boettigeri Sabina T. 1. p. 308. *opere*, labore graviore, aut rustico aut militari, in muniendis et exstruendis vallis, ..., aggeribus; *Bred.* *opere* sc. rustico, ut saepe per excellentiam; *Hess.* ... laudat Gernhard. ad Cic. de sen. p. 110. *Verberant servum, ac v. et coercere rarum, occidere solent* Nor.

6. *Occidere solent* cet. cf. Gebauer p. 418. 419, — *non disciplina et severitate, sed impetu et ira* pro: non disciplinae severitate, sed impetu irae; *Long. Dilth. Hess.* Cf. c. 22. ad O. 28. ad c. 7. n. 6. Ind. II. v. *Ablativi dispares iuncti*, et *Hendiadyoin*. — *ut inimicum:* in ed. Ven. *ut in inim.* — *nisi quod impune*, hoc solo discrimine, ut, qui inimicum occiderit, id impune non ferat, qui servum suum, nullam subeat poenam; *Jacobs.* *impune* in Germania, ut Romae: neque erant propinqui servorum, caedis ultores, ut ingenuorum, cap. 21. „Leges tamen Germ. postea mulctam irrogarunt, si quis suum servum occidisset, v. c. Visigoth. 6, 5. 12. Ripuar. tit. 62, 1. 2. et Capitulare III. a. 813. I, 1—5. sed lex. Sal. 11, 2. si peregrinum." *Brot.* et *Orell.* *impune est* Vatt. omnes et Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Par. Rhen. min. Bip. *nisi quod solum impune est* ed. Vien. *est* deletum a Rhen. in edd. 1. 2. 3. et editoribus rec. ac millies et additum a librariis, et a Tacito omissum:

dubitavit etiam Passov. illud h. l. recipere, quia c. 5. (*est videre*) e Agr. 32. (*est ulcisci*) ei infinitivus statim additus sit. „*Impune est* ele ganter ponitur casu rei e proximis intellecto, ut ap. Liv. 4, 40. 33, 49 40, 9. Cic. p. Mil. 12. Terent. Eun. 5, 2, 13." *Walch.* emend. Liv. p 241. Sic et in Cic. ep. ad Att. 1, 16. post med. *novi est in lege hoc, ut qui numos in tribus pronuntiarit, si non dederit, impune sit. Impune* ve Adiect. est (intell. *hoc s. id*) vel potius Adverb. ut c. 37. sc. *occidere solent*

7. *Liberti non multum supra servos sunt*, iis superiores, ut paul post *super ingenuos ascendunt*, O. 7. *supra consulatus ascendere* et nostrum *über Jemand hinaussteigen* et contr. *weit unter ihm stehen.* De *liberti* Germ. v. ad c. 11. n. 1. et Gebauer p. 420—461. De manumissione ser vorum tam apud Romanos per censum lustralem, vindictam, testamen tum, epistolam, mensam, tabulas in ecclesia recitatas, edictum Imp. (inter amicos, quam apud Germanos, saltem serioris aevi, et quiden apud Francos, vel secundum legem Salicam, iacto ante regem denari aut e manibus servorum excusso, (unde hi *Denariales* dicti leg. Sal. 3 leg. Rip. 57.) vel sec. legem Romanam, libello in ecclesia tradito tabu lisque ab archidiacono scriptis, (unde liberti *tabularii* s. *chartularii* le Rip. 58.) aut per chartam et epistolam, nec non invitis dominis, deli tione criminis et delicti eorum in se commissi, vel si Iudaeis hi vendi rentur, et iure redemptionis; apud Anglos et Langobardos in comitatu mallo, hundredo, mercato, per impans s. votum regis, per arma, qua tam manum cet. v. Dithmar. ad h. l. Pignor. in nota 2. laud. Pottgies 3, 20. Gebauer p. 438 seq. et Orell. cuius nota est: „De ritu manumissi nis consule Rotharis leges §. 223 seq. Apud Langobardos libertorum tr genera erant, *amond* sive *wiederboren*, *fulfreal* et *aldii* s. *aldiones*, un Hisp. *aldea*, vicus. Patronus propter graviorem offensionem libertum servitutem revocare poterat ex lege Burgund. c. 4." *Liberti non mult supra servos sunt:* „apud Romanos aliter. Ann. 14, 65. Suet. Ner. Plin. pan. 88, 1. v. tamen Cic. ad Qu. fr. 1, 1, 4." *Long.* Apud Fra cos certe libertini raro iustam libertatem ingenuorumque iura consec sunt et neque immunes fuere ab annuo censu operisque rusticis, patro praestandis, neque hereditatem adire aut testimonium contra ingenu dicere potuerunt. v. Pottgiess. 3, 20. Gebauer p. 426. et 436—441. spicabatur, libertos et civitate Germanica, et, aeque ac filios ingenu (cap. 13.) scuto frameaque, nec tamen in conciliis gentium, sed in gorum conventibus fuisse donatos. Verum autem discrimen, quod Germania fuit inter servos et libertinos, nobis haud innotuit. Cf. ad 11. n. 1. *Libertini* reposuere Ern. et Brot. pro *liberti.* Sed v. ad 1, 46, 8.

8. *raro aliquod momentum* (v. ad H. 1, 59, 2.) *in domo* patro non leve contra Romae, ubi patroni succedebant in bona libertorum intestato mortuorum et liberti iis obsequium operasque fabriles debeba nec non horum saepe tutores erant et patronarum mariti, ut liber patronorum uxores. Ita Gebauer p. 427—436. qui etiam suspicaba libertinum probatae fidei in Germania iuventutis nonnunquam moder rem, venatorum principem et stabulo reditibusque patroni praefect fuisse. Cf. nota 9. *aliquid momenti* c. Arund.

9. *nunquam in civitate*, cuius etiam salus iis neutiquam curae dique est: at maximum Romae, praecipue temporibus Imperatorum quibus superbia nobilitatis ita deprimebatur. Cf. Ann. 11, 29. 33. 12, 1. 54. 13, 1. 2. 23. 39. 47. 14, 3. 8. 39. 15, 45. 16, 23. H. 1, 7. 27. 37. 46. 49. 2, 57. 95. 4, 11. Suet. Claud. 28. Iuvenal. 1, 99— Plin. 31, 2. 33, 10, 47. 36, 7, 12. Plin. ep. 6, 31. 7, 29. 8, 6. 10, 15. 18. 36. 37. 88. inpr. pan. 88. Plut. I, 862. 1068. 1064. II, 640. 952. Sen. ep. 27. 86. Joseph. A. J. 19, 1. 20, 7. Gebauer p. 447—

quosque Pass. et Hess. laudarunt, auct. Epigr. Anthol. Lat. 4, 335—398. Wernsdorf. poet. lat. min. T. VI, 1. p. 6. et Meiners. de corr. mor. Rom. p. 175. Lucanus 3, 337. seq. optimus omnium interpres; *Long.*

10. *exceptis duntaxat iis gentibus, quae regnantur,* subiectae aliis gentibus earumque imperio, ut Marsi Bructeris; *Welk.* Sed v. ad H. 1, 16, 8. 4, 76, 3. Moeser T. I. p. 164. 165. Barth. II, 398. „Ex poetarum more, quem supra modum affectat Tacitus, dictum *quae regnantur,* ut c. 43. et 44. Ann. 3, 54. H. 1, 16. Virg. Aen. 6, 794. Verbi Gr. *βασιλεύεσθαι* non eadem ratio." *Günth. his gentibus* Nor. Par. *is g.* ed. Vien. *regnantur* Vat. 1518. 4498. omnesque edd. *regnant* Vat. 2964.

11. *Ibi enim et super ingenuos, et super nobiles ascendunt,* cf. nota 7. et 9. dial. de orat. c. 7. *ascendunt* pro *ascendere possunt,* et eodem modo dictum Corn. Nep. Praef. 8. *quo nemo accedit; Günth.* — *Apud ceteros impares libertini libertatis argumentum sunt,* ex hoc ipso apparet libertas populi, quod libertini inferiores sunt ingenuis et nobilibus; *Ern.* Cf. ad H. 1, 46, 7. *impares,* quum non pares habeantur ingenuis et nobilibus; *Günth. libertatis argumentum sunt;* i. e. quanti aestimetur ingenuitas et libertas, ex eo apparet, quod manumissos ex servitute ad officia publica haud admiserint; *Dithm.* Cf. Gebauer p. 456—461. Hic *ceteras* legendum esse suspicabatur. Est vero synesis s. constructio ad sensum potius, quam ad verba, omnibus scriptoribus familiaris; *Long.* „Exempla Syneseos seu Syntheseos dabunt Cort. ad Sall. Cat. 5, 6. Heusing. ad Cic. de off. 1, 34. Corn. Nep. Iphicr. 2." *Hess.* — *impare* ed. pr. — *argumentum,* v. ad H. 3, 10, 3. *imparis libertini libertatis arg. sunt* (ita ut servorum sit nulla, nonnulla libertinorum, plena ingenuorum) corrig. Wortberg. *augmentum* Par.

CAPUT XXVI.

Fenus agitare et in usuras extendere, ignotum; ideoque magis servatur, quam si vetitum esset.

Agri, pro numero cultorum, ab universis vicis occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur: facilitatem partiendi camporum spatia praestant. Arva per annos mutant et superest ager. Nec enim cum ubertate et amplitudine soli labore contendunt, ut pomaria conserant et prata separent et hortos rigent: sola terrae seges imperatur. Unde annum quoque ipsum non in totidem digerunt species. Hiems et ver et aestas intellectum ac vocabula habent; auctumni perinde nomen ac bona ignorantur.

1. *Fenus agitare — vetitum esset,* verba haec tum a Germanorum moribus, tum ab h. l. aliena videri possunt; neque tamen plane spuria esse crediderim, quod contendunt Anton. et Schlüt. Tacitus, qua ratione sibi familiari prospexerint Germani, post alia narraturus, bene potuit de quaestus genere monere apud populares suos perquam usitato, sed propter turpitudinem legibus haud semel vetito; *Emmerl. Fenus agitare,* facere, exercere, *et in usuras extendere,* h. e. *fenus,* pecuniam, sortem ob usuris positam et ita crescentem, (v. ad Ann. 6, 16, 1.) *in usuras extendere,* ei usuras addere, ita usuras ex usuris ducere, quo sensu dicitur *ἀνατοκισμός, anatocismus,* et *usuras sorti adiicere,* Gr. *τὸν τόκον τῷ κεφαλαίῳ προσάπτειν* (Plut. Lucull. c. 21. p. 504. E.) s. *προστιθέναι* et *δανείζειν ἐπὶ τόκοις.* Ita iam Thiersch. p. 470. Spreng. Hess. V. D. in Ephem. lit. Jen. a. 1818. m. Nov. et Günther, qui haec annotavit: Mihi quidem hic locus inter facillimos Taciteos numerandus esse videtur: fenus facere at-

que etiam in capiendis usuris ita exercere, ut ipsi addantur sorti, igno tum. *Geld auf Zinsen ausleihen und Zinsen von Zinsen nehmen*; *Bülau* Cf. ad Ann. 6, 16, 1. *in usuras extendere*, in us. extensiores h. e grandiores collocare; *Emmerl.* Sed fortasse leg. *et usuris* vel *per usura extendere*: nam profecto fenus non augetur in usuras, sed usuris fenus *Ern.* Mihi quidem de hoc loco sane difficillimo haud constat; *Pass.*

2. *ignotum*; nam nec pecunia iis, nec, nisi proximis ripae Rhen et Danubii, commercia erant. Cf. cap. 5. n. 6 — 11. cap. 17. n. 4. cap 23. n. 2. c. 24. n. 9. et de Indis Aelian. V. H. 4, 1. — *ideoque magi servatur*: quod vero prorsus ignotum est atque latet, id neque servar neque non servari potest, sed servatur id, quod more, usu, lege insti tutum est; *Thiersch.* p. 470. Hinc pro *ignotum* ille legendum cense *ignominiosum*, pro *servatur* Salmas. de usuris p. 24. *aversantur*, et Lipsiu *spernitur* vel *spernatur*. Plerique tamen intpp. vulgatam retinent et va rie explicant. *ideoque magis servatur* per ἀκυρολογίαν pro cavetur; *Spreng* et *Hess.* „Nam plus ibi boni mores valent, quam alibi bonae leges, (c 19.) et vitium ignotum magis cavetur, quam si eius legibus prohibi homines admonentur. Iustin. 2, 2. *Plus in illis* (Scythis) *proficit vitioru ignoratio quam in his* (Graecis) *cognitio virtutis.*" *Hess.* Sed *servare* sae pius hoc sensu dici, neutiquam patet ex Ind. Tac. ad quem provocatur et locis, quae vulgo laudantur, significat potius attendere, curare, in tentissimam agere curam. Lipsius sententiam Taciti pro sensu capienda putabat, quasi de interdicto ille praeivisset. Alii, quia ignoti nec cupid nec aversatio, ex antecedd. ἀπὸ κοινοῦ intelligendum aliquid censent, a quod *servatur* referatur, nempe: ut abstineant a fenore exercendo, absti nentia a fenore agitando. Ita Ern. Long. Emmerl. Pass. Dilth. Günt Conf. Ind. III. v. *Syllepsis* et exempla huius constructionis elliptica quae suppeditant viri docti a Pass. et Hess. laudati, Dorvil. ad Chari p. 411. Wyttenb. bibl. crit. T. 3, 3. p. 110. Perizon. ad Sanct. Miner 4, 8, 5. Heusing. et Bardil. ad Corn. Nep. Alcib. 3, 5.

3. *quam si vetitum esset*: nam *plus ibi boni mores valent, quam ali bonae leges*, (cap. 19 extr.) et ignoti nulla cupido: legibus autem no modo declaratur, quid probum improbumque sit, sed eo quoque pe candi occasio praebetur, secundum illa Ovidii Amor. 3, 4, 17 seq. Ho Od. 1, 3, 26. Pauli in ep. ad Rom. 5, 13. 7, 7—9. et Senecae: *Homic dae cum lege coeperunt et illis facinus poena monstravit.* *Vetitum* R mae erat, sed frustra, legibus XII tabul. Licinia, Duillia, Maenia, G nucia, Sempronia, Gabinia, Iuliis aliisque. „Vetitum etiam apud H braeos Exod. 22, 25. Lev. 25, 35 — 37. Deut. 23, 9. 20. 21. (cf. Jal bibl. Archaeol. II, 2. §. 193.) et a Francorum regibus, bonis fenerat rum fisco addictis. v. Baluz. in Capitular. T. I. p. 215. T. II. p. 12 323. et du Cange v. *Usurarii.* Illicitas vero esse usuras negarunt Aristo de rep. c. 10. Sen. de ben. 7, 10. Lactant. inst. 6, 18. Salmasius, Scho kius, Gronovius, Pufendorf. J. N. et G. V, 7. Noodt de fen. et us. 4 seq. Cocceius in diss. de anatocismo, Barbayrac ad Grot. J. B. et 2, 12, 30, 9." *Dithmar.* In Germania etiam antiquis iam temporib *fenus agitare* s. facere, non *ignotum* fuit illicitumve, sed anatocismus gibus vetitus. v. Weiske p. 297.

4. *Agri pro numero cultorum ab universis vicis occupantur, quos m inter se iuxta dignationem partiuntur: facilitatem partiendi camporum sp tia praestant*: locus gravissimi argumenti, sed intellectu quoque diffic limus, cuius et sensus et lectio multorum ingenia exercuit. *vices* MS Vat. 1518. et Tur. ed. pr. Pogg. Ern. *vice* MSS. Vat. 4498. et Hum ed. Long. qui eodem sensu *alterna vice* dixisse Plin. ep. 9, 33, 2. pu bat. *vicis* c. Bamb. ed. Bred. Seeb. Schlüt. sententia longe diver quam ab h. l. alienam esse Passovius, sed non deteriorem Lipsius et

teris probabiliorem Majer p. 60. Eichhorn I. §. 13. p. 44. et Luden T. I. p. 485. 717. 10. arbitrantur. *per vicos* coni. Pich. Cluver. Conring. Dithm. Kirchm. et Grotius J. B. et P. 2, 8, 9, 1. ut prima agri divisio per vicos facta sit, altera inter singulos secundum dignationem; *per vacuum* V. D. in Ephem. lit. Jen. a. 1818. m. Aug. „Id non fulcitur locis ab hoc alienis Caes. b. G. 1, 26. Cic. de off. 1, 7. Tac. Ann. 13, 54. 55. G. 28. 29." Hess. *in vices* MSS. Vat. 1862. 2964. ed. pr. Nor. Rom. Par. Bip. Oberl. Bekk. Lün. quod ceteris etiam praefert Walther, ut occupatio facta sit *in vices* h. e. in mutuam possessionem. *ab universis per vices* (*von ganzen Gemeinden abwechselnd*) edd. Put. Mon. Vien. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Lips. Lall. Brot. Ern. Pass. Dilth. Hess. Hack. Walch. quibus id persuasit auctoritas J. Fr. Gron., ut huic Caesaris b. G. 4, 1. de Suevis: *Privati ac separati agri apud eos nihil est; neque longius anno remanere uno in loco incolendi causa licet*, et 6, 22. de Germanis: *Agriculturae non student; neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios, sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibusque hominum, qui una coierunt, quantum et quo loco visum est agri attribuunt atque anno post alio transire cogunt. Eius rei multas afferunt causas; ne assidua consuetudine capti studium belli gerundi agricultura commutent* cet. Talia etiam tradunt de veteribus Aegyptiis Herodot. 2, 168. *ταῦτα μὲν δὴ τοῖσι ἅπασι ἦν ἐξαραιρημένα· τάδε ἐν περιτροπῇ* (*per vices, ἐκ περιόδου*) *ἐκαρποῦντο· καὶ οὐδαμᾶ ὡϋτοί*, de Dalmatis Strabo VII. p. 315. *Ἴδιον δὲ τῶν Δαλματέων, τὸ διὰ τῆς ὀκταετηρίδος χώρας ἀναδασμὸν ποιεῖσθαι*, de Getis Horat. Od. 3, 24, 12—16. de priscis colonis Hesiod. *ἔργ.* 90 seq. Aratus v. 110 seq. Tibull. 1, 3, 35 seq. Virg. Ge. 1, 125 seq. Passovius haec annotavit: „Loquitur Tacitus de singulari Germanorum instituto, ex quo nemo fines proprios possidebat agrumque, quem coluerat, quotannis mutabat. Hinc tantum inter lectt. *per vices* et *in vices* optio relinquitur." Günther: „Animadvertas opposita inter se in verbis: *quos mox* inter se partiuntur *secundum dignationem*, prout quisque aut princeps aut nobilis aut plebeii ordinis." Sed iam bene docuit Majer p. 30—68. Tacito plus fidei habendum esse quam Caesari et ab hoc parum probabilia tradi; neque enim Germanos olim Nomadum ritu vixisse aut agriculturam, velut inhonestam, plane neglexisse, (ut Thraces Herodot. 5, 6. et Arabes, v. Niebuhr Beschr. v. Arab. p. 389. quod tradunt Caesar b. G. 6, 22. et Strabo 7, 3.) neque, quod multi putant, agros iis fuisse communes, (*Nationalland, Allmande*) sed, ut etiam nunc, praedia dominis, (*Gutsherren*) et singulas horum partes, fundos, (*Grundstücke*) *cultoribus*, rusticis, qui agros ab eorum possessoribus colendos recepissent, *servis* et *colonis* cap. 25. (ubi v. not. 3.) Germ. *hintersässigen, verherrten, hörigen Bauern*. Cf. ad cap. 11. n. 1. Neque tamen omnibus satisfaciet interpretatio h. l., quam p. 59. 60. dedit, minime pro verborum: *quos mox inter se iuxta dignationem partiuntur;* nec magis alia Herzogii, (Versuch einer allg. Gesch. der Kultur der deutsch. Nat. T. I. p. 85.) quam suae subiunxit p. 60. 61. Illa est: *Agri* colendi *pro numero cultorum*, rusticarum, quae adsunt, familiarum, *ab universis* viris *occupantur*, a possessoribus eorum communitati rusticorum (*der gesammten Bauernschaft*) traduntur, *quos* agros hi *mox*, deinde, *inter se iuxta dignationem* (*nach Würdigkeit*) *partiuntur;* divisio autem *facilis* est nec lites aut iurgia excitat, quoniam magna sunt *spatia camporum*, multum superest agri inculti. Haec autem: *Agri ab universis*, a singulis sociis, a quolibet eorum, *pro numero cultorum*, prout multos aut paucos habeant servos, qui agros colere possint, *occupantur*, eorum cultura ab his suscipitur, sed *per vices*, ita ut prima vice hanc, altera aliam agrorum partem eligant, quae aretur: *mox* vero liberi homines illi agrum, qui anno ante novalis fuerat, *inter se*, per se quisque, *partiun-*

tur, distribuunt servis suis, plus minusve, *secundum dignationem:* quai partitionem amplitudo camporum (*die Feldraine*) facilem reddit. Ali sensu Taciti verba accepit Anton. et deinde Weiske p. 296 sq. et quidei hoc: *Agri* s. *arva* (*die Mark*) *ab universis per vices occupantur* et *per a nos*, singulos et aliquot, cum vicinis *mutantur pro numero cultorum*, (*dafs sie im Verhältnisse zur Zahl der Bebauer mit Andern abwechseln*) horum numerus par est. Equidem crediderim, verba haec Taciti cu iis, quibus Caesar, magnam certe partem, b. G. 6, 22. usus est, conc liari posse, si verba Procopii, in nota 1. ad cap. 11. allata, conferantu *Agri* in provinciis expugnatis *occupantur* a victoribus et quidem *ab un versis vicis*, h. e., ut Caesar dicit, a gentibus cognationibusque hom num, qui una coierunt, (v. ad cap. 12. n. 9.) *pro* magnitudine agroru et *numero cultorum*, prout multi sunt paucive, qui agros colere malu et in iis considere, quam bellum gerere; *quos* agros *mox inter se pa tiuntur*, consilio atque auctoritate principum, qui cuivis quantum et q loco visum est agri attribuunt, (ita Caesar l. l.) et *secundum dignati nem:* (quemadmodum, teste Procopio, Gizericus rex plurimos optimo que Afrorum fundos filiis suis et nobilioribus, minores peioresque ali Vandalis assignavit) *facilitatem partiendi camporum spatia praestant*, na quo ampliores sunt campi hostibus adempti, eo facilior partitio. — C terum discrimen vocc. *terra*, *solum*, *campus*, *ager* et *arvum* ita definiv Bredovius: *Terra* opponitur mari et coelo, (*Erde*); *Solum*, quod cuiv rei subiacet et aliquid sustinet, ex quo alia enascuntur (*Grund und B den*); *Campus*, magnus, etiam liberioris aquae, (*Ebene*, *Feld*); *Ager*, te ritorium urbi circumiectum, (*Gebiet*) quo cives uti solent ad fructu faciendum, *ager pascuus*, (*Trift*) *ager silvester*, *ager novalis*, (*Brachack agri arbos ac vitis*, maxime vero ager, qui colitur frumentis gignen (*Acker*); *arvum*, ager arvus i. e. aratus, quod aratum, non satum e (*Saatfeld*) „Cf. Doederlein. Lat. Synon. T. I. p. 173. et Herzog. Caes. b. G. 7, 13." *Hess.* *dignatio* et *pariendi* Par. *praestant* Vat. 151 omnesque edd. *praebent* Vat. 1518. a. m. sec. 2964. 4498. et Humm.

5. *Arva per annos mutant*, ne scil. agriculturae studio homines c piantur; *Pich.* Hinc et Caesar b. G. 4, 1. et 6, 22. dixisse videtur *n longius anno remanere uno in loco incolendi causa licet*, et *anno post a transire cogunt*. Sed prisci Germani fuere bellatores, non Nomad unde haec potius spectant ad institutum singulare, quod etiam nunc n net in Germania, ubi *arva*, agros arabiles, (*Saatfelder*) quoniam n quotannis fructus ferre possunt, *per annos mutant*, alternis annis tertio, quarto anno, incultos relinquunt et novales faciunt, ut hac rietate ubertas eorum crescat, *Brachäcker*, *Brachfelder*, *Dreifelderwir schaft*. Cf. intpp. Virg. Ge. I, 71 seq. Plin. 18, 49. 50. Colum. 2, 10, 2, 14, 1. 3. Eichhorn I. §. 13. p. 43. et Thaer Grunds. d. Landwirths T. I. p. 311.

6. *et superest ager;* (v. ad H. 1, 51, 4.) *nec enim cum ubertate et hortos rigent*, ut Romani. Cf. Anton. IV. p. 174 seq. *laborare c tendunt* MSS. Vat. 2964. et Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Rhag. Vi Beroald. Rhen. 1. et min. Pass. *labore contendunt* MSS. Vat. 1518. 44 Humm. et Long. ed. Nor. Rom. Par. Rhen. 2. 3. et rec. omnes, prae Pass. qui haec annotavit: „Ut probabilis interpretatio, ita lectio pra nam recte dicitur *laborare contendunt cum ubertate soli* pro: omni ad bita contentione, labore certant cum ub. soli, laborem fertilitati ad quant." Sed rectius, opinor, dicitur *cum ubertate et ampl. soli con dere labore* impenso, quam *cum ubertate — laborare*.

7. *ut pomaria conserant;* nam Germania *frugiferarum arborum patiens* cap. 5. ubi v. nota 3. *ne pomeria c.* MS. Tur. — *et prata parent:* „nam *prata sunt, quae secari possunt*, Isidor. Orig. XIV. Cf. V

Aen. 8, 63." *Long.* Nihil laudatius Germaniae pabulis, (Plin. 17, 3.) ed prata erant communia, non *separata; Barth* II. p. 263. Immo sensus est: non sunt Germanis *pomaria* et *prata* (conversa soli parte in prata et a cetero separata) et *horti*, sed arva tantum, quibus seges imperatur. „Populi illi, in magna soli ubertate atque amplitudine non solent pomaria conserere, hortos rigare et prata a reliquis agris separare animi causa, sed segeti tantum operam insumunt; ideoque semper *superest ager.*" *Pich.* *separent* Rhen. 1. et min. ut edd. rec. *seperent* c. Humm. et Long. ed. Nor. Rom. *secent* in margine MS. Humm. *sepiant* ed. Rhen. 2. 3. Lips. quod Ernestio, (qui haud apte contulit Virg. Ge. 1, 270.) Cluv. et aliis arrisit, sed debetur errori Rhen., qui hoc legi in ed. Nor. putavit. v. Oberl. *separarent* quaedam exemplaria; *Long.* Nescio quae. *et prata rigent et hortos sepiant* coni. Colerus et Bip.; *et hortos sepiant et prata rigent* (ductis fossis) Rhen. Cluv. et Dithm. coll. Colum. 1, 6, 21. *ut hortos rigent* c. Humm. et Long. ed. Nor. Par. Vien. *ortos* c. Tur. ed. pr. Pogg.

8. *sola terrae seges imperatur*, ut *frumentum, commeatus, obsides* alicui *imperantur*, scil. ut dentur ex foedere: nec *imperatur* h. l. pro *committitur*, tum enim debebat esse *semen*, non *seges; Günth.* „Elegantissima dictio; imperat enim agricola, et parent arva. Sic Virg. Aen. 1, 3. *et quamvis avido parerent arva colono.*" *Salin.* Cf. Gernhard. ad Cic. de sen. c. 15. pr. (*Agricolae habent rationem cum terra, quae nunquam recusat imperium, nec unquam sine usura reddit, quae accepit*) et Serv. ad Virg. Ge. I, 55.

9. *Unde annum quoque ipsum non in totidem*, in quatuor, ut Romani, *digerunt species*, partes, tempora diversa, sed in tres, ut Aegyptii (Diodor. 1, 11. 12. 16. 26.) aliique Orientis populi, a quibus Germanos accivisse hanc consuetudinem putabat Cluver. 1, 33. p. 279. — *hiems et ver et aestas intellectum habent*, νοῦν, νόημα, σύνεσιν, *Long.* Ab iis intelliguntur, ea sciunt; *Ern.* Distortum dicendi genus; *Günth.* Cf. ad Ann. 1, 36, 2. *et vocabula* c. Tur. — *auctumni* (ab *augmento* frugum sic dicti. Fest.) *perinde* (v. ad c. 5. n. 8.) *nomen ac bona ignorantur*, poma et uvae. Quae quum Germanis non essent, neque auctumni nomen iis esse, Romani credebant; *Bred.* Conf. ad cap. 5. n. 3. et ad cap. 23. n. 2. 3. Eginh. c. 29. (qui Septembrem a Carolo M. *Herbstmonat* dictum tradit) Adelon. p. 159. Barth. §. 601. Angl. *harvest* messis. *Nomen* auctumni *ignoratur;* id eo firmari iam animadvertit Menzelius, quod in lingua Angl. solus auctumnus voce Rom. (*autumn*) et cetera anni tempora vocc. Germ. (*spring, summer, winter*) insigniuntur. „At *Herbst, Herbist, Härvist, Harvest* antiquiora nomina esse videntur;" *Günth.*

CAPUT XXVII.

Funerum nulla ambitio. Id solum observatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur. Struem rogi nec vestibus nec odoribus cumulant: sua cuique arma, quorundam igni et equus adiicitur. Sepulcrum caespes erigit. Monumentorum arduum et operosum honorem, ut gravem defunctis, aspernantur. Lamenta ac lacrimas cito, dolorem et tristitiam tarde ponunt. Feminis lugere honestum est, viris meminisse.

Haec in commune de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus. Nunc singularum gentium instituta ritusque,

quatenus differant, quae nationes e Germania in Gallias commigraverint, expediam.

1. *Funerum nulla ambitio;* v. ad. H. 1, 88, 5. *E* contrario *funera* magnifica et sumptuosa apud Romanos et Gallos. De illis v. Ann. 3, 2. 5. 48. 6, 11. 27. 13, 2. 17. H. 4, 47. Cic. leg. 2, 26. Plin. 12, 41. Sen. brev. vit. 20. Pers. 6, 33 seq. Kirchman. de fun. Rom. et Dithmar. ad h. l.; de his Caes. b. G. 6, 19. *Funus* omnis apparatus funebris s. exsequialis. v. intpp. Suet. Dom. 15. et Trilleri obss. crit. 1, 20. — In ed. pr. et Put. 1. *observatur: corpora* cet. In ed. Vien. *obs. et.*

2. *ut corpora clarorum virorum* (v. ad 11, 1.) *certis lignis*, fortasse quercus, arboris Germanis prae ceteris sacrae aut iuniperi suaviter olentis, aut aliarum arborum, (ut apud Romanos, v. Kirchman. de fun. Rom. 3, 1.) *crementur;* quae crematio cadaverum, ut aliis populis, sic et Germanis olim in usu fuit, (v. ad H. 5, 5, 6. Procop. 2, 14. Cluver. I. c. ult. Kirchman. I, 1 — 3.) donec Carolus M. legem tulit: *Si quis corpus defuncti hominis secundum ritum paganorum flamma consumi fecerit et ossa eius ad cinerem redegerit, capite punietur.* v. Baluz. T. I. p. 253. et Monum. Paderb. p. 302. Hinc tot urnae in Germania sub tumulis repertae; neque existimandum est, tumulos istos et urnas Romanorum tantum fuisse, quum in Cimbria, Holsatia, Pomerania, Marchia Brandenburgensi, Silesia, Borussia aliisque locis reperiantur, quo Romani nunquam pervenerunt; *Dithm.* Tumuli tales dicti *Hunen*, *Hühnen*, *Hühnengräber* vel a *Hunnis*, vel ab *Hühnen*, gigantibus, quales fuisse credebantur maiores nostri, vel potius a Germ. *Hun*, morte, unde *Hunnenkled*, vestis mortualis. De his tumulis urnisque vide praeter eos, quos Dithm. laudavit, *Keyssler* 2, 1. p. 112 seq. *Arnkiel* II, 6, 6. Jo. Piccardi Antiq. c. 5. *Kortum* Beschreib. einer neu entdeckten Germ. Grabstätte, Dortmund 1804. *Büsching* heidn. Alterth. Schlesiens Leipz. 1821. *Dorow* Opferstätte und Grabhügel der Germ. u. Römer am Rhein, Wiesbaden 1821. *Pauli* röm. u. deutsche Alterth. am Rhein, Darmst. 1821. Ephem. lit. Goetting. a. 1819. p. 265 sq. Mayer Abhandl. über altdeutsche Grabhügel, Eichstätt 1825. Meyer Darstell. aus Norddeutschland. Hamb. 1816. Mone T. II. p. 46 seq. *certis lignis*, rite statutis; *Günth.* „In his eligendis superstitio, ut videtur, locum habebat, non luxuria, contra ac apud Romanos, ubi rogi ex pretiosissimis lignis exstrui et *odoribus* compleri solebant. v. Plin. 12, 18." *Jacobs* et *Doer.*

3. *Struem rogi nec vestibus, nec odoribus cumulant*, quod Romanis sollenne fuit. Cf. ad Ann. 3, 2, 2. ex quo loco patet, *vestes* non fuisse tegumenta corporis mortui, neque vestimenta defuncto cara, (nam Germanico eiusmodi inanes honorariique rogi per omnem Italiam exstructi) sed tapetes pretiosos: (cf. ad cap. 10. n. 2.) constat enim, ditiorum illustriorumque Romanorum rogos τετραγώνους et ἰσοπλεύρους fuisse, quorum latera talibus tapetis obvelabant, ut strues illa magni aedificii altaeve turris speciem haberet; *Gebauer* p. 410. Non minus tamen constat, pyras ditiorum nobiliorumque, tam Romae, quam in Graecia, ex quatuor tabulatis, sursum instar pyramidum decrescentibus, constitisse et inferiori imposita fuisse stramina, proximo flores et coronas, tertio *odores*, res odorem spirantes, unguenta et aromata varia ac copiosa, tura, crocos, myrrhas, nardos, casias, amoma, quarto, praeter cadaver cremandum, *vestes*, non modo defunctorum, sed lugentium quoque, et alia dona ab his congesta. Cf. Virg. Aen. 6, 214 — 225. 11, 184 — 199. Sil. 15, 387 seq. Hom. Jl. 7, 420 — 432. 23, 110 — 257. inpr. Stat. Theb. 6, 54 — 83. Lucan. 9, 175 sq. Plut. v. Sullae p. 475. Suet. Caes. 84. Herodot. 5, 92, 7. Cic. de leg. 2, 23. Liv. 34, 7. Meurs. de fun. c. 25. Kirchman.

de

de fun. Rom. 3, 1. et 5. His *vestibus* magis convenit verbum *cumulare*, quam tapetibus illis.

4. *sua cuique arma* adiiciuntur, *quorundam et equus* (cf. cap. 14. et 15.) *igni* (rogo, infrequenti usu; *Günth.*) *adiicitur*, multarum gentium more, quo arma, animalia, servi, clientes et aliae res, quae mortuis carae cordique fuerant, nec non lugentium arma, equi cet. in rogos coniiciuntur, ut iis etiam manes utantur in inferis locis: nam ibi homines idem vitae genus persequi credebantur, cui in hac terra assueverant. Quae communis et opinio et consuetudo veterum populorum fuit, barbarorumque etiam nunc est. Cf. quos laudavi in nota 3. et 7. nec non Herodot. 4, 71. Aeschyl. Agam. v. 1156 sq. Caes. b. G. 6, 19. intpp. Hom. Odyss. 11, 90—625. Hor. Od. 2, 13, 21—40. Virg. Aen. 6, 651 seq. Ovid. Met. 4, 444 seq. Carvers Reisen nach Nord-America p. 322. 323. Hennepin Voy. au Nord T. V. p. 266. Rytschkow Reise durch versch. Prov. d. Russ. R. p. 95. 97. 170. Fabri geogr. Lesebuch T. I. p. 72. 107. 158. 173. 180. T. II. p. 157. 158. Römers Nachr. v. der Küste Guinea p. 196. Schmidts Gesch. d. Teutschen T. I. p. 50. Anton. IV. p. 194. et Pott. comm. ad 1 Petr. 3, 19. Χριστὸς τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι ἐκήρυξεν. „Add. Jornand. de reb. Get. 30. et Fr. Schlegel Vorles. über d. alte u. neue Lit. T. I. p. 176." *Hess.* Spontaneo suspendio vitam finiisse aut in rogos se coniecisse, praeter alios homines, a mortuis dilectos, horum uxores apud Indos, (qui hunc morem servarunt) Thracas, Scythas, Herulos, tradunt Prop. 3, 7, (al. 13.) 15 seq. Cic. Tusc. Qu. 5, 27. Aelian. V. H. 7, 18. Strabo XV. Diodor. 29. Valer. Max. 2, 1. Mela 2, 2. Solin. c. 17. Procop. 2, 419. Cf. ad cap. 19. n. 13. Kirchman. de fun. Rom. 3, 4. Cluver c. 53. Mascov. 2, 11, 24. v. et nota 7. et Anton. IV. p. 194.

5. *Sepulcrum caespes erigit*, metonym. pro *caespite erigitur*, ut Ann. 2, 19. *latus unum lato aggere extulerant* pro *in latere aggerem*, nisi figura et tropus simul locum habent; *Ramshorn.* Gr. p. 696. Sic et Sen. ep. 8. dixit *hanc domum utrum caespes erexerit, an varius lapis; Hess.* Sepulcrum ex congestis caespitibus erigitur, altiores exstruuntur tumuli, quibus cineres mortuorum combustorumque condantur. Cf. ad Ann. 1, 62, 1. ad H. 5, 6, 4. Heindorf. ad Hor. Sat. 1, 8, 36. Westerhof. ad Ter. Andr. 1, 1, 101. et de tumulis Germ. sup. nota 2. Fortasse eodem loco, quo corpora fuerant cremata, eorum reliquiae conditae sepeliebantur; *Long.*

6. *Monumentorum* (v. ad c. 3. n. 7.) *arduum et operosum honorem — aspernantur*, cf. cap. 3. Eiusmodi honorem mortuis habebant Romani, a quibus sepulcra, quae vel priva et singularia vel communia, familiaria et gentilitia erant, saepius exstruebantur altiora, lapidea, marmorea, testacea, statuis, columnis, aris, domunculis ornata, cincta sepimentis, cenotaphia, mausolea. v. Kirchman. de fun. Rom. 3, 13—27. et Cic. de leg. 2, 23—27. ubi etiam dicit, Solonis lege sanctum fuisse, ne quis sepulcrum faceret *operosius*, quam quod decem homines effecissent triduo; neque licuisse id opere tectorio exornari, nec Hermas imponi. „Notum est Mausoleum Augusti, Moles Hadriani cet. v. Heind. ad Hor. Sat. p. 181. 377." *Hess.* Quo nobiliores tamen in Germania erant defuncti, tanto altiores tumuli, arboribus, muro lapidibusve immensae molis cincti: et sepulcra quoque alia aliis ampliora, atque communia omnibus in vico quo habitantibus, vel propria familiae, unde in iis vel plures vel pauciores ollae solent reperiri; *Dithmar.* Cf. Herodot. 4, 71. et quos laudavi in nota 2. *arduum*, altum, *et operosum*, multae operae; nisi synonyma sunt. v. ad H. 4, 64, 5. *momentorum* Rhen. 2. 3. *operosum* ed. pr. Vien. Rhen. 2. 3. et rec. *peroperosum* c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Ber. Mon. Rhen. 1. et min. Pich. Vitium e syllabarum transpositione

natum; *Pass.* Cf. ad Ann. 15, 45, 2. — *ut gravem defunctis,* molestum. Nota sunt vota, in sepulcris etiam expressa: *sit tibi levis* aut *gravis terra, caespes, cippus; bene, placide, molliter* aut *duriter ossa cubent, quiescant, iaceant; requiescat in pace; urgeat ossa lapis,* κούφη γῆ τοῦτον καλύπτοι cet. Cf. Kirchman. de fun. Rom. 3, 9. Brisson. de form. 1, 146. Jacobs ad Anthol. Gr. T. I. p. 133. *et gravem* Ber. et Rhen. 1.

7. *Lamenta ac lacrimas* (*lachrymas* ed. pr.) *cito, dolorem et tristitiam tarde ponunt:* (in MS. Arund. *deponunt*, sive ex repetitione praec. syllabae, sive ex interpretamento; *Long.*) *feminis lugere honestum est, viris meminisse,* cf. ad Agr. 46. n. 1. Sen. ep. 99. al. 100. (*Vir prudens meminisse perseveret, lugere desinat*) et ep. 63. al. 64. (*Annum feminis ad lugendum constituere maiores, non ut tam diu lugerent, sed ne diutius. Viris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum.*) Cic. Tusc. Qu. 2, 21. Plin. ep. 8, 16. Petron. 134. Anton. IV. p. 193. Nibelung. v. 4301. 4135. 9321. *feminis et viris,* non uxoribus et maritis, sed, ut c. 17, de sexu sermo est; *Kapp.* Ceterum de priscis Germanis idem fere valebat, quod de Thracibus tradidit Mela 2, 2. *Alii redituras putant animas obeuntium, alii, etsi non redeant, non exstingui tamen, sed ad beatiora transire, alii, emori quidem, sed id melius esse, quam vivere: itaque lugentur apud quosdam puerperia natique deflentur; funera contra festa sunt et veluti sacra cantu lusuque celebrantur. Ne feminis quidem segnis est animus: super mortuorum virorum corpora interfici simulque sepeliri votum eximium habent.* Cf. nota 4. Credebant enim, animos esse immortales, viros autem fortes, vulneribus confectos, transferri in sedem Wodani et in Valhallam s. Walhallam, ibi vero perpetuis conviviis pugnisque oblectari: unde magnus iis contemptus mortis et summa laus, vulnera mereri. Cf. cap. 6. 7. et 14 extr. Mela 3, 2. Lucan. 1, 447—465. Appian. hist. Rom. 4, 3. et Celt. p. 755. D. ed. Steph. Ammian. Marc. 23, 6, 44. Procop. 2, 14. coll. Eccardi Franc. or. 1, 407. (qui apud Herulos et Thuringos senibus aegrotisque capita fuisse amputata tradunt cura propinquorum et antiquo more, qui dictus videtur *Saxnote,* gladii ritus aut officium) Cluver 1, 32. Passov. ad G. 6. Anton. IV. p. 105—107. Rühs p. 301—304. Schütze 1, 120. inpr. Weiske p. 301—316. (de Graecis, Romanis et Germanis) quosque laudavi in nota 2. sed et ad Tac. Agr. 46. n. 1.

8. *Haec in commune* (v. ad Ann. 15, 12, 2.) *de omnium Germanorum origine* et de Germaniae situ (cap. 1—3.) *ac moribus* (cap. 4—27.) *accepimus: nunc — expediam,* v. ad cap. 8. n. 5. Ann. 4, 1, 2. et H. 3, 38, 1. *in communi* Par. *singularum gentium* et *quae nationes:* Hessius haec annotavit: „*Gens* continet nationes et populos, estque multitudo hominum, quos eiusdem stirpis idem nomen complectitur, nec tamen communio legum et institutorum continet. *Natio,* originem trahens ex gente, communi utitur lingua, non tamen ita, ut easdem terras incolat. *Populus* est civitas, quae iisdem institutis legibusque continetur. Grotefend. in Seebod. bibl. crit. a. 1822. p. 362. bene animadvertit, vocc. *gens natio* (a γένω et γνάω) proprie ad communem originem seu stirpem, *populus* et *civitas* ad instituta et leges communes referri. Non raro tamen illae voces promiscue usurpantur. Cf. cap. 29. 33. 38. 43. Iustin. 1, 1. 7, 1. 8, 6. Vell. 2, 96. 98. 106. Cic. de nat. d. 3, 39. de off. 1, 17. 2, 8. Sall. Cat. 2. 10. 20. Gron. ad Liv. 5, 34. 4, 49." Cf. ad cap. 2. n. 9. et Seebod. bibl. crit. a. 1821. p. 411.

CAPUT XXVIII.

Validiores olim Gallorum res fuisse, summus auctorum D. Iulius tradit; eoque credibile est, etiam Gallos in Germa-

niam transgressos. Quantulum enim amnis obstabat, quo minus, ut quaeque gens evaluerat, occuparet permutaretque sedes, promiscuas adhuc et nulla regnorum potentia divisas? Igitur inter Hercyniam silvam Rhenumque et Moenum amnes Helvetii: ulteriora Boii, Gallica utraque gens, tenuere. Manet adhuc *Boihemi* nomen, significatque loci veterem memoriam, quamvis mutatis cultoribus. Sed utrum Aravisci in Pannoniam ab Osis, Germanorum natione, an Osi ab Araviscis in Germaniam commigraverint, quum eodem adhuc sermone, institutis, moribus utantur, incertum est, quia, pari olim inopia ac libertate, eadem utriusque ripae bona malaque erant. Treveri et Nervii circa affectationem Germanicae originis ultro ambitiosi sunt, tanquam per hanc gloriam sanguinis a similitudine et inertia Gallorum separentur. Ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt, Vangiones, Triboci, Nemetes. Ne Ubii quidem, quanquam Romana colonia esse meruerint ac libentius *Agrippinenses* conditoris sui nomine vocentur, origine erubescunt, transgressi olim et experimento fidei super ipsam Rheni ripam collocati, ut arcerent, non ut custodirentur.

1. *Validiores olim Gallorum res fuisse, Divus Iulius* Caesar *tradit* scil. Caes. b. G. 6, 24. Cf. Tac. Agr. 11. Appian. b. Gall. extr. Dio 54, 11. 32. Moeser I, 141. *Divus*, in deorum numerum relatus, et *summus auctorum*, cf. Suet. Caes. 56. et 88.

2. *eoque* (v. ad Ann. 1, 16, 1.) *credibile est, etiam Gallos in Germaniam transgressos*, cf. ad cap. 2. n. 1. Liv. 5, 34. Iustin. 24, 4. Caes. b. G. 6, 24. Adelung p. 31 seq. Barth. §. 87—96. Contra Germanorum populi iam diu ante Caesaris tempora traiecto Rheno in Galliam irruperant, et Belgae tantum non omnes Germanicae erant originis. Cf. Caes. b. G. 1, 39. 51. 2, 4. Hinc *Germania cisrhenana* et *transrhenana*. v. ad cap. 1. nota 1.

3. *Quantulum enim amnis obstabat*, Rhenus, qui nunquam gentium terminus fuit; *Dilth.* Mire huc facit Sen. nat. qu. 1. Praef.; *Long.* Cf. quos Pass. laudat, Gagern p. 13. 171. et Ern. Maurit. Arndtius de Rheno, haud idoneo Germaniae termino. — *evaluerat*, v. ad H. 1, 80, 3.

4. *sedes promiscuas adhuc et nulla regnorum potentia divisas* ed. Nor. Rom. Par. Rhen. 2. 3. Ern. Lall. Brot. Ob. Bekk. Lün. Walch. *diversas* c. Farn. Bamb. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Rhen. 1. et min. Bip. Pass. Dilth. Hess. *diversas*, nondum certis finibus inclusas et a vicinis separatas, ut *diversi* Ann. 15, 56. separati; *Pass.* Alias sedes versas ad hunc regem, alias ad illum, separatas, divisas; *Günth.* Sed *sedes nulla regnorum potentia diversas* vix quisquam eo sensu dixerit.

5. *Igitur inter Hercyniam silvam* (τὸν Ἑρκύνιον s. Ὀρκύνιον δρυμὸν, hod. *Harz*, *Harzwald*, *Hartwald*, ut *Spesshart*, *Mannhart* al. silvae, ab *hart*, altus, sic dictae) *Rhenumque et Moenum amnes* (cf. ad cap. 1. n. 1.) *Helvetii* scil. colunt, sunt; (nisi ad hos quoque referendum *tenuere* scil. loca, sita, ὄντα) *ulteriora Boii, Gallica utraque gens, tenuere.* Cf. Reichard p. 36. *Igitur* initio periodi positum, ut Agr. 13. O. 3. 34. „Hanc particulam a Cicerone praemitti, quod Spald. ad Quintil. 1, 5, 49. in dubium vocavit, exemplis probavit Zumpt. Gram. §. 357. ed. V." *Dronke* ad O. 34. „*Igitur* est id. qd. quae quum ita sint; consecutio necessaria et fortius expressa. Tum non, ut plerumque, verbis postponitur, sed praemittitur. v. Goerenz. ad Cic. de fin. 1, 18. p. 85. Spald. ad Quintil.

3, 39. Grotef. Gram. I. §. 252. p. 404. ed. IV." *Altenb.* De eo v. inpr Quintil. 1, 5, 39. et de discrimine particul. *igitur, itaque* et *erg* Ramshorn. Gram. p. 566. Bredovius haec annotavit: „Ne in nostri tabulis geographicis saltum quendam unum quaeras, ad quem nomei Romanum pertinebat: neque necesse est, ut *Hercynia silva,* qualem e quantam Romani e cognitione parum accurata rumoribusque incertis de scripsere, re vera in Germania fuerit. Secundum opinionem Romano rum *Hercynia silva* oritur ab Helvetiorum et Nemetum et Rauracorur finibus, prope a fontibus Danubii et Rheni septentrionem versus. Cae b. G. 6, 24. 25. Strab. VII, 1, 3. 5. p. 292. Sequitur laevam Danub ripam, confinis Raetiae meridiem, Chattorum septentrionem versus, Ta G. 30. Claudian. b. Get. v. 330. usque ad fines Dacorum, ita ut latitud novem dierum iter expedito pateat. Caes. l. c. In hac regione loc natura munitis magnum includit circulum, habitationi egregie aptun in quo et *Βουΐαιμον* Marobodui regio est. (v. not. 6.) Hinc Hercynia si va se flectit sinistrorsus i. e. versus septentrionem, diversis a Danubi regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit neque quisquam, teste Caes. l. l., est Germanorum, qui se aut adis ad initium eius silvae dicat, quum dierum iter sexaginta processeri (Mel. 3, 3. *Hercynia dierum LX iter occupans*) aut, quo ex loco oriatu acceperit. Suevi sub axe frigido legunt succos, Tac. G. 45. lucis He cyniis, Sen. Med. v. 712. Cimmeriorum, quibus ipse polus fere sup vertice est, terra nemorosa, opaca, caliginosa usque ad Hercynios salt introrsus pertinet. Plut. Mar. c. 11." Cf. ad c. 30. n. 3. *Hessius:* „Si vam, dicit, s. saltum et iugum Hercynium Graecis fama notum fuiss apparet cum ex Aristot. Meteor. 1, 13. (*Ἀρκύνια ὄρη*) Apoll. Rhod. 640. (*σκόπελος Ἑρκύνιος*) tum ex Caes. b. G. 6, 24. Laudatur etiam Pli 4, 12. 25. Ptol. 2, 11. Dionys. Per. 286. Mel. 3, 3. Vell. 2, 108. 1(Tac. Ann. 2, 45. Loci luculenti sunt Caes. b. G. 6, 25. Strab. 7. p. 2(290. 292. Plin. 16, 2. Hi non omnes in accurata descriptione saltus conveniunt. Vulgo veteribus est ingens montium iugum, quod interi rem Germaniam a regionibus Danubio adiacentibus separat. Ptolemae saltum hunc inter Gabretam silvam montesque Sarmaticos collocat, qu montium iugum Carpaticos montes et Sudetos coniungit. Tacitus c Plinio recte intelligit montes silvasque, qui a saltu Thuringensi in ori tem versus usque in Hungariam extenduntur." Cf. Adelung p. 32. Mannerti Geogr. III. p. 510 seq. Barth. §. 418—420. v. Wersebe 1—3. Kruse Archiv für alte Geogr. p. 44. (cui sunt montes Gesenk Jablunke inter Silesiam et Moraviam) Wilhelm p. 27—30. Reichard 217—219. — *Moenum* c. Farn. Long. et Humm. ed. Nor. Rom. Lips. rec. *Moenim* c. Arund. ed. Rhen. 2. 3. *Menum* Par. *Moeni* Rhen. 1. min. Sic et *Moenus* (Main) dicitur Plin. 9, 15. Mel. 3, 3. ut *Menus* M cell. 17, 2. *Maenus* Eumen. pan. Const. 13. *Mogus* Gunther. Ligur. 384. *Moenī* ed. pr. Put. Ber. Mon. *Menin* ed. Vien. *Moemi* c. Tur. et ed. Po „Seriori aevo *Mogonus* et *Moganus* appellatur. *Moenus* etymon a voce C *Moyn,* tauro, habere videtur Monio T. II. p. 489. ut sit Stierfluss." *H Oenum* coni. Schwarz. in Actis Erud. Lips. a. 1711. p. 27. et *Leman* s. *Lemannum* Longol. in diss. 42. de Hermund. et in Collect. Diss. 363. quod probat Oberl. quia firmetur e Caes. b. G. 1, 2. et sic cc ctentur fines Helvetiorum nimis protracti. Refragantur tamen Mann T. III. p. 477. et Barth. T. I. p. 126. nec non Spreng. Dilth. Hess. Adelung. p. 204. qui monent, priscorum temporum bellorumque per tuorum ab Helvetiis cum Germanis gestorum rationem habendam e (Tac. H. 1, 67.) et ab Helvetiis olim partem Galliae australis, Bris viae et Silvae Nigrae fuisse possessam. v. Caes. b. G. 1, 1. 12. et P 2, 11. *τὴν Ἑλουηττίων ἔρημον.* *Boii* quoque *ulteriora tenuere.* — *Helv*

et Boii, Gallica utraque gens, et contermina. Cf. c. 30. H. 1, 67. et 2, 61. Caes. b. G. I, 1—6. 25. 28. 29. Reichard. p. 36. *Gallica gens*, non Germanica, quod putabant Dithmarus, J. H. M. Ernesti ad h. l. Leibnit. in praef. ad Aldzreiteri et Brunneri Ann. Boic., Spener. T. II. p. 139 seq. IV. p. 159—164. V. p. 140. De eorum tamen origine, sedibus migrationibusque nihil certi potest tradi. Cf. Barth. §. 91. 108. 232. 293 — 296. 350. et Mannert. III, 478 seq. 664. *Boii* reperiuntur in Gallia, Italia, Germania, Pannonia, Norico, (ubi a Langobardis postea subacti sunt vocatique *Boioarii* in hod. Bavaria; v. ad c. 34. n. 1.) ad Padum et Danubium, in Illyrico, in Hercynia silva et Bohemia. Cf. Strab. IV. p. 195. 213. VII. p. 292. 293. 313. Caes. b. G. 1, 5. 25. 28. Plin. 3, 20. 21. 4, 32. Polyb. 1, 17. 2, 20. 206. Longol. ad h. l. et in diss. de Boiis, Spener ll. ll. Abel I, 102 — 112. Barth. l. l. Adelung. p. 33—36. 277. 278. v. Wersebe p. 135 sq. (qui h. l. incolas Bavariae designari haud dubitat) Dithm. Dilth. Mannert. *Boi* ed. Nor. ut *Bois* cap. 41. ed. pr. Nor. Vien. Par. Rhen. 1. et min. at *Boijs* Rhen. 2. 3. ut h. l. *Boij* omnes Rhen. *veraque gens* Put.

6. *Manet adhuc Boihemi nomen*, τὸ Βϩΐαιμον, (al. Βϩΐασμον, Βϩΐαιϑον, Βϩαίβιον, Βϩβΐεμον) Marobodui regio in Hercynia silva, Strab. VII, 1, 3. p. 290. Μαρόβουδον Ptol. 2, 11. (v. ad cap. 42. n. 2.) qui etiam dicit: *Μέγα ἔϑνος οἱ Βαῖμοι*, et περὶ τὸν Ἄλβιν ποταμὸν Βονοχαῖμαι. (*Βοιοχαῖμαι* Wilhelm p. 221.) *Boiohemum* (al. *Boiohoemum*) Vellei. 2, 108. 109. comp. ex *Boiiheim* h. e. *die Boierheimath*. „Hoc fuit in Bohemia: sed *Boihemum* Taciti est potius id qd. *oppidum Boiorum* ap. Caes. b. G. 7, 9. hod. *Beaujolois*, a Boiis Bavaricis in Gallia conditum, *quamvis mutatis cultoribus*, quamvis Boii inde in Germaniam migrarunt." *v. Wersebe* p. 136. 227 sq. 263. Cf. Tac. Ann. 2, 45. et G. 42. Ab his Boiorum sedibus Bohemiae nomen ortum putant, cuius incolae in medio aevo dicti *Behemi*, *Behemanni*, *Boemanni*, *Begamini*, *Bechaimi*. v. Goldast. de regno Bohem. 4, 3. Longolii diss. de Boiis, Barth. §. 350. *Boihemi* MSS. Vat. 1862. 2964. et Long. ed. Nor. Bip. Oberl. Lün. *Bohiemi* ed. Rom. et Par. *Boiihemi* c. Humm. *Bohemi* Vat. 4498. *Bojemi* et *Boiemi* Vat. 1518. et Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Rhen. 1. 2. 3. et min. Lips. et al. *manet adhuc Boiis e manere nomen* cod. Bamb. unde *m. a. Boiiasmi* vel *Boyasmum* vel *Boyaimum e re nomen* legendum putabat Lips. Emendatio propter dubiam Strabonis lectionem omni auctoritate destituta; *Pass.* — *significatque*, servat, retinet; *Ern.* *Significare* est minus quam *declarare*, minus quoque quam *ostendere*; *Long.* *signatque loci vet. mem.* MS. Humm. et *significatque loci veterem viae memoriam* cod. Bamb. unde Colerus fecit: *s. l. et veterem viciniae memoriam*.

7. *Quamvis mutatis cultoribus*, pulsis olim (non diu ante aut post Chr. n.) Boiis a Marcomannis: quo facto Boii in Noricum concessere et Boioariam, ab iis ita dictam. v. cap. 42. et 43. *quamvis* et paulo post *quamquam*, v. ad Ann. 1, 4, 5.

8. *Aravisci* in Pannonia, qui *Eravisci* dicuntur Plin. 3, 25. s. 28. et Ἀράβισκοι Ptol. 2, 16. Mannertus sedes iis assignat circa Mursam ad Dravum fl. sed Wersebe p. 151. 304. 307. 308. inter Arabonem (Raab) et Danubium in Pannonia, ut *Osis* in hod. Austria infra Anisiam. *Aramisci — ab Araviscis* cod. Tur. *Aranisci — ab Araniscis* edd. pr. Put. Pogg. Mon. Vien. Rhag. Rhen. 1. et min. *utrum Aranisci in pannoniam? ab Osis G. natione? an Osi ab Araniscis* ed. pr. et Pogg. *Avarisci* et *Avariscis* ed. Par. Rhen. 2. 3. Dithm.

9. *ab Osis, Germanorum natione;* quibus contraria esse videntur, quae leguntur cap. 43. *Osos Pannonica lingua coarguit non esse Germa-*

nos, et quod tributa patiuntur. Hinc verba *Germanorum natione*, tanquam textui potius aliunde obtrusa, quam corrupta, uncinis inclusere Pass. Hess. et Thiersch. Incertus saltem fuisse videtur Tacitus, quid verum sit. Cf. Leutsch. p. 330. Alii putant, h. l. domicilium sedesque et c. 43. gentem et originem respici, nec aliud quaeri, quam utrum Osi et Aravisci ad sinistram Danubii ripam, in Germania, an ad dextram, in Pannonia, habitaverint. Osorum originem ab *Ossetis* in Perside repetit Ritter in Pronao p. 303. ab *Osis* ad ripas Indi ap. Plin. 6, 23. Sprengel. Fortasse protensi Silesiam usque, ubi *Ossen* in Ducatu Olsenensi, locus salinis et arte vitraria nobilis; *Brot. a bois — an Boi* MS. Long. et ed. Nor. *a Boiis — an Osi* Vat. 4498. *a Boïis — an Osci* Vat. 1518. *a Boiis — an Boii* Vat. 1862. 2964. Sic et MS. Humm. sed *an Boi* in marg. *a Boïis — an Boii* recepere Long. et J. H. M. Ernesti. Sed Tacitus paulo ante *Boios* dixerat *Gallicam gentem*. Cf. not. 5.

10. *utriusque ripae* sc. Rheni, quae in hoc cap. bis memoratur; *Long.* et alii. Cf. ad cap. 17. n. 4. Sed saepius indefinitam hancce dictionem a Tacito usurpari de Rheno, hoc autem loco ripas potius Danubii significari, et in sinistra s. septentrionali versus Moraviam Osos, in dextra s. meridionali Araviscos, in Galliis autem neque hos neque illos habitasse, contendunt Dithm. Dilth. et Günth.

11. *Treveri*, quorum sedes inter Mosam Rhenumque et praecipue circa Mosellam fuere in Belgica prima; oppida Noviomagus, Confluentes, (Mosae et Rheni, hod. *Coblenz*) Bingium et alia, caput vero Augusta Treverorum, (hod. *Trier*) maxima olim opulentissimaque Galliae urbs, Imperatorum domicilium a Constantino M. usque ad Valentem; origo antiquissima et fabulosa, deducta a *Trebeta*, Semiramidis privigno. De hoc v. Epigr. in Anthol. lat. 3, 20. T. I. p. 472. et in Wernsd. poet. lat. min. T. V, 3. p. 1382. de Treveris Tac. Ann. 1, 41. 2, 14. 28. 3, 42. H. 1, 53. 57. 62. 69 — 77. Caes. b. G. 1, 37. 2, 24. 3, 11. 4, 6. 10. 5, 2. 3. 55 — 58. 6, 2. 3. 7. 8. 28 — 32. 7, 63. 8, 25. 44. 45. Strab. IV. p. 194. Ptol. 2, 9. Plin. 4, 17. s. 26. 31. Ammian. 15, 11. 16, 3. 17, 3. 18, 2. 27, 10. Suet. Cal. 8. Spener p. 300 — 307. Cellar. T. I. p. 253 — 262. Barth §. 267. Mannert. *Treveri* in optimis edd. Taciti, Suet. aliorumque et in multis inscriptt. *Treviri* in ed. Put. et Rhen. in numo Vespas. ap. Golz., in Cic. ep. ad div. 7, 13. et in edd. Caesaris, Ammiani al. *Τρήβιροι* dicuntur Ptol. *Τρηουΐροι, Τριουήροι, Τρηούηροι* Strab., *Τρηουήριοι* et *Τριουήροι* Dioni; ut vulgo putant, Germ. *Treue* et comp. *Treuer*, fidi, fideliores.

12. *Nervii*, Treveris finitimi a septentrione, Aduaticis a meridie, inter Mosam, Scaldim (*Schelde*) et Sabin, hod. *Sambre*. Cf. Tac. H. 4, 15. 56. 66. 79. Caes. b. G. 2, 4. 15—28. 5, 38—52. 6, 3. 29. 7, 75. Strab. IV. p. 194. Appian. 1, 4. Plin. 4, 31. (ubi v. Hard.) Dio 39, 3. 40, 17. Ptol. 2, 9. Cluver. 2, 22. Cellar. T. 1. p. 291—294. Ritter p. 101. Spener. T. II. p. 347 seq. Mannert. *Neruli* MSS. Tur. Humm. a sec. m. et Longol. nec non edd. omnes ante Rhen. 2. *Heruli* ed. Rom. a m. sec.

13. *circa affectationem Germanicae originis*, studium et ostentationem paene ridiculam. Cf. Caes. b. G. 1, 36. 6, 24. Diodor. 5, 31. 32. *affectionem* c. Humm. et Long. ed. Nor. Cf. ad c. 5. n. 12. *circa*, v. ad Ann. 11, 15. *cura* Nor. *Germanicae* c. Tur. ed. Nor. Vien. omnesque post Rhen. 2. *Germaniae* ed. pr. Put. Pogg. Mon. — *ambitiosi*, quum origine Galli essent, affectatione Germanos se esse dixerunt; *Günth.* Sed v. Caes. b. G. 2, 4. et Strab. IV. p. 194. — *ultro*, v. ad 3, 36, 1. 6, 31, 3. 11, 1, 2.

14. *a similitudine et inertia Gallorum* pro *a sim. inertiae G.*, quo figurae *ἓν διὰ δυοῖν* exemplo nil clarius aut elegantius cogitari potest;

Roth p. 38. v. ad Ann. 1, 10, 11. et ad G. 17. n. 5. Tale odium contemptumque Gallorum passim prodit Tacitus, sed maiorem Livius. Cf. cap. 29 extr. Ann. 4, 56. et, quos Pass. laudavit, Agr. 11. et Gagern. p. 72. (344. ed. 2.)

15. *Ipsam Rheni ripam* sinistram et occidentalem *haud dubie Germanorum populi colunt* et accolunt, *Vangiones, Triboci, Nemetes*, ut ap. Plin. 4, 17. s. 31. et Ptol. 2, 9. De his populis v. Haus T. II. p. 33—41. v. Wersebe p. 305 sq. et Wilhelm. p. 120—125. *haud dubie*, haud multum abest quin: sed *haud dubii* scriptum fuisse putaverim; *Günth. Vangiones*, quos Minola et alii sic dictos putant a voc. Germ. *Wange* s. *Wangen*, prato. Cf. Tac. Ann. 12, 27. H. 4, 70. Caes. b. G. 1, 51. Lucan. 1, 431. Wessel. ad Itiner. Anton. p. 355. Ritter V. p. 114. — *Triboci* in septentr. Alsatia. *Tribocci* et *Tribuci* Caes. b. G. 1, 51. 4, 10. Τριβόκχοι Strab. 4, 3, 4. *Tribochi* Plin. 4, 31. Τριβόκκοι Ptol. 2, 9. *Triboci* Nor. Rom. Par. Vien. et rec. ut in inscr. ap. Schoepflin. T. I. p. 131. 550. Cf. Barth. I. p. 131. *Treboci* c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Rhen. 1. 2. 3. Ald. — *Nemetes*, Νέμητες Ptol. 2, 9. Tac. Ann. 12, 27. Caes. b. G. 1, 51. et Plin. 4, 31. *Nemetae* Ammian. 15, 11.

16. *Ne Ubii quidem*, socii Caesaris adversus Suevos et deinde a dextra Rheni ripa ad sinistram sponte translati ab Agrippa a. U. c. 716. a. Chr. 38. Οἱ Οὔβιοι Strab. 4, 3, 4. Ἐούβιοι Dion. 39, 48. Cf. Ind. I. et ad Ann. 1, 31, 2. Caes. b. G. 1, 54. 4, 3. 16. 19. 6, 9. 10. Dio 39, 48. 48, 49. Plin. 4, 31. 17, 4. 19, 28. Strab. 4, 3, 4. p. 194. Suet. Aug. 21. Ammian. 15, 11. 16, 3. Leutsch. p. 332. v. Wersebe p. 5. 6. Anton. IV. p. 238. Wilhelm. p. 115—120. *Ne Ubii* ex emendat. Gruteri unice vera recepere Ern. Bip. al. *Nubii* MSS. Vat. quatuor Tur. Long. et a sec. m. Humm. edd. pr. Nor. Pogg. Rom. *Ubii* edd. Put. Mon. Par. Vien. Rhen. 1. 2. 3. Longolius *originem* referebat ad Agrippinam: Ubios scil. puduisse, se esse coloniam Romanam. Cf. H. 4, 64. 65. et Gell. 16, 13. 8. Sed repugnant, quae modo affirmaverat Tacitus, Ubios *libentius* conditoris nomine vocari; *Pass. Ubii quidem — origine non erubescunt* coni. Lips. Sed J. Fr. Gron. haec annotavit: „*Origo* sine dubio est avita statio et incolatus Germaniae, ante quam colonia fierent. Nemo enim Romanorum, illo utique saeculo, diceret, pudere quenquam populum, quod coloniae Rom. honorem adeptus esset, praesertim Ubios, qui essent sponte translati, *ut arcerent, non ut custodirentur*, non ut essent in obsidione ipsi, sed ut seque commodius tuerentur ac fines Romanos, et virium imperantis populi pars, non servientium accessio, forent: qui inter Vitellii et Vespasiani arma, Galliarum simul et Batavorum defectione et coniuratione grassante, tam constantes in fide atque integri manserint et specioso nomini libertatis praesentia praetulerint: qui denique *Agrippinenses* quam *Ubii* vocari mallent. Itaque *ne Ubii quidem*, inquit, patriam eiurant aut Germanum sanguinem sedemque veterem diffitentur, etsi ad id nobilitatis evecti, ut ius coloniae meritis et beneficiis erga populum Rom. impetraverint placeantque sibi magis, quum Agrippinenses, quam quum Ubii salutantur. Est autem haec nimium vulgaris vanitas et hominum et populorum, ut successibus suis deesse auctoritatem existiment, si humiliora prima incrementa confiteantur."

17. *quanquam Romana colonia esse meruerint ac libentius Agrippinenses, conditoris sui*, Agrippinae, *nomine*, secundum eius nomen, *vocentur*, cf. Ann. 12, 27 pr. H. 4, 28. et ad Ann. 1, 31, 2. Caes. b. G. 4, 3. Barth. §. 307. v. Wersebe p. 5. 6. et Wilhelm. p. 114—117. *conditoris suae* num legerem dubitavi; sed eius flexus verba in femineum etiam genus usurpantur, ut *auctor* Virg. Aen. 12, 159. de Iunone, *sponsor coniugii* Ovid. Her. 16, 114. de Venere, et plura eiusmodi; *Lips.* Apud

veteres *conditor* erat epicoenon et vox *conditrix* est demum sequioris aevi; *Long.* „v. Brunck. ad Aristoph. Thesmoph. 432. id. ad Aeschyli Sept. adv. Theb. 226. et libellus meus de emend. Lex. Graec. ratione p. 50. (ubi ἀοιδός, διδάσκαλος, ὑμνῳδός aliaque exempla laudantur) Appositionis genus Romanis perinde ac Graecis satis usitatum. Seyfert Gramm. T. II. p. 315. 1230. T. III. p. 193. 1725." *Pass.*

18. *experimento fidei*, per multos annos capto; *Long.* coll. Ann. 3 56. et H. 4, 28. — *super ipsam Rheni ripam* sinistram, (in qua erat colonia Agrippinensis, quum antea tenuissent dextram, *Long.*) *collocati ut arcerent* Germanos, hostes, *non ut* ipsi custodirentur, cf. nota 15 Ann. 1, 31, 2. H. 4, 64. 65. *collati* c. Long. ed. Nor. — *custodirentur* cf. cap. 41. et H. 4, 64. *custodirent* MS. Tur.

CAPUT XXIX.

Omnium harum gentium virtute praecipui Batavi non multum ex ripa, sed insulam Rheni amnis colunt, Chattorum quondam populus et seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperii fierent. Manet honos et antiquae societatis insigne; nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit: exempti oneribus et collationibus, et tantum in usum proeliorum sepositi, velut tela atque arma, bellis reservantur.

Est in eodem obsequio et Mattiacorum gens. Protulit enim magnitudo populi Romani ultra Rhenum ultraque veteres terminos imperii reverentiam. Ita sede finibusque in sua ripa, mente animoque nobiscum agunt; cetera similes Batavis, nisi quod ipso adhuc terrae suae solo et coelo acrius animantur.

Non numeraverim inter Germaniae populos, quanquam trans Rhenum Danubiumque consederint, eos, qui Decumates agros exercent. Levissimus quisque Gallorum et inopia audax dubiae possessionis solum occupavere. Mox limite acto promotisque praesidiis, sinus imperii et pars provinciae habentur.

1. *Omnium harum gentium virtute* bellica *praecipui Batavi;* v. Ind. Tac. In ed. pr. *batavis.* In c. Tur. Long. ed. Nor. Pogg. *Batavi* „Terra eorum vocatur *ager* et *insula Batavorum* Ann. 2, 6. Caes. b. G. 4, 10. *Batavia* Pacat. pan. ad Theod. c. 5. *Βαταβία* Zosim. 3, 6. νῆσος τῶν Βαταούων et Βαταούα Dioni 54, 32. 55, 23." *Hess.* — *non multum ex* (a, ut H. 4, 12. *Hess.*) *ripa* Rheni, *sed* et *insulam Rheni amnis colunt, Chattorum quondam populus et seditione domestica* cet. v. ad Ann. 1, 57, 1. H. 4, 12, 3. 4. et 4, 32, 4. Adelung p. 210. Barth. §. 21. Moeser T. I. p. 135. et Jac. Gron. oratio de tempore immigrationis Batavorum in insulam suam, in Dithmari ed. Tac. p. 297—304. Hessius haec annotavit: „Quo tempore immigraverint, non constat; iam a Caesare in novis sedibus deprehenduntur. Sita erat Batavia inter Mosae Vahalisque confluentes, spatium prope 100000 pass. in longitudinem complectens, quod etiam insederunt Caninefates, Frisii, Frisiaboni, Chauci, Sturii, Marsacii. v. Caes. b. G. 4, 10. Plin. 4, 15. Post migrationem pars erant Galliae Belgicae et Rom. socii. Tac. H. 2, 27. 4, 32. *fratres et amici imperii Rom.* in inscr. ap. Jun. p. 34. et Grut. p. 73. n. 9. Sed Batavi, cohortibus ob discordias rixasque in patriam remissis, odium vehementissimum in Romanos conceperunt, donec p. Chr. n. 70. 71. sedit

Civilis exarsit; cuius quis fuerit exitus, ob Taciti libros deperditos nescimus. Cf. H. 2, 66. 69. 4, 12—37. 54—79. 5, 14—26." De *Chattis* v. ad cap. 30. n. 1. *Chattorum* ubique cod. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Vien. ut c. 30. 31. 32. ed. Nor. et c. 30. Rhen. *Chatti* ap. Strab. Dion. Plin. *Chattae* ap. Ptol. Suet. Dom. 6. et Liv. Epit. 138. *Cattorum* Nor. Par. Rhen. 1. 2. 3. et rec. ut eaedem et aliae c. 30. 31. 32. *Catthorum* ed. Mon. ut *Catthos* Vien. cap. 32. *Cathorum* H. 4, 12. in ed. pr. *Chattorum q. populo-transgresso* Mon. Parum probabilia de nominis origine (a *cat*, bello, a *catten* et *hetzen*, a *Katzen*, felibus, a *kadden, katzen*, discerpere, ab Angl. *catch*, a Gall. *chasser* et al.) comminiscuntur Wachter, Barth. §. 523. Wilhelm. p. 187. et v. Wersebe p. 115. Ex *Chattis* et *Cattis* facti *Chassi*, *Hassi*, *Hessi*, tres *Hassigowe*, nec non *Catterfeld* et *Cattlenburg*; *Reichard*. p. 132. 356. Ab iisdem dicta *Chassalaba*, (hod. *Cassellae*) *Catwic*, (Cattorum vicus) *Cattendregt*, *Cattenwonde*, *Cattenbroek*, *Cattensand*, *Catternesse*; *Long*. et *Dithm*. Conf. Wenck. T. II. p. 22.

2. *Manet honos et antiquae societatis insigne*, indicium. *antiqua societas insigne* ed. Mon. quod in vetustiore libro repertum velim; *Pass.*

3. *nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit;* de constructione verborum v. ad c. 13. n. 6. et de re ipsa cap. 43. ad Ann. 13, 18, 1. H. 4, 12, 5. 4, 14. 5, 25, 4. Agr. 32. Barth §. 689. Moeser I, 145. 146. — *tributis contemnuntur:* nam quibus tributa imponuntur, hoc ipso, ut victi, pro contemptis habentur et despretis; *Lips.* „Placuit antiquis, verba oris, vocem aut animi sensum significantia, ita transferre interdum, ut facta demonstrent, ut *facili contemptum Strymona saltu* Claud. b. Get. 178. *increpare saltu* Flor. 1, 1. *laudare armis* sup. c. 11. (ubi v. not. 13.) *ignavum conferre stipendium* Vellei. 2, 39. *contempsimus sexcenties sestertium* Cic. ad Att. 4, 16. *obiurgare flagro* et similia;" *J. Fr. Gron.* Quae Noster h. l. ad se invicem refert, retulit iam longe ante Cic. Tusc. disp. 5, 30. *reliqua ex collatione facile est conterere atque contemnere; Long.* Cf. ad Agr. 32 extr. *conteruntur* MS. Tur. Sed statim sequitur *atterit; Long.* Lipsius coni. *continentur* et *contunduntur*, Vetter. *premuntur*, Crusius *consumuntur*, Rhen. *condemnantur* et *comminuuntur*, Pighius in Herc. Prodicio *contenuantur*. — *nec publicanus* avarus eos vectigalibus aut premendo urgendove *atterit*. v. ad Ann. 4, 6, 2. et H. 2, 76, 11. — *oneribus* belli suscipiendis *et collationibus* tributorum, vectigalium munerumque.

4. *tantum in usum proeliorum sepositi*, ut mox *reservantur*. v. ad Ann. 13, 44, 2. *tanquam in usum* cet. coni. Pass. ut evitetur insolentior verborum abundantia. Sed ita duplex erit comparatio, ex meo quidem sensu perquam ingrata, maxime propter miram veluti oppositionem particularum *tanquam* et *velut; Orell.* — *velut tela atque arma*, (v. ad cap. 6. n. 2.) *bellis reservantur*, cf. H. 4, 12. et 5, 25.

5. *Mattiacorum gens*, longe remota a Batavis, sed iis *similis* et ab iisdem fortasse Chattis oriunda, saltem *in eodem obsequio* erga Romanos, in Wetteravia et Hassia Darmstadiensi. „*Mattiaci* partem regionis ab Ubiis Rhenum traductis desertae occuparunt, inter Moenum et Loganam a Magontiaco usque ad Confluentes, ignorati Romanis usque ad a. 800. quum primus Tac. Ann. 11, 20. eorum mentionem faciat: nam Strabo Chattos in relictis Ubiorum sedibus notos habuit et a Dione 54, 33. 36. Drusus in Chattis ad ipsum Rhenum castellum exstruxisse narratur XX annis post Ubiorum transitum. Mattiacos in Romanorum *obsequio* fuisse, documento sunt h. l. et Ann. 11, 20. At H. 4, 37. una cum Usipiis et Chattis in bello Batavorum Magontiacum obsident. Post occupatas ab Alemannis sedes Mattiacorum (Ammian. 17, 1. 29, 4.) nomen penitus deletum, nisi quod in Notit. Imp. in auxiliis Palatinis Mattiaci seniores

et in leg. Comitatens. iuniores memorantur." *Hess.* In Mattiacorum regione tum *aquae Mattiacae,* fontes calidi Wisbadenses, tum fodinae argenti et vestigia balneorum Rom. a. 1783. et 1815. reperta prope vicum Nassaviensem Neurod et Wiesbadam. Mattiacorum caput fuit *Mattium,* id vero nonnullis videtur esse Marburgum, quod potius est *Ματτιακόν* Ptol. 2, 11., aliis Maden ad Ederam fl., aliis Altwetter in super. Hassia, aliis Battenberg, aliis vero Matten s. Metz, vicus inter rivos Matze et Rhein. Cf. ad c. 30. n. 1. ad Ann. 1, 56, 2. 11, 20, 3. H. 4, 37. Plin. 31, 2. s. 17. Ammian. 29, 4, 3. ibique Wagner, Alting. p. 122. Fürstenberg. p. 221. Adelung. p. 212. Wenck. II. p. 76 sq. 90. Schmidt Gesch. von Hessen I. p. 17. 19. Barth. §. 384. 498. Dorow Opferstätten u. Grabh. d. Germ. am Rheine Wiesb. 1819. fasc. I. c. 27. Wilhelm. p. 145—149. 188. Reichard. p. 127 sq. 270. v. Wersebe p. 53. Mannert. T. III. *Matiacorum* Vien. *Matticorum* Par. *Marsaciorum* vel *Marsacorum* leg. censebat Leibnit. — *ultra Rhenum ultraque veteres terminos imp.,* v. ad H. 4, 26, 2. *ultra Rhenum:* ergo Mattiaci non sunt Zelandi, sed propinqui Batavis, ubi nunc pars Frisiae aut Nordhollandiae et vicini sinus; *Lips.* — *imperii reverentiam,* ut H. 1, 55. Rhenus erat naturalis *imperii* Rom. et Germ. *terminus,* (Caes. b. G. 4, 16.) et ad dextram eius ripam non *imperium* Rom., sed tantum *reverentia* eius; *Dilth.*

6. *sede finibusque-mente animoque,* illa et haec substant. sunt synon. et posita pro: quod attinet ad sedem cet. v. ad Agr. 10. *mente animo* c. Humm. et *manente animo* in marg. — *nobiscum agunt,* v. ad Ann. 1, 68, 1. — *cetera similes Batavis,* v. ad Ann. 6, 15.

7. *ipso adhuc terrae suae,* Germaniae, *solo et coelo* gelido asperoque (c. 2. 4. 5.) *acrius animantur,* animosiores ferocioresque sunt; *Ern. solo et coelo* sicco inter montes *acrius animantur,* quam Batavi humido inter vada; *Alting.* „Cf. Plin. pan. 12. Cic. de div. 2, 42. Veget. 1, 2. Aristot. problem. 4, 14. et Freinsh. ad Flor. 3, 3, 2." *Hess.* Plerique intpp. iungunt *adhuc acrius.* Sed v. ad Ann. 1, 17, 3.

8. *Non numeramus* c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Vien. Rhen. 1. et min. Pass. Dilth. Hess. *Non numeraverim* c. Long. et Vat. 4498. ed. Nor. Rom. Par. Rhen. 2. 3. Ern. Bip. Ob. Bekk. Lün. Walch. quod praeferendum videtur. Cf. ad cap. 8. n. 5. *Non numeravimus* Vat. 1518. *Non connumeraverim* Rhen. 1. in marg. — *consederint* ex Graecae potius quam Latinae linguae usu in Coniunct. dictum; *Günth.*

9. *Decumates agri,* ut *decumani* ap. Cic. Verr. 3, 6. *Römisches Zehntland.* Non proprium gentis aut loci nomen, sed agri, e quibus dantur decumae, (ut tutela Romanorum fruantur; *Bred.*) trans limites imperii Rom. ab hoste capti, haud multi aut uberes, quoniam hostibus expositi et *dubiae possessionis,* (cf. ad c. 32. n. 1.) militibus autem dati, si qui ex iis fructus: quod videntur securitatis causa fecisse Romani, et ne hostes aut suspecti prope colerent, unde vacua loca ad multa milliaria saepe relinquebant; *Lips.* Cf. nota 10. 11. et loca class. Tac. Ann. 13, 54, 1. 13, 53, 1. Caes. b. G. 4, 3 pr. et 6, 23. v. et Dio 71, 15. 16. 72, 3. Vopisc. Prob. 13. 14. Capitol. Maximin. 10—13. Jornand. Get. 16. Lamprid. Alex. c. 58. 59. Schoepflin. T. I. p. 174. 241—248. Friderici M. hist. aevi sui T. I. p. 212. Moeser T. I. p. 128. 130. 161. Wenck. I. p. 6. 7. II. p. 99. 100. Sattler I. p. 253 sq. Hansselman. p. 103—181. 238. praecipue Wilhelm. p. 185. et 290—317. Hic agros illos fuisse putat a ripa Moeni usque ad loca inter Hanoviam et Schafnaburgum sita; sed Barth. §. 499. ad ripas Nicri, Mannert. III. p. 135. 259 sq. tum trans Rhenum inter Moenum et Loganam, tum ad Danubium contra Raetiam prov.; Leutsch. p. 336. intra vallum Rom. a Magontiaco ad Danubium, ad cuius fontes fuerint sedes Marcomanorum, a

Romanis post discessum Marobodui in Bohemiam occupatae; v. Wersebe p. 59. 134. inter Moenum et Danubium. Fines agrorum sensim dilatos et in iis iam Antoninorum temporibus oppida, villas, thermas et aquarum ductus fuisse, *possessionem* vero non perpetuam, sed ex arbitrio Imperatorum suspensam, (v. Paulus fr. 11. D. de evictione) docent Leichtlen Forschungen im Gebiete der Gesch. Freiburg 1825. et Müller in Ephem. lit. Goett. a. 1829. p. 341 sq. Hessius haec annotavit: „Drusus Germanicus, castello in Tauno monte posito, (Ann. 1, 56.) prima fundamenta limitis agros Decumates cingentis praesidiisque firmandi iecisse videtur, qui per longum annorum decursum ab Impp. Rom., maxime Traiano et Hadriano, (Eutrop. 8, 2. et Ael. Spart. Hadr. 12.) promotus munimentisque defensus est, donec inde ab Alex. Severi imperio Alemanni *limitem transrhenanum* (Treb. Poll. in trig. tyr. 3. 5.) seu *trans Rhenum* (Vopisc. Tac. 4.) tandem perrumperent et post Probi mortem agris decum. potirentur, e quibus Iulianus et Valentinianus I. eos pellere frustra tentarunt. v. Ammian. 17, 1. 18, 2. 27, 10. 28, 2. Mannertus putat, *agros Decumates* non de omnibus regionibus limite Rom. a reliqua Germania seiunctis intelligi posse, Romanosque non eodem tempore omnes, sed aliquas tantum aliquot annos tenuisse." *Decumathes* Nor. Par. — *agros exercent*, v. ad Ann. 11, 7, 1.

10. *Levissimus quisque Gallorum et inopia audax*, cenf. ad c. 28. n. 13. et ad Ann. 14, 57, 2. Levitatis animorum etiam nunc insimulantur Galli.

11. *Mox limite acto promotisque praesidiis sinus imperii et pars provinciae habentur* Decumates agri. Id factum esse regnante Traiano suspicatur Becker in Seebodii Bibl. crit. a. 1825. p. 194. coll. Eutrop. 8, 2. „Tacitus autem significat, extra *praesidia* Romana, quippe trans Rhenum Danubiumque, iacuisse spatium campi diu incultum, dum et Romani omittunt, neque barbari, quippe nimis vicinum castellis et praesidiis ripensibus, vindicare audent; donec ab hominibus quibusdam temerariis et *inopia audacibus* occuparetur concessu quodam et conniventia hinc Romanorum, inde Germanorum: tandem transgressos utrumque amnem Romanos nec contentos naturalibus terminis vindicasse alteram ripam, et quatenus ipsis visum fuit *limitem egisse* manu, qui barbaricum a Romano discerneret, ac *promovisse praesidia*; quem intra limitem Romani iuris quaeque intra praesidia recepti *decumates* illi *agri* cultoresque *pars provinciae* Germaniae Romanis et *sinus imperii*, h. e. extremum et quasi reconditum aliquid, pars ultima et extrema velut lacinia, habeantur: nam *sinus* est pars secreta et locus maxime remotus, ut Agr. 30. *recessus ac sinus* orae habitabilis, ubi homines nulli, ideoque nec fama, quae hominum ore seritur." Ita *J. Fr. Gron.* ad h. l. ad Sen. Troad. v. 172. et Obss. 1, 4. Cf. sup. ad cap. 1. n. 2. et ad Ann. 1, 50, 1. A *limitibus* imperii Rom. agri decumates dicebantur *limitanei* et *limitrophi* in cod. Iust. XI. inscr. tit. 59. et XI, 59, 3. milites, praecipue veterani, quibus dabantur, *limitanei* Lamprid. Sev. 58. Spartian. Nigr. 7. et Posthumius *transrhenani limitis dux* Trebell. Poll. trig. tyr. c. 3. *limite aucto* in marg. cod. Humm. et ed. Lips. quod recepit Pich. Sed proprie dicitur *limitem agere*. v. Gron. ll. ll. Scriver. ad Frontin. Strat. I, 3, 10. I, 5, 10. Heyne ad Virg. Aen. X, 514. Ne latine quidem dici puto *limitem augere*, sed *proferre*, *promovere*; *Ern.* — *sinus imperii*: in ed. Par. *simul i.* — *pars provinciae*, Germaniae cisrhenanae (superioris et inferioris); *Hess.* Germ. cisrhen. aut Raetiae; *Dilth.* Germaniae superioris; *Brot.* Raetiae; *Long.* Cf. c. 41. et ad cap. 1. n. 1. *par prov.* ed. Nor.

CAPUT XXX.

Ultra hos Chatti initium sedis ab Hercynio saltu inchoant, non ita effusis ac palustribus locis, ut ceterae civitates, in quas Germania patescit. Durant siquidem colles paulatimque rarescunt, et Chattos suos saltus Hercynius prosequitur simul atque deponit. Duriora genti corpora, stricti artus, minax vultus et maior animi vigor. Multum, ut inter Germanos, rationis ac sollertiae: praeponere electos, audire praepositos, nosse ordines, intelligere occasiones, differre impetus, disponere diem, vallare noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare; quodque rarissimum nec nisi Romanae disciplinae concessum, plus reponere in duce, quam in exercitu. Omne robur in pedite, quem super arma ferramentis quoque et copiis onerant. Alios ad proelium ire videas, Chattos ad bellum: rari excursus et fortuita pugna. Equestrium sane virium id proprium, cito parare victoriam, cito cedere. Velocitas iuxta formidinem, cunctatio propior constantiae est.

1. *Ultra hos* sc. populos ante memoratos, non eos, qui decumates agros exercent. — *Chatti*, al. *Catti*. v. ad c. 29. n. 1. Sedes eorum fuere ad Ederam fl. in Hassia infer. et com. Waldeccensi; *v. Wersebe* p. 62. 63. „Immo in Hassia electorali et Thuringia, a silva Thuringica usque ad Salam Saxonicam. Oppida iis tribuuntur: a Tacito Mattium, (v. ad c. 29. n. 5. Ann. 1, 56. 11, 20.) a Ptol. 2, 11. *Νοναίσιον*, castel. Nienhus in ducatu Westphal. ad Moennam fl., *Μηλοκαύος*, Melschede, et *Τρευτοβούριον*, Grevener in archiep. Colon." *Reichard*. p. 126—136. 287 sq. 354 sq. Hessius haec annotavit: „*Assi* vocantur ab Aimoino rer. Francic. scriptore, *Hassigani* a Witichindo, *Hassones* ab Adamo Brem. Caesar eos nomine Suevorum complectitur b. G. 1, 37. 54. 4, 1. 2. 19. 6, 10. Fines illorum non semper iidem mansere. Ad septentr. silva Bacenis eos seiungebat a Chaucis et Cheruscis, (G. 35. Caes. b. G. 6, 10.) in orientem versus Sala Franconiae ab Hermunduris; (Ann. 13, 57.) in meridiem Moenum et saltum Hercyn., postea, in Ubiorum sedes vacuas succedentes, (G. 32.) in occidentem versus Rhenum attingebant, inter Moenum et Loganam. Bella gesserunt cum Romanis, (Ann. 1, 55. 56. 2, 7. 25. 12, 27. H. 4, 37. Dio 54, 33. 36. 55, 1.) cum Hermunduris, (Ann. 13, 57.) cum Cheruscis, (G. 36. Dio 67, 5.) cum M. Aurelio, (Capitol. c. 8.) cum Iuliano. Spartian. c. 1." Hessio paene suffragatur Leutsch. p. 339 sq. contenditque, Chattos tum Hermunduris, (ad Carnuntum, ubi Spessart et Rhoenegebirg, Vell. 2, 109. et ad Salam Francon.) tum Cauchis Cheruscisque (ad Bacenin silvam, Caes. b. G. 6, 10. Söllingerwald, Reinhartswald, Eggegebirge) finitimos fuisse eorumque sedes postea a Francis occupatas, (v. Gregor. Tur. hist. Franc. 2, 9. in Bouq. script. Gall. T. II. p. 165. b.) salinas vero, de quibus contenderint cum Hermunduris, (Ann. 13, 57.) non quaerendas esse ad Salam Saxon., sed Francon. et Kissingam, idque patere e Schannat Tradit. Fuld. p. 139. n. 337. ubi Wigbraht dicit: monasterio Fuldensi dedi *talem partem in illo fonte, ubi nascitur sal, qualis mihi contingit in eodem fonte, qui est in terminis Chizzihheimero in pago Salagewe*. Cf. ad c. 29. n. 1. ad Ann. 13, 57, 1. Strabo VII. p. 290. 291. Vell. 2, 104. 106. 109. 110. Suet. Dom. 6. Dio 54, 33. 36. 55, 1. 67, 5. Liv. epit. 138. 140. Spener. p. 193 sq. Wenck. T. II. p. 14—116. Barth. §. 341. 342. 523. Wilhelm. p. 181—189. Petersen p. 31. 164 sq. — *initium sedis in-*

choant, v. ad H. 2, 79, 2. et Ind. III. v. *Pleonasmus*. *incoant* Nor. *incohant* al. v. ad c. 11. n. 4. et ad O. 33. n. 1. — *ab Hercynio saltu*, v. ad c. 28. n. 5. *Hercinio* ed. pr. et Put.

2. *non ita effusis locis*, latis, patentibus; *Ern.* porrectis et planis; *Bred.* — *patescit*, porrigitur, ut Ann. 2, 61. et H. 2, 81; *Hess.* *in quas Germania patescit. Durant siquidem colles paulatimque rarescunt* edd. Rhen. 2. 3. et rec. ante Pass. ut et Lün. Bekk. Walch. *in quas G. patescit, durant: siquidem colles paulatim rarescunt* c. Tur. et Long. edd. pr. Put. et cet. ante Rhen. 2. quod restituere Pass. et alii, qui verbum *durare* varie exponunt, Hess. agere, vivere, (quae vis non firmatur loco Ann. 3, 16.) Dilth. durare se, perdurare, *aushalten*, (v. ad Ann. 1, 6, 3.) Blume in Ephem. schol. Darmst. a. 1826. p. 252. id. qd. Gr. διατελεῖν ap. Thucyd. 1, 34. extr. et al. Sed interpunctionem Rhenani praeferendam censent Ern. et Emmerl. ille, quia in altera ante *non* deberet esse copula; hic, quia haud intelligatur, quam apte aliquis dicere possit *durare* locis planis, et quaenam insit causa vel patentis vel humidae regionis in *collibus rarescentibus*, verbis autem *durant siquidem colles* cet. contineatur ratio, cur terra Chattorum nec plana sit, nec paludosa. Cf. ad Agr. 11. *Durant colles*, etiam nunc superstites sunt et semper erunt. Continuo porriguntur; *Ern.* „*Siquidem* ab optimis scriptoribus praeponi solet; sed postponitur a Stat. Silv. 3, 3, 151. Plin. 11, 2, 1. 11, 16. 34, 13. 37, 9. al. v. Ruddim. inst. Gr. I, 324." *Hess.* — *paulatim*, v. ad c. 43. n. 12. — *rarescunt*, decrescunt, diminuuntur; *Günth.*

3. *Chattos suos saltus Hercynius prosequitur simul atque deponit*, cum eorum regione porrigitur et finitur; *Ern.* Tanquam amores suos mox *prosequens* attingit, mox *deponens* recedit: nam *amorem deponere* propria vox est de amantibus; *Bred.* Immo Chatti Hercyniae quasi filii sunt, montes vera Chattorum patria; *Pass.* Huic vero imagini non conveniunt verba *prosequi* et *deponere*; *Welker.* Ea fortasse petita a tutela aut deposito. „*Hercynius saltus* est *initium sedis* Chattorum in Tauno monte; (v. ad Ann. 1, 56, 1.) tum *prosequitur* eorum regiones, ubi nunc sunt Spessart, Rhoen et pars occident. Thuringicae silvae: deinde eius *colles paulatim rarescunt* et planiores fiunt, versus ea loca, ubi hodie Eichsfeld, Habichtswald, Solling. Inde praecipuus Hercynii iugi tractus vertitur in orientem per saltum, qui nobis *Harz* dicitur, et *deponit*, relinquit Chattos, accolas suos." *Dilth.* Cf. ad c. 28. n. 5. Barth. §. 523. Wenck. II, 1, 3. p. 48. *Hercinius* ed. pr. Put. Nor. *Hercyninus* Mon.

4. *stricti artus*, v. ad cap. 17. n. 2. — *et maior animi vigor*, in c. Humm. *animis*, haud male; *Pass.* in Praef. p. X.

5. *ut inter Germanos*, apud quos vulgo parum *rationis ac sollertiae*: sequuntur non rationem, sed libidinem ac fortunam, aguntque neque ingenio nec manu sollerti: imprudentes sunt atque inertes; *Bred.* *Multum* quidem, sed non nisi respectu Germanorum; (*für Germaner*) nam *ut* restringit vim voc. *multum*: haec vero laus potissimum spectat ad res bellicas; *Dilth.* Chattis quoque non alia fere nisi belli cura fuit. v. cap. 31. *ut inter Germanos*, pro ingenio eorum. cf. c. 22. et 45. Particula *ut* hac structura ambigue dicitur, pro loci natura in utramque partem intelligenda." *Günth.* Cf. ad c. 2. n. 8. *ut* male omissum in Par. *solertiae* Par. Rhen. 2. 3. *sollertiae* Rhen. 1. „Recte. v. Grotef. Gr. II. §. 186. et Schneid. Gr. II. p. 416." *Hess.*

6. *praeponere electos* cet. cf. Ann. 2, 45. *praeponere*, non sibi, (quod omnibus Germanis in usu fuisse patet ex cap. 7.) sed ante aciem ponere fortissimos; *Barth.* §. 674. coll. cap. 31. — *nosse ordines*, acie instructa; *Günth.* „In his observandis proeliorum momentum ponebant Romani. v. Quintil. decl. 3. et Cort. ad Sall. Jug. 80." *Hess.*

7. *intelligere occasiones*, non impetu in pugnam ruebant, sed ut im-

portunum erat; *Jacobs.* *occasiones* faciendi *impetus* rerumque tempor idoneo, bene ac feliciter gerendarum, ab hostibus datas. Sic *occasio* et *occasiones* Ann. 16, 14, 1. Agr. 14. 18. 27. *int. necessitates* ed. Nor. longe deterius; *Pass.*

8. *disponere diem*, ut Suet. Tib. 11. et Sen. consol. ad Polyb. 25. *Pich.* Sic et Pers. 5, 43. et Plin. ep. 9, 36. pr. idemque in Sen. ep. 12 *ordinare diem; J. Fr. Gron.* *disponere diem* ad proelia, *vallare noctem* contra incursus; *Brot.* *disponere κατά*, per *diem*, interdiu, sc. stationes ut *vallare* se per noctem, noctu; *Emmerl.* Immo *disponere diem*, sui cuivis diei parti negotia assignare, *vallare noctem*, se seu castra nocte nocturno tempore, per metonymiam rei, quae fit nocte eiusque causa *Long. Hess.* et *Günth.* Omnia haec ad morem Romanorum, qui *diem* tempus XXIV horarum, ad vigiliarum aliorumque in bellis munerum intervalla disponebant nullamque noctem transigebant sine castris; *Jacobs* Designantur certe h. l. negotia bellica, *stationes*, *vigiliae*, *diurna nocturnaque munia* Ann. 11, 18. Cf. Caes. b. G. 1, 51. 2, 17. 4, 14. Liv 5, 44. *vallere* Pogg. — *fortunam inter dubia*, *virtutem inter certa numerare*, incertis fortunae minus confidere quam virtuti, ut certae et in nostra potestate positae; *Jacobs.* *inter caetera* Par.

9. *quodque rarissimum nec nisi rõne disciplinae concessum* ed. Rhag ex quo comp. scripturae duplex lectio orta: *Romanae disciplinae* MSS Bamb. Arund. Humm. ed. Par. (in qua tamen *ratissimum Romanae d.* Seeb. Walch. et *ratione disciplinae* (modo, *arte d.* cap. 32. aut potiu ordine d., disciplina bene ordinata et constituta; *Hartman.* P. II. p. 10 modo, *Beachtung; Günth.*) c. Tur. edd. pr. Put. Nor. Rom. Pogg. Mon Vien. Rhen. 1. 2. 3. et rec. paene omnes. Illam mordicus tenebat J Fr. Gron. coll. Ann. 13, 46. (ubi v. not. 1.) Liv. 2, 39. (*ut facile appareret, ducibus validiorem quam exercitu rem Romanam esse*) Spartian Sev. 18. (*Tandem sentitis, caput imperare, non pedes*) et Flor. 2, 18 (*tanti esse exercitum, quanti imperatorem.*) „Enimvero omni omnium gentium disciplinae militari hoc erat proprium, *plus reponere in duce quam in exercitu*, nec tantum Romanae: *quod rarissimum* inter Germanos non enim memoratur nisi de Chattis;" *Pass.* Illud in se quidem verum est, sed, quum Taciti aevo Romanis tantummodo cum barbaris, arti militaris plerumque ignaris, bella essent gerenda, hoc merito tanquam Romanorum proprium institutum laudari potuit; *Orell.* Hinc revocav *Romanae*, quod etiam arrisit Lipsio, Ern. et aliis. Cf. Ann. 2, 45 *ratione ac disciplina* malebat Schel. ad Hygin. p. 110. — *concessum*, fatis diisve datum; *Gron.* et *Weik.*

10. *plus reponere in duce, quam in exercitu:* imitatur Liv. 24, 37 *vir acer et qui plus in eo, ne posset decipi, quam in fide Siculorum reponeret; Gron.* Optime Florus 2, 18. *Tanti exercitus, quanti imperator Brot.*

11. *Omne robur in pedite*, v. ad cap. 6. n. 11. *impedite* Vien. *impedire* Par. — *super arma*, v. ad Ann. 3, 3, 1. — *ferramentis*, securi ligone, rutro; *Bred.* Quae ad vallum castraque munienda spectabant Cf. Veget. 2, 25. — *copiis*, passim de commeatu et frumento. v. a Ann. 3, 54, 2. *Copiae* h. l. cibaria et quae salubris in castris cura corporis desiderat et, si necesse sit, vallum: quod onus, ut *iniustum super arma fascem*, (Quintil. declam. 3, 16. Virg. Ge. 3, 347.) barbara nationes detrectabant; *J. Fr. Gron.* — *onerant* MSS. Vat. 1862. 2964 4498. Humm. et Long. ed. Nor. Rom. Par. Lips. Ern. et rec. *coonerant* MS. Tur. edd. pr. Put. Pogg. Vien. Rhen. 1. 2. 3. et al. Syllaba c nata est e voce praec. et *coonerare* nullo exemplo dicitur: frigidus quoque pleonasmus esset, quum iam *quoque* abundet, non tamen contra mo rem Taciti elegantiorumque; *Ern.* Cf. ad Ann. 1, 10, 11. H. 4, 64, 5

12. *Alios ad proelium ire videas*, intentos tantum ad proximum certamen, *Chattos ad bellum*, universae expeditionis consilia agitantes; unde et *rari* eorum *excursus* et *pugnae fortuitae*, leves, quae nullius paene momenti sunt. „*Alios ad proelium* unico impetu conficiendum *ire videas*, *Chattos ad bellum* arte, disciplina, tempore, administrandum; *Brot.* — *fortuita pugna* sc. rara, *Günth.*

13. *Equestrium sane virium* cet., ut Parthorum et Cosaccorum, non Chattorum, quorum *in pedite omne robur; Dilth.* — *cito cedere* sc. victoriam, non hosti; *Ern.* Nam Chatti, pedestribus copiis confidentes, non citam, sed certam victoriam sectabantur; *Jacobs.* *caedere* ed. pr.

14. *Velocitas iuxta formidinem, cunctatio propior constantiae est,* ut ap. Sall. Cat. 11. *quod tamen vitium* (ambitio) *propius virtutem erat,* minus quam avaritia a virtute aberat; *Jacobs.* Si quis hostem reformidat, tum acrius eum aggreditur, ut furor in locum virtutis cedat: contra, qui vere fortis est, caute ac prudenter cunctatur; *Emmerl.* Velocitas facile gignit formidinem, prudens vero cunctatio firmitatem animi et constantiam; *Dilth.* *iuxta formidinem*, v. ad cap. 21. n. 3. et ad Ann. 6, 12, 1. *cuntatio* ed. pr. *contatio propria constantiae* cet. Par.

CAPUT XXXI.

Et aliis Germanorum populis usurpatum, rara et privata cuiusque audentia, apud Chattos in consensum vertit, ut primum adoleverint, crinem barbamque summittere nec, nisi hoste caeso, exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum. Super sanguinem et spolia revelant frontem, seque tum demum pretia nascendi retulisse dignosque patriá ac parentibus ferunt. Ignavis et imbellibus manet squalor. Fortissimus quisque ferreum insuper annulum (ignominiosum id genti) velut vinculum gestat, donec se caede hostis absolvat. Plurimis Chattorum hic placet habitus; iamque canent insignes et hostibus simul suisque monstrati. Omnium penes hos initia pugnarum: haec prima semper acies visu nova; nam ne in pace quidem vultu mitiore mansuescunt. Nulli domus aut ager aut aliqua cura. Prout ad quemque venere, aluntur; prodigi alieni, contemptores sui, donec exsanguis senectus tam durae virtuti impares faciat.

1. Ad hoc caput cf. Luden T. I. p. 526. 733. 21. qui illud bene exponit; *Hess.* — *Et aliis Germanorum populis usurpatum — vertit*, quod pauci privatim singulari audacia inflammati apud alias Germaniae gentes faciunt, id apud Chattos *consensu* omnium vulgo fieri solet; *Jacobs*: Quod etiam aliis G. populis in usu est, sed ita ut singuli et raro tale votum concipere audeant, *apud Chattos in consensum* (consuetudinem receptam; *Ern.*) *vertit* se, conversum est. Communis omnium mos evasit: *Günth.* Ita *vertere*, *mutare*, *τρέπειν*, *μεταστρέφειν*, *ἐπιστρέφειν*, *μεταβάλλειν*. v. Pass. quique ab eo et ab Hess. laudantur. Cf. ad Ann. 4, 41, 2. *aliis populis*, apud alios populos: quem Dativum recte Graecum dicunt; *Günth.* — *rara et privata* Vat. 4498. ed. Put. et pleraeque edd. tam vet. quam rec. *usurpatum raro et privata c. a.* MSS. Tur. Vat. 1518. 2964. ed. Rom. Pogg. Seeb. Adverbium Passovio explicatio adiectivi ideoque reiiciendum, sed Hessio haud repudiandum videtur. *usurpatum. Raro et* cet. ed. pr. *usurpatum. rara et* ed. Vien. Rhen. 1. 2. 3. *constan-*

tiae: est, et aliis G. p. usurpatum. Rara e Par. — *audentia,* v. ad Ann 15, 53, 1. *in conventum vertit* e vet. cod. laudat Groslot.

2. *ut primum adoleverint, crinem barbamque submittere nec—habitum,* v. ad cap. 4. n. 3. 4. ad H. 4, 61, 1. Coniunctivus *adoleverint,* u paulo post *absolvat,* quoniam de more quodam sermo est; *Günth.* — *crinem barbamque submittere,* ut al. *promittere.* — *nec nisi hoste caeso* MSS. (nescio qui) *nec non h. c.,* sed illud teneo; *Lips. hoste exso exuer* ed. pr. — *obligatum virtuti oris habitum,* quo se virtuti obligaverunt s obstrinxerunt, quemadmodum, qui vota susceperunt, diis *obligati* dicuntur; *Jacobs.*

3. *Super,* post, *sanguinem,* postquam sanguinem hostis caesi fuderunt *et spolia* eius reportarunt, (spoliis caeso hosti detractis; *Günth. revelant frontem,* crine tonso barbaque rasa. Cf. ad H. 4, 61, 1. Idem de Arabibus hodiernis tradit Niebuhr. p. 345. Fortasse tamen de abraso tantum sincipite intelligendum, ceteris capillis in vertice obliquatis, ut barbam quoque, teste Diodoro ap. Cluver. I, 16., ita deposuerunt, u mystaces plerumque retinuerint; *Dithm.* et *Bip. frontem* Par. Rhen. 2 3. et rec. *frontes* c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Rhen. 1. et min. *revelant vultum frontem* c. Long.

4. *pretia nascendi retulisse,* ut ap. Plin. ep. 1, 12. *pretia vivendi* e Suet. Gram. 15. *pretium domino suo retulisse; Long.* Res, ob quas dignum, operae pretium fuerit nasci; *Ern.* et *Hess. Retulisse, ἀποδοῦναι vergolten haben; Günth.* „Egregie autem haec dicta: in tot tantasque miserias mortale genus nascitur, ut unicum *nascendi pretium* sit virtus." *Brot.* Cf. ad Ann. 6, 29, 2. et Iuvenal. 8, 83 sq. *noscendi* Nor. Vien Par. *rettulisse* ed. Put. Pogg. Mon. Rhen. 1. et min. Lips. Pich. Gron Bekk. „Hic ubivis scripsit *rettuli, repperi, reppuli, rettudi* cet. idque iure. v. Fea ad Hor. od. 2, 1, 28. Schneid. Gr. T. II. p. 580 sq. e Buttman. de consonantibus post praep. *re* duplicandis accurate copioseque disputantes." *Hess.*

5. *Ignavis et imbellibus manet squalor,* horridus ille capillus cultusque neglectus; *Doer.* v. ad c. 12. n. 3. et ad Ann. 4, 52, 2. *remanet* Vat. 2964. Apud alios e contrario, non Orientis solum, sed Germaniae quoque populos barba crinesque prolixiores ingenuitatis nobilitatisque indicia erant, ignominiosa autem tonsura, praeter ecclesiasticam et puerorum. v. ad cap. 19. n. 6. 8. Dithm. ad h. l. et cap. 19. Leg Sal. tit. 28. ibique Bignon. et Eccardus, (qui hinc Germ. *Hare* ab *Her* appellari putabat) Eginh. vita Caroli M. cap. 1. ubi v. Bessel. et Goldast. Pottgiesser 1, 4. §. 9 seq. Cang. Gloss. v. *Criniti* et *Decalvatio.*

6. *Fortissimus quisque ferreum insuper annulum gestat — absolvat* quemadmodum Arabes quidam crinem in fronte submittunt, (v. Niebuhr Arab. p. 345.) et poenitentes in medio aevo circulos ferreos gestabant donec votum solvissent. v. du Cange gloss. lat. T. II. p. 347. et Beckman. mox laudandus. *insuper,* ut c. 34. ex more ita positum; *Günth* „*Ferreum annulum,* servitutis, ut videtur, insigne, *gestat.* Institutum illud Chattorum multi postea, sed amatorie magis, quam militariter imitati sunt, ut a. 1414. Johannes dux Burbonius, de quo v. Verto Mém. de l'Acad. roy. des Inscr. T. II. p. 595." *Brot. anulum* ed. pr et Brot. quod damnatum a Schneid. Gram. I, 2. p. 422. et Grotef. praeferendum videtur; *Hess.* Verbis *ignominiosum id genti* illa *plurimis Chattorum — visu nova* repugnare putabat Herelius p. 8. 20. et hinc ea sic emendabat: *sit ominosum id genti,* omen futurae servitutis! Contra eum disputarunt viri docti in Ephem. lit. Hal. a. 1796. pl. 343. p. 287. in Seeb. bibl. crit. a. 1820. p. 401. Antonius et optime Joh. Beckmann Samml. kleiner Bemerk. 2, 14. p. 300. (Seebode Archiv für Philol. 1, 2 p. 393. 394.) Cf. not. 7. „De aliorum antiquitatis populorum more ac

vir

virtutem bellicam incitandi v. Aristot. Polit. 7, 2. Apud Macedones nemini prius, quam aprum cecidisset, mensae accumbere licuisse, refert Athen. 1, 18. a." *Hess. ignominiosum id genti* quamvis eleganter dictum iudices, tamen *ei genti* praetulerim; *Günth.* Sed talia interpretationis causa mediae orationi interponuntur, ut Ann. 1, 56. H. 3, 45. et alia a Dronk. ad Agr. p. 68. laudata; *Hess.* Pro maxima autem contumelia, occisioni fere aequanda, habebatur, liberum vincire; *Orell.* coll. Rotharis leg. §. 42. *Si quis hominem liberum ligaverit absque iussione regis sine causa, duas partes pretii ipsius, ac si eum occidisset, ei componat. — donec se absolvat* hac ignominia et obligatione, talique vinculo, *caede hostis*, eo occiso. Cf. nota 2.

7. *Plurimis Chattorum hic placet habitus;* qui non modo ad annulum ferreum referendus, sed potissimum est ille, qui supra *oris habitus* et *squalor*, (crinis barbaque prolixior) infra *vultus* dicitur. *Hic placet habitus*, sponte retinetur, etiam hoste caeso, ut ita ad res fortiter gerendas iterum iterumque excitentur obligenturque et honorificum fiat, quod ignominiosum fuerat; *Dilth.* Conservant hunc habitum velut perpetuo voto obligati et in omnem vitam, non in unam pugnam; *Ern.*

8. *iamque canent*, non, quod nonnulli putant, quia iis defuerat occasio pugnandi, regnantibus Nerva et Traiano, (nam contrarium patet ex proximis verbis et ex cap. 14.) sed *iam canent insignes*, quidam hoc habitu insigniti iam senuerunt; retinent eum, donec canescunt. Sic novarum se semper caedium avidos et virtuti obligatos significant; *Brot.* et *Jacobs* in Klio der Roemer p. 232. *iamque cavent — monstrari* ed. Put. Mon. Rhag. Par. Vien. *namque canent* coni. Brot. *iamque canent insignibus his hostibus simul suisque monstrati* J. Fr. Gron. *itaque* (et ita, hoc oris habitu) *canent* aut *manent insignes et hostibus s. s. monstrati* Ern. et Barker, qui *itaque insignes* iungit. *iamque cani* (i. e. canantur) *ut insignes, et — monstrari* (monstrantur) Nic. Heins. ep. ad Graev. T. IV. p. 164. coll. Burm. quod probabat Graevius p. 170. *iamque calent* (vehementer cupiunt, ut in Stat. Theb. 4, 261.) *insignes* (quamprimum insignes se fecere) — *monstrari* Bip. *eodemque avent — monstrari* Wortberg. Nihil vero nec aptius, nec planius verbis Taciti; Pass. — *monstrati*, monstrabiles, tanquam exemplaria ad imitandum iis proposita, id. qd. *insignes* et c. 7. *conspicui.* v. ad H. 1, 88, 2.

9. *haec prima semper acies, visu nova; nam — mansuescunt*, in pace non quotidie neque congregati conspiciuntur: igitur tota acies barbatorum *visu nova* est, maxime hostibus; *Bred.* Immo *visu nova:* quippe quae apud solos Chattos conspecta sit; *Pass.* coll. cap. 43. sub fin. *nullo hostium sustinente novum ac velut infernum aspectum; nam primi in omnibus proeliis oculi vincuntur.* (v. et cap. 38 extr.) Probabiliora haec forent, si mox adessent verba *ne quidem,* saltem *ne*, aut, quod Dilth. contendit, sententia verborum seqq. esset: „nam ne in pace quidem Chatti ipsi talem aspectum praebent," nec potius contraria. Ratio a Tacito adiecta Gronovio videbatur poscere *visu non nova,* et Freinshemio *visu nota.* Minus placebunt aliorum coniecturae, Conringii *visu mira*, Hilleri Racem. 4. *v. saeva,* I. Heinsii *visu* (pro *visui*, oculis hostium) *obvia*, Bernegg. et Emmerl. *torva*, (quod recepere Bip. Ob. Bekk.) quorundam *non vana* et V. D. in Eph. lit. Jen. a. 1818. m. Aug. *haec novissima.* Broterius vulgatum putabat retinendum esse et *nam* redundare, ut Ann. 16, 18. pr. „Lucebit locus, commate, quod primus Rhen. posuit, ante *visu* sublato, ut sententia sit: quanquam haec acies prima in omnibus proeliis ab hostibus conspicitur, tamen semper *visu novam*, nusquam visam, inusitatam eamque terribilem praebet speciem. cf. cap. 43. de Ariis." *Hess.* Omnino ita, opinor, distinguendum, ne bis idem dicatur, *omnium penes hos* ... et *haec prima s. acies.* Explicatio etiam illa ceteris praeferenda.

Sic vero non aptior est ratio adiecta *nam ne in p. q. v. m. m.* Qui no dus solvetur, si pro importuno *nam* substitueris *quanquam.* Ex comp scrib. *qq̄m* oriri potuit *nam.*

10. *nam ne in pace quidem vultu mitiore mansuescunt,* probabiliu fortasse *in vultum mitiorem mansuescunt; Ern.* Alii malunt *vultui mitior* Si vera est lectio vulgata, *vultu m. m.* Graecorum more dictum est prae sumptione rei posterius exprimendae; *Pass.* a quo laudantur Hermanı ad Eurip. Suppl. 1030. Schaefer ad Gregor. Cor. p. 533. et ad Sopl Oed. Tyr. 57. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 299. et alii. Sic et Günther, cu ius nota est: „Lectio sana et ex anticipatione dictionis interpretandı nam ne in pace quidem mitescunt ita, ut vultum mitiorem prae se fi rant. Qui alia quaerat exempla, evolvat poetas." *cultu mitiore* M. Arund. ed. Par. et Vien. quod arrisit Heinsio, Pich. et Pass. Sed serm de habitu oris, quod efferabatur submittenda barba, et *mitior* aptiı verbum *vultui,* quam *cultui; Ern. Cultus* mundior, tersior, elegantio ornatior, minus squalidus atque horridus, amoenior, mollior etiam es potest, vix *mitior,* quod ad animi sensum in *vultu* elucentem magis pe tinet; *Orell.* Sed similiter dixit Cic. Or. 1, 8. *homines a fera vita* (*cultum humanum deducere; P-cke* in Seebod. bibl. crit. a. 1821. p. 51 „*voltu* c. Tur. ut al. *volgus, volnus, voltur* cet. v. Cellar. orthogr. 1. 28. Grotef. Gram. T. II. §. 150. Both. ad Horat. p. 8. Schneid. Gram. 1. p. 31." *Hess.* Idem *mansuescere* comparat Gr. χειροήθης.

11. *Nulli* horum *domus aut ager aut aliqua cura,* alicuius rei, inp victus: *prout ad quemque venere, aluntur,* ut Suevi ap. Caes. b. G. 4, et milites perpetui. *Nulli domus aut agri aut alia cura* malebat Heins. et *aut thalami cura* Herelius, qui fortissimos illos, votivum a nulum, armillam, gestantes, caelibes fuisse suspicabatur. *aut ager* om sit ed. Put. 2. non 1. — *prodigi alieni, contemptores sui:* Nostro forsit obversabatur Sall. Cat. 5. *alieni appetens, sui profusus; Hess.* — *exsang senectus;* „effeta, decrepita, ut ap. Stat. Theb. 11, 303. Lucan. 1, 3 Sall. Cat. 15. ubi v. Cort. *exanguis* c. Tur. edd. pr. Pogg. v. Schne Gram. I, 1. p. 552 seq." *Hess.* — *tam durae virtuti,* ut fere *Ligures,* (*rum* (duratum) *in armis genus* Liv. 27, 48. — *donec faciat,* v. ad 1. n. 6.

CAPUT XXXII.

Proximi Chattis certum iam alveo Rhenum, quique term nus esse sufficiat, Usipii ac Tencteri colunt. Tencteri, sup solitum bellorum decus, equestris disciplinae arte praecellur nec maior apud Chattos peditum laus, quam Tencteris eq tum. Sic instituere maiores, posteri imitantur. Hi lusus fantium, haec iuvenum aemulatio; perseverant senes. Inter miliam et penates et iura successionum equi traduntur. Ex pit filius, non, ut cetera, maximus natu, sed prout ferox be et melior.

1. *certum iam alveo Rhenum,* ita latum profundumque, ut po esse *terminus,* nec praesidiis custodiisve indigeat; *Brot.* Minus se brachia effundentem et lacus efficientem, ut apud Batavos; *Long.* ad c. 34. n. 5. *certum iam alvei* corr. Heins. *Mox diu solidus et c alveo lapsus* Rhenus Mel. 3, 2. *alveo* i. e. quod attinet ad alveum; *Gü* „*iam,* nunc, inde a secundo Traiani consulatu; et *quique terminus sufficiat* videntur esse verba optantis, ut terminus imperii non novi incerti eventus bellis promoveatur." *Leutsch.* p. 344.

2. *Usipii ac Tencteri*, quorum sedes et fata plerumque iunguntur in historia et post tempora Drusi Germanici et Agricolae (v. Agr. 28.) non amplius memorantur. Illi dextram tum Rheni ripam obtinebant, proximi insulae Batavorum. „*Usipii ac Tencteri* saepius sedes mutarunt et a Suevis (Chattis) agris suis expulsi et multis locis Germaniae triennium vagati ad Rhenum venerunt, fluviumque transvecti Menapiorum, Eburonum Condrusorumque agros atque aedificia occupaverunt, inter Rhenum et Mosellam. Hinc latius in Galliam vagabantur. A Caesare vero in fugam versi, magno numero interfecto, reliqui se in Rhenum praecipitaverunt atque ibi timore, lassitudine et vi fluminis oppressi perierunt. Pars vero equitatus, quae proelio non interfuerat, post fugam suorum se trans Rhenum in fines Sigambrorum recepit et, Sigambris in Galliam translatis, omne eorum solum circa Lupiam obsederunt, Usipii Batavorum insulae proximi, Tencteri Ubiis et Chattis. Urbes eorum nullae laudantur, quippe hinc illinc migrantium." *Bred.* Usipii postea Alemannis mixti nomen amiserunt; Tencteri, qui postea in foedere Francorum erant, (Greg. Tur. 2, 9.) tempore Taciti septentrionem versus Bructeros et Luppiam attingebant, meridiem versus Usipetes, qui inter Segum et Loganam: sed tempore Ptolemaei, si *Οὐίσποι* sunt iidem qui Usipii, post migrationem non procul a Silva nigra consederant; Hess. Sedes *Usipiorum* fuere ad Usam fl. et Usingiam, inter Taunum et Loganam, (Lahn) *Tencterorum* in com. Bergensi a Siga fl. ad Dusseldorpium; *v. Wersebe* p. 75—79. Cf. Tac. Ind. I. Caes. b. G. 4, 1—18. Suet. Caes. 24. Plut. Caes. 22. Appian. rer. Gall. XVIII. Dio 39, 47. 48. 51, 20. 21. 32. 33. 66, 20. (quo teste Drusus Usipios, Batavorum insulae confines, subegit et, Luppiae ripis ponte iunctis, in Sigambrorum terram irrupit) Flor. 3, 10. 4, 12. Liv. Epit. 138. Oros. 6, 20. 21. Spener I, 228 sq. Bernhards Alterth. der Wetterau p. 19 sq. Adelung p. 253. Barth. §. 226. 528. 529. Wenck II. p. 9. 10. Mannert III. p. 180 sq. Wilhelm p. 138—142. Reichard. p. 26. 27. 31—37. *Usipii* edd. rec. ut pleraeque Ann. 13, 55. H. 4, 37. *Usipi* c. Tur. ed. pr. Nor. Pogg. Par. Vien. Scriptura non damnanda aut e comp. scrib. orta; *Hess.* *Usipetes* dicuntur Tac. Ann. 1, 51. Caes. b. G. 4, 1. 4. 16. *Οὐσιπέται* Appiano, Plut. et Dioni, (sic dicti, ut putant, a Wetteraviae fl. *Use* et *beiten*, habitare) *Νουσίποι* Strab. VII, 1. *Οὐσίπαι* Plut. Caes. 22. *Usippi* Aeth. Cosmogr. *Usapii* aut *Nuspii* in tab. Peuting. Sed *Οὐίσπιοι* Ptol. 2, 11. sunt Lepontii Viberi Caes. et Plin. in deserto Helvetiorum et Valisia, ubi nunc Visp et Dissentis. v. Reichard. p. 35. 36. — *Tencteri* c. Long. et Humm. ed. Nor. et rec. ut ap. Tac. (v. Ind. II.) Plut. Dion. Oros. *Teucteri* h. l. et c. 33. ed. Vien. *Teneteri* c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. *Theneteros* c. 33. ed. pr. et Put. *Τέγκτεροι* et *Τέγκτηροι* dicuntur Dioni, *Tenchteri* s. *Tenctheri* Floro, *Tenchtheri* Caes. et Liv. *Τέγκεροι* et *Τίγγεροι* Ptol. 2, 11. *Ταγχάρεοι*, *Τέγκτεροι* et *Τεντερίδαι* Plut. *Ταγχρέαι* Appian. b. Gall. 18. Infra c. 38. *Thencterorumve* ed. pr. *Teuter.* Mon. *Taucterorumve* c. Tur. *thenecterorumve* ed. Pogg.

3. *equestris disciplinae arte praecellunt*, cf. Caes. b. G. 4, 2. 11. 12. 16. — *apud Chattos peditum laus*, v. cap. 30. *apud Chattos, quam Taucteris*, apud Tencteros. v. ad Ann. 1, 7, 8. *praecellunt, nec maior apud Chattos peditum laus* hexameter. v. Ind. III. v. *Versus.*

4. *Inter familiam et penates* (v. ad c. 15. n. 2.) *et iura successionum* (quae per gradus dicta; *Günth.*) *equi traduntur, quos excipit filius, non, ut cetera* bona paterna, (reliquam supellectilem, *Günth.*) *maximus natu, sed prout ferox bello et melior* est. v. ad c. 18. n. 12. ad c. 20. n. 10. et ad c. 24. n. 9. *ut cetera* c. Humm. et Long. ed. Nor. Rom. Rhen. rec. *ut extera* c. Tur. a m. pr. ed. pr. Put. Pogg. Vien. Par. *ut extra* Mon. Rhag. *ut exstat* c. Tur. a m. sec. quod vulgato praeferebat Ern.

ee melior corr. Heins. *ferox et bello melior* Mur. et Acid. prob. Ern. „Sed per prozeugma et hyperbaton *bello* refertur etiam ad *melior*. v Cort. ad Sall. Jug. 13, 1. Reitz. de ambig. p. 595. Huschk. in Wolfi Anal. I. p. 173 sq. et Ramshorn. Gram. p. 700." *Pass.* et *Hess.* *Ferox bello*, qui cupidine bellandi ardet, et *melior bello*, qui post data bellicae virtutis documenta militari laude iam floret; *Gebauer* p. 580. „Imme *ferox* est fortis, (vel audax) ut H. 2, 24. v. Kraus. ad Vell. 2, 1. Doederl. Latein. Synon. T. I. p. 44. Duk. Ind. Flori. *Melior* id. qd. *κρείττων*, superior, fortior. v. Obbar. ad Hor. Epp. 1, 10, 34. et Steuber in Jahn Jahrb. II, 1. p. 141. (Cf. ad Ann. 4, 21, 1. et 12, 33, 2.) De coniunctione Positivi cum Comparativo v. Pass. ad c. 6. et Boeckh. ad Pind. Ol. I, 104. T. I. P. II. p. 351." *Hess.* Cf. ad Agr. 4. et Rud dim. inst. T. II. p. 103.

CAPUT XXXIII.

Iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant. Nunc Chamavos et Angrivarios immigrasse narratur, pulsis Bructeris ac penitus excisis vicinarum consensu nationum, seu superbiae odio seu praedae dulcedine, seu favore quodam erga nos deorum nam ne spectaculo quidem proelii invidere. Super sexagint millia non armis telisque Romanis, sed, quod magnificentiu est, oblectationi oculisque ceciderunt. Maneat, quaeso, dure que gentibus, si non amor nostri, at certe odium sui, quand in urgentibus imperii fatis nihil iam praestare Fortuna mai potest quam hostium discordiam.

1. *Bructeri* maiores et minores, (minores certe memorantur Strab. 7, 1. et Ptol. 2, 11.) intra Rhenum, Luppiam, Amisiam et V surgin, Frisios, Chaucos, Angrivarios et Chamavos, in Borussicis Hannover. partibus Westphaliae habitantes, et olim a Druso, Tiberi Stertinio, Germanico, Cereali, Spurinna victi, deinde socii Francoru *Bruteri* c. Arund. *Βουσάκτεροι* dicuntur Ptol. 2, 11. *Βούκτεροι* Strab. 1, 3. (ubi substituendi *Βρύκτεροι* vel ex MS. Mosc. *Βρούκτεροι*) *Bricte* Gregor. Tur. 2, 9. *Burcturi* in Tab. Peut. *Boructuarii* in Bedae hi eccl. 4, 11. ap. Eccard. IV. §. 42. Eorum oppida *Osnabruga* et alia Ptol. 2, 11. memorata, (de quibus v. Wilhelm. p. 128. 130. et Reicha p. 257. 258.) *Μεδιολάνιον*, (Meteln) *Βογάδιον*, (Wilh. Monasterium, Reic Bocholt) et *Στερεόντιον*. (Steinfurtum.) Cf. nota 3. et ad c. 2. n. 8. In II. Strab. 7, 1. Vell. 2, 105. Plin. ep. 2, 7. Eumen. pan. in Consta 12, 1. 13. Nazar. pan. 18, 1. Wiarda Gesch. v. Ostfriesland T. I. p. (ubi *Brocmos* in Frisia orient. a Bructeris et hos a Chaucis oriund censet) Barth. §. 532. Mannert. III. p. 108. 162. Wilh. p. 126 sq. R chard. p. 24 sq. (qui eos potius *Burcturos* dictos fuisse colligit ex non nibus locorum *Borken*, *Borklohe*, *Borkeloo*, *Borcholtshausen*, *Borkho Emsbüren*, (Amisia Burcterorum) *Ibbenbüren*, *Amelsbüren*) Petersen 150—160. Leutsch. p. 346 sq. v. Wersebe p. 80—86. — *occurreb* euntibus s. oculis, h. e. habitabant. Ex seriore demum Latinitate re dictum; *Günth.*

2. *Chamavos* primum ad Rhenum, deinde in episcopatu Paderb nensi vel inter Visurgim silvamque Hercyniam, nec non ad Vaha et Mosam, quo eos Constantius deduxerat ex Batavorum insula, ha tantes, postremo in patriam suam redeuntes ad Rhenum et subd Francorum imperio. *Χαμαυοί* dicuntur Ptol. 2, 11. *Χάμαβοι* Juliano or. ad S. P. Q. Athen. *Chamabi* Eunap. *Chamaves* Auson. Mosell. v. 4

iidem fortasse *Γαμαβριοῦιοι* et *Gambrivii*, de quibus v. ad c. 2. n. 8. Alii *Χαῖμαι* Ptol. l. l. ad Amisiam. Cf. Tac. Ann. 13, 55. Ammian. 17, 8. 9. 20, 4. Eumen. pan. Const. 9. Nazar. pan. 18. Zosim. 3, 6. (ubi *Χαμάβους* leg. pro *Κουάδους*, de quo v. Ritter ad Guthrium V, 1. p. 51.) Gregor. Tur. 2, 9. Eunap. in Exc. legat. (in Scriptor. vet. nova collect. ed. Mai. Rom. 1827. T. II. p. 296.) Mannert. III. p. 196. 268. Barth. §. 534. Wilhelm. p. 136. 137. Reichard. p. 63. 97—99. v. Wersebe p. 86—90. Hic sedes eorum fuisse putat ad sinistram Luppiae ripam in septentr. parte duc. Westphal. Eos ab Anglosax. *ham*, silva, aut a *Hamm*, loco humiliori et Gr. *χαμαί*, humi, sic dictos putant, vestigium vero illorum in nominibus oppidorum *Hamm* et *Hamelae* mansisse. *Chamanos* c. Tur. et ed. Rhen. 1. ut et c. 34. — *Angrivarios*, qui ab oriente in fines Bructerorum immigrarunt ex illis regionibus, ubi etiam nunc circa Albim vestigia denominationis in *Enger*, opp. Ravensberg., *Angern*, *Engern*, *Engershausen*, *Angermünde*, *Angerort* exstant; *Long.* et *Bred.* Ad utramque Visurgis ripam non procul a saltu Teutoburg. coluisse videntur, et seriori aetate inter Saxones nomen eorum florebat, quum *Angarii* vocati inter Westphalos et Ostphalos medii essent; *Hess.* Nomen acceperunt a Germ. *Anga* et *Anger*, pascuo, eorumque opp. *Ἀσκαλίγγιον* (Ptol. 2, 11.) est hod. *Minden. Barth.* §. 537. Cf. Ind. II. et ad cap. 2. n. 8. ad Ann. 2, 8, 2. 2, 19, 2. Mannert. T. III. p. 278. 557. Anton. p. 170. Wilh. p. 162—168. Reichard. p. 63—65. v. Wersebe p. 90 sq. *Chamavos immigrasse narratur*, ut Gr. *λέγεται*. „Constructio insolentior, quam Latini a Graecis desumpserant. v. Gron. ad Arrian. Anab. 1, 1. Diodor. 15, 45. Sturz. Lex. Xenoph. T. III. p. 22. interpr. Corn. Nep. Paus. 5. Liv. 1, 55. 40, 29. Drak. ad Liv. 1, 31. Duk. ad Flor. 2, 6, 45. Heins. ad Ovid. Fast. 4, 507.“ *Hess.* Alia exempla laudant Ruddim. inst. Gram. T. II. p. 13. Ramshorn. Gram. p. 431. Oudend. ad Suet. Oth. 7. Cf. Ind. III. v. *Accusativi cum Infinit. iuncti verbis* creditur, videtur *cet.*

3. *pulsis Bructeris ac penitus excisis — hostium discordiam:* rem verbis exaggerasse videtur fama et Tacitus laetitiae plenus haec scripsisse, nuntio cladis tunc temporis allato; *Dilth.* Pars certe Bructerorum superstites belli, super Rheni ripam e regione Coloniae Agrippinensium positi, mox in clarum Romanisque formidabile excreverunt nomen; *Bred.* Cf. scriptores laudati in nota 1. nec non Claudian. pan. de IV cons. Honorii 4, 451. Plin. ep. 2, 7. Nazar. et Eumen. in pan. Const. 12. Moeser I. p. 171. 172. Eccard. T. I. p. 304. Mannert. III. p. 208. Wilhelm. p. 126. 128. *Excisi* potius Bructeri a Saxonibus. v. Beda hist. eccles. 4, 11. ad a. 692.

4. *nam ne spectaculo* (ablat.) *quidem proelii* nobis *invidere* Dii, non modo hoc nobis dedere, ut Germanos vinceremus ipsi, sed etiam hoc nobis voluptatis concessere, ut spectatores otiosi esse potuerimus proelii, in quo tot millia hostium suis armis cecidere, ut eo spectaculo possemus oculos pascere, sicut quum gladiatorum pugnas in amphitheatro delectationis causa videmus; *Ern.* Latini dicunt *invidere alicui aliquid*, *alicui alicuius rei*, *alicui aliqua re* et *alicui in aliqua re; Hess.* v. ad Ann. 1, 22, 3. 14, 23, 2. et Agr. 35. n. 1. — *millia:* in Par. *milia.* „Hoc praefert Grotef. Gr. T. II. §. 190. utrumque probum iudicio Schneid. Gram. T. II. p. 412. et Forcell.“ *Hess.* Cf. ad O. 16. n. 2. — *armis telisque* synon. vel per *ἓν διὰ δυοῖν* dicta. Cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin.* Sed et differunt. v. ad c. 6. n. 2.

5. *oblectationi oculisque ceciderunt* „pro *oblectationi* (ad oblectationem) oculorum; in Ablativis vero *armis telisque* et Dativis *oblectationi oculisque* elegans est hyperbaton.“ *Long.* Cf. ad c. 7. n. 6. et ad Ann. 2, 61, 3. „Alius sensus subesse non potest. Quae sola interpretatio relinquitur, *oculis* id. qd. nobis inspectantibus, nec casui tertio consen-

tanea est, et re ipsa atque usu loquendi prohibetur: nam ii quoque in· spectant, qui dimicant." *Roth* p. 38. v. ad Ann. 1, 10, 11.

6. *Maneat duretque* verba synon. v. ad Ann. 1, 6, 3. 3, 55 2. *Maneat, quaeso* sc. Deos; *Günth.* coll. Ter. Andr. 3, 2, 7. e Cic. ep. ad fam. 11, 3. Votum Taciti tum patriae amorem, tum solli· citudinem spirat eventu rerum probatam. Cf. cap. 37. Mamertin. ge nethl. Maximiani p. 137. Flor. 4, 12. Barth. §. 685. Gagern p. VII Amelang p. 50—58. et Dilth. ad h. l. Votum plus aequo pium in pa triam, impium in genus humanum; *Wortberg.* — *amor nostri,* v. a cap. 8. n. 5. — *ac certe* Put. Mon.

7. *odium sui — hostium discordia,* v. ad Ann. 2, 62, 1. 4, 24, 1 et ad Agr. 29. n. 3. Talis *discordia* fuit inter Chattos et Hermunduros (Ann. 13, 57.) inter Cheruscos et Chattos, (v. cap. 36. Ann. 12, 28 Dio 67, 5. Plin. Pan. 2. Möser I. p. 168—170.) et inter alios Germania populos. v. Tac. Ann. 2, 26. 44—46. 62. 63. 11, 17. Agr. 12. 32. al Barth. §. 549.

8. *quando in urgentibus imperii fatis* c. Tur. ed. pr. Put. Pogg Mon. Rhen. min. Pass. Dilth. Hess. *q. urgentibus i. f.* c. Vat. 1518. 4498 Humm. et Long. ed. Nor. Rom. Par. Rhen. 1. 2. 3. et rec. eodem sensu sed structura minus exquisita; *Pass.* Cf. ad Ann. 5, 3, 1. Eleganter non solum, sed subtilem usum praepositionis animadvertant verae Lati nitatis studiosi; *Günth.* *in vergentibus* MS. Arund. *vergentibus* vetus lil Lips. „Quae lectio orta est e confus. utriusque voc. v. Martin. ad La ctant. Phoen. v. 61. *Praecipitantibus fatis* ap. Flor. 4, 2, 43. quod illu strat Freinsh. in Ind." *Hess.* *urgentibus iam imperii fatis* ed. Nor. i *urg. iam i. f.* ed. Vien. *iam urgentibus imp. f.* Vat. 1862. 2964. et e vet. Jac. Gron. qui coni. *iam vergentibus i. f.*, ut *vergentibus iam anni* Ann. 12, 44. *vigentibus* (sub Traiano) corr. Huet. Brot. Bleter. et Ba ker. Hic tamen malebat *urgentibus i. f.* — *melius potest,* quia hoc tar tum conveniat *urgentibus fatis, maius* autem *vigentibus.* Si quid mu tandum, legerem *in* vel *iam urgentibus imperium* (Rom.) *fatis,* (quo etiam Heinsio in mentem venisse video) ut ap. Liv. 5, 36. *iam urgent bus Rom. urbem fatis.* Cf. ad Ann. 2, 84, 2. 6, 22, 1. et Duk. a Liv. 22, 43.

9. *nihil iam praestare Fortuna* cet. v. ad Ann. 14, 11, 2.

CAPUT XXXIV.

Angrivarios et Chamavos a tergo Dulgibini et Chasuari cl dunt aliaeque gentes haud perinde memoratae. A fronte Fris excipiunt. *Maioribus minoribusque Frisiis* vocabulum est modo virium. Utraeque nationes usque ad Oceanum Rhe praetexuntur, ambiuntque immensos insuper lacus et Roman classibus navigatos. Ipsum quin etiam Oceanum illa tentav mus; et superesse adhuc Herculis columnas fama vulgavit, si adiit Hercules, seu, quicquid ubique magnificum est, in clar tatem eius referre consensimus. Nec defuit audentia Druso Ge manico: sed obstitit Oceanus, in se simul atque in Hercule inquiri. Mox nemo tentavit, sanctiusque ac reverentius visu de actis deorum credere, quam scire.

1. *Dulgibini,* Ptol. 2, 11. *Δουλγούμνιοι,* ad saltum Teutoburg. (Ann. 1, 60, 2.) inter Amisiam et Luppiam in episc. super. Monaste in quo Dulgibinum; (Dulmen) *v. Wersebe* p. 94. 95. Ex aliorum se

tentia habitarunt ad Visurgis ripas in comitatu Lippiensi aliisque Westphaliae partibus, clientes Cheruscorum, (Strab. 7, 1, 4.) et sic dicti creduntur a Fris. *dolg*, clade, morte, et *bini*, incolis, aut *winnen*, vincere. v. Spener. I, 122. Mannert. III, 178. Barth. §. 525. Wilhelm. p. 132—134. Reichard. p. 71. 263 seq. Oppida eorum a Ptol. 2, 11. memorata *Φεύγαρον*, (Wilh. non longe a Paderborna, Reich. Freckenhorst ad Warendorf.) *Ἀσκαλίγγιον*, (Reich. Ahlken ad Visurgim et Bremam) *Τρόπαια Δρούσου*, (*Arbalo* ap. Plin. 11, 18.) *Τουλισούργιον*, Wilh. *Τευτιβούργιον*, hod. Detmolda, aliis Telgte, et Reich. Schlüsselburg ad occident. ripam Visurgis. *Dulgicubini* Vat. 2964. — *Chasuari*, al. *Attuari*, ad fontes Luppiae et sinistram Visurgis ripam in episc. Osnabrug. et Paderb., ubi Hasa amnis in Amisiam fluit, postea ad occidentalem quoque Rheni inferioris partem in ducatu Geldriae habitantes et Francis annumerati, a Tiberio olim et Germanico victi. v. Vellei. 2, 118. et Strab. l. l. „Ob nominis similitudinem ad Chattos originem eorum referunt Cluver. et Wenck. T. II. p. 53. sed Mannert. rectius ad Cheruscos." *Hess.* Sedes eorum quaerendae in duc. Bergensi, com. Marca et episc. Paderb., ubi Attendorn, Atteln, Etteln; *Reichard.* p. 119. 120. Cf. v. Wersebe p. 95 sq. *Occasuarii* Vat. 1518. *Tasuarii* Vat. 1862. 2964. *Thasuarii* ed. Nor. et Par. Sed *Chasuari* Rhen. 1. 2. 3. et rec. *Chasuarii* Vat. 4498. ed. Rhen. min. Sic *Χασουάριοι* vel *Κασουάριοι* dicuntur Ptol. 2, 11. At *Χαττουάριοι* Strab. 7, 1, 3. 4. *Cattuarii* Velleio 2, 105. (ubi ed. pr. *Attuari*) *Attuarii* Ammiano 20, 10, 2. et Gregor. Tur. c. 19. *Hattarii* et *Hozzarii* in Ann. Fuld. a. 715. et 719. Memorantur *pagus Hattuariae* iuxta Cliviam et Santenam (Xanten) et *pagus Attuariorum* in Burgundia. Ita nominati a fluvio *Hasa*, *Chasa* vel *Chasua* in episc. Osnabrug. aut a *Cat* bello et *War*, *Waer*, *Wair*, viro, ut *Boioarii* s. *Boiovarii*, *Ampsivarii*, (v. ad Ann. 13, 55, 1.) *Ripuarii* et alii, *Long.* et *Barth.* §. 524. Cf. Adelung. p. 211. Haus II, 153. Mannert. III, 179. 228 seq.) Wilh. p. 189. 190. Luden T. I. p. 713. 10. — *a tergo*, ob oriente, Visurgin versus; *Bred.* *Tergum* Chamavorum ad austrum (ubi *Dülmen*, vetus opp.) versus Luppiam inferiorem, *frons* ad septentrionem; *Reichard.* p. 71. — *cludunt* (ἀρχαϊκῶς, unde *includere, concludere, occludere*) MS. Long. et Humm. edd. paene omnes. *claudunt* cod. Tur. ut MSS. et edd. cap. 43 pr. Ann. 1, 33. Agr. 45. H. 1, 33, 4. O. 30. 35. Verbo hoc sedes in montibus, ut cap. 43. pr., designantur; *Barth.* §. 525. *eludunt* ed. pr.

2. *aliaeque gentes haud perinde* (v. ad cap. 5. nota 8. et Agr. 10.) *memoratae*, ut a solo Ptol. 2, 11. *Nertereani*, *Danduti*, *Marvingi*, *Lacobardi*, *Camauti* cet. quibus alii annumerant *Marsos*, *Ansibarios* s. *Ampsivarios*, *Tubantes*, *Turonios*, qui etiam a Tacito in Annalibus memorantur et h. l. prae ceteris memorandi fuissent.

3. *Frisii* (de quorum nomine v. ad cap. 35. n. 2.) in Belgio septentr. inter Oceanum, Isalam, (Issel, Yssel, Rheni ostium) et Amisiam. Cf. Ind. Tac. 1. Ptol. 2, 11. (*Φρίσσιοι*) Dio 54, 32. (*Φρείσιοι*) Capitol. Albin. 6. Procop. 4, 20. (*Φρίσσονες*) Raven. 4, 23. (*Frigones*) Paul. Diac. 6, 37. (*Frisones*) *Frisei*, *Frisaei* et *Frisaevones* in Inscript. ap. Grut. p. 532. et Cluver c. 17. Medio aevo ultra Scaldim Albimque fines suos extenderunt et, Radbodo rege devicto a Carolo Martello, regno Francorum subiecti fuerunt; *Dithmar.* coll. Alting. II. p. 62. et Annal. Fuld. ad a. 734. De iis v. Tac. Ann. 1, 60. 2, 24. 4, 72. 73. 11, 18—20. 13, 54. H. 5, 15. Plin. 4, 15. 29. 31. 25, 3. (*Frisiabones* s. *Frisiavones*) Adelung. p. 256. Reichard. p. 37. 38. Wilhelm. p. 148—154. a quo etiam memorantur Frisiorum loca, *Navalia*, (Ptol. 2, 11.) *Fleum* s. *Flevum*, (Tac. Ann. 4, 72.) *Amisia*, portus ad sinistram Amisiae fl. ripam, (Tac. Ann. 2, 8.) *munimentum Corbulonis* (Tac. Ann. 11, 19.) *Cruptoricis villa*, (Ann. 4, 73.) et *Asciburgium*, (Ptol. 2, 11. hod. Doesburg. sed Reich. p, 256. Aesberg

ad Rhenum) nec non insulae ad Frisiorum oram sitae, *Burchana s. Fabaria*, (Plin. 4, 27. hod. Borcum) *Austeravia s. Glessaria* et *Actania*, h. Schelling. — *maioribus minoribusque Frisiis;* Mannerto Geogr. III, 302. (272.) Tacitus Frisios Chaucosque confudisse videtur: certe Chaucos maiores habemus Ann. 11, 19. et ap. Plin. 4, 14. 16, 1. (nec non Ptol. 2, 11.) maiores minoresque, Frisios vero duplices ex hoc tantum loco novimus; *Pass.* Sed quid tum iudicandum de duplicibus Bructeris, (v. ad c. 33. n. 1.) Caeletis (Plin. 4, 11.) aliisque eiusmodi populis? Non desunt, qui ex Tac. Ann. 11, 19. colligant, Frisios Chaucis maioribus finitimos fuisse; sed a Ganasco pirata etiam navibus per mare milites ad Chaucos mitti potuere. Cf. Barth. §. 538. 539. *Maiores* a geographis trans Flevum (Zuyderzee), inter Rhenum et Amisiam, *minores* circa *lacus* inter Flevum (v. ad Ann. 4, 72, 3.) et Helium, Rheni ostia, (v. Plin. 4, 15.) aut ad ostium Unsingae aut alibi ponuntur. Praestat tamen nihil definire. *Frisis* MS. Tur. ed. pr. Nor. Pogg. ut cap. 35. — *ex modo virium* Germ. *nach dem Maafs ihrer Nationalkräfte; Günth.* Cf. ad c. 7 n. 1. *vocabulum est. ex modo virium utraeque nat.* ed. pr.

4. *Utraeque nationes*, Frisii maiores minoresque. *iureque nationi* c. Tur. — *Rheno praetexuntur*, cinguntur, ut toga praetexta clavo Sic. ap. Plin. 6, 25. s. 29. *montes praetexunt omnes eas gentes; Long* Cf. ad Ann. 2, 56, 1.

5. *ambiuntque immensos insuper* (cf. ad c. 31. n. 6.) *lacus*, (in unum postea coniunctos, *die Zuydersee*) ut et insulas, sinus et brachia Rheni de quibus v. Ann. 2, 6. Mela 3, 2. (*Rhenus ad dextram primo angustus et sui similis, post, ripis longe ac late recedentibus, iam non amnis, sed ingens lacus, ubi campos implevit, Flevo dicitur* cet.) Plin. 4, 29. Strab. 4, 3, 3. Caes. b. G. 4, 10. Mannert III, 540 seq. Barth II, 24 seq. „Maiores lacus fecere plurimae maris inundationes, maxime a. 1530. et 1569. Illa LXXII pagos, haec totam fere Frisiam contexit." *Brot.*

6. *Romanis classibus*, a *R. cl. navigatos*, v. ad Ann. 2, 64, 3.

7. *Ipsum quin etiam Oceanum* septentrionalem *illa tentavimus*, u mox *consensimus. tentaverim* Nor. At v. ad cap. 8. n. 5. *illa* parte, via regione; *Gün'h.* Cf. ad H. 3, 8, 4. Scil. ultra Frisiorum litora. *illo* MS. Tur. ed. Vien. Par. et in marg. Rhen. 1.

8. *Herculis columnae* fabulosae et pluribus locis positae, ubi fines orbis terrarum esse credebantur, praecipue promontoria sic dicta, tum Gaditana, inter Africam et Hispaniam, tum septentrionalia, inter Daniam et Sueciam, (*Sund*) ut h. l. De his v. Sprengel et quos Pass. laudavit, Schloezer. p. 137. 138. Ukert. I. p. 216. (II. p. 307.) Frid. v. Hagen Irmin Bresl. 1817. p. 12. *Columnas Herculis* Broterius refert ad terram Frisiorum, sed Rudbeck. Atlant. p. 251. recte ad Sueciam prom. Cimbricum; *Hess.* — *sive adiit Hercules, seu — consensimus*, cf. ad cap. 3. n. 1. Ad *adiit* ex verbi positura suppl. *vere; Günth. sive — se* ut H. 2, 78. sed frequentior apud Caesarem haec est particularum permutatio; *Pass.* „Cf. et Ann. 1, 79. 14, 59. Cort. ad Sall. Cat. 31. Tursell. de partic. p. 822. (927.) Gesner. Thes. v. *seu.*" *Hess. Sive* vocalem subsequentem, *seu* consonantem amat: (Suet. Caes. 79.) poetae versui obediunt; *Bred. sive — seu* ed. Par. et rec. *seu — seu* MS. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Vien. Rhen. 1. et min. — *magnum* pro *magnificum* MS. Long. ed. Nor. Rom. Par. quod non spernendum videbatur Long. et Ober. sed vix tolerandum Pass. iuxta vulg. lect. Agr. 30. *omne ignotum pro magnifico est.* — *in claritatem eius referre consensimus*, insigni eius gloriae ex omnium consensu addere consuevimus; *Günth. consensimus* MSS. Vat. omnes, Tur. Long. Seeb. ed. pr. Put. Nor. Rom. Pogg. Rhag. cet. *consuevimus* MSS. Lips. et Humm. ed. vetus Groslot. quod recepere Pich. Bekneg. Bip. *Consensimus* de Graecis Romanisque intelligunt Pass. et He

Sed nulla Graecorum mentio ante facta, et *consensimus* dictum ut supra *tentavimus*. v. ad cap. 8. n. 5.

9. *Nec defuit audentia* (v. ad Ann. 15, 53, 1.) tentandi Oceanum et in eum Herculemque inquirendi *Druso Germanico*, Druso, fratri Tiberii et Augusti privigno, cui cognomen *Germanici* datum. v. Suet. Claud. 1. et Dio 55, 2. Sed addit Tacitus: *mox nemo tentavit* sc. Oceanum, et contraria ipse narravit Ann. 2, 6. 23. 24. neque nodus solvitur annotatione Ernestii: Germanicus *Oceanum* tantum *tentavit*, ut per eum ingrederetur hostium fines, non ut *inquireret* de famae veritate. Hinc Passovius veram putabit emendat. Freinsh. *Druso et Germanico*, donec quisquam probaverit, Germanicum, Drusi filium, *Drusum Germanicum* dici posse, ita ut de hoc uno sermo sit. Eodem sensu interpungi posse *Druso, Germanico* arbitrantur V. D. in Ephem. lit. Jen. a. 1818. m. Nov. et Hess. ut Asyndeton sit et copula omissa inter nomina propria, ut Vell. 1, 4. 2, 20. ubi v. Ruhnk. cf. Ind. III. v. *Asyndeta* et ad cap. 1. n. 3. *Druso Germanicoque* coni. Hess. — *sed obstitit Oceanus*, ut ap. Hor. od. 3, 3, 53. *Quicunque mundo terminus obstitit; Hess. obstitit Oceanus — inquiri*, quod Pedo Albin. v. 20. Diis tribuit: *Dii revocant* (Germanicum ab Oceano) *rerumque vetant cognoscere finem. obstitit inquiri*, qua analogia dici potest *impediit inquiri* pro *quo minus inquireretur:* sed Tacitum dedisse putem *inquirenti; Ern.* Non opus est; *Long.* — *Mox nemo tentavit*, v. ad Ann. 15, 47, 1. „In MS. Tur. ed. pr. Pogg. Rhen. *temptavit*, scriptura minime damnanda cum Grotef. Gram. T. II. §. 186. v. Nolten. Lex. antib. 1, 110. et inpr. Schneid. Gramm. I, 2. p. 469 seq. de triplici forma *tento, temto, tempto* accurate disputantem." *Hess.* Cf. ad H. 1, 48, 5. et ad Agr. 20.

10. *sanctiusque — credere quam scire:* ita et ap. Minuc. Fel. in Octav. 6, 1. Caecilius; *Long.* Θεὸν νόμιζε καὶ σέβου, ζήτει δὲ μὴ Philotas; *Coler.* Ex subdola potius aetatis suae, quam ex sua ipsius natura dixit Tacitus; *Günth.* Haec sententia Romanorum excusandorum causa prolata, quibus non eadem, quae Druso Germanico, fuit audentia; *Gebauer* p. 829. *scire velle* Mirandul.

CAPUT XXXV.

Hactenus in Occidentem Germaniam novimus. In Septentrionem ingenti flexu redit. Ac primo statim Chaucorum gens, quanquam incipiat a Frisiis ac partem litoris occupet, omnium, quas exposui, gentium lateribus obtenditur, donec in Chattos usque sinuetur. Tam immensum terrarum spatium non tenent tantum Chauci, sed et implent, populus inter Germanos nobilissimus quique magnitudinem suam malit iustitia tueri. Sine cupiditate, sine impotentia, quieti secretique nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur. Id praecipuum virtutis ac virium argumentum est, quod, ut superiores agant, non per iniurias assequuntur. Prompta tamen omnibus arma ac, si res poscat exercitus, plurimum virorum equorumque; et quiescentibus eadem fama.

1. *in occidentum* sc. versus; *Günth.* — *In Septentrionem ingenti flexu redit*, qui cap. 37 pr. *sinus* dicitur. Cf. ad cap. 1. n. 2. Hunc flexum format Chersonesus Cimbrica seu Dania, quam Tacitus magis curvatam sibi et rotundatam fingebat, quam angulatam acuminatamque; *Dilth. ingenti flexu* quasi *facto; Günth.*

2. *Ac primo* (*A primo* MS. Long. quod non spernendum videbatur

Long.) *statim Chaucorum gens*, et quidem, Ptolemaei temporibus, minores, (v. ad cap. 34. n. 1.) ad Oceanum et septentrionem, ab Amisia ad Visurgin, a Papenburgo ad Oldenburgum, in hod. Frisia orientali et duc Oldenburg., (quod Taciti aetate secus fuisse videtur; *Bred.*) in episc. Monast. et duc. Hoyensi, maiores trans Visurgim usque ad Albim, in ducatu Bremensi et Lauenburgico; *quanquam* (v. ad Ann. 1, 4, 5.) *inci piat a Frisiis ac partem litoris occupet, omnium, quas* cap. 32—34. ex *posui gentium*, Usipiorum, Tencterorum, Bructerorum, Chamavorum Angrivariorum, Dulgibinorum, Chasuariorum, Frisiorum, *lateribus* (orien talibus usque ad Albim; *Bred.*) *obtenditur*, obiacet, ex adverso porrigitur (ut Agr. 10. et Plin. 5, 20. s. 17. v. ad Ann. 2, 56, 1.) *donec* (pulsi Ansibariis, Ann. 13, 55.) *in Chattos usque sinuetur*, terra eorum flectatur curvetur, ut Ann. 2, 16. cf. ad cap. 1. n. 2. et 6. De Chaucis v. Ind Tac. 1. Ptol. 2, 11. (ubi haec memorantur Chaucorum oppida: Φαβίρανοι Brema aut Bremervoerda aut Varel, Λεύφανα, Luneburgum, aliis Lauenbur gum, aut Buxtehuda, Krus. Lübbethene, Τεκέλια, Oldenbrook aut Elsflethum aut Zetel, Τουλίφουρδον, Verda aut Döhlbergen aut Dörverden, Στατουτάν δα, Utende im Saterlande, Τευδέριον, Meppen aut potius Detern) Suet Claud. 24. Dio 54, 32. (ubi terra eorum Χαῦκις vocatur) 60, 8. 30. Strab 7, 1, 3. p. 291. Vellei. 2, 106. Claudian. Stil. I, 225—228. et in Eu trop. 1, 379. Lucan. 1, 463. Spartian. Iulian. 1. Plin. 4, 28. 29. inpr 16, 1. 2. Zosim. 3, 6. (a quo Cauchi, non Quadi, iam Saxonibus accen sentur, ut Francis antea ab aliis) Eggeling. p. 36—71. 72—112. Jo. Schil de Chaucis Auricae 1742. Barth. §. 539. Wilh. p. 154—162. v. Wersel p. 104 sq. 109. Mannert. Germ. p. 512 seq. Reichard. p. 38—41. (ubi no men Cauchorum periisse quidem in foedere Saxon. dicit, sed serva etiam nunc in portu eorum *Cuxhaven*) et de oppidis Cauchorum p. 244-247. 257. 262. *Chauci* dicuntur Tac. et Suet. sed rectius *Cauchi* et *Cau* in cod. Bud. H. 4, 79. et in optimis MSS. et edd. Plinii, Suet. et Velleii, *Καῦχοι* et *Καῦκοι* Ptol. et Strab., *Cayci* et *Caüci* Claud. et Lucan Germ. *Kauchen* et *Kuaken*, ab Anglosax. *cuacian*, Angl. *quake*, Isl. *kvika*, tr mere, (unde *Quaker*, *Trembleur*, Westphal. *Quakler*, *Käuchler*, *Gaukl* Chaucorum opp. *Quakenbrügge*, *Quakenbrück*, quemadmodum *Frisiis* n men datum est a *φρίσσειν*, Belg. *vriezen*, Angl. *freeze*, Suec. *frysa*, fr gere, horrere, tremere) et quidem a solo instabili et tremulo, (Bel *Beveland*, *Bebeland*, et fortasse Ann. 2, 23. *tumidae Germaniae terra* uliginoso et palustri, (Angl. *quaggy*, Germ. *mooricht*) quod late pateb (h. l. *immensum terrarum spatium, a Frisiis ad Chattos*) et bene descr bitur ab Eumen. pan. Const. 8. *Regio paene terra non est; ita penit aqua permaduit, ut non solum, qua manifeste palustris est, cedat ad nixu et hauriat pressa vestigium, sed etiam, ubi paulo videtur firmior, pedu pulsu tentata quatiatur et sentire se procul mota pondus testetur: i ut res est, subiacentibus innatat et suspensa late vacillat.* Cf. ad cap. 4 n. 3. Moeser I. p. 93—95. 163. 164. 178. Wiarda Gesch. v. Ostfriesla T. I. p. 1 seq. Schild et Eggeling. ll. ll. et haec Plin. 16, 1. verb *Vasto ibi meatu in immensum agitur Oceanus — dubiumque terra sit pars maris. Illic misera gens tumulos obtinet altos*, (Fris. et Sax. *W fen*, *Warthen*, *Wurten*, unde *Warfsländer* et *Wurt-Saten*, *Wursten* duc. Brem.) *casis impositis, navigantibus similes, quum integant aquae c cumdata, naufragis vero, quum recesserint; fugientesque cum mari pis circa tuguria venantur. — Ulva et palustri iunco funes nectunt ad pr texenda piscibus retia, captumque manibus lutum ventis magis quam s siccantes terra* (hac gleba ustili, Sax. *Torf*, Angl. *turf*, Gall. *tourbe*) *bos et rigentia septentrione viscera sua urunt* cet.

3. *Tam immensum terrarum spatium* (nisi fines eorum nimis prol sunt) *non tenent tantum Chauci, sed et implent:* e contrario Mela 1 ,

habeat potius terras, quam habitant; Long. — *et tam immensum* Mon. — *ud implent* Nor. quod non repudiandum; *Pass. et* omisit Günth. Cf. ad c. 10. n. 4.

4. *nobilissimus quisque magnitudinem suam malit iustitia tueri,* (cf. ad cap. 32. n. 1.) quam armis; nam *sine cupiditate* alieni, *sine impotentia,* (v. ad Ann. 4, 57, 3.) *quieti* (v. ad H. 1, 15, 4.) *nulla provocant bella,* (ut H. 2, 61. 5, 1. Agr. 42. Plin. Pan. 16. non alios ad bella provocant) *nullis raptibus aut latrociniis populantur* aliorum terras, more Germanorum, de quo v. ad cap. 14. n. 5. 8. 9. Sed contraria narrantur Ann. 11, 18. et 13, 55. Tacitus h. l. magis suum tempus, quam praeterita consideravit; *Coler.* — *malit* coniunct. modus ut ex mente scriptoris; *Günth.* — Pro *impotentia* c. Tur. *impetentia,* ut cap. 36. *impetentes;* de qua medii aevi scriptura v. Cang. Gloss. v. *impechiare. provocent* Par.

5. *Id praecipuum virtutis ac virium argumentum est* cet. ut ap. Thucyd. Corinthii τὸ γὰρ μὴ ἀδικεῖν τοὺς ὁμοίους, ἰσχυρωτέρα δύναμις, *Coler.* *Id praec. v. ac v. a. est* MSS. Vat. omnes et Tur. edd. Nor. Put. Pogg. Mon. Vien. Rhen. 2. 3. al. *Idque* Lips. Pich. et edd. rec. paene omnes. *praecipuum* post *virium* repetitum in MS. Tur. ed. pr. Put. Mon. Pog. Vien. Rhen. min. *id pretium virtutis ac virium praecipuum arg.* Vat. 1518. — *ut superiores* aliis *agant,* se praestent, aut *agant* pro *sint.* v. ad Ann. 1, 68, 1. Mox *iniuriam* Nor. et *iniuria* Mon.

6. *Prompta tamen* (parata) *omnibus arma ac, si res poscat, exercitus,* (et quidem) *plurimum virorum equorumque.* Bene haec verba sic distinguuntur a plerisque, melius tamen ab aliis ita: *prompta t. o. arma ac, si res poscat exercitus, plurimum v. e.* Cf. Walch. in Emend. Liv. p. 121. qui etiam p. 273. coni. *ac, si res poscat, plurimum v. e.* Tacitum vero scripsisse *ac, si res poscat, exercitus plurimûm* (plurimorum) *v. e.* arbitratur Becker. (v. Seebod. nova bibl. crit. a. 1825. p. 212.) In MS. Tur. *ac, si res poscat, exercitus plurimus v. e.,* quod certe coniecturae Ern. *exercitus plurium v. e.* longe praeferendum; *Pass.* Optimum id visum Günthero et P. in Seebod. bibl. crit. a. 1821. p. 517. *virorum equorumque* pro: peditum equitumque. v. ad H. 3, 55, 2. — *quiescentibus,* v. ad H. 1, 15, 4.

CAPUT XXXVI.

In latere Chaucorum Chattorumque Cherusci nimiam ac marcentem diu pacem illacessiti nutrierunt. Idque iucundius, quam tutius fuit, quia inter impotentes et validos falso quiescas, Ubi manu agitur, modestia ac probitas nomina superioris sunt. Ita, qui olim *boni aequique Cherusci,* nunc *inertes ac stulti* vocantur: Chattis victoribus fortuna in sapientiam cessit. Tacti ruina Cheruscorum et Fosi, contermina gens, adversarum rerum ex aequo socii, quum in secundis minores fuissent.

1. *In latere Chaucorum Chattorumque* orientali circa Albim, austrum versus usque Salam; *Bred.* — *Cherusci,* qui Χερουσκοὶ Dioni, Χηροῦσκοι Strab. Χαιρουσκοὶ Ptol. *Crhepstini, Crherstini,* in Tab. Peuting. dicuntur, quorum vero nomen accolas *Hercyniae* silvae, (*Chärzker, Härzker*) non Werrae aut Gerae, fluvii Thuring., significat, primum singularis populus, deinde capita foederis, quo Dulgibini, Ansibarii, Chasuari, Chamavi, Tubantes, Marsi, ad ripas Visurgis et Luppiae habitantes, cum iis iuncti erant. Rebus maxime florentibus, inter Visurgim Albimque possidebant olim Thuringiam septentr., ducatus Brunsvic. et Magdeburg., nec non principatus Halberstad. Schwarzburg. Grubenhag. Calenberg. De Cheruscis, quorum dux celeberrimus fuit Arminius, v. Ind. Tac. I.

Ptol. 2, 11. Caes. b. G. 6, 10. Strab. VII, 1, 3. 4. Flor. 4, 12. Dio 54, 33. 55, 1. 56, 18—24. 67, 5. Vellei. 2, 116—120. Nazar. pan. Const 18. Claudian. b. Get. 420. et IV. cons. Hon. 452. Spener. I. p. 288 Mannert. III. p. 63. 205. (556 seq.) v. Wersebe p. 108 sq. Adelung, p. 255 256. Roth de Arminio et Marobod. Stuttg. 1817. Petersen p. 30. 142 Barth. §. 526. inpr. Wilhelm. p. 190—200. 286. et Reichard. p. 90—97 270—276. 293. Oppida Cheruscorum a Ptol. 2, 11. memorata *Μοιούϊον* Erasm. *Μεσούϊον*, (Wilh. *Magdeburgum*, aliis *Brunsviga* et Reich. *Alt-Me dingen* prope Ilmenav. fl.) *Λοῦπια* s. *Λούπια*, (Wilh. non longe ab Eim becca, Reich. *Lüthorst* in praef. Erichsburg. et duc. Calenb.) *Ἀρεγεούϊ* s. *Ἀργέλια*, (Wilh. *Artern* ad Unstrut., Reich. *Egeln* ad Bodam fl.) *Βι κούρδιον*, (Wilh. ad Erfurtum, Reich. *Bickenriede* iuxta monast. Annrode nec longe a Muhlhusia) *Λούπφουρδον*, (Wilh. *Lupfurth*, ubi nunc Misnia aut ad Luppam rivum prope Lipsiam, Reich. *Lupps* mai. et min., no longe a loco, ubi Sala in Albim influit.) *Καλαίγια*. (Wilh. *Hala* ad Saa lam, Reich. *Gardelegen*.)

2. *nimiam ac marcentem diu pacem illacessiti nutrierunt*, quo sens Agr. 11. dicitur: *plus ferociae Britanni praeferunt, ut quos nondum long pax emollierit: mox segnitia cum otio intravit amissa virtute pariter ac l bertate. Marcens pax*, quae robur atque virtutem detrahit; *Bred.* Long pax, qua Cherusci a pristina virtute defecerunt imbellesque facti sun *Günth. Pax marcet*, sicubi ex otio honesto in desidiam et inertiam tran ierit, marcore quasi infecta; *Pass.* Cf. ad Ann. 6, 4, 2. *mirsiam* v *nursiam* pro *nimiam* c. Tur. — *pacem illacessiti nutrierunt*, v. ad An 4, 32, 1. et Agr. 20. n. 2. *nutrierunt pacem*, ut ap. Ovid. Fast. 1 704. *Long.*

3. *Idque iucundius quam tutius fuit, quia inter impotentes* (v. ad An 4, 57, 3.) *falso quiescas*: „qui his circumdatus pravitate consilii et taedi laborum belli marcet nec se parat adversus ea, quae nec opinanti po sunt instruere, non tam quietus est quam obnoxius: nam *ubi* maiore partem *manu agitur*, res vi tractantur et ius in vi est, *modestia ac pr bitas* (v. ad O. 40. n. 2.) *nomina superioris sunt*, non, qui sedent et n hil agunt, modesti et probi, boni aequique censentur, sed qui, quu plus valeant et superiores sint, sibi temperant. Ita factum, ut *Cherus qui olim boni aequique* vocabantur, quum rebus secundis in alta pa fruerentur et ferociam dediscerent, *nunc inertes ac stulti vocentur*, pos quam prosperis corrupti et emolliti atque ad vim sustinendam impar Chattis cesserunt." *Gron.* „*Ubi manu agitur*, ubi cuncta vi belloque c scernuntur, *modesti probique* nomen de victore tantum poterit adhibe quum infirmiores contrarium esse nequeant. *Ita Cherusci*, qui, dum s periores agebant, (c. 35.) *boni*, iusti, *aequique* vocati sunt, (v. ad c. n. 9. extr.) *nunc*, sequiores facti, *inertes ac stulti, Chatti victores* sapien habentur." *Pass.* Cherusci, qui olim *boni aequique* vocabantur a Ger *cherusk*, iustus, *nunc vocantur inertes ac stulti*, Thuringi, a Germ. *thori* stultus; Casp. Sagittar. antiq. regn. Thuring. 1, 1, 4. 1, 4, 16. De p petua inter Cheruscos et Chattos discordia v. ad c. 33. n. 7. *Ruin* interitus, Cheruscorum non nisi h. l. mentio fit. *iocundius* MSS. T Long. et Humm. ed. pr. Pogg. Rhen. 1. 2. 3. *impotentis* Nor. *impeten* c. Tur. v. ad c. 35. n. 4. „Post *validos* plenae interpunct. signum in Nor. quod fortasse nonnullis placeat. Sed verba *modestia — sunt*, i addideris *ubi manu agitur*, sensu plane erunt destituta." *Pass.* — *ma agitur*, ut Agr. 9. Sall. Iug. 5, 4. 31, 18. Flor. 1, 1, 10. 4, 1, 5. bello, armis; *Hess.* v. ad Ann. 2, 80, 2. *agetur* Ald. — *nomine supe res* c. Tur. *nomine superioris* quatuor MSS. Vat. ed. pr. Nor. Pogg. M Par. *nomina* (inania) *superiori sunt* coni. Heins. Cf. ad Ann. 3, 30 et H. 1, 30, 5.

4. *Chattis victoribus fortuna* prospera *in sapientiam cessit*, ut H. 2, 59. et Plin. 35, 10., *Hess*. Sapientiae opinionem peperit; *Ern*. Ob fortunam sapientes iudicati sunt; *Günth*. Cf. nota 3.

5. *Tacti ruina Cheruscorum et Fosi*, ut fulmine tanguntur homines; *Grut*. et *Günth*. Immo: tanquam contagio, praecipites cum illis dati; *Long*. et *Pass*. Sic *contacta plebs regia praeda*, eius particeps facta, ap. Liv. 2, 5. Cf. ad Ann. 1, 43, 3. — *Tacti* omnes edd. antt. *Chatti* MS. Tur. *Tracti* e cod. Humm. enotavit Long. sed *Fracti* Humm. ipse. Illud recepere Pich. Ern. Lall. Brot. Bip. Oberl. Bred. Bark. et probavit Burm. ad Lucan. 7, 655. Verum esset, si sequeretur deinceps *in ruinam*, tamen alio sensu; *Günth*. Sed v. ad. Ann. 4, 13, 3. — *Fosi* etiam a Ptol. 2, 11. memorantur et nomen accepisse creduntur a *Fusa*, amni Hildesiensi, qui in Alleram influit prope Cellas. Ibi tamen contermini sunt Chatti et Chauci s. Cauchi; *Leutsch*. p. 356. Cf. Leibnit. script. rer. Brunsv. T. I. p. 12. n. 9. v. Wersebe p. 114 sq. Haus II. p. 126. Wilhelm. p. 200. *Fusi* Vat. 1862. — *conterminata gens* ed. Mon.

6. *adversarum rerum* (ut *gens contermina*) *ex aequo socii* facti, *quum in secundis* Cheruscorum rebus *minores fuissent*, h. e. minus secundarum participes; nisi leg. *minus* sc. socii. Alii *minores* eo sensu accipiunt, de quo v. ad c. 39. n. 7. Sed opponuntur sibi ex *aequo socii* et *minores*. Post *socii* additum *sunt* in MS. Arund. et edd. vet. deletum a Lips. et aliis, revocatum a Pass. Hess. Günth. Sed non nisi verba Perf. temp. praecedunt.

CAPUT XXXVII.

Eundem Germaniae sinum proximi Oceano Cimbri tenent, parva nunc civitas, sed gloria ingens; veterisque famae lata vestigia manent utraque ripa castra ac spatia, quorum ambitu nunc quoque metiaris molem manusque gentis et tam magni exitus fidem. Sexcentesimum et quadragesimum annum Urbs nostra agebat, quum primum Cimbrorum audita sunt arma, Caecilio Metello ac Papirio Carbone Coss. Ex quo si ad alterum Imperatoris Traiani consulatum computemus, ducenti ferme et decem anni colliguntur. Tam diu Germania vincitur. Medio tam longi aevi spatio multa invicem damna. Non Samnis, non Poeni, non Hispaniae Galliaeve, ne Parthi quidem saepius admonuere: quippe regno Arsacis acrior est Germanorum libertas. Quid enim aliud nobis quam caedem Crassi, amisso et ipso Pacoro, infra Ventidium deiectus Oriens obiecerit? At Germani, Carbone et Cassio et Scauro Aurelio et Servilio Caepione, Cn. quoque Manlio fusis vel captis, quinque simul consulares exercitus populo Romano, Varum tresque cum eo legiones etiam Caesari abstulerunt; nec impune C. Marius in Italia, D. Iulius in Gallia, Drusus ac Nero et Germanicus in suis eos sedibus perculerunt. Mox ingentes C. Caesaris minae in ludibrium versae. Inde otium, donec occasione discordiae nostrae et civilium armorum, expugnatis legionum hibernis, etiam Gallias affectavere; ac rursus pulsi inde proximis temporibus triumphati magis quam victi sunt.

1. *Eundem Germaniae sinum*, Codanum, *Mannert* T. III. p. 283. sed v. ad cap. 1. n. 2. cap. 29. n. 10. cap. 35. n. 1. et Barth. §. 544. „*Eun-*

dem cum Cheruscis et Chaucis. Alii ad Chaucos tantum referunt." *Hess.* *sinum* MSS. Humm. et Tur. edd. pr. Put. Pogg. Mon. Vien. Rhen. Long. Lall. Brot. Bip. Ob. al. *situm* codd. Vat. omnes Arund. Long. edd. Nor. Rom. Par. Brot. Ern. Seeb. Recte: nam hic non agitur de eodem Germaniae sinu, sed situ, sc. versus septentrionem et in parte septentrionali; *Brot.* Eandem lectionem defendit Gron. ad Plin. 21, 13. Sed situm tenere non Latine dixeris; *Long.*

2. *Cimbri*, quorum socii deinde Galli, inpr. Boii, Teutoni, Ambrones, Tigurini, Toygeni, Tectosages aliique fuere quorumque primas sedes et patriam veteres scriptores ad unum paene omnes in septentrione in Chersoneso Cimbrica et Scandinavia, praecipue Holsatia, Dittmarsia, Stormaria et Iutia, (*proximi Oceano*) recentiorum nonnulli in oriente quaerunt. *Cimbri* (*Κίμβροι* et *Κήμβροι*) *lingua Gall. latrones vocantur Fest.* *Κίμβρους ἐπονομάζουσι Γερμανοὶ τοὺς λῃστάς* Plut. Mar. 11. Sed melius Cimbrorum nomen Germ. *Kaempfer* explicatur; *Long.* Num *Cimbri* et *Cimmerii* iidem sint habendi, aut quali se invicem attigerint cognatione, quaestio est perdifficilis; *Hess.* Cf. de Cimbris eorumque expeditionibus Liv. epit. 63 — 68. Caes. b. G. 1, 33. 40. 2, 4. 7, 77. Strab. 3. 4. 7, 2 seq. Plut. Mar. Appian. de rebus Celt. et Ill., Plin. 2, 67. 27. 28. 8, 61. 36, 1. Flor. 1, 10. 3, 3. Cellarii diss. de Cimbris et Teu in Diss. acad., Ancherson p. 221 — 395. Joh. Müller de bello Cimbr. Turici 1782. (recus. in ei. opp. T. XII. sed omisso catalogo CC amplius scriptt.) Schlözer p. 59 seq. 338 seq. Mascov. I. p. 7 sq. Ritter IV. p. 12 sq. Beck II. p. 169 — 173. Adelung. p. 105 — 130. Anton. IV. p. 30-50. Barth. I. p. 265 — 298. II. p. 219 — 232. Rühs III. p. 20 — 24. Mannert. III. p. 31. (282) seq. Bak. ad Posidon. Rhod. p. 119. Wilhelm p. 172 — 178. Gagern. p. 22 — 30. Herder Ideen cet. T. IV. p. 15. Reichard. p. 51 — 55. v. Wersebe p. 116 — 121. *Cymbri* cod. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Rhen. 1. et min. ut et mox *Cymbrorum.*

3. *parva nunc civitas*, cf. Strab. VII, 2.

4. *veterisque famae lata vestigia manent*, per magnum terrarum spatium dispersa supersunt, unde populi pristina fama potest cognosci; *Emmerl.* et *Pass.* *lata* MSS. Vat. omnes, Long. Humm. Tur. edd. pr. Put. Nor. Rom. Pogg. et cet. ante Rhen. qui reposuit *late*, quod receptum est a Ern. Long. Brot. Bekk. et elegantius multo visum Oberl. non Pass. Walch. et aliis.

5. *utraque ripa*, litoribus Oceani orientalis et occidentalis ad Cimbricam Chersonesum, quibus vestigia castrorum, quae Cimbri compleverant, adhuc apparebant; *Pich.* et *Kirchm.* qui *ripam* et *litus* a Plinio Colum. et Virg. promiscue usurpari dicit. Sic et Wilhelm. p. 170. Alii intelligunt ripas Rhodani et Danubii et Aquarum Sextiarum, alii Athesis et Rhodani, sed Rheni Long. Schloezer, Bred. Hess. et Mannert III, Cf. ad cap. 17. n. 4. et Caes. b. G. 2, 29. — „*castra ac spatia* per ἓν διὰ δυοῖν dicta pro *castrorum spatia* H. 41, 32. Voce *spatia* oppida indicari non possunt propter indolem gentis et conditionem, quin etiam propter ipsa verba scriptoris, qui spatia sive ambitum castrorum documento esse tam magni exitus dicit. *Spatia* vero potius quam *ambitum* dixit, quod ipse sine dubio eiusmodi castra complura viderat." *Roth* p. 38. v. Ind. III. v. *Hendiadyoin.*

6. *quorum ambitu*, ex q. a., *nunc quoque metiaris molem manusque gentis*, non numerosas manus; sed *moles* pertinere videtur ad universi populi multitudinem, *manus* ad eos, qui arma gererent aut ferre possent: nam antecedunt *castra ac spatia; Emmerl.* et *Günth.* „*Masse* und *Macht* interpr. Stromb. *Macht und Masse* Spreng. Tacitus vel ad ingentem Cimbrorum numerum fortius significandum utroque substant. usus est, vel *molem* rectius de viribus, potentia, *manus* de multitudine Ci

brorum accipi vult." *Hess.* — *exitus*, casus, interitus fatorum; *Bip.* Immo *exitus* est actio exeundi, (ut ap. Cic. parad. 4, 1. et Caes. b. civ. 3, 69.) migratio, Germ. *Wanderung*, *Auswanderung*. Ita Bred. Ob. et alii. Sed non minus huic loco magisque stilo Taciti convenit notio exitii, interitus, et magna clade continetur ingens multitudo; *Welk.* Quantae Cimbrorum fuerint clades, (si scriptoribus Rom. fides habenda) notum ex locis in nota 2. laudatis. Utrum vero Tacitus ipse haec castra viderit, an rem hauserit ex traditione et fama, dubium est. Cf. Barth. §. 544. *exercitus* ex coni. Lipsii edd. Dithm. Gron. Brot. et Ern. *Exitus* et *exercitus* in codd. eisdem literis scribuntur: nam *er* brevi lineola super literas significatur; *Bred.* Retinenda tamen lectio vulg.

7. *Sexcentesimum et quadragesimum annum* — *Caecilio Metello ac Papirio Carbone Coss.*, a. U. 641. (a. Chr. n. 113.) secundum rationem Varronis; *Bred.*

8. *quum primum Cimbrorum audita sunt arma* gravior splendidiorque verborum compositio, quam *quum primum audita sunt C. arma* in Vien.; *Pass.* *quum p. audita sint* substituit Seeb. Sed v. ad cap. 21. n. 6. et Ann. 12, 68, 1. — *Cecilio*, ut inf. *cepione*, ed. pr. *Sapino* pro *Papirio* Nor.

9. *Ex quo si ad alterum Imp. Traiani consulatum computemus*, ad a. U. 851. p. Chr. n. 98. quo anno Nervae successit Traianus. Eodem tamen anno Germaniam a Tacito fuisse scriptam, non ex eo colligi potest, quod hic annus est postremus eorum, qui ab illo memorantur. *Ex quo ad a. Imp. T. conventum c.* Nor. *computemus*, v. ad cap. 8. n. 5. — *colliguntur*, computantur, conficiuntur, ut O. 17. et Plin. 13, 13.

10. *Tam diu Germania vincitur*, tantum in devincenda Germania tempus teritur; *Günth.* *Vincitur* a Romanis, sed hos quoque saepius vicit. Actus pro conatu. Amare haec dicta putant Hansselman. p. 19. et alii, sed querula voce Anton., ut illa Flori 4, 12, 21. de Augusto: *Germaniam utinam vincere tanti non putasset! Magis turpiter amissa est, quam gloriose acquisita.* — *multa in vicem damna* Germanis a Romanis, et his illata sunt ab illis.

11. *Non Samnis* cet. cf. simil. loc. Hor. Od. 4, 5, 25 seq. *Samnis*, gens opibus armisque valida, cuius bella cum Romanis gesta nota sunt ex Liv. 7, 31—37. 8, 1. 2. 23—39. 9, 1—45. 10, 11—45. *Samnis*, ut H. 3, 59. *Hess.* *Samnites* c. Tur. — *non Poeni*, in tribus bellis Punicis. — *non Hispaniae* citerior et ulterior, in quibus bella a Romanis gesta cum Hispanis, Poenorum sociis, cum Viriatho, Numantinis, Sertorio cet., ut alia variis temporibus in *Gallia* Cis — et Transalpina. — *ne Parthi quidem*, v. Ind. Tac., Appiani, Suet., Horatii, Iustini. *ne Parthi quidem saepius admonuere* nos belli et periculi, ut Gall. *donner l'alarme*; *Brot.* *Admonere* est vigilantem et experrectum tenere nec quietum sinere, seu potius negotium facessere; *Pich.* *Admonuere* scil. nos cladibus, nos vinci posse, ut *admonere telo, verberibus, flagro, obiurgare flagris, ferulis* et Germ. *einen Denkzettel geben*; *Long. Bip. Oberl. Dilth. Hess.* Contulit Oberl. Ann. 5, 9. (ubi v. not. 1.) Virg. Aen. 10, 586. Colum. 2, 2. Curt. 4, 14, 20. Liv. 2, 36. Sen. de clem. 1, 14. et Altenb. Tac. Ann. 15, 13. Ovid. Met. 6, 150. 10, 625. Iustin. 4, 5, 11. *Admonemur* in felicitate sortis humanae per adversa; *Lips.* *Admonuere* cladibus, ne nimis viribus nostris confideremus, Germ. *gewarnt*, quod est lenius voc. pro: cladibus nos affecerunt; *Jacobs.* Sic et Walch. *gemahnt*. *Sui* ante *admonuere* excidisse putabat Heins. „Mihi subintell. videtur, et simillimus est usus verbi *increpare*. v. Lips. ad O. 5. et Gron. diatr. in Stat. Silv. p. 501." *Pass.* *admovere* (sc. castra s. exercitum) MS. Tur. quod male coni. Rhen.

12. *regno Arsacis acrior est Germanorum libertas*, Germani pro li-

bertate, cuius sunt tenacissimi, fortius pugnant, quam Parthi pro Arsacidis, regibus; vel: Germanis libertas ad pugnandum acrior est stimulus, quam Parthis regnum Arsacidarum; *Hess. Germanorum libertas*, libertatis studium, *acrior est*, plus valet, *regno Arsacis*, opibus et potentia regni Parthorum; *Jacobs. Regno* bene *libertas* opponitur; *Günth.* Amor libertatis erat fons, ex quo fluxere studium militiae, fortitudo virtutes, vitia Germanorum. Cf. cap. 7. Ann. 2, 44. 88. 13, 50. H 4, 17. Amelang. p. 69. Gagern et al. *Arsacis* v. ad Ann. 2, 1, 1.

13. *Quid enim aliud nobis, quam caedem Crassi, amisso et ipso Pacoro,* (qua caede et ipsi grave vulnus acceperunt; *Günth.*) *infra Ventidium deiectus* (*unter Vent. gebeugte; Walch.*) *Oriens obiecerit*, v. ad H. 5, 9, 5. M. Licinius *Crassus*, consul a. U. 698. triumvir et Syriae proconsul, victus caesusque est a. U. 701. a. Chr. n. 53. a Parthis, quorum rex Phraates deinde Augusto a. U. 734. in Asia versanti, veritus, n bello ab eo peteretur, remisit captivos et signa cladibus Crassi et Antonii amissa. v. Dio 40, 16—30. 54, 8. (ubi cf. Fabric.) Iustin. 42, 4. Flor. 3, 11. Vellei. 2, 46. Appian. r. Parth. et rer. civ. 14. Plut. Crass. c. 16 sq. Eutrop. 6, 18. *Pacorus* vicit quidem P. Decidium Saxam, Syriae legatum, Syriamque occupavit; sed interfectus est a *Ventidio*, qui Parthos debellavit. v. ad H. 5, 9, 5. *amisso et ipso Pacoro* MS. Tur. et Vien. Ern. Ob. Pass. Dilth. Hess. Lün. *amisso et ipse Pacoro* Vat. 4498 ed. Rhen. 2. 3. Gron. Lall. Brot. Bred. Bekk. Walch. In eo plus vis elegantiae est; *Brot.* Sed ita *et* nimis friget; *Ern. amisso et ipso et ipse* P. Vat. 1518. et 2964. ed. pr. Put. Nor. Rom. Pogg. Ber. Mon. Pa Rhen. 1. et min. duplici lectione a librariis coniuncta. *obiecerunt* Vat. 2964. et ed. Nor. *obiecit* Vat. 4498. *obiicitur* Vat. 1518.

14. *At Germani* cet.; a Cimbris eorumque ducibus Lugio, Claodici Cesorige et Boiorige *fusi vel capti* sunt 1, Cn. Papirius *Carbo* cos. a. U. 640. a. Chr. 113. ad Noreiam in Carniola; (v. Strab. V. p. 214. 32 Liv. epit. 63. Vellei. 2, 8. 12. Flor. 3, 3.) 2, M. Iunius Silanus cos. a. U. 644. a. Ch. n. 109. cuius nullam h. l. mentionem fieri mireris; (v. Liv. epit. 65. Vellei. 2, 12. Flor. 3, 3. Veget. 3, 10. Cic. Verr. 2, 4 et or. 1. pro Cornel. extr. ubi cf. Ascon. Ped. p. 131.) 3, L. *Cassius* Longinus cos. a. U. 646. a. Chr. n. 107. sub iugum missus caesusque a Tigurinis Gallis, Helvetiorum pago: nam Galli Germanorum nomine continentur, aut Tigurini potius arma iunxerant cum Cimbris, Teutonibus aliisque Germanis; (v. Caes. b. G. 1, 7. 12. 13. 30. Oros. 5, 15. Liv. epit. 65. Vellei. 2, 12. Appian. b. Gall. p. 755. qui ex Pauli Claudii annalibus sua hausit, Pigh. in Annal. ad a. 646. Oudend. et Davis. ad Caes. b. G. 1, 12. quique Caesarem Tacitumque dissentientes composuere, Freinsh. et Duk. ad Flor. 3, 3, 4.) 4, M. *Aurelius Scaurus*, qui biennio ante consul fuerat, sed tum Cassii consulis legatus, eodem anno a Cimbris captus et, quia in consilium ab iis evocatus deterruerat eos ne Alpes transirent Italiam petituri, dixeratque, Romanos vinci non posse, a Boiorige occisus; (v. Liv. epit. 67. Vellei. 2, 12. Quintil. declam. 3. Pigh. annal. ad a. 645. et 648. Cellar. diss. de Cimbris §. 1 seq.) 5, Q. *Servilius Caepio* proconsul et *Cn. Manlius* Maximus cos. a. U. 648. a. Chr. n. 105. qui duces temerarii et discordes prope Tolosam Tectosagorum caput, magnam cladem passi sunt, postquam Caepio aurum Tolosanum, a Gallis olim e Delphico templo raptum, abstulerat (v. Liv. epit. 67. Strab. IV. p. 286 seq. Plut. Mar. 11. Oros. 5, 15. Vellei. 2, 12. Eutrop. 5, 1. Gell. 3, 9. Dio in Exc. Peiresc. §. 97. 630. Iustin. 32, 3. Sall. Iug. 114. Veget. 3, 10. Cic. p. Balbo 11. ad Heren. 1, 12. 14. Pigh. annal. ad a. 648. et 658.) — *Cn. quoque Manlio* id recte pro *M.* et *Marco q. Manlio*, quod in omnibus MSS. et edd. ant. legitur, substituere Ern. Bip. et rec. edd. nam *Cn.* dicitur Oros. 5, 1

in inscript. Grut. p. 207. in bonis libris Cic. aliorumque, (v. Drak. ad Liv. epit. 67. Cort. ad Sall. Iug. 114. Duk. ad Flor. 3, 3. qui etiam praenomina *Cn.* et *M.* saepius a librariis confundi docent) et gentis Manliae decreto cautum erat, ne quis post Capitolini necem *M. Manlius* vocaretur; (v. Liv. 6, 20. Cic. Phil. 1, 13. Plut. T. II. p. 285. Quintil. 3, 7.) scriptoribus autem, qualis fuit Tacitus, non obrepere solent *ἁμαρτήματα μνημονικὰ*, quale h. l. commissum putabat Conring. Cf. Seebodii bibl. crit. a. 1819. p. 301. et ei. nova bibl. crit. a. 1825. p. 212. *Μάλλιος* Dioni dicitur, et *Mallio* est in MS. Long. ed. Nor. et Rom. forma Graeca aut liquescente pronuntiatione. — *populo Romano:* in omnibus MSS. Vat. et in ed. Nor. et Rom. *populi Romani*, quod inelegans videbatur Ern. non Pass. Sed ob verba seqq. *etiam Caesari* nulla alia lectio quam *populo Romano* admittenda est; *Hess.* Tacitus tamen perpetuo variat constructionem verborum. *Po. Ro.* Rhen. 1. et min. ut al.

15. *Varum tresque cum eo legiones* easque optimas *etiam Caesari*, Augusto, a. p. Chr. n. 9. *abstulerunt*, quem, nuntio cladis accepto, adeo consternatum ferunt, ut per continuos menses, barba capilloque submisso, caput interdum foribus illideret vociferans, *Quinctili Vare, legiones redde*, diemque cladis quotannis moestum habuerit et lugubrem. Ita Suet. Aug. 23. Cf. ad Ann. 1, 3, 8.

16. *nec impune* (Adverb.) *C. Marius — perculerunt* recte distinguitur, et male Hess. in Var. lectt. et obss. in Taciti Germ. p. 37. haec annotavit: „*nec impune, C. Marius* cet. Rhen. 1. et min. bene; vel potius interpungendum *nec impune:* (sc. id fuit) *C. Marius* cet. Rhenanus primus in ed. 2. et 3. inepte comma post *impune* delevit, quem omnes deinceps editores secuti sunt." Non ulti sunt Varum Marius et Caesar, qui ante eum cum Germanis bellarunt. — *in suis eos* Germanos *sedibus perculerunt*, v. ad Ann. 1, 12, 3. et 2, 73, 1. — *C. Marius in Italia* a. U. 652., etsi Ambrones et Teutonos ad aquas Sextias delevisse dicitur et deinde Cimbros in campis Raudiis inter Veronam et Vercellos magna clade affecit. v. Liv. Epit. 67. 68. Plut. Mar., Flor. 3, 3. Oros. 5, 16. 17. Iuvenal. 8, 245 seq. — *D. Iulius* Caesar *in Gallia*, v. Caes. b. G. 1, 32—54. 2, 1—33. 4, 1—19. 6, 9—28. et Cellarii Diss. II, 6. p. 521 seq. — *Drusus*, Tiberii frater, qui a. p. Chr. n. 12—19. quatuor in Germaniam expeditiones suscepit. v. ad cap. 1. n. 3. Minus huc spectat Drusus, Tiberii filius, de quo tamen v. Ann. 2, 43. 44. 62. 64. 3, 19. — *Nero* Tiberius, ut Ann. 1, 5. et al., Drusi frater, privignus Augusti, qui a. p. Chr. n. 7. et 8. plus arte et prudentia, quam vi armorum perfecit. Cf. ad cap. 1 n. 3. ad Tac. Ann. 2, 46, 1. Strab. VII. p. 290. Dio 55, 6. 8. 28. 56, 25. Vellei. 2, 97. 104—110. 120. Suet. in Aug. 21. in Tib. 9. — *Germanicus*, qui quatuor expeditiones Germanicas obiit a. p. Chr. n. 14—17. v. ad cap. 1. n. 3. et ad Ann. 2, 73, 1. — *suis* arctissime iungendum cum pron. *eos*; *Günth.*

17. *Mox* (a. p. Chr. n. 39.) *ingentes C. Caesaris* Caligulae *minae in ludibrium versae*, v. ad H. 4, 15, 5. *Mox*, v. ad Ann. 15, 47, 1.

18. *Inde otium*, regnantibus Claudio et Nerone Impp. Cf. tamen Ann. 11, 18—20. 12, 27—30. 13, 53—56. Suet. Claud. 24. Dio 60, 8. *Inde ocium* ed. pr. male, iudice Grotef. Gram. T. II. §. 176. quod tamen Schneid. Gram. I, 1. p. 250. non prorsus damnat; *Hess.* — *donec occasione discordiae nostrae et civilium armorum*, (ut H. 1, 60. *Hess.*) bellorum (v. ad Ann. 1, 2, 1.) a Galba, Othone, Vitellio et Vespasiano gestorum. *et civilium armorum* verbis *discordiae nostrae* per apposit. adiecta, vel *et* est *ἐξηγητικόν*. v. ad Ann. 1, 33, 2. G. 17. n. 5. et Ind. III. v. Hendiadyoin. — *expugnatis legionum hibernis* a. p. Chr. n. 69. a Batavis, Claudio Civili duce. v. H. 4, 12—15. 5, 20. Locus Agr. 41. huc non spectat, sed ad bella XV annis prius a Domitiano gesta cum Mar-

comanis Dacisque; *Becker*. in Seebod. nova bibl. crit. a. 1825. p. 212. — *etiam Gallias affectavere* Germani, praecipue iidem Batavi. *et Gallia* Par. *affectavere*, ut Vell. 2, 39. et Flor. 2, 2, 3. *Hess*.

19. *ac rursus pulsi inde proximis temporibus*, non tantum Domitiani ut intpp. putant, sed etiam Nervae, Traiani et Hadriani, *triumphati magis quam victi sunt*, ut *Germani victi magis, quam domiti erant* Flor 4, 12, 30. Cf. Moeser I. p. 169. 170. et Barth. §. 685. Imperatores Ro mani cupide affectabant cognomen *Germanici* et falsos triumphos de Ger manis, ferocissima gente et Romanis infestissima, quae cum his mag de eorum servitute, quam de sua libertate certabat et iam citeriore Rheni ripam illis eripuerat: (v. Plin. Pan. 11 extr. et Martial. 10, 7 unde saepius ab iis literae laureae s. laureatae, lauro implicatae, de v ctoriis a Germanis haud reportatis Romam mittebantur et hominum p commercia emptorum habitus crinesque in captivorum speciem form bantur. v. Tac. Agr. 39. Pers. 6, 43—50. Suet. Cal. 47. Illud cogn men vel ab Imperatoribus assumi aut dari filiis aliisve et triumphus ag vel utrumque iis a senatu populoque Romano, ut illis blandirentur, d cerni solebat. Sic cognomen hoc accepere Drusus, (Suet. Claud. 1 Claudius, (Suet. 2.) Claudii filius, (Suet. 27. Dio 60, 12.) Vitellius, (Su 8.) Domitianus, (Suet. 13.) Traianus, (Plin. Pan. 9. Gruteri inscr. p. 15 al.) fortasse etiam Nerva et Hadrianus, ut deinde M. Antonin. Phil. (Iul. Capitol.) et alii Imperatores. Falsum vero et ridiculum e Germ nia triumphum egerunt, qui ne bellum quidem hostesque viderant, C ligula (Suet. 45—47. Dio 59, 25. Tac. Agr. 13. Pers. l. l.) et Domiti nus. v. Suet. 6. 13. Tac. Agr. 39. Plin. pan. 16. Dio 67, 4. Stat. Silv. 27. 4, 1, 1 seq. Sil. 3, 608. Martial. 10, 11. Frontin. Strat. 2, 10. *ru sus pulsi inde*, (ex Galliis) *proximis temporibus* cet. edd. Rhen. 2. Ern. Long. Bip. Brot. Ob. al. *rursus pulsi, inde pr. temp.* c. Tur. pr. Put. Mon. Vien. Rhen. 1. et min. Seeb. Dilth. quod et verius visu Bred. Pass. Hess. Günth. *rursus pulsi inde prox. temp.* sine omni dist ctione ed. Pogg. et Par. *affectavere*. *Rursus pulsi* cet. dedit Walch. *rursus pulsi. nam proximis* cet. c. Humm. Hinc coniicias *ac r. pulsi i prox.* — *triumphati*, ut c. 25. *regnanturt*; *Günth*. „Ut *riumphari* Ann. 19 extr. et Lucan. 2, 90. *Triumphare ex* vel *de aliquo* aureae, *aliqu* (θριαμβεύειν τινά) argenteae aetatis et poetarum. v. Lexica et Vechn Hellenol. p. 92." *Hess*. *Triumphatae gentes* Virg. Ge. 3, 33.

CAPUT XXXVIII.

Nunc de Suevis dicendum est, quorum non una, ut Ch torum Tencterorumve, gens: maiorem enim Germaniae part obtinent, propriis adhuc nationibus nominibusque discreti, qu quam in commune *Suevi* vocentur. Insigne gentis, obliqu crinem nodoque substringere. Sic Suevi a ceteris Germa sic Suevorum ingenui a servis separantur. In aliis gentil seu cognatione aliqua Suevorum, seu, quod saepe accidit, i tatione, rarum et intra iuventae spatium; apud Suevos us ad canitiem horrentem capillum retro sequuntur ac saepe ipso solo vertice ligant. Principes et ornatiorem habent. cura formae, sed innoxia. Neque enim ut ament amenturve altitudinem quandam et terrorem adituri bello compti, ut stium oculis, ornantur.

1. *de Suevis*, quae *gens*, longe maxima et bellicosissima Germ rum, sedes quidem saepe mutavit, sed centum pagos habuit et e

singula quotannis millia armatorum bellandi causa eduxit: *maiorem enim Germaniae partem*, orientalem, *obtinent*, a Danubio ad et ultra Balticum mare, intra Albim et Vistulam, quam perfluebat Viadrus, (Σούηβος Ptol. 2, 11.) et in cuius medio erant mare Balticum (*Suevicum* G. 45.) silvaque Hercynia. v. Caes. b. G. 4, 1—3. nec non 1, 37. 51. 54. 4, 7. 19. 6, 8—10. 29. (qui tamen magnae Suevorum parti sedes ad ripam septentr. Moeni, in hod. Hassia, assignavit, ubi nunquam fuere Suevi, et inde a lib. IV. *Suevos* memoravit pro Chattis; de quo v. Wilhelm. p. 98.) Strab. IV, 3, 4. IV, 6, 9. VII, 1, p. 290. 292. 294. Tac. Ann. 1, 44. 2, 26. 27. 44. 62. H. 1, 2. 3, 5. Agr. 28. G. 29. 41. 43. 45. Plin. 2, 67. 4, 28. Ptol. 2, 11. Dio 51, 22. Anchersen p. 62—127. Dilth. ad h. l. Adelung. p. 191 seq. Barth. §. 501—503. Wilhelm. p. 95—103. Reichard. p. 20. 195—199. 237. v. Wersebe p. 208 sq. et Mannert. — *propriis adhuc* (insuper; Günth.) *nationibus discreti*, a Tacito cap. 38—45. enumeratis; nam cap. 41. absolvi narrationem de Suevis, quae Passovii sententia est, haud crediderim. Contrarium potius tum ex cap. 43. 45 pr. et 45. extr. patet, tum ex eo, quod *Suevi* multis dicuntur, non modo qui proprie Chatti sunt, (v. c. Tac. Ann. 1, 44. 2, 26. 44. 12, 29. H. 1, 2. Oros. 1, 2. 6, 21. et plurimis locis Caes.) sed alii quoque populi cap. 42 et seq. memorati, praecipue Marcomanni et Quadi. Cf. Tac. Ann. 1, 44. 2, 26. 44. Plin. 4, 25. Sen. Med. 712. 713. (*Aut qui sub axe frigido succos legunt Lucis Suēvi nobiles Hercyniis*, qui Tac. G. 45. Aestyi dicuntur) Reichard. p. 20. 21. Suevorum LIV gentes esse dicit Oros. l. c. sed tres tantum nationes, Langobardos, Semnones et Anglios Ptol. Mannertus III. p. 39. (44.) contendit, Suevos nec *gentem*, nec *nationem* (v. ad cap. 2. n. 9.) unquam fuisse, exceptis iis, qui Saec. IV. p. Chr. innotuerint quique passim vagati assumpserint hoc nomen; Adelungius autem p. 191—275. omnes Germaniae populos in Suevos et Non-Suevos aut Cimbros dividit. Quae opiniones non minus improbabiles sunt, quam illa Moeseri et aliorum de singulari militarique instituto (*Heermannie*, *Heerbann*) et foedere tam Suevorum, quam priscorum Germanorum. v. ad cap. 2. n. 9. *quanquam in commune Suevi vocentur*, v. ad Ann. 1, 4, 5. et 15, 12, 2. *in communi* Par. *Suevi vocentur* aut *Suebi*, *Suavi*, *Suabi*, Gr. Σόηβοι et Σούηβοι, Germ. *Schwaben*, et quidem, ut putant, a Germ. *schweben*, vagari, aut synon. *schweifen*; (*umherschweifen*, ut Nomades significentur, quemadmodum populi, quibus fixae stabilesque fuerint sedes, appellati sint *Saxones*, propr. *Sassen*, *Satten*, *Ansässige*, *Sitzende*, et *Franci*, *Freie*, *Freibeuter*; cf. ad cap. 6. n. 3. Wilhelm. p. 171. et verba Caes. b. G. 4, 1. Suevis *non longius anno remanere uno in loco incolendi causa licet*) a *Schweif*, cauda capillari; (sed v. nota 2.) a *Suevo* monte; (Plin. 4, 13.) a *Shweif*, extremitate et *sweifan*, cessare, desinere, finire; (ut denotentur extremi Germaniae incolae in orientem et septentrionem, ad Sarmatiam et mare versus; cf. cap. 45.) a Goth. *swes*, peculio; a *See*, Oceano, mari, Ulphil. *Saiws*, Ottfr. *Sewe*, *Seve*, Suec. *Sjoe*, Goth. *Sui*. Cf. Anchersen p. 78 seq. Barth. §. 75. 501—503. Adelung. p. 193—196. Sprengel p. 53. Wilhelm. p. 101. 102. Reichard. p. 18—20. — *ut Chattorum Tencterorumve*, de quibus v. cap. 29—32. *Thencterorumve* ed. pr. *Teneterorumve* Par. — *adhuc*, v. ad Ann. 1, 17, 3.

2. *Insigne gentis*, *obliquare crinem nodoque substringere*, ut paulo post *horrentem capillum retro sequi atque in ipso vertice ligare*: non crispare aut calamistrare, sed torquere et nectere, ut e crinibus nodus fiat; *Long.* Flectere crinem, vel non pati eum in rectum descendere, sed reducere in posteriorem verticem et obliquare; *Lips.* In circulos, qui in obliquum se tollunt, flectere crinem et sub finem, in summo

turriculae crinitae, *nodo substringere*, subnectere; *Bred.* „*Obliquant crinem et nodo substringunt*, quia nodo aliter substringere nequeunt, nisi obliquatum ac tortum. Ideo *obliquandi* crinis meminit, ut ostenderet ex ipso crine nodum eos facere, non alio vinculo nodare. Nam vinculo aut taenia potest nodari ac religari crinis etiam rectus et in rectum descendens. At ex ipso* crine nodum facere non datur nisi obliquato et torto. Nodo substringendi crinis morem, non etiam flectendi aut ferro calido rotandi, Germanis auctores passim tribuunt. Sed perperam h. l. capiunt de crine calamistris vibrato. Nec altera melior interpretatio ut crinem non in rectum passi sint descendere, sed reduxerint in posteriorem verticem et obliquaverint." *Salmas.* ad Solin. p. 762. al. 535 Optime autem haec verba exposuit Becker in Seebodii nova bibl. crit. a. 1825. p. 212. 213. et quidem ita: „*Insigne* et mos *gentis*, Suevorum, est *crinem* non submittere, quae naturalis eius forma est, sed *obliquare*, sursum et retro mulcere, (*verkehrt oder in der entgegengesetzten Richtung hinauf zu streichen*) *nodoque substringere* in vertice. *In aliis gentibus* hic mos *rarus* est et iuvenibus tantum, *apud Suevos* etiam senibus, qui ca*pillos*, non densos et fluentes, sed singulos et raros, in temporibus et occipitio hic ibi sparsos, nec pondere crinium depressos, (sed *horrentes* Germ. *struppichte*) *retro sequuntur*, operose et curiose collectos retro mulcent pectine, (quod graphice dictum) *ac saepe ligant in vertice solo*, nudo glabro, calvo, crinibus nudato. (Ita terrae, rupes, agri, loca dicuntur *sola*, solitaria, deserta, vasta.) *Ea cura formae* ipsis quoque senibus est *sed innoxia*, non ex vanitatis et decoris studio profecta, ut puellis placeant, sed ut calvitiem obtegant verticis et sibi formam iuvenilem hostibusque terribilem induant." Bene: sed *retro sequi* insolenter dictum non ut *argentum magis quam aurum sequi* c. 5. *pilo sequi* H. 4, 29. sim. Ceterum ille crinium *nodus* insigne etiam *aliarum gentium*, Sygambrorum aliorumque Germanorum, ut Silurum (Agr. 11.) et etiam nunc puellarum, maxime rusticarum, in variis Germaniae provinciis diciturque Gr. ἐπανάστασις τριχῶν, κρώβυλος in viris, in feminis κόρυμβος, σκόρπιος in pueris, κέρατα, Rom. *tutulus*, *strues* et *nodi capillorum cornua*, *cirri*, *turritum caput*, crines in vertice capitis metae aut turris instar convoluti, Germ. *Haar-Wulst*, *Schopf*, *Büschel*, *Knoten*, ne Haar-*Schweif*, a quo *Suevi* putantur dicti. Cf. intpp. Iuvenal. 6, 50 13, 165. Martial. 5, 38. et de spect. 3, 9. Smetii antiq. Neomag. ad 70. (ubi XII Sygambrorum capita crinibus in nodum tortis express Diodor. 5, 28. Sen. ep. 126. et de ira 3, 26. Wagner in Seebod. bibl. crit. a. 1823. p. 798. Boettigeri Sabina p. 64. 108. 114. 127. 135—1 143. 144. ed. pr. *obligare crinem* MS. Humm.

3. *sic Suevorum ingenui a servis separantur*, hoc insigni distinguuntur Servi eorum videntur tonsi fuisse, aut ita decurtati, ut *obliquare crinem nod. substr.* non potuerint; *Brot.* Apud Francos plebi *incisam fuisse caesariem* Gregor. Turon. 3, 8. testatur, et legibus Burgund. 6, 4. servus fugitivus prohibetur *capillum facere*, haud obscuro indicio, servos apud Germanos tonso capite distinctos fuisse ab ingenuis; *Dithm.* Cf. Pfiesser 1, 4. — *In aliis gentibus:* in edd. Rhen. 1. 2. 3. *Sic in aliis* vitio operarum, quod tamen in omnes edd. ante Pich. transiit. *Si aliis g.* coni. Acid. — *quod saepe accidit* omnes paene MSS. et edd. Vat. 1518. et quibusdam edd. *saepe* casu omissum; *Ern.* et *Pass.* N tam casu, quam quia ei contrarium esse videbatur *rarum*, quod tam non est; *Dilth.* Eadem vox paulo post repetitur.

4. *apud Suevos usque ad canitiem horrentem capillum retro sequuntur* (*secuntur* c. Tur. ed. pr. Pogg.) *ac saepe in ipso solo vertice ligant*; ver explicatu difficillima, de quorum vero sensu v. not. 2. Passovius exp nit: „Solent capillum a tergo demittere: (proprie ei indulgere, h.

alere comam eaque promittenda gaudere, ut Ann. 3, 69. *sequi adulationem longius*) nonnulli colligunt quoque crines eosque in vertice religant; quod cultum quendam exquisitiorem prodit." Sed *sequi otium, amicitiam, amoenitatem, commodum, spem, officium, rationem, adulationem* recte quidem et tropice dici pro indulgere, affectare, Germ. *nachgehen*, non *capillos sequi*, iam monuit Dilth. Inversa metaphora, quae inest in verbo *promittere* barbam vel crines, capillum nunquam detonsum et semper crescentem vel, ut ita dixerim, progredientem *sequi*, usque eo quoad crescat, dicere ausus est; *Orell.* Hanc explicationem amplexus est Hess. et verba Taciti lucem accipere dicit e Suet. Caes. 45. *deficientem capillum revocare e vertice assueverat*, et Sen. de brev. vit. 12. *dum aut disiecta coma restituitur, aut deficiens hinc atque illinc in frontem compellitur*. Sed ap. Suet. legitur contrarium, et ibi cf. Brem. et Wolf. — Plerique intpp. pro *retro sequuntur* vel *retrorsum* vel *retrosequus* s. *retrosecus* vel *retrorsum torquent* vel *retro vertunt* aliudve substituendum, et *ipso* aut *solo* spurium esse putant. Et sane *in solo vertice* MSS. Vat. 1862. et Long. ed. Nor. Rom. Oberl. Seeb. Bekk. Lün. *in ipso* c. MSS. Vat. 2964. et Stuttg. (quod unice verum esse contendit Seeb. in Bibl. crit. a. 1819. p. 301. 302.) ed. *Dithm.* et *Bip. solo in vertice* Par. Sed *in ipso solo v.* (Germ. *gerade und nur auf dem Scheitel*) cod. Humm. et Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Vien. Rhen. 1. 2. 3. Ern. Long. Bred. quod probant Pass. Orell. Dilth. Hess. quia alterutro omisso langueat oratio et non modo *αὐτός* dicatur pro *μόνος*, sed utrumque etiam tam a Romanis, (v. O. 5. et Cic. Verr. 1, 2.) quam a Graecis nonnunquam coniungantur. v. Pass. et Hess. ad h. l. inpr. Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 303. Deinde *ligant* Vat. 1518. 4498. ed. pr. Put. Ber. Rhag. Günth. Hess. *religant* Par. Rhen. 1. in marg. Ern. Long. Bip. al. *religatur* c. Vat. 1862. 2964. et Long. ed. Nor. Rom.

5. *Principes* (v. ad c. 11. n. 1.) *et ornatiorem habent* capillum. *et* Germ. *auch wohl; Günth. ornatorem* coni. Freinsh. servum ornandi capilli peritum. Priscis tamen Germanis non minus quam Romanis fuisse ornatores, cosmetas, ciniflones s. cinerarios, vix crediderim, quanquam verba seqq. id suadere censeat Oberl. Cf. ad c. 25. n. 2. et intpp. Iuvenal. 6, 477. 490—507.

6. *Ea cura formae, sed innoxia: neque enim ut ament — ornantur*, cf. nota 2. Hoc unum formae adhibent lenocinium, sed innocens: haudquaquam enim, ut vel suam eo pudicitiam prostituant, vel alienae insidias struant, sed ut staturae aliquid adiiciant et terrorem sui augeant hostiumque oculis formidabiliores occurrant, tum maxime *comuntur* et *ornantur*, quum in aciem ituri sunt: *ut hostium oculis ornantur*, tanquam hostibus approbaturi terrificam speciem; *J. Fr. Gron. innoxiae* omnes MSS. et edd. *innoxia* corr. Gron. Ob. Bred. al. Refragatur Passovius, qui haec annotavit: „*Formam* ipsam, cui exquisitiorem hanc adhibebant curam, iure dixit *innoxiam*, quippe quae nihil noceret morum integritati et sanctitati: hostium enim oculis terrorem incussuri comebantur. Alterum misere languet." Sed epitheton minus formae convenit, quam curae eius. — *neque enim, ut ament amenturve*, (ut placeant) sed *in altitudinem quandam* (cf. Iuvenal. 6, 503 sq.) *et terrorem compti ut hostium oculis ornantur*, cf. ad c. 43. n. 16. ad Ann. 2, 6, 1. et ad Agr. 35. Hac distinctione admissa satis lucent verba, neque opus erit eorum vel transpositione vel emendatione. *in altitudinem et terrorem* ἓν διὰ δυοῖν pro: in altitudinem terribilem vel in altam et terrificam speciem. Cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin. armentur* pro *ornantur* MS. Bamb. *armantur* MSS. Vat. 1862. et Long. ed. Nor. Rom. Par. Hoc arrisit Longolio, illud Lipsio. *adituri — ornantur* sine distinct. ed. pr. non improb. Hess.

CAPUT XXXIX.

Vetustissimos se nobilissimosque Suevorum. Semnones me-
morant. Fides antiquitatis religione firmatur. Stato tempore ir
silvam, auguriis patrum et prisca formidine sacram, omnes eius
dem sanguinis populi legationibus coeunt, caesoque publice ho
mine celebrant barbari ritus horrenda primordia. Est et ali
luco reverentia. Nemo nisi vinculo ligatus ingreditur, ut mino
et potestatem numinis prae se ferens. Si forte prolapsus est
attolli et insurgere haud licitum: per humum evolvuntur; eo
que omnis superstitio respicit, tanquam inde initia gentis, ib
regnator omnium deus, cetera subiecta atque parentia. Adiici
auctoritatem fortuna Semnonum. Centum pagis habitatur ma
gnoque corpore efficitur, ut se Suevorum caput credant.

1. *Vetustissimos se nobilissimosque Suevorum memorant Semnones*, ι
τῶν Σοήβων μέγα ἔθνος, Σέμνωνες Strab. 7, 1, 3. p. 290. *τὸ τῶν Συήβα*
τῶν Σεμνόνων, οἵτινες διήκουσι μετὰ τὸν Ἄλβιν ἀπὸ τοῦ εἰρημένου μέρους πρ
ἀνατολὰς, μέχρι τοῦ Συήβου ποταμοῦ (qui Viadrus s. Odera est, ut *Οὐΐαδο*
Viadus, hod. Wipper, non, quae est sententia Mannerti et Wilhelmi]
78. 79. Varna eiusque ostium prope Rostochium, de quo v. Reichard.]
195—200.) Ptol. 2, 11. intra Albim et Viadrum, ubi nunc terrae Megalop
litanae et Brandenburgenses, nec non pars Saxoniae, Bohemiae, Marchia
Lusatiae, Silesiae, Poloniae, in quibus *Semlin, Semmeley, Senske, Senkig, Sen*
ten, Semana silva nominis originem servare videntur. v. Reichard. p. 59-
61. Romanis primum innotuere in expeditionibus Tiberii (Vellei. 2, 10
107.) et bellis adversus Arminium gestis, ad quem Cheruscorum duce
una cum Langobardis e regno Marobodui defecerant; (Tac. Ann. 2, 4
46. Strab. et Vell. ll. ll.) deinde temporibus Domitiani, quibus Masyu
rex eorum, et Ganna fatidica Romam venerunt, (Dio 67, 5.) tande
regnante Antonino Philos., (Dio 71, 20.) ex quo nulla eorum ment
fit in historia; unde Mannertus colligit, Semnonum nomen, ut Suev
rum, commune, si non omnibus, certe multis fuisse Germanis. Sed
Duk. ad Flor. 4, 12, 4. Spener T. I. p. 90. Adelung. p. 215—217. Bart
§. 504. Wilhelm. p. 238—244. Longol. ad h. l. et de Hermundu
diss. 21. et 26. *Vetustissimos* contra vulgarem vocabuli usum cum lau
dictum; *Günth. Vetust. seu nobilissimos* MS. Humm. *Semones* Nor.
deinde *Semonum* Nor. et Par. *Senones* Put. Mon. Vien. (in quibus tam
paulo post *Sennonum* legitur) et Vell. 2, 106. quod multi probant, qu
Senonibus Gallis cognati fuerint, aut ita dicti a *Senne* s. *Sene*, cop
concione.

2. *Fides antiquitatis religione firmatur*, ut credamus, gentem an
quam esse, etiam religionis ratio suadet; *Ern.*

3. *Stato tempore in silvam — sacram*, cf. ad c. 9. n. 7. et Geba
p. 830 sq. Hanc Semnonum *silvam sacram* Rudbec. Atlant. c. 24. fui
putat iuxta Upsaliam, sed Wilhelm. p. 50. in interiori Germania tr
Albim et quidem in densis saltibus, *Sonnewalde* et *Finsterwalde*, in
Elsterum et Spream fluvios. Cf. Leutsch. p. 363 sq. et Reichard. p. 2
sq. 231—233. Hic dicit, multas eiusmodi silvas in terris septentr. G
maniae esse et *silvam* h. l. fortasse diversam a *luco*, hunc vero h
Hünenbette, non longe a Berolino ad Stolzenhagam et lacus Wand
tzios. *Stato* Nor. Par. Rhen. 2. 3. et deinceps omnes. *Statuto* c. T
ed. pr. Put. Pogg. Mon. Vien. Cf. ad Ann. 12, 13, 2.

4. *auguriis patrum et prisca formidine sacram*, hexameter, queu
Virg. Aen. VII, 172. 608. ductum adscriptumque in margine in text

venisse putabat Ern., insititia saltem verba esse *auguriis patrum et prisca formidine*. Et sane *orationis vitium est numerus, qui Gr. ῥυθμὸς vocatur*, iudice Cic. Orat. 20. et 56. Sed Passovius haec annotavit: „Taciti ingenium a numeris sane poeticis minime abhorruisse, abunde docet initium statim Annalium. Plures et integros versus et versuum partes particulasque ex omnibus historici libris diligenter congessit Jo. Bambanius in Fabricii Bibl. Lat. lib. 2. c. 21. T. II. p. 389. ed. Ern. ex ipso Cicerone, Sallustio, Livio, Catone Muret. ad Cic. Cat. 1, 1. Barth. Advers. 11, 16. Cort. ad Sallust. Catil. 19, 5. Notissima sunt verba Demosth. de cor. 47.

τὸν γὰρ ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον, δι' ὃν εἰς Ἐλάτειαν
ἦλθε Φίλιππος —

Plura vide ap. Longin. prol. ad Hephaest. man. p. 138. ed. Gaisford. et ap. Taylorum ad Demosth. in Neaer. p. 1008. ed. Reisk." Cf. ad Ann. 1, 1, 1. Nolten. in Lex. v. *Versus*, Pott. ad epist. Jac. 1, 17. et Hermanni diss. de differ. prosae et poet. orat. II. p. 9 sq. in Opusc. T. I. p. 124. „Versus duos, quos nemo adhuc animadverterat, e Tac. G. 18. n. 9. et c. 32. n. 3. attulit Matthias in Paedag. u. Literar. Mittheil. Fasc. 3. p. 82 sq. e Cic. Liv. et Cat. Muretus ad Cic. Cat. 1, 1. ex Isocr. Gaddius de scriptor. non eccles. I, 264." *Hess.* Multos etiam ipse Fabricius l. l. memoravit; quos vero recte, non perperam, enotavit Bambanius, v. in Ind. III. v. *Versus hexametri*. — *auguriis*, consecratione; *Ern.* Accipe potius sensu vulgari Romano; *Long.* Cf. ad cap. 10. n. 1. — *patrum*, maiorum. „Hunc usum loquendi poetis solis vindicat Ern. in clav. Cic. sed v. Liv. 8, 5. 22, 60. 39, 42. Duker. de latin. Ict. p. 213—219. ed. Trai." *Hess.* — *formidine*, δεισιδαιμονίᾳ, religione. Cf. ad cap. 9. n. 7. *patrium* et *sacrum* ed. Nor. et Rom. *sacra* ed. Vien.

5. *omnes eiusdem sanguinis populi legationibus* missis *coeunt*, sublimiore dicendi genere pro: omnium populorum e. s. legationes coeunt; *Günth.* *Omnes e. s. p.* Suevi, saltem Semnones incolae *centum pagorum*, quorum deinde mentio fit. *omnis* c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Vien. *eiusdemque* Vat. 1862. 2964. ed. Nor. *omnis eiusdemque* Par. *nominis eiusdemque sang.* MS. Arund. *coeunt* ed. Nor. Rhen. 2. 3. et rec. *cohaerent* c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Rhag. Mon. Vien. Rhen. 1. (sed in marg. *coeunt*) et min.

6. *caesoque publice homine* cet. v. ad cap. 9. n. 3. et ad Ann. 4, 34, 1. *publice*, publica auctoritate; *Günth.* — *celebrant barbari ritus horrenda primordia*, ut initia, μυστήρια, *Ern.* *Primordia* sacra, quae propter primordia s. originem gentis celebrantur Deo, a quo genus se ducere existimabant; *Altenb.* Sed v. ad cap. 9. n. 5. *horrentia* Vat. 2964. et ed. Nor. *brotentia* ed. Rom.

7. *ut minor* et servus numinis. *Minor* sc. viribus, inferior, subiectus, parens, ἥττων, ut c. 36. ubi opp. *superiores; Long.* Cf. ad Ann. 5, 16, 2. 15, 20, 1. 16, 8, 3. quosque Günth. laudavit, Hor. epist. 1, 9, 35. (*minor in certamine longo*) et Ruhnk. Praef. ad Schelleri Lex. *minorem* coni. Crus. — *potestatem* cum modestia quadam dictum; *Günth.* *provolapsus est* ed. Nor. Rhen. 1. 2. 3. et min. ut cet. praeter Pass. *prolapsus* c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Vien. Pass.

8. *per humum evolvuntur*, ἐκκυλίνδονται, se evolvunt, ut *advolvi* (v. ad.) potestate verbi medii, non passivi; *Orell.* Tantum *per humum* sese volvere licitum; *Günth.* *per humanum* Put. 2. non. 1.

9. *tanquam initia gentis inde*, ex hoc luco. Ex *humo*, terra; *J. H. L. Ern.* Cf. cap. 40. et ad cap. 2. n. 1. et 6. — *ibi regnator* (v. ad Ann. . 21, 4.) *omnium Deus, cetera subiecta atque parentia* ei. Sibi; *Long.* Cf. Moeser I. p. 55.

10. *Adiicit* sc. isti superstitioni, fidem eius auget. *Adiicere* etiam absolute dicitur pro *augere; Günth.* *Adducit* (affert, dat *fortuna Semno-*

num auctoritatem eorum inter Suevorum nationes, nec non *fidei antiquitatis*, de qua v. princ. cap.) fortasse restituendum e c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Vien. Rhen. min. Cf. Ephem. lit. Jen. a. 1825. p. 268 *Adicit* Nor. *Adiciit* Rom. *Adiicit* Par. Rhen. 1. 2. 3. et rec. omnes *auctorem* pro *auctoritatem* c. Tur. ed. pr. Put. et Man.

11. *Centum pagis habitatur*, v. ad cap. 2. n. 9. et ad cap. 12. n. 9 *habitatur* ed. Rhen. 2. 3. et al. ut ap. Liv. 2, 62. et 9, 28. ubi v. Drak *habiantur* ed. pr. *habitantur* cod. Tur. edd. vet. usque ad Rhen. 1. e min. a Pich. ad Bip. quod probant Lŏngol. Hack. et Walther, ut *Semnones* metonymice dicti sint pro eorum terra s. civitate et pro spatio quod occupetur a centum pagis. Cf. Ind. III. v. *Metonymia*. Ernesti legendum putabat *C. pagi habitantur*, aut potius *C. pagis habitant*. Posterius recepere Pass. Seeb. Dilth. Hess. Günth. Walch. *centum pagi ii habitantur* (ut c. 16.) coni. Brot. *Semnonum centum pagis habitantium* dedere Bip. Ob. Bekk. Lün. al. ut post *habitantiu* exciderit litera *m* quae illud excipit. Sed Tacitus sequitur abruptius genus scribendi; *Hess* Idem haec annotavit: Quum Caesar b. G. 1, 37. 4, 1. Suevorum, Tacitus Semnonum *centum pagos* fuisse narret, aut alteruter lapsus est, au utriusque narratio potius e fama incerta, quam ex auctoritate, quae fid digna esset, originem traxit.

12. *magnoque corpore* civitatis, (Germ. *Staatskörper*) ut H. 4, 6 pr. Liv. 26, 16. 34, 8. 38, 9. 34. Iustin. 5, 10, 11. h. e. magnitudin corporis, rei publicae communis. Quia *magnum corpus* i. e. magna civitas sunt, credunt, se Suevorum principes esse; *Gesner*. Thes. T. I p. 258. Monius T. II. p. 23. perperam interpretatus est *ihrer grossen Leiber wegen; Hess*. *magnoque corpore* Vat. 1518. 1862. omnesque edd *magnoque tempore* Vat. 2964. et 4498. *m. numero* c. Humm.

CAPUT XL.

Contra Langobardos paucitas nobilitat. Plurimis ac valentissimis nationibus cincti non per obsequium, sed proeliis et periclitando tuti sunt. Reudigni deinde et Aviones et Anglii et Varini et Eudoses et Suardones et Nuithones fluminibus aut silvis muniuntur, nec quicquam notabile in singulis, nisi quod in commune Hertham, id est Terram matrem, colunt eamque intervenire rebus hominum, invehi populis arbitrantur. Est in insula Oceani castum nemus dicatumque in eo vehiculum veste contectum. Attingere uni sacerdoti concessum. Is adesse penetrali deam intelligit vectamque bubus feminis multa cum veneratione prosequitur. Laeti tunc dies, festa loca quaecunque adventu hospitioque dignatur. Non bella ineunt non arma sumunt; clausum omne ferrum. Pax et quies tunc tantum nota, tunc tantum amata, donec idem sacerdos satiatam conversatione mortalium deam templo reddat. Mox vehiculum et vestes et, si credere velis, numen ipsum secreto lacu abluitur. Servi ministrant, quos statim idem lacus haurit. Arcanus hinc terror sanctaque ignorantia, quid sit illud, quod tantum perituri vident.

1. *Langobardi*, Λαγγόβαρδοι, Λογγίβαρδοι Ptol. 2, 11. Λαγγόβαρδοι Λογγίβαρδαι, Λογγόβαρδοι Procop. Λαγκόσαργοι Strab. VII, 1, 3. Nomen suum accepisse videntur non a *lang*, longo, et *baren*, clamare, aut *barten*, pugna

neque a *Langbardr*, nomine Wodani ap. Paul. Diac., (ita Mone T. II. p. 193.) neque a longa barba, *langem Bart*, *Langbärtige*, (*ab intactae ferro barbae longitudine*, Paul. Diac. de gestis Langob., popularium suorum, 1, 8.) neque a longis lanceis, bipennibus, *lange Barten*, *Hellebarten*, (*Λογχόφοροι*, Lancearii, v. Moeser. I. p. 37. 38. et ad c. 6. n. 13.) sed a primis sedibus, a longo fertilis soli tractu. *Boerde* pagus, *Borda* domus, *Bordo* et *Bordaria* praedium rusticum fertilisque planicies, praecipue ad fluminis ripam, *Bord*, marginem. Hinc etiam nunc *die lange Boerde* inter Halam et Magdeburgum, et *Bornhök*, i. e. *Bardenhügel*, ingens ille tumulus sepulcralis Langobardorum inter Lipsiam Halamque. Sedes suas saepius mutarunt, primasque habuerunt non in Dania, (v. Saxo Gramm.) et Scandia, (ex qua eos a. 380. p. Chr. n., Iborea et Aione ducibus, in Scoringiam, Moringiam et Rugilandiam transiisse tradunt Ol. Rudbeck. Atlant. c. 25. Paul. Diac. I, 2. 3. 8. et Euseb. Chron. II.) posteriores vero ad sinistram et occident. ripam Albis inferioris in Marchia ant., inter Magdeburgum, Luneburgum Hamburgumque, ubi hodie *Bardewik* opp. et tractus ille, qui medio aevo *Bardungo* s. *Bardingau pagus* (Bardengau) dictus est et in quo devicti sunt a Tiberio. v. Strab. et Ptol. ll. ll. Vellei. 2, 106. Struvii Notit. Suev. Ant. p. 11. Coerciti primum a Tiberio et ultra Albim submoti, (*fracti Langobardi, gens etiam Germana feritate ferocior*, Vell. 2, 106. Suet. Oct. 21. Strab. l. c.) in secretiora deinde Germaniae (Tac. G. 41.) et fines Semnonum progressi, una cum his a Maroboduo, in cuius ditione erant, ad Arminium defecere, (Tac. Ann. 2, 45. 46. 11, 17.) et Italicum, Cheruscorum regem, a suis pulsum, adiuvarunt; (Tac. Ann. 11, 16. 17.) sed bello Marcomanico, Danubium transgressi, a Vindice et Candido victi sunt. Postea Cheruscis subactis ab Albi ad Rhenum fines imperii protulisse et primum a. 389. p. Chr. n. sub auspiciis Agilmundi regis res praeclare gessisse, deinde Saec. V. partem Hungariae superioris ad ripam septentr. Danubii, et Saec. VI. Audoino duce et Danubio iterum traiecto Pannoniam occupasse videntur. (Procop. b. G. II, 15. IV. Paul. Diac. 1, 22.) Deinde acciti a Narsete et ab Alboino trans Alpes ducti a. 568. p. Chr. n. condiderunt in Italia super. regnum Langobardicum, (*Lombardey*) quod Carolus M. a. 774. p. Chr. expugnavit capto Desiderio, ultimo rege. (v. Paul. Diac. 2, 5. Eginhard. c. 6.) *Burgundiones* hic omisit Tacitus, quod tunc sane parva fuerit eorum civitas. Postea cum Langobardis Decumates agros limitemque Rom. insedere. Inde in Galliam erupere et terras occupavere de eorum nomine adhuc dictas. Langobardorum Burgundionumque leges collegit Lindenbrogius." *Brot.* Cf. Longol. de Hermund. diss. 22. Adelung. p. 212. 213. Christii comm. de reb. Longob. Lips. 1730. et orig. Longob. Hal. 1728. Moeser T. I. p. 38. Reichard. p. 66—71. Mannert. III. p. 170 seq. Barth. §. 505. Wilhelm. p. 281 — 286. *Langobardos* et *Langobardis* MSS. Humm. Long. et Farn. plurimaeque edd. *Longobardos* Vat. 1518. 4498. *Largobardos* Vat. 1862. 2964. et ed. Nor. *Longobardis paucitas nobilitasque. Plurimis* cet. ed. Put. Rhag. Rhen. min. Frob. Long. et Hess. *Longobardis paucitas: nobilitas. Pl.* Par. *Longobardis paucitas*, *nobilitas. Pl.* c. Tur. ed. pr. (sed sine distinct.) Pogg. Rhen. 1. *Longobardis paucis nobilitasque. Pl.* Mon. *Langobardos paucitas, nobilitas. Plurimis* cet. cod. Long. ed. Nor. (sed *Largobardos*) Rom. *Langobardis paucitas nobilitasque, quod plurimis* ed. Vien. Rhen. 2. 3. *Langobardos paucitas nobilitat, quod plurimis* cet. MS. Farn. ed. Gron. Bred. Pass. al. *Langobardos paucitas nobilitat. Plurimis* cet. MS. Humm. ed. Lips. Ern. Brot. Bip. Ob. al. „*Quod* bene habet; transitioni servit. Nobilitas eorum in eo conspicitur, quod, quamvis numero pauci, tamen inter validissimas nationes fortitudine tuti degant; cuius

usus exempla v. ap. Ern. clav. Cic. p. 700 seq." *Passov.* Sed abest *quod* ab omnibus paene MSS. et edd. vet. glossamque redolet: nam Tacitus abruptum scribendi genus amat et rationem eorum, quae dixerat, adiicere solet, omissis *quod, quia* al.

2. *Plurimis ac valentissimis nationibus cincti,* Cheruscis, Marcomanis, Semnonibus, Hermunduris, Chaucis, Marsis, *non per obsequium* nationum vicinarum, quibus imperent, *sed proeliis et periclitando,* periculis, proeliis dubiis et ancipitibus, *tuti sunt.* „Satis multa sane h. l. Hyperbata: (v. ad Ann. 1, 7, 8.) et obiter animadvertendum, quid differat inter dictiones *a plurimis cincti* et solo ablativo *plurimis cincti.*" *Günth. proeliis et periclitando* per ἓν διὰ δυοῖν dictum pro *proeliis periclitando; Roth.* p. 54. Cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin.* *ac periclit.* ed. Nor. et Par.

3. *Reudigni et Aviones et Anglii et Varini et Eudoses et Suardones et Nuithones;* Bredovius haec annotavit: „Ubinam hi populi habitarint nescimus, et mutationes nominum, ut nominibus notis conveniant, arbitrariae et irritae sunt. Quum vero *Angliorum* sedes circa ostia Albis fuerunt, unde Saec. V. cum Saxonibus vicinis in Britanniam traiecerunt, quum *Varini* ad Varnam fluvium in tractu Megalopolitano habitasse videntur, (v. Ptol. 2, 11.) coniicere licet, ceteros in eadem fere regione inter Albim et Viadrum, in Brandenburgia, sedes suas habuisse, et *Nuithones* fortasse circa *Nutham,* amnem Servestae." Sed h[...] omnes fuere potius populi Σαξόνων Ptol. 2, 11. sedesque eorum communes, ad dextram Albis ripam, in Holsatia et ducatu Slesvicensi, quo[d] Reichard. p. 43 seq. recte collegit ex nominibus illorum, ex repetition[e] simpl. copulae, ex cap. 41 pr. (ubi *porrigitur* ad paeninsulam refer[t]) et ex eo quod *fluminibus aut silvis muniuntur Terramque matrem in commune coluerunt in insula Oceani. Saxones* quidem ante Saec. II. a sol[o] Ptol. 2, 11. nec nisi post a. Chr. 286. ab aliis, et quidem ut praedon[es] ac piratae, memorantur. Cf. Claudian. in Eutrop. 1, 392. in epitha[l.] Pall. et Cel. 89. et laud. Stilic. 2, 255. Eutrop. 9, 13. Oros. 7, 2[...] Zosim. 3, 1. Ammian. 26, 4. 27, 8. 28, 2. Julian. orat. p. 34. Symm[ach.] ep. 2, 46. Sidon. 7, 90. 369. Marcian. Heracl. p. 53. Geogr. Raven. [...] 17. 18. 23. Adelung. p. 265—267. Wilhelm. p. 168—172. v. Wersel[...] p. 131 sq. Non tamen audiendi, qui propterea nomen Σαξόνων Ptol. [...] 11. corruptum esse aut eo *Fosos* (cap. 36.) significari arbitrantur, [...] Adelung. Cluver. Spener. al. Cimbros fuisse illos et in Holsatiam i[m]migrasse suspicatur Wilhelmus. De nomine *Saxonum* v. ad cap. 6. n. [...] ad cap. 38. n. 1. et ad H. 4, 15, 1. — *Reudigni* fortasse superstites [...] *Rathenau* Marchiae; *Long.* A finibus ducatus Lauenb. ad ostia Havela[e] *Wilh.* p. 287. Immo sedes eorum, ubi nunc *Rendsburgum, Rayenstor[p]* *Raystorp, Rade, Rethwisch, Ridders; Reichard.* p. 44. Cf. Eccard. [...] T. I. p. 3. *Reudigni* Vat. 1518. 4498. omnesque edd. praeter Nor. *Ve[u]digni* Vat. 2964. et ed. Nor. *Veusdigni* Vat. 1862. *Reudingi, Heidin[gi]* *Deuringi, Theuringi, Thoringi, Thuringi* coni. Cluver. 3, 27. Struv. p. [...] Leibnit., Eccard. Steffens al. Cf. ad cap. 2. n. 8. Spener. II. p. 33 se[q.] Buchholz I. p. 93. Adelung. p. 223. 224. Sprengel. p. 87. 88. 1[...] Barth. T. II. p. 180. Wilhelm. p. 286 seq. qui *Reudingos* dictos putant [a] *Rieth, Ried,* palude, et *ing,* incola, sed *Thuringos* a *Thor, Dur, Ta[...]* *Thaur,* monte. — *Aviones* Germ. dici putant *Awohner* s. *Auwohner,* [in]colas fluviorum, ab *A, Aa, Ah,* flumen, rivus, unde *Aue* pratum viri[dans] prope fluvium; et eorum sedes quoque in Holsatia ad fl. *Awe* s. *Au* fuisse suspicantur Gatterer et Reichard. p. 44. sed in duc. Luneburg. [...] quo etiam nunc *Aue* et *Ilmenau*) Eccard. l. l. Adelung. p. 223. et [...] Albim in duc. Lauenburg. et Megalopolit. Wilhelm. p. 287. 288. Di[...] postea *Hevelli,* (v. Krus. tab. geogr. Germ.) iidemque fortasse *Cario[...]*

et *Chaibones* in Mamertini pan. in Const. c. 2. 6. et in genethl. Maximin. Aug. dicto c. 5. 6. 7. *Aviones* fortasse ad Havelam, *Varini* ad Warnam, *Eudosi* ad Dossam, *Suardones* ad Schwartam, *Nuithones* ad Nutham s. Nottam fl. habitarunt; *Leutsch.* p. 366. — *Anglii* MSS. Tur. Vat. 1518. 4498. et Groslot. ed. pr. Put. Nor. Pogg. Mon. Vien. Par. Rhen. 1. et min. Pass. Hess. *Angli* ed. Rhen. 2. 3. et rec. tum ante, tum post Pass. Ἄγγειλοι Ptol. 2, 11. Ἄγγιλοι Procop. 4, 20. sic dicti a Suec. *Aeng*, planitie ad mare, (v. cap. 2. n. 7.) ad dextram primum s. orient. ripam Albis in terris Megalopolit., deinde ad sinistram aut occident. in duc. Magdeburg., ubi sedes a Langobardis relictas occupasse videntur; (v. Ptol. 2, 11.) quo facto alii in Thuringiam, alii in Chersonesum Cimbricam et quidem in hod. ducatum Slesvicensem, (ubi etiam nunc *Anglia*, Angeln, inter Slesvicum et Flensburgum) inde vero a. 449. p. Chr. n. cum Saxonibus, Hengisto et Horsa ducibus, a Vortigerio rege invitati, in Britanniam (*Angliam*) transierunt. Cf. Ethelwerdus Saxo hist., Beda hist. eccl. Angl. 1, 13. Cluver. p. 605. Haus II. p. 201. Spener. p. 39. 40. Forster Entdeck. im Norden p. 96. Adelung. p 224 seq. Mannert. III. p. 294. Wilhelm. p. 279—281. *Anglos* tamen Taciti diversos fuisse ab *Angilis* Ptol. horumque sedes ab ostio Havelae usque ad opp. hod. *Anclam*, quod olim dictum Tanklim, Tangklim et Anglem, contendit Reichard. p. 45. et 58. Insigne antiquitatis German. monumentum est *lex Angliorum et Werinorum* (Varinorum) *et Thuringorum*, Caroli M. iussu scripta et a Lindenbr. vulgata; duo vero pagi Thuringorum dicti sunt *Angelagowe* s. *Engelagowe* in Thuringia septentr. et *Weringowe* s. *Weringau* ad Werrae ripas. — *Varini*, modo memorati, *Guarni* in Cassiodori Var. III. epist. 3. Φαροδηνοί aut Φαροδεινοί inter Chalusum et Suebum fluvios, (Trave et Warnow, Warnau, Warne) Ptol. 2, 11. (cf. ad cap. 39. n. 1.) Οὐάρνοι ad oram Baltici maris, (Procop. 2, 15. 3, 35. 4, 20.) e quibus alii in Thuringiam, (ubi Werra fl.) alii ad Albis ripas, (Οὐϊρουνοι Ptol. 2, 11.) alii denique ad Rhenum (*Vindili*, *quorum pars Burgundiones*, *Varini*, *Carini*, *Guttones* Plin. 4, 14. s. 28. cf. sup. ad cap. 2. n. 7.) progressi ibique a Francorum regibus devicti sunt. (Procop. et Cassiod. ll. ll.) Cf. Gatterer p. 769. Cluver. p. 603—607. Spener p. 148—150. Anchersen p. 136—138. Wilhelm. p. 275—278. v. Wersebe p. 280. et Mannert. III. p. 333. Sed probabiliores coniecturae Reichardi p. 45. 55. 73. 193—199. ubi suspicatur, *Varinos* Taciti habitasse cum aliis Saxonum populis in Holsatia, cuius pars septentr. Wagria, *Varinos* Plinii et fortasse *Pharodenos* Ptol. in terris Megalopol. et Pommeranicis, in quibus Suerinum, Warin, Waren ad lacum Muritz Warnemünde, Varchentin, Grossvarchau, Federow, *Virunos* Ptol. non longe a Viadro et Stettino, ubi nunc Vierraden ad Welsam fl., Wierow et Οὐΐριτιον Ptol. 2, 11. h. Wrietzen, fluvios autem Χάλουσον et Σούηβον (Σύμβον Marcian. Heracl. p. 53.) esse aestuarium Wismariense et Viadrum s. Oderam. — *Eudoses* in Holsatia, in qua *Eutinum* opp. fluviique *Eydora* (Eyder) et *Euding*. Krusius ad *Dossae* fl. sedes eorum locat: postea *Dosseri*; *Hess.* Circa Vismariam et Rostochium; Cluver. Cellar. Spener. Steffens. Cf. Wilh. p. 288. et Reichard. p. 46. — *Suardones*, ubi nunc *Schwartau* et *Schwarta* fl. ad Lubecam; *Gatter. Krus.* et *Reich.* *Suardones* plurimae edd. tam vet. quam rec. *Suarmes* Par. *Suarines* Vat. 1518. 1862. 4498. ed. Nor. et Rom. quod in hac Varinorum vicinia de Suerinensibus aut occidentali Megalopoleos parte non male acceperis; *Pass.* Cf. Wilhelm. p. 288. 289. A Vat. 2964. nomen hoc abest. — *Nuithones*: in Vat. 1862. *Niuthones*; in MS. Humm. *Uuithones*, in ed. Par. *Nuithmes*. Hos ita dictos putant a Germ. *Witte*, *Weisse*, (ut *Suardones* a *Schwarz*, aut a *Suard*, *Sward*, Angl. *Sword*, gladio longo, ut *Saxones* a *sax*, brevi gladio) illos a Goth.

natjan, irrigare, et *niutan*, *nuithan*, piscari, aut (ut Adelung p. 226 et v. Wersebe p. 219. 241.) a *Nutha*, amni Servestae et Marchiae mediae. *Tuithones* (Teutones) coni. Anchersen orig. Dan. p. 152. et *Gutthones* s. *Giothones* et *Jutones* Elsner. in comment. acad. Berol. a. 1748 p. 459. Sed, ut ceteri VI populi Saxonum, ita et hi in Holsatia au in ducatu Slesvicensi habitasse videntur, et fortasse in hoc circa Flensburgum et Tonderam, ubi *Nye* et *Nye-Augustenkrog*: illis autem populis annumerandi *Σιγούλονες* Ptol. 2, 11. incolae ducatus *Slesvicensis* e accolae fl. *Sley*; *Reichard.* p. 46. 47. Ab eodem Ptol. l. l. praeter tre insulas Saxonum memorantur oppida, quae his terris finitimisve tribui Wilhelm. p. 172. 278. aliis vero, saltem non iisdem earum locis, Reichard. p. 246 seq. *Τρηοῦα*, (Wilh. Oldesloh, Reich. Travemünde, Krus Travendahl) *Βουνίτιον*, (W. Butzovia, R. Benz in ins. Usedom) *Λακιβούργιον*, (W. Vismaria, R. Lassahn) *Μαριωνίς*, (W. Hamburgum, R Marne) *Ἑτέρα Μαριωνίς*, (W. Lubeca, R. Wismaria) *Λιριμιρίς*, (W. Oldenfelda, R. Limmer aut Limmerbruch) *Κοινόηνον*, (W. Ratzeburgum R. Gnojen) *Ἀλεισιός*, (W. Suerinum, R. Ahlbeck aut Loitz, ol. Lusiti et Losiz) *Ἀστουΐα* s. *Κιστουΐα* (W. Grabovia, R. Gustrovia) aliaque.

4. *in commune Hertham, id est Terram matrem, colunt*, v. ad Ann 15, 12, 2. *Nerthum* MSS. Vat. omnes, Tur. Humm. et Long. ed. pr Put. Nor. Pogg. Rom. Ber. Mon. Vien. Par. Rhen. 1. et min. Pass. Dilth Hess. Günth. prob. Welker. et Jac. Grimm. in Ephem. lit. Jen. a. 1827 p. 27. Ille *Nortiam*, (Nursiam) Etruscorum deam, (de qua v. intpp Liv. 7, 3. et Juvenal. 10, 74. Creuzeri Symbol. T. 2. p. 439. 473. ed pr.) hic *Niördr* (*Nijǫrd*) comparandum putat. Eandem scripturam defendit Luden T. I. p. 748. 27. *Nerthum i. terram* ed. pr. *Verthum* ali libri teste Lipsio, nescio qui. *Hertham* reposuere Bred. Oberl. Bekk Lünem. quoniam et dea est, et terra Gr. *ἔρα*, (s. *Ἑστία*, Vesta) Goth *airtha*, Germ. *hertu*, Angl. *earth*, Aleman. et vet. Germ. *aertha*, *erthu* *erthun*, *erdhu*, *erdu*, *erdun*, hod. *Erde* dicitur, et Terrae (naturae genitricis) cultus, ut omnibus paene populis, (notae *Cybele*, *Demeter*, *Ceres* *Tellus*, *Rhea*, *Proserpina*, *Ops* al.) ita et Germanis septentrionalibu communis fuit, de quo v. Luden T. I. p. 573. et Ol. Rudbeck. Atlant 2, 6. Cf. nota 6. ad cap. 2. n. 6. et ad c. 45. n. 8. Eadem lectio ver videtur Ern. Pass. Dilth. Hess. et aliis. *Aerthum* divinabat Lips. *Erdam* seu *Erdamm* et *Erdamme* (*Erd* terra et *Amme*, *ἄμμα* et *ἄμμας* mater, nutrix ap. Hesych. ubi v. intpp.) Elsner, (hist. de l'Acad. de Berlin a 1749. p. 446.) quem refutavit Ern. *Herthum* Rhen. 2. 3. et in marg Rhen. 1. et min. Gron. Long. Ern. Bip. Seeb. *Herthum* a Germ. *Heerd* *Hoerd*, foco, aut hunc ab illo dictum censebat Perizon. coll. Ovid. Fast 6, 249. *Aerthcunne* coni. Bip. voce composita ex *aerth*, terra, et *cunne* mater, genitrix. *Erthun* vel *Erdun*, (*Herthun*) Colerus et Gebauer p 898 seq. Cf. Ammon. et Baeumlein p. 57 seq. Anchersen vallis Herthae Hafn. 1747. Hagen. de Irmino p. 48.

5. *eam intervenire rebus hominum*, se immiscere illis, curare re humanas, ut ap. Liv. 1, 21. *quum interesse rebus humanis coeleste numen videretur*; *Hess.* coll. Gesner. Thes. T. II. p. 1197. *intervenire rebus hominum*, hominibus, (v. Schwab. ad Phaedr. 4, 8, 4.) et *invehi*, advehi *populis*: nam de mero adventu et hospitio sermo est; *Emmerl.* „Maiores quidem nostri crediderunt etiam, *Deum bellantibus adesse*, (cap. 7. in iusto nempe bello adversus hostiles iniurias vindicem; at gentibu in commune consultantibus et sacrorum coniunctione unitis Dea pacem et otium afferebat: ex quo merito colligas, fuisse prudentium in hi gentibus unanimem sententiam, numen *intervenire* et veluti *invehi populis* et, nisi vis externa arma sumere imperet, iubere, ut pacem colant quieti agant, concordiam tueantur." Gebauer p. 524. Cf. nota 6. *In*

ubi interdum cum dandi casu struitur; *Hess.* coll. Ann. 2, 23. Liv. 1, 59. 44, 2. Plin. 2, 106. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 135. Sed Ruhnk. docet, illud ita rebus potius quam personis iungi; *Günth.*

6. *Est in insula Oceani castum nemus* cet., quae *insula* plerisque est Rugia, aliis vero Fosettesland, Mona, Helgolandia, insula quaedam Daniae aut ad ostia Viadri, Femera, (*Femern*, quae parvo freto ab Holsatia dirimitur; *Barth.* §. 507.) Bornholmia, Poel insula, (Leutschio p. 367.) Seelandia (Monio T. II. p. 24 seq. et Müntero), Scandinavia, (v. Ol. Rudbeck. Atlant. P. I. c. 24. n. 18. qui multa narrat de hoc festo in ea acto mense Julio) Lalandia al. Quae tamen h. l. referuntur, maxime quadrare creduntur in Rugiam (v. ad c. 43. n. 20.) et quidem in partem eius et paeninsulam, quae *Jasmund*, in *silvam*, quae *Stubnitz* s. *Stübbinitz*, et in *lacum*, qui *Burgsee* nunc dicitur. *Passovius* haec annotavit: „Zoellnerus (Reise durch Pommern und die Insel Rügen p. 250 seq.) gravissimis evicit rationibus, de nulla alia praeter Rugiam insula cogitandum esse: accedit Gagernius, eques ipse Rugianus, T. I. p. 57. (p. 81. ed. 2.) Et sane, quicunque intraverit nemora Stubnitiae, Sagardiam inter et promontorium Stubbencamerae, conspexerit arcem, hodieque Herthae dictam, subiacentemque Lacum Nigrum, formae plane orbiculatae, densissimis silvis cinctum, immensae altitudinis, acceperit incolarum de his Herthae sacellis narrationes avitas nec, quod nuper actitarunt, a Zoellnero hominibus nostratibus e Saxone Grammatico recens inculcatas, cogitaveritque praeterea naturam reliquarum, quas degnari putant, insularum ab ea, quam Tacitus descripsit, diversissimam; is iam non haesitabundus in sacris illis Rugiae lucis almae matris Herthae sedes agnoverit. Hic illius arma, hic currus fuit!" Cf. Ge. ...oebii Chronik von Merseburg, Leipz. 1668. Journal für die neuesten ...and- und Seereisen, Berl. 1808. Jan. p. 8. 9. Kosegarten Rhapsodieen . II. Hummel IV. p. 270. 271. Anchersen l. l. Mannert. III, 390. (339.) Wilhelm. p. 49. Dilth. Ammon. et Baeuml. ad h. l. Memorabile est, ... Christoph. Lemmium Rugianum in disput. de Rugia Witeb. 1687. , quamvis et lacus illius nigri et Herthae mentionem faciat, nusquam ...men commemorare avitas incolarum de istius numinis cultu narrationes, quas, si tunc temporis iam exstitissent aut ipsi saltem notae fuissent, vix praeteriisset, quum eo ipso loco, quo de lacu sermo est, ex ...craelio anilem quandam fabulam inseruerit; *Orell.* Conf. Reichard. 181—185. ubi recte, opinor, monet, Rugiam nimis remotam esse et ...enam ab h. l. tum propter descriptionem eius, tum quia agatur de ...mmunibus et sacris VII populorum et sedibus in Holsatia et Slesvicia. nota 3.) Non male autem suspicatur, *insulam Oceani*, maris Baltici, e *Alsenam*, insulam amoenam, fertilissimam et Slesviciae proximam, eius nomine effictam et *Alcin* (cap. 43.) et *Herthum* s. *Hertham*, h. e. ...minam, *Herrin*, (unde et praefecturae Dan. *Herred* s. *Herreder*, Suec. ...*rdar*) et locum, in ripa aut paeninsula *lacus* situm, a servis in hunc ...um detrusis dictum *Hartsprung* s. *Hirschsprung*. Cf. Erschii et Grui Encyclop. T. II. p. 419. v. *Alcis*. — *Oceani* delendum putabat ...ase in Orig. Mansfeld. sel. cap. p. 16. aut legendum *in silva Baceni*, qua v. Caes. b. G. 6, 10. Illud prob. Anton. et Emmerl. Sed v. ad . 1. n. 2. — *nemus*, cf. ad cap. 9. n. 7. *castum nemus*, nulla re pro... pollutum corruptumque; *Bred.* Sic *luci parum casti* Hor. od. 1, 60. et *penetralia casta*, profanis inaccessa; *Pass.* coll. Gron. diatr. Stat. Silv. T. I. p. 451. ed. Lips. Similiter ἁγνὸς pro ὅσιος, *castae* ... *piorum*, *casta Dindyma*, *ara*, *Palladium* ap. Sil. 2, 698. 13, 62. 17, 86. et alia huius generis. Hinc non est quod verba h. l. mutentur. ...*rum*, *nemus* Par. *Castrum*, *nemus* Rhen. 1. et *Castum* in marg. *Ca*... *nemus* Rhen. 2. 3. „*Castum* insititium esse putabat Ern. Sed for-

tasse Tacitus nemus illud *castum* dixit quasi Terrae deae sacrum. C*stum* enim de Cybeles religionibus proprie dicebatur, ut ap. Tertul de ieiuniis c. 16. *Casto Isidis et Cybeles eas* (nostras xerophagias) *ad quas.*" *Brot.* *nemus* in ed. Nor. bis positum, in ed. Rom. omissum *sacrum nemus* coni. Cluver. *vastum n.* Freinsh. Conring. et Anchers p. 14. Cf. Gebauer p. 62—65. et 902 sq. qui copiose de h. l. disputav Quae vero Noster de *Hertha, Terrae matre,* eiusque sacris dixit, co gruunt paene omnia iis, quae a Graecorum Romanorumque scriptorib traduntur de Dea illa, terrae symbolo, quae *Ceres, Vesta, Τήθη* s. *Τιθ* nutrix, *Rhea, Ops,* in Phrygia et Thracia (Germanorum fortasse patri v. ad cap. 2. n. 1.) *Magna Mater Deum* et *Terrae, Γήμητηρ, Δήμητ Κυβέλη, Κυβήβη,* in Aegypto *Isis* (cf. ad cap. 9. n. 5. et Barth. T. I p. 515.) vocabatur, cuiusque et mysteria aut sacra *arcana* et *casta* (Va L. L. 6, 73.) a Cabiris, Corybantibus, Dactylis Idaeis, *sacerdotibus,* lucis obscuris (*nemus*) montibusque, et dies festi Pessinunte, ut pos Romae, agebantur, quibus Deam (eius simulacrum) *vectam bobus femi* in carpento (*vehiculo veste contecto*) per Phrygiae oppida (Virg. Aen. 786. unde h. l. *invehi populis*) *sacerdotes multa cum veneratione* et sile tio *prosequi, laeti dies agi,* (Hilaria) *loca festa* ornatu esse, (v. ad Ann. 9. n. 1.) *quaecunque adventu hospitioque dignaretur,* hostiae mactari postremo simulacrum *vehiculumque* Deae *secreto lacu* (Almonis aqu *ablui* solebant. (Lavatio) Cf. nota 9. Barth. T. I. p. 173—183. T. p. 515. Creuzer Symbol. T. II. §. 37—39. Spanhem. ad Callim. L Palladis, intpp. Val. Flac. 8, 239 seq. Ammiani Marcell. 23, 3, 7. Ovidii Fast. 4, 247—372. Memorabile autem est, quod Fra Paolino San Bartolomeo (Reise nach Ostindien, Berl. 1798. p. 123.) et ex Anton. tradit de Indorum Dea, Baghawadi, Schiwae uxore, quae festo, in honorem eius acto, circumduci et deinde a Brachmanis in *l secreto* et sancto purgari *abluique* solet. Cf. Anchersen vallis Hert Hafn. 1747.

7. *dicatumque in eo vehiculum veste contectum,* v. ad cap. 10. n. *dicatumque in eo* Par. *dicatumque in ea* c. Tur. ed. pr. Put. Nor. Po Mon. Vien. Rhen. 1. et min. *dicatum in eo* ed. Rhen. 2. 3. et Lips.

8. *uni sacerdoti,* ei soli. Cf. nota 6. et ad cap. 10. n. 4. *uni sa dotum* Par. Lectio memorabilis; *Hess.*

9. *Is adesse penetrali deam intelligit,* simulacrum illius veste c tectum vehiculo imponit *vectamque* cet. *Penetrale* proprie dicitur p media aedium privatarum et interior sanctiorque templorum, in est simulacrum numinis; (v. ad Ann. 2, 10, 2.) h. l. vel *nemus,* potius *vehiculum:* nisi haec spectant ad initium sollennium, in honor Cybeles actorum; nam primo die pinus frugifera, in cuius medio simulacrum Attidis, in nemore sacro succidi et in sacrarium deae tra poni solebat, quod dicebatur: *Arbor intrat.* v. Plin. 16, 10. s. 15. Arnob. adv. gentes V. p. 72. — *vectamque bubus* pleraeque edd. *v. b* Put. 1. Mon. Vien. Rhen. min. „De utraque forma v. Moser. ad Cic. D. 2, 63. Schneid. Gr. I, 2. p. 268. et Forcellin." *Hess.* — *multa v ratione* c. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Vien. et Rhen. min. *multa venerat.* Rhen. 1. 2. 3. et rec. omnes. „*Cum* et addi et omitti po sed substantivo nude posito semper est addendum. v. Vorst. de l falso susp. p. 180. Grotefend. Gram. lat. T. I. p. 202. ed. IV. Zur Gram. lat. §. 472. ed. V. Ramshorn. Gr. §. 150. p. 291. Ruddim. P. II. p. 268. Günth. ad Corn. Nep. Milt. 7. Abesse h. l. malim." I Non alia vero causa effingi poterit, quam usus loquendi et aucto librorum vet. Cf. ad Ann. 4, 58, 1.

10. *festa loca,* celebrantia festum deae, ut Hor. od. 3, 18, 11. *gus festus; Hess.* — *quaecunque adventu hospitioque* suo *dignatur* dea

not. 6. *quemcunque adventum* MS. Long. *quemcunque adventu* ed. Nor. Rom. quod non spernebat Ern. *advectu* coni. Rhen. Male: de ἐπιδημίᾳ deae h. l. sermo, qui est *adventus; Ern.* Iungitur etiam cum *hospitio*, et supra dictum est, *deam intervenire rebus hominum et invehi populis.* Cf. cap. 2. pr. et ad H. 4, 84, 6.

11. *Non bella ineunt* cet. Similia instituta publicae pacis (Goth. *Aldra månna frith* i. e. *All-Manns Friede*) etiam post christianam religionem receptam inveniuntur in Gothlandia: et bis quotannis denos per dies observabatur; *Orell.* coll. Guta-Lagh c. 8. 9. — *pax et quies* synon. ut H. 4, 1 extr. *pax et otium* c. 14. H. 2, 67. Cic. Pis. c. 30. *Hess.* Ita etiam *quies et otium* Agr. 6. 21. 42. Cf. Ind. III. v. *Synonyma. Pax* bellis externis, *quies* intestinis seditionibus h. l. opponi videtur: *tantum* vero id. qd. *sola*, non enim cum voc. *tunc* iungendum est; *Günth. tunc tantum nota* Vat. 4498. omnesque edd. A Vat. 2964. tria haec verba absunt. *nunc tantum nota* Vat. 1518. — *tunc tantum amata:* in Vat. 1518. et Tur. edd. pr. Put. Pogg. Mon. Vien. Rhen. min. *item tantum amata.* An leg. *ita?*

12. *Deam templo reddat*, sacro nemori; Ern. Bred. Dilth. Günth. Cf. ad cap. 9. n. 1. *donec reddat*, v. ad c. 1. n. 6. — *vehiculum, vestes* ed. Mon.

13. *numen ipsum;* „Frustra Elsnerus (cf. not. 4.) de simulacro deae hic cogitare nos iubet idque credere lapidem nigrum, quale signum Deae Pessinuntiae fuit. Quorsum Tacitus addidisset *si credere velis?* nam signa Deorum ablui, notissimum. Putabant Germani, ipsam Deam, quae accessisset mortales, velut sordibus inde susceptis purgari." *Ern.* Verba tamen *numen ipsum, si credere velis*, eo potius spectant, ut res risui exponeretur. „De more numinum abluendorum sacris aquis, de palude Boebeide ad Olympum et de Parthenio, Paphlagoniae fl., quo Diana lavabatur, v. Ritter. Pronaos p. 96." *Hess.* Cf. Callim. H. in lav. Pall. ibique Spanh. *numen ipse* ed. Mon. Ab eadem abest *et* post *vehiculum.*

14. *Servi ministrant;* in Nor. et in marg. Rhen. 1. *Suevi m.* male; *Oberl.* Lectio satis memorabilis; *Pass.* — *quos statim idem lacus haurit*, res dira nec facile patranda, quam Moeser I. p. 58. vi religionis numinisque veneratione, sed Gebauer (v. nota 6.) iunctis sacerdotum viribus perfici potuisse et p. 974. eo spectare censebat, ut edocerentur curiosuli, si quos videndi non videnda lubido incesseret, idem eos fatum manere, quo servis ministrantibus pereundum esset, non ut Deae honos haberetur, sed quod vidissent. — *Lacus haurit servos*, in eum detruduntur, ne divulgent secreta sacerdotum, et quia pereundum est iis, qui numen ipsum veramque eius formam conspexerunt; *Dilth.* Probabilis est illa ratio, non haec.

15. *Arcanus hinc terror:* in Rhen. min. *A. h. error.* — *sanctaque ignorantia*, ut *o sancta simplicitas! sancta*, pia, verecunda; *Günth.* — *quid sit illud quod* Nor. Par. Rhen. 1. 2. 3. Gron. Ern. Long. Ob. Bred. Pass. Bekk. Lün. Günth. *quid si id, quod* Put. Mon. Rhen. min. *quid sit id, quod* MS. Tur. ed. pr. Pogg. Vien. Brot. Bip. Seeb. Hess. Hoc auribus meis durius est, et malim *illud* deleri; *Ern.* Sed nequit abesse; *Pass.* Cur vero? Fortasse Tacitus scripsit *quid sit, quod*, et librarii inculcarunt *illud* et *id*, ut passim. „Non suavius tamen sonant in Dial. de or. c. 31. *qui scit, quid sit.* Vid. quoque Bremi ad Cic. Fat. 16." *Hess.* Cf. Ind. III. v. *Homoeoteleuta.* — *quod tantum perituri vident*, quod ita tantum, ea tantum lege videre possunt, ut pereant; *Günth.*

CAPUT XLI.

Et haec quidem pars Suevorum in secretiora Germaniae porrigitur. Propior (ut, quomodo paulo ante Rhenum, sic nunc Danubium sequar) Hermundurorum civitas, fida Romanis; eo que solis Germanorum non in ripa commercium, sed penitus atque in splendidissima Raetiae provinciae colonia. Passim et sine custode transeunt, et quum ceteris gentibus arma modo castraque nostra ostendamus, his domos villasque patefecimus non concupiscentibus. In Hermunduris Albis oritur, flumen inclitum et notum olim; nunc tantum auditur.

1. *Et haec quidem pars S. in s. G. porrigitur;* haec verba capiti XL annexuit Long. prob. Anton. et Dilth. *Suevorum* abest a Put. Mon Vien. *nervorum* MS. Tur. *verborum* ed. pr. Nor. Pogg. Rhenanus primus veram lectionem exhibuisse videtur; *Pass.* — *in secretiora Germaniae* loca, in interiora et remotiora a Romanis, ut mox *propior* sc. Romanis, et *solis Germanorum.* Cf. ad cap. 5. n. 10. ad H. 1, 10, 2. 69, 3. 3, 63, 3. Ann. 4, 41, 2. — *porrigitur*, v. ad cap. 40. n. 3. Ann. 2, 56, 1. — *Propior* abest ab ed. Mon. *Propero* c. Tur. — *ut nunc Danubium* eiusque cursum *sequar,* ad populos Danubio propiores (non accolas eius) progrediar. Verba *ut, quomodo-sequar* serius inserta videntur Wilhelmo p. 210. non Hess. et aliis. *quom paulo ante* ed. Vien. *quo modo* Rhen. 1. 2. 3. et al. *quoquo modo* Par.

2. *Hermunduri,* (Ἑρμουνδοῦροι Dion. Εὐμόνδοροι Strab. *Ermunduri* Jornand. c. 22.) pars Suevorum, qui omnes hod. Saxoniae terras inter Salam et Albim (qui fluvius *Semnonum Hermundurorumque fines praeterfluit* Vell. 2, 106.) occuparunt. v. Reichard. p. 99—109. 133. ubi refellit vulgarem sententiam, ex qua primum in Bohemia septentr., deinde in sedibus Marcomanorum, a Domitio Ahenobarbo, Druso et Tiberio devictorum, inter Moenum et Danubium, postea inter Salam et Albim habitarunt, et tandem, bello cum Marcomanis gesto, priscas recuperarunt sedes in Bohemia. Haec sententia hausta ex male intellectis primis extremisque huius cap. verbis et loco Dion. 55, 1. ubi in fragm. a Jac. Morellio ed. Bassani 1798. p. 32. mentio fit sedium, a Domitio Ahenobarbo vagis Hermunduris assignatarum ἐν μέρει τῆς Μαρκομάννιδος, nam ille Rheno per Chattos et Thuringiam ad Albim progressus erat, ubi Marboduus iam aliquot populos redegerat in potestatem suam. Hermunduros autem ad *Danubium* habitasse, ex h. l. intelligitur; *Leutsch.* p. 3[illegible] Ceterum Marcomani raro ab historicis et postremo a. 152. (quo a Romanis ad Marcomanos Quadosque desciverunt) a Julio Capitolino in M. Antonin. Phil. 22. proprio, saepius communi Suevorum nomine insigniuntur usque ad Saec. V., quo Thuringi in eorum locum successere. [illegible] Tac. Ann. 2, 62. 63. 12, 29. 30. 13, 57. G. 42. Strab. VII, 1, 3. p. 2[illegible] Dio 55, 1. Vellei. 2, 106. 108. Jul. Capitol. in M. Anton. Phil. [illegible] Vopisc. Aurel. 18. 33. Ammian. 16, 11. Flor. 4, 12. Oros. 6, 21. L[illegible]golii notitia Hermundurorum, edita a J. H. M. Ernesti Norimb. 17[illegible] Moeser 1. p. 134. (cui Boii, Hermunduri et Marcomani eiusdem gentis nomina videntur, ut Magdeburgenses, Brandenburgenses et Borussi, tamen ut Marcomani reliquos complexi sint; *Pass.*) Adelung p. 213 215. Spreagel et Dilth. ad h. l. Mannert T. III. p. 121. 193. 201 s[illegible] Barth. §. 510. inpr. Wilhelm. p. 201—210. Reichard. ll. ll. et Lu[illegible] p. 715. 13. Oppida a Ptol. 2, 11. memorata, quae Hermunduris tribuuntur (v. praeter alios Wilhelm. p. 209. 210. et Reichard. p. 289—[illegible] 306. 307.) sunt: *Λοκόριτον*, hod. Lohr non longe a Moeno, (aliis Han[illegible]

burgum) *Σεγόδουνον*, Herbipolis s. Wurceburgum, (Reich. castellum montanum Burg-Sinn ad Sinn fl.) *Δηούονα*, Schweinfurthum, (Reich. Detwang prope Rotenburgum ad Tauberum fl. aut Dewangen non longe a Gemunda Suev.) *Βέργιον*, Bamberga, (Reich. Berching ad Sulzam) *Μηνόσγαδα ad Moenum*, Baruthum, (Reich. p. 293. et 359 sq. unus aut quatuor pagi prope Culmbaciam, Maynleus, Maynroth, Mayneck, Maynkleen) *Καντίοιβις*, Windshemia, et *Βίβακον*, Suabacum, Reich. ad Bibert. fl. — *Hermunduros* Moeser ab *Heermund*, exercitus tutela, sic dictos putabat, Adelungius ab *Hermun* et *Dur*, *Thor*, *Thur*, alto, monte, Germanos montanos, ut *Thuringi*, et Wilhelmus ab *ar*, *her*, *hehr*, excelso, unde *Hermiones*, *Hercynia* cet.) *Mund*, Germ. *Mann*, (ut Segimund, Edmund, Hartomund, Hildemund al.) et *ur* nota plur. pro *er*, ita ut significentur terrae altioris incolae, *Hochländer*. Alias etymologias commenti sunt Wachterus, Longolius alii. „V. etiam ad c. 2. n. 7. extr. Heynig. in d. Thüring. Monatsschrift 1802. N. I. p. 49—67. et Steuber in Jahn's Jahrb. II, 1." *Hess. Hermunduorum* ed. Put.

3. *fida Romanis* ante a. 152. quo gentes omnes ab Illyrici limite usque in Galliam adversus Romanos conspiraverunt, ut Marcomani, Nari sci, Hermunduri, Quadi, Suevi, Sarmatae, Vandali, Latringes, Buri. Eutrop. 8, 13. Jul. Capitol. M. Antonin. Phil. 22. Oros. 7, 15. Se iora tempora respexere Vopisc. Aurelian. 18. 33. et Ammian. 16, 11.

4. *eoque* (v. ad Ann. 1, 16, 1.) *solis Germanorum non* modo *in ripa* ad cap. 17. n. 4.) *commercium, sed* etiam (v. Ind. III. v. *Ellipses.*) *penitus*, in interioribus et Romanorum et Hermundurorum provinciis (in terioribus terrae regionibus, *ἐν τῷ μεσογαίῳ*, *Günth.*) *atque in splendidissima Raetiae provinciae colonia;* v. de *Raetia provincia* Rom. ad cap. 1. 1. et de *commercio* Germ. ad cap. 5. n. 10. *soli G.* Par. Epitheton *splendidissima* non solum aedificiorum splendorem, sed etiam incolarum piam et mercaturae frequentiam significare videtur; *Günth.* Quaenam ro sit *splendidissima Raetiae prov. colonia*, non satis constat. Vulgo ditur esse Augusta Vindelicorum, prima Rom. colonia in Vindelicia, m dicta *Δαμασία, τῶν Λικατίων* (ad Licum fl., *Lech*) *ἀκρόπολις*, (Strab. extr.) et *Cycza*, deinde *Αὐγούστα Οὐϊνδελικῶν*, (Ptol. 2, 11. Itin. An. et Tab. Peuting.) quod nomen accepisse videtur a. 13. p. Chr. n. o Raetia et Vindelicia a Tiberio Drusoque, *Augusti* privignis, domitae in provinciarum Rom. formam redactae sunt; hod. *Augsburg*. Cf. epit. 136. Suet. Oct. 21. Barth. §. 336. 469. Mannert. III. p. 607. ll.) Refragatur Passov. quia temporibus Taciti *colonia*, recens fortasse dita, certe a Sexto Rufo brev. 10. circa a. 380. primum memorata, prio quodam nomine adhuc caruisse putanda sit. Enimvero Augusta delicorum non primum memoratur a Sexto Rufo, sed iam CL annis prius tol., neque h. l. significari videtur, quia Taciti temporibus nondum *ndidissima colonia* fuit, nec *penitus*, sed non longe a *ripa* Danubii est; *Becker* in Seebodii nova bibl. crit. a. 1825. p. 214. Orellius hol. p. 32. ex Joh. Ulrici de Salis-Sewis opusculis postumis et MSS. Raetiae *historiam* pertinentibus haec excerpsit: „Roschmannus in culo de Veldidena (Ulm. 1744. 4.) probare annisus est, duas alias tiae *colonias* fuisse, Veldidenam (Wilten in comitatu Tyrolensi) et ntum, illamque h. l. Taciti intelligendam esse. Sed Veldidena coa Rom. fuerit necne, ad liquidum perduci nequit, et quod ad Tritum attinet, cui inscriptio quaedam apud Gruterum coloniae dignim asserit, nullo tamen satis firmo argumento evinci potest, illud dum Taciti adhuc tempore Raetiae, non Italiae finibus inclusum e." *eaque sola* MS. Tur. *eosque solis* ed. Mon. — *ac in splendidiss.* r. v. ad Ann. 12, 12, 1. — *Raetiae*, v. ad cap. 1. n. 1. *colonia* in *sine custode transeunt* Nor. Rom. Par. Rhen. 1. 2. 3. Lips. *colonia*

passim et sine c. t. MS. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Mon. Rhen. min. I *colonia. passim et sine c. t.* ed. Vien. Ern. Long. et rec. quod serat Lips.

5. *Passim et sine custode transeunt* in *coloniam* et ditionem I *Passim*, non praescriptis quibusdam viis; *Günth.* Lipsius haec an vit: „Romani in limite imperii hoc servabant, ut externum nemi admitterent acciperentve nisi *custode* dato et arbitro actionum. D ex h. l. et H. 4, 64. 65. Fuit alioqui et alia Romanorum cautio in re, ne conventus haberent suspecti populi, nisi certo loco et nun idque semel in mense duntaxat et centurione aliquo Rom. praesent Dio 72, 2." Cf. et Dio 71, 11.

6. *et quum ceteris gentibus — ostendamus*, cf. ad cap. 8. n. 5 *tunc caeteris* Par. *ut cum* c. Mon. *commendamus* MS. Tur.

7. *non concupiscentibus*, verba ambigua; *Leutsch.* p. 368. „Qua *non concupiscentibus*, *quoniam non concupiscerent.* Verbum *concupi* interdum absolute dicitur pro *nimia cupiditate flagrare, abripi,* ut pr. Sext. c. 21. *sicut tu semper summe concupisti.* Notionem voc disces ex verbis Sall. Cat. 7. *Pecuniam nemo sapiens concupivit.*" *Gi patefecimus non concupiscentibus domos*, quia scimus, eos, *fidos Rom* etiamsi viderint nostra, tamen fideles mansuros nec ea, quae vide cupituros; *Ern.* *hiis domos villasque patefacimus* Par. non male; . Sed v. ad Ann. 14, 61.

8. *In Hermunduris Albis oritur*, German. *wo Hermunduren*, *wo die Hermunduren wohnen*, et quidem Taciti temporibus, (cf. not ut postea Vandali, unde Dio 55, 1. ὁ Ἄλβις ῥεῖ ἐκ τῶν Οὐανδαλικῶν a montibus giganteis; (τὸ Ἀσκιβούργιον ὄρος Ptol. 2, 11. qui tamen tem Albis longe ab eo removet) *Reichard.* p. 100. 106. 192. Cf. ad n. 8. *Albis*, ut *Elf*, *Elve*, *Elbe*, *Alf*, fluvius. „*In Hermunduris*, i rum civitate, ut ap. Liv. centies *in Aequis*, *in Volscis*, *in Falisci* Drak. ad Liv. 5, 28." *Hess.* — *flumen inclitum et notum* Romanis *oli* Drusi, L. Domitii et Tiberii expeditionibus. v. Tac. Ann. 1, 59. 2 19. 22. 41. 4, 44. Dio 55, 1. 28. Liv. epit. CXL. Plin. 4, 28. Strab. 3. Vellei. 2, 106. Flor. 4, 12. Oros. 7, 32. *inclitum* edd. paene o *inclytum* ed. pr. Long. Cf. ad H. 2, 2, 4. *novum olim* MS. Tur. — *tantum fando auditur:* dubitare licet, num verus Albis fons Romani gnitus fuerit; *Bred.* Nec defuere, qui Egram, Muldam et Mold a Tacito cum Albi confusas suspicarentur. Sed *flumen inclitum tum olim* Albis potius, quam amnis, qui ei miscetur. „Fortasse Hermunduri, quum in exercitu Marobodui militassent, sedes ac in ea parte Bohemiae, in qua Albis oritur. v. Eccard. II. T 7." *Brot.* Eorum regnum, a Vibilio amplificatum, etiam mon quibus Albis fons, complecti potuit; *Hess.* ut Mannert. T. III. 419. 456. 521. et Dilth. Cf. nota 2. ad c. 2. n. 8. Leutsch. Barth. §. 429. 504. Wilhelm. p. 76. 77. 205. Sprengel ad h. l. v sebe p. 222.

CAPUT XLII.

Iuxta Hermunduros Narisci ac deinde Marcomani et agunt. Praecipua Marcomanorum gloria viresque, atq etiam sedes, pulsis olim Boiis, virtute parta. Nec Narisc dive degenerant. Eaque Germaniae velut frons est, q Danubio peragitur. Marcomanis Quadisque usque ad n memoriam reges manserunt ex gente ipsorum, nobile M dui et Tudri genus. Iam et externos patiuntur: sed vis

tentia regibus ex auctoritate Romana. Raro armis nostris, saepius pecunia iuvantur, nec minus valent.

1. *Iuxta Hermunduros Narisci,* Οὐαριστοὶ ὑπὸ τὰ Σούδητα ὄρη (saltus montesque inter Bavariam et Bohemiam, montem piniferum, Fichtelberg, Erzgebirge, Riesengebirg, Lausitzer Gebirge) Ptol. 2, 11. *Ναρισταὶ* Dion. 71, 21. ut fere *Naristi* inf. in Par. *Varisci* in medio aevo dicti, sed *Narisci* Capitol. in M. Anton. Phil. 22. (ubi *Varistae* in cod. Pal. August. al.) in septentr. parte Palatin. super. et in princip. Baruthino. Cf. Steffens p. 218—221. Barth. §. 432. 511. Wilhelm. p. 210—212. Reichard. p. 139. 140. v. Wersebe p. 226.

2. *ac deinde,* iuxta Nariscos, (*et deinde* c. Tur.) *Marcomani,* Suevorum fortissimi, qui aliis Germanorum populis, praecipue *Quadis,* iuncti bella gesserunt primum ductu Ariovisti ad Rhenum, Moenum Danubiumque cum Helvetiis et Caesare, (v. ad cap. 28. n. 5. et Caes. b. G. 1, 51.) deinde inter Moenum et Nicrum cum Hermunduris, (v. ad cap. 41. n. 2. inter Danubium et Dravum, Sext. Ruf. brev. 8.) tum ad Salam Franconicam et Albim cum Druso, (Flor. 4, 12, 23. Oros. 6, 21.) postea duce Maroboduo ad septentr. ripam Danubii et in Bohemia, ab ipsis expugnata, *sede ipsa, pulsis olim Boiis, virtute parta,* cum Hermunduris et Boiis, (v. ad cap. 28. n. 5. 6. ad cap. 41. n. 2. Strab. 7, 1, 3.) cum Tiberio, (Vellei. 2, 108—110. Tac. Ann. 2, 16.) cum Arminio, Cheruscis, Semnonibus et Langobardis, (Tac. Ann. 2, 44—46.) cum Hermunduris auspiciis Catualdae, (Tac. Ann. 2, 62. 63. 12, 29. 30. H. 3, 5.) cum Domitiano, (Dio 67, 7.) cum Traiano et Hadriano, (Plin. pan. 8. 12.) ab a. 167. p. Chr. n. in bello gravissimo Marcomanico cum M. Aurelio, (Dio 68, 9. 71, 3. 8—15. 20—33. 72, 2. Eutrop. 8, 6. Capitol. M. Aurel. 13. 14. 17. 22. Lamprid. Heliog. 9. Luciani Pseudomant. c. 48.) cum Heliogabalo, (Lamprid. l. l.) cum Aureliano a. 270. (Vopisc. Aurel. 18. 21.) cum Honorio; unde *Marcomani Honoriani.* (v. Paulin. in vita Ambrosii p. 65 seq. Zosim. 6, 2. Notit. Imp.) „Post Attilae mortem, in cuius exercitu erant, nomen eorum non amplius auditur." *Hess.* Conf. Barth. ad h. l. Steffens p. 205—218. Adelung. p. 204—207. Wilhelm. p. 212—222. Gagern p. 161—175. 360—370. Mannert. III. p. 112. 386 sq. 444. Reichard. p. 143. Leutsch. p. 371. *Marcomani,* ut deinde *Marcomanis* et cap. 43. *Marcomanorum* Nor. Mon. Vien. Rhen. Ald. Ern. rec. *Marcomanni* Lips. et al. *Marconiani* MS. Tur. ed. pr. Pogg. intpp. Caes. b. G. 1, 51. Stat. Silv. 3, 3, 170. Flor. 4, 12, 23. et ... bibl. crit. a. 1809. p. 305. Μαρκομάννοι Dio ll. ll. Μαρκομμάνοι Strab. 7, 1, 3. Sed Μαρκομανοὶ ὑπὸ τὴν Γαβρῆταν (Γαύβρηταν Strab. 7, 1, 5.) ὕλην, saltum Bohemiae et Moraviae, Ptol. 2, 11. ubi iis tribuuntur oppida Μαρόβουδον, Marobodui regia, h. Budweis, non Praga, (v. ... Ann. 2, 63, 2. et Reichard. p. 294 sq.) Οὔσβιον, Wilh. Marbach, ... Ispern, Ἀβίλουνον, Reich. Zlabings, Ῥεδιντούϊον, Wilh. Gitschin, ... Praga aut Radaune, Νομιστήριον, W. Niemes, R. Nimptsch, Κο... W. Zittavia, R. Collochau. Nomen accepisse videntur *Marcomani* non a *Marca, Marsica, Mars,* palude, (v. Adelung. l. c. qui eo ... referebat *Silvam Marcianam* et nomen *Marobodui,* paludis aut *Ma...*, *Marsorum* rege, duce, *Bod*) sed a *Marca,* limite, (*Markmänner, ...männer, Märker,* defensores limitum novae Germaniae, ad Rhenum ... Danubium, et *Mann.* v. Moeser I, 134. Wilhelm. p. 220. 221.) aut ... a Goth. Isl. et Suec. *Marc,* silva, unde etiam *silva Marciana,* cuius incolae et accolae fuerunt Marcomani, ut et Hercyniae. v. ad cap. 1. Ihre gloss. Sviogoth. 2, 135. Sprengel. p. 91.

3. *Quadi,* Marcomanorum socii, Suevicus populus, qui partem Moraviae, Hungariae, Austriae occuparunt, et quidem saltuosam, (unde

Κουάδοι, Quadi, et *Κόλδουοι, Κόλδοιοι, Κόλδουλοι* Strab. 7, 1, 3. a Cel et Wallis. *Coad, Col, Cold*, silva, non *Quaci, Cauchi*, a solo tremul ut *Chauci*, quod suspicabatur Moeser I, 178. cf. ad cap. 35. n. 2.) d inde *Danubium ultra inter flumina Marum et Cusum* (v. Ann. 2, 63.) r *gnante Vannio* (v. Tac. Ann. 2, 63. 12, 29. 30. G. 42. 43. Plin. 4, 25 et ad Granuam fl. (M. Antonin. ad se ipsum 1, 17.) bella vero gess runt cum M. Aurelio, Commodo, Caracalla, Gallieno, Aureliano, Co stantio, Iuliano, Valentiniano I. usque ad Saec. V. quo cum aliis gent bus coaluisse videntur. v. Dio 71, 8—13. 20. 72, 2. 77, 20. Eutrop. 6. 13. 9, 6. 8. Zosim. 3, 1. 6. 4, 17. Oros. 6, 15. Ammian. 16, 10, 1 17, 12, 1 seq. 26, 4, 5. 29, 6, 2. 29, 15. Eumen. pan. Constant. 10, Arrian. exped. Alex. 1, 111. Jul. Capitol. in M. Anton. Phil. 14. 17. 2 Lamprid. Comm. Anton. 3. Herodian. 1, 6. Vopisc. Aurel. 18. Adelun p. 217—219. Mannert. III, 378. (440 sq.) Barth. §. 513. Wilhelm. p. 223 231. Reichard. p. 146—151. Cf. ad cap. 43. n. 1. Oppida, Quadis Ptol. 2, 11. tributa, (de quibus v. Kruse in Archiv I. Wilh. p. 229 231. et Reich. p. 298. 302—305. 311—316.) *Φουργισατίς*, Wilh. ad Zna in Moravia, Krus. castell. Klingenberg ad Pisecum, Reich. arx Bürgl s. Pürglis, *Κοριδοργίς*, Wilh. ad Brunnam, Reich. Kaurzim aut pot Chrudim in Moravia, *Μεδοσλάνιον*, Wilh. Wolkersdorf, Reich. Laa Laab et Lava, *'Ροβόδουνον* s. *'Εβουρόδουνον*, Wilh. Hradisch ad Mar Reich. Brunna, *Φιληκία*, Wilh. Olmutium, Krus. Policzka, Reich. Fuln aut Filstein, *Μελιόδουνον*, Wilh. Freudenthal, Krus. Meletin s. Milet Reich. Moletein, in circ. Olmutiensi, *'Ανδουέτιον*, Reich. Dioszeg, *Κελμ τία*, Reich. Szomolyan, *"Αναβον*, Reich. Abany, *Σιγγονή*, R. Trent *"Εβουρον*, Wilh. Owar, Reich. Berun s. Beron in super. Silesia, *'Αρσίκα* Krus. et Reich. Felsö et Also-Maricova prope Vagum fl., *Παρίεννα*, Barin s. Varin ad Vagum, *Σετούία* s. Setiva, Segovia, Sevia, Wi Käsmark, Krus. Czyche, Reich. Sydzina. — *agunt*, v. ad Ann. 1, 1. — *gloria viresque* sc. erant.

4. *pulsis olim Boiis*, v. ad cap. 28. n. 5. et 7. Verba *virtute pa* ad *sedes* tantum referenda; *Hess.*

5. *Nec Narisci Quadive degenerant* a fama et virtute Germanor et h. l. Suevorum et Marcomanorum; non minus fortes ac bellicosi quam Marcomani et plerumque arma cum his iunxerunt. Cf. Ammi 29, 6, 1 — 9.

6. *Eaque Germaniae velut frons est, quatenus Danubio peragi* per hypall pro: quatenus Danubius agitur per Germaniam; V. D Ephem. lit. Jen. a. 1818. m. Nov. Sed ita certe leg. *Danubius*. Pa vius supplet *iter*, sc. ab eo, qui Danubii tractum sequitur, ut *τελεῖ ἀνύειν* sc. *τὴν ὁδὸν*, et cap. 41 pr. *ut, quomodo paulo ante Rhenum, nunc Danubium sequar*. Enimvero tum ellipsin illam a Romanorum loquendi, tum notionem itineris ab h. l. alienam esse, iam notavit D Probabilior est huius ratio: *q. D. peragitur*, perficitur, absolvitur *frons*, pars antica, *Germaniae*; *(so weit dessen Vorderseite durch die nau vollendet wird)* ut *peragere fabulam, libros, vitam, cursum, incep propositum*, et *cochleae nudae, nondum peractae*, perfectae, ap. Plin 6. s. 38. Ei paene congruunt explicationes Güntheri et Beckeri in bodii nova bibl. crit. a. 1825. p. 215. Illa est: Ea pars Germaniae, a *Danubio peragitur*, quam Danubius praeterfluit, est eius *velut fro* e. pars nobis adversa: nam *frons* h. l. non tantum de extremis fi dictum esse potest. Haec: *„Diess ist die vordere Grenze Germaniens weit sie ganz* (von dieser Seite bis an dessen östliches Ende) *durch Donau gezogen ist.* Sic *limes agitur* c. 29. et *Germania a Raetis et noniis Danubio flumine separatur* c. 1. *Frons* autem h. l. fere id *limes*, propr. anterius cuiuscunque rei latus, quatenus hostiliter

oppositum est frontemque obvertit." Sed Tacitum hoc vel illo sensu dixisse *frontem peragere*, vix crediderim, malimque exponere: *quatenus Danubio peragitur*, penetratur, percurritur, h. e. perfluitur, sc. Germania; quae dictio saltem non audacior est, quam illa Stat. Theb. 5, 574. *peragit dolor membra.* Alia, sed minus apta, contulit Burm. ad Val. Flac. 1, 283. 566. ad Petron. LXIX. ad Quinctil. decl. 1, 9. 13. et in eandem paene interpretandi rationem incidisse video Hessium: *peragitur* pro peragratur, *so weit Germanien von der Donau durchwandert — durchlaufen wird*, ut *peragere freta* Ovid. Her. 15, 65. *orbem* Val. Fl. 1, 566. *peragitur* MSS. Tur. Bamb. Long. et Lips. ed. pr. Nor. Pogg. Rom. Mon. Rhen. 2. 3. et min. Pass. Dilth. Hess. Günth. *pergitur* ed. Put. Vien. Rhen. 1. Ald. Pich. Ern. Long. non prorsus improb. Pass. si suppleatur *iter*, (v. ad Ann. 1, 28, 2.) et prob. Emmerl. coll. cap. 41 pr. ut sensus sit: quatenus quis Danubium sequitur, *so fern man auf der Donau fortgeht. (In so fern man seine Richtung auf die Donau zu nimmt; Reichard.* p. 100.) *praetexitur* (ut cap. 34.) ed. Lips. Bred. Weik. *So weit sich vor ihm die Donau hinwebt; Woltm. porgitur* (porrigitur) coni. Ern. *porrigitur* Lips. quod reperitur in ed. Par. receptumque est a Seeb. et Walch. *praetenditur* Bred. coll. Tac. Ann. 2, 56. H. 2, 6. 14. *peragratur* Hess. *protegitur* reposuere Bip. Oberl. Bekk. Lün. (unde Stromb. et Spreng. *so weit es von der Donau gedeckt wird*) Hi male compararunt Tac. Ann. 15, 43. *Danubio* (ad Danubium) *protegitur* a Nariscis, Quadis et Marcomanis, Barth. §. 514.

7. *Marcomanis Quadisque — manserunt reges ex gente ipsorum, nobile Marobodui genus* Marcomanis et *Tudri* Quadis. *Tudri* Vat. 1518. 4498. et plurimae edd. tam vet. quam rec. *Trudri* c. Long. *Trudi* Vat. 2964. ed. Nor. et Rom. quod verum visum Rhenano, Anton. et Oberl. quoniam vulgata in Germania *Trutonii, Trutomanni, Adeltrudis, Gertrudis* et olim et hodieque nomina. *Tuder* s. *Tudrus* s. *Trudus* non nisi h. l., neque alii, quantum memini, Marcomanorum Quadorumque reges memorantur, quam a scriptoribus serioris aevi, et quidem Marcomanorum *Attalus* ab Aurel. Vict. de Caes. c. 33, 6. *Fritigil* regina a Paulino in vita Ambrosii p. 65. Quadorum *Phurtius* s. *Furtius* et *Ariogaesus* a Dione 71, 13. et in numo ap. Spanh. de Pr. et U. N. T. II. p. 582. *Caiobomarus* a Dione 77, 20. *Araharius, Viduarius, Agilimundus* et *Gabinius* ab Ammiano 17, 12, 12. 26, 4, 5. 29, 6, 2. 5. 30, 5, 3. *Vannium* huc referendum esse, (Tac. Ann. 2, 63 extr.) quis affirmare ausit? *nobile Marobodui genus*, ut ap. Vellei. 2, 108. nec intercedit Strabo VII. p. 445. appellans eum ἰδιώτην, quum id nominis non nobilitati generis, sed dignitati regiae opponatur; *Gebauer* p. 47. Cf. ad cap. 7. n. 1. et de *Maroboduo* Ind. Tac. — *Quadisque* c. Tur. ed. Nor. Pich. et rec. *Quadisve* ed. pr. Put. Pogg. Vien. al. Error sollennis et hic e praec. *Narisci Quadive* ortus; *Pass.* Cf. ad cap. 4. n. 6. — *mansere* Nor. Vien.

8. *Iam et externos patiuntur* reges, ut Catualdam, Vannium, Vangionem, Sidonem. v. Tac. Ann. 2, 62. 63. 12, 29. 30.

9. *sed vis et potentia* (synon. v. ad c. 40. n. 11.) *regibus ex auctoritate Romana*, quia Romani eos tum *pecunia* et *armis adiuvabant* adversus factiones nobilium populariumque, tum dabant Germanis, ut et aliis populis, reges, quos sibi fidos fore beneficiorumque memores sperare poterant; quod tamen auxilium subtrahebant iis regibus, quorum potentia nimis creverat. v. ad Ann. 2, 1, 1. — *nec minus valent;* haec verba a seqq. coniunxere ed. Vien. Pass. Spreng. Dilth. Hess. Günth. quod et suaserat Emmert. 3, 476. ed. 1. Passovius haec annotavit: „In editt. vulg. (etiam Bekk. Lün. Leutsch. Walch.) haec initium faciunt cap. seq. *Nec minus valent retro Marsigni* cet. absurde, quum statim addatur Gothinos Ososque tributa pati, a Sarmatis et Quadis imposita. Immo accipiebant pe-

cuniam a Romanis reges Marcomanorum et Quadorum, *nec tamen ideo minus valebant*, ac si nihil tulissent: non enim tanquam pauperiores divitibus accipiebant, sed victores a victis reportabant. Pudebat vero equitem Romanum aperte confiteri, gentem suam barbaris tributa pendere coactam esse, quod silentio praeterire non licebat historico. Romanos non solum Decebalo, Dacorum regi, sed sociis quoque Dacorum Marcomanis Quadisque, tributarios fuisse sub Domitiano, iam non reticet Dio Cass. 67, 7. et 68, 9. Cf. Gagern. p. 105. (155 seq. 355. ed. 2.) Huc quoque referenda videntur, quae dixit noster cap. 15. extr." Cf. ad cap. 43. n. 12. Malim tamen explicare: *nec minus valent* reges, qui *saepius pecunia iuvantur*, quam *armis nostris*; nam pecunia corrumpuntur, qui iis favent. Loci vero Dionis ad solum Decebalum spectant nec posterior ad tributum. Aptior, sed durior, medicina Lallem. et Bleterii, qui *nec* delendum putabant: *Minus valent retro Marsigni* cet. In MS. Tur. legitur: *nec manus valet, Retro Marsigni* cet.

CAPUT XLIII.

Retro Marsigni, Gothini, Osi, Buri: terga Marcomanorum Quadorumque claudunt. E quibus Marsigni et Buri sermone cultuque Suevos referunt. Gothinos Gallica, Osos Pannonica lingua coarguit, non esse Germanos, et quod tributa patiuntur. Partem tributorum Sarmatae, partem Quadi, ut alienigenis imponunt. Gothini, quo magis pudeat, et ferrum effodiunt. Omnesque hi populi pauca campestrium, ceterum saltus et vertices montium iugumque insederunt. Dirimit enim scinditque Sueviam continuum montium iugum, ultra quod plurimae gentes agunt; ex quibus latissime patet Lygiorum nomen in plures civitates diffusum. Valentissimas nominasse sufficiet, Arios, Helveconas, Manimos, Elysios, Naharvalos. Apud Naharvalos antiquae religionis lucus ostenditur. Praesidet sacerdos muliebri ornatu; sed deos interpretatione Romana Castorem Pollucemque memorant. Ea vis numini: nomen *Alcis*. Nulla simulacra, nullum peregrinae superstitionis vestigium: ut fratres tamen, ut iuvenes venerantur. Ceterum Arii, super vires, quibus enumeratos paulo ante populos antecedunt, truces, insitae feritati arte ac tempore lenocinantur. Nigra scuta, tincta corpora; atras ad proelia noctes legunt ipsaque formidine atque umbra feralis exercitus terrorem inferunt, nullo hostium sustinente novum ac velut infernum aspectum: nam primi in omnibus proeliis oculi vincuntur.

Trans Lygios Gothones regnantur, paulo iam adductius quam ceterae Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem. Protenus deinde ab Oceano Rugii et Lemovii: omniumque harum gentium insigne rotunda scuta, breves gladii et erga reges obsequium.

1. *Retro Marsigni, Gothini, Osi, Buri* sc. agunt, habitant, orientem versus, in extremis Germaniae finibus, ita ut *terga Marcomanorum* Marsigni et Gothini, *Quadorum* Osi et Buri *claudant*; (cf. ad cap. n. 1.) ad Viadrum et Vistulam, in giganteis aliisque Silesiae et Bohemiae montibus; unde mox: *omnes hi populi saltus — insederunt*,

verba non satis respexerunt Cluver. Adelung. et alii. Sedes horum aliorumque populorum, postea memoratorum, quos Anton. IV. p. 381 seq. Slavis, alii Suevis, saltem Germanis, annumerant, magno studio nuper investigarunt Mannertus, Krusius, (Archiv für alte Geogr. 1. Heft, und Budorgis) Wilh. et Reichard. *Marsigni* in com. Glacensi; *Dithm.* et *Kru.* In palatin. Massovia s. Masuria, in qua etiam *Warzava*, Varsavia, Warschau; *Reich.* p. 119. Cf. ad c. 2. n. 8. *Marsingi* corr. Colerus, et *Attigni* Wilhelm. p. 236. coll. Dione 71, 12. 72, 2. qui fuerunt Vandali et fortasse Σιλίγγαι Ptol. 2, 11. — *Gothini*, ad ripam occident. Vistulae in Cracovia; *Reichard.* p. 118. Populus *Gallicus* ad Marum, (Moravam s. March) in parte Silesiae Borussorum, primum ab iis, deinde a Quadis occupata; *Wilhelm.* p. 232. qui hoc inde colligit, quod *Quadi tributum iis imposuere*, et ex Ptol. 2, 11. qui in Quadorum terris tam oppidorum Celtici nominis et originis mentionem facit, (v. ad cap. 42. n. 3.) quam unicae *ferrifodinae*, Romanis notae: ὑφ' οὓς (τοὺς Κουάδους) τὰ σιδηρωρυχεῖα (ubi nunc Feldsberg, Eisgrub et Niclasburg non longe a Cracovia ad ripam occident. Vistulae, aut Iglawa, Oslawa, Schwarza, Zwittawa al. inter Bohemiam et Moraviam) καὶ ἡ Λοῦνα ὕλη, Luna silva, pars Hercyniae et hod. Manhart. Cf. not. 5. Sprengel p. 92. Wilhelm. p. 41. 42. 232. Reichard. p. 220. 221. Ex eiusdem Wilhelmi sententia Κοτινοί, (Dion. 71, 12.) *Gothunni* aut *Gothuni*, *Gothyni*, *Gruthungi*, (Claudian. IV. cons. Hon. 623. et in Eutrop. II. 153. 196. 399. 576.) *Gruthungi* (Ammian. 27, 5, 6.) et *Gautunni* (Vopisc. in Probo 18.) non fuere *Gothini*, (v. Kruse Archiv. I. p. 68.) sed *Gothones* s. *Gotones*, de quibus v. nota 17. „Enimvero sedes Gothinorum, ut *Burorum*, non quaerendae in Polonia aut Silesia, sed ad australe Danubii latus, ubi ferrifodinae in multis Stiriae locis, inpr. Markt Eisenärz." v. Wersebe p. 236 sq. *Gothini* ed. pr. *Gotini* h. l. et deinde bis MS. Stuttg. ed. Nor. Rom. Vien. Rhen. 2. 3. *Bothini* ed. Mon. Βατεινούς habet Ptol. 2, 11. in his ipsis regionibus; *Pass.* In Marcomanorum potius regno. — *Osi* tribus Boioariorum, a quibus nomen traxit pagus Hosiorum, Housi s. Ousgow; Kp. ad cap. 28. In finibus Bohemiae non procul a Danubii ripa; *Bred.* In regione montana a fontibus Viadri ad fontes Granuae, et fortasse, qui Ptol. 2, 11. dicuntur Οὐισβούργιοι ὑπὲρ τὸν Ὀρκύνιον δρυμόν, *Wilhelm.* p. 234. 235. Immo intra Vistulam et Tatra montem in Galicia et Cracovia, ubi etiam nunc *Oswieczim* (Auschwitz) ad Solam fl., *Osyek* et *Ospletz* memoriam nominis eorum servant; *Dilth.* et *Reichard.* p. 12. 117. Cf. ad cap. 28. n. 8. Kruse ll. ll. et Mannert. — *Buri* s. *Burii* ad fontes Vistulae et Viadri usque ad Brigam et Cracoviam, aut prope Troppaviam in Silesia Austr. qui olim et Dacis et deinde Marcomanis iuncti bella gesserunt cum Traiano, Commodo et M. Aurelio. v. Dio 68, 8. 71, 18. 72, 2. 3. et Iul. Capitol. in Anton. Phil. 22. Huic dicuntur *Buri*, illi Βοῦῤῥοι, et Ptol. 2, 11. Λοῦγοι (Lygii) οἱ Βοῦροι μέχρι τοῦ Οὐιστούλα ποταμοῦ. Hinc pro vulg. *Burii* recepi *Buri* ex ed. Nor. Rom. Vien. Par. *Buri: ii terga* cet. coni. Groslot. *Buros* et *Burgundios* s. *Burgundiones* unam eandemque gentem esse, quae nomen acceperit a *Born*, fonte, et *Bauer*, incola, aut Slav. *Bor*, saltu, et *Gund*, viro, sibi, non omnibus, persuaserat Adelung. p. 231. v. Mannert. p. 431 seq. Sprengel p. 92. 93. et inpr. Wilhelm. p. 246. 251. 253—257. ubi etiam causae afferuntur, cur Tacitus non mentionem fecerit Burgundiorum, etsi Germani fuerint et quidem Suevi. — *Marconiarum* pro *Marcomanorum* ed. pr.

2. E *quibus Marsigni et Buri sermone cultuque Suevos referunt*, v. ad cap. 20. n. 8.

3. *Gothinos Gallica*, *Osos Pannonica* (Par. *Pannonia*) — *Germanos*, v. ad cap. 28. n. 8. — *et quod tributa patiuntur*, „ut Ann. 6, 41. et *tr. tolerare* Ann. 4, 71. *tributis contemni* sup. c. 29." *Hess.* *et quod t. pa-*

tiuntur Hyperbaton, vix ulli linguae usitatius quam Francicae, praesen tim tali verborum positura; *Günth.* *et* male omissum in ed. Nor.

4. *Partem tributorum Sarmatae* Osis, *partem Quadi* Gothinis, *u alienigenis, imponunt*, quod Wilhelm. p. 232. contra Spenerum p. 105 ex eo probat, quod Gothinorum regionem Quadi occuparint et hi illo rum opera servili usi sint in ferrifodinis, quae in media Quadorum terr fuerint. Ibi nunc Baba-Gora non longe a Cracovia, aut Gleiwitz e Tarnowitz; *Sprengel.* Cf. Ptol. 2, 11. *Sarmatae*, quorum fines latissi me in Asia et Europa patebant, h. l. videntur esse Iazyges Metanastae in Quadorum vicinitate, vel Sidones. v. ad Ann. 12, 29, 2. et Wil helm. p. 234. *Sermatae* MS. Long. *Sarmathe* c. Tur. *Sarmathae* ed pr. Pogg.

5. *Gothini — et ferrum effodiunt*, cf. nota 1. et 4. nec non ad cap. 6 n. 2. Romanorum servi ad metalla quoque damnari solebant. Cf. Suet Cal. 2. Plin. ep. 2, 11. 8, 10. 16, 3. Lucan. 4, 303. *offodiunt* Put. 1 non 1. — *quo magis* eos *pudeat*, scil. *tributa pati*: nam suis ex ferrifo dinis arma sibi parare ac, nisi ignavi essent, ita iugum excutere pos sent, quum dominis contra ne ferrum quidem supersit, ut ex cap. 6 pr. supplere licet; *Orell.* *quod m. pudeat* dedit Walch. *quo magis pu deat* pro: *ut eo magis eos pudeat*, (quod quidem dicendi genus rhetorem potius quam modestum scriptorem redolet in unaquaque lingua) *et fe rum effodiunt*, nec sibi libertatem asserere valent; *Günth.*

6. *Omnesque hi populi pauca campestrium* locorum, (v. ad c. 41 n. 1. et Ind. III. v. *Adiectiva neutra* et *Ellipsis.*) *ceterum saltus et vertice* saltuosos vertices, *montium iugumque insederunt. iugaque* MS. Arun *iugumque* Acidalio e seqq. repetitum insititiumque videbatur, et deletum est a Walch. *Iugum* accuratius definit *saltus et vertices montium*, ta nude autem adiicitur, quia statim de iugo illo loqui fusius auctor in cipit; *Emmerl.* „*Iugum montis* frequentant Latini, (ut mox hoc cap sup. c. 1. et aliis locis a Pass. laudatis) rarius *mons* omittitur, ut a Cae b. G. 6, 40. 7, 67." *Hess.* *Insidere* cum accus. casu, de quo vide, qu Günther laudavit, Duk. ad Flor. 3, 21, 7. et Graev. ad Flor. 4, 7, *campestrium: caeterum: saltus* ed. pr. *iugaque* MS. Arund.

7. *Dirimit enim scinditque Sueviam*, ut nunc Bohemiam et Mor viam a Saxonia, Silesia, Galicia et Hungaria, *continuum montium i gum*, quorum nomina *Sudeti s. Sudeta*, (*Σούδητα ὄρη* Ptol. 2, 11.) mo pinifer et metallifer, (Fichtel- u. Erzgebirge, Thüringer- u. Franke wald) *Gabreta*, (*ἡ Γάβρητα ὕλη* Ptol. 2, 11. *ἡ ὕλη μεγάλη Γαύβρητα* Stra 7, 1, 5.) pars australis saltus Bohemici et Moravici, *montes Vandali* (*τὰ Οὐανδαλικὰ ὄρη* Dio 55, 1.) montes gigantei, *Asciburgius*, (*τὸ Ἀσ βούργιον ὄρος* Ptol. 2, 11.) iidem montes gigantei aut Sudeti inter Sil siam et Moraviam, *Carpathus s. Carpates mons*, (*Καρπάτης ὄρος* Ptol. 5. 7. *Bastarnicae Alpes* in Tab. Peuting. segm. V. inter Poloniam, U gariam et Transsilvaniam) hod. Carpates, Daciam et Jazygum Metan starum regionem a Sarmatia separans, *Orcynius saltus*, (*ὁ Ὀρκύνιος δ μός, μεταξὺ τῶν Σουδητῶν καὶ Σαρματικῶν* Ptol. 2, 11.) hod. Klokatzg birge et pars montium in Hungaria sup. ubi fontes Vistulae, aut C pates ad fines Moraviae, *Luna silva*, (*ἡ Λοῦνα ὕλη* Ptol. 2, 11.) pars H cyniae, hod. Manhart, aut montes Moravici, *Sarmatici montes*, (*τὰ Σα ματικὰ ὄρη* Ptol. 2, 11.) a Danubio ad fontes Cusi, hod. Czerhat — Fat — et Klakgebirge, parsque montium in sup. Hungaria. Cf. Dilth. h. l. Spener I. p. 91. Wilhelm. p. 37 — 43. Reichard. p. 216 — 222. *montium* abest a MS. Tur. ed. Nor. et Mon. — *agunt*, v. ad Ann. 1, 68

8. *Lygiorum nomen*, v. ad H. 2, 57, 1. et 4, 18, 2. *Lygii* Sue rum gens in magna Poloniae mai. atque min. parte (a fonte Vistul ad amplum eius sinum usque ad Brombergam) et in orientali Silesia

e quibus alii cum Marcomanis Hermundurisque contra Quados, alii Saec. III. Probo regnante et ductu Semnonis regis cum Burgundiis et Vandalis adversus Romanos ad Rhenum profecti sunt. v. Tac. Ann. 12, 29. 30. Strabo 7, 1, 3. Dio 67, 5. Zosim. 1, 67. et de sedibus, populis (in nota 9. memoratis) ac nomine huius gentis (quod alii a voc. rec. Gall. *ligue*, Angl. *league*, foedere, repetunt, et Adelung. p. 229. a Scot. *Loch*, lacu, et ant. Germ. *Lug*, saltu et palude) Longol. de Hermund. diss. 19. et 20. Mannert. III, 315. (376. 435 sq.) Wilh. p. 242 — 253. Kruse Archiv für alte Geogr. Fasc. I. et ei. Budorgis. Eos non Germanos, sed Slavos fuisse, contendit Anton. p. 185 — 187. at Leutsch. p. 373. ex Plut. in Mar. p. 416. colligit, eos fuisse *Λίγυας*, Ligures in Gallia, ad Rhodanum et Alpes, hosque a Gallis victos tum in Italiam, tum una cum Helvetiis, Boiis et Gothinis in Germaniam migrasse, postea autem in populi unius corpus coaluisse cum Vandalis Suevicis. Cl. a Wersebe p. 240. 254. 257. Lygios non in Polonia aut Silesia, sed in Lusatia (in qua Lübben, Luckau, Lipten, Liska, inpr. Lignicium) quaerendos censet. *Λύγιοι* dicuntur Dioni l. l. *Λούϊοι* Strab. *Λογίωνες* Zosim. *Lutugi* in Tab. Peuting. *Λοῦγοι* Ptol. 2, 11. in cod. Coisl. Pic. Mirand. sed *Λοῦποι* et *Λόγγοι* in aliis. *Legiorum* h. l. MSS. Vat. 1862. 2964. et Tur. ed. pr. Put. Nor. Pogg. Rom. Vien. Par. *Leugiorum* Vat. 1518. *Vegiorum* Vat. 4498. *Legionum* ed. Mon. Sed *Lygios* eaedem edd. sub finem huius cap. praeter Par. et Vien. in quibus est *Ligios*, ut in Long. et in optimis libris Tac. Ann. 12, 29. prob. Mannert. *Lygiorum* et *Lygios* ed. Rhen. 2. 3. et rec.

9. *Valentissimas* Lygiorum civitates *Arios*, *Helveconas*, *Manimos*, *Elysios*, *Naharvalos*, de quibus v. Spener. II. p. 112 sq. Wilhelm. p. 245 sq. Reichard. p. 78—84. et Kruse ll. ll. Illorum non alii mentionem faciunt, ut nec eorum, qui horum loco praeter *Buros* (v. nota 1.) a Ptol. 2, 11. memorantur. Ab eodem Ptol. Lygiis multa tribuuntur oppida, (cf. Wilh. p. 251 — 253. et Reich. p. 254. 278 — 284. 301 — 305) *Βουδόργιον* et *Βουδοργίς*, (Wilh. et Krus. idem locus et hod. Ratibor aut Laske, sed Reich. duo loca eiusdem nominis, Brega, Brieg, ad Viadrum sita, vicus et opp.) *Ἀσάγκα*, Stary-Schanza s. Stary-Sandek, (Alt-Sandek) *Καῤῥόδουνον*, Wilh. Zarnowice, Reich. Cracovia, *Λευκάριστος*, Wilh. Berun, Krus. Constadt, Reich. Leubus, *Λιμιοσάλεον*, Lissa, *Ἀρσόνιον*, Wilh. Osiacovia, Krus. et Reich. Marsenik, *Καλισία*, Kalisch, *Σετίδαυα*, Zidowo, *Σκοῦργον*, *Wilh.* Deutsch-Krona, *Reich.* Cörlin, *Λουγίδουνον*, Liegnitia, *Ἠγητματία*, Krus. Massilia, (Massel in princip. Olsnensi) Reich. Suidnitium, Schweidnitz. — *Arios* Buris vicinos fuisse et Vistula diremptos a Sarmatis, suspicatur Wilh. p. 247. Ad latus septentr. et australe Sudetorum montium, ubi Arnsdorf, Arnsberg, Gravenorth, Arnau; *Reich.* In Silesia, in qua Auris opp. ad Viadrum s. Oderam fl., eos habitasse putat v. Wersebe p. 241. *Harios* MSS. Vat. omnes et Humm. ed. Nor. Rom. Par. sed paulo post *alii* pro *Arii* cod. Tur. ed. pr. Nor. Pogg. — *Helvecones* haud dubie *Αἰλουαίωνες* Ptol. 2, 11. inter Viadrum et Vistulam, et fortasse *Λογίωνες* Zosim. 1, 67. socii Burgundionum, non *Hilleviones* Plin. 4, 13. s. 27. in Scandinavia. „Ad Havelam in Marchia, (Mittel- u. Ukermark u. Priegnitz) ubi postea Heveli s. Heveles et Heveldon prov." *v. Wersebe* p. 241. Cf. Wilhelm. p. 250. 251. et Reichard. p. 76. *Helveconas* omnes paene edd. *Eluheconas* Vat. 1518. *Helvetonas* Vat. 1862. et ed. Nor. *Helvectonas* Vat. 2964. *Helvectoras* Vat. 4498. *Helvetionas* Par. — *Manimi* videntur esse *Ὀμανοί* Ptol. 2, 11. in septentr. Silesia et Boruss. Polonia, ad Viadrum et Vistulam; *Wilhelm.* l. c. Ad ostia Boberae et Neissae, in ducat. Crossen, Sagan et Glogau; *Reich. Manimos* omnes MSS. Vat. et plurimae edd. *Lanimos* c. Humm. *Manumos* Par. *Mannos* Nor. Cf. ad c. 2. n. 6 extr. „Fortasse leg. *Misnimi* s. *Misnii*

ad fl. Misni, hod. Meise, unde ab Henrico I. nomen accepit Misena, Meissen." *v. Wersebe* p. 241. — *Elysios* in media *Silesia* aut princip. *Olsenensi*, in quo Olsena s. Olsna, hod. *Oels*, ad fl. Oelse. Cf. Gagern. p. LXXX. (354. ed. 2.) Wilh. p. 249. v. Wersebe p. 242. Kruse Budorgis p. 26 seq. 71—101. Sed finitimas quoque terras occupasse videntur; *Reich. Elisios* c. Tur. *Helysios* Vat. 1518. 1862. 4498. ed. Par. *Helisios* MS. Humm. et ed. Nor. *Aliscoskas* Vat. 2964. In marg. ed. Frft. 1542. et Colon. „Fortassis *Selysios* aut *Elesios*." — *Naharvalos* eorumque *lucus antiquae religionis*, fortasse iuxta Buros ad Vistulam et Viadrum, prope Gorlicium, in Lusatia super. et Silesia infer.; *Kruse* Archiv. I. p. 104. In Polonia magna, intra Kamienkam et Bsuram fluvios, usque ad Petricaviam et Ravam; *Wilh.* p. 248. Inter Wartham et Vistulam, ad fluvios Bsuram et Ner; *Reich.* p. 81. *Naharvalos* Vat. 2964. *Nahanarvalos* cet. Vat. sed mox *Nacharvalos* Vat. 1518. *Nahanarvalos* bis MS. Tur. ed. Mon. Par. Pass. Dilth. ut primo loco ed. pr. Put. Pogg. Vien. sed altero *Naharvalos* ed. pr. Put. Nor. Pogg. Vien. et utroque ed. Rhen. 1. 2. 3. et rec. tam ante, quam post Pass.

10. *Apud Naharvalos antiquae religionis lucus*, cf. c. 39 pr. et ad cap. 9. n. 7. Wilh. p. 51. Reichard. p. 233. *regionis* Nor. Par. — *Praesidet* luco *sacerdos muliebri ornatu*, ut apud Coos Herculis sacerdos et Comanis in Cappadocia, (Strab. XII. p. 369. al. 835.) ubi τὸ τῆς Ἐνιοῦς ἱερὸν et tali ornatu sacerdos festo die diadema deae gestat, cuius ritus rationem Creuzer attulit; *Welker.* Non male a Sprengelio comparantur ἀνανδριεῖς (Unmänner) Scytharum, (quorum ritus ad Sarmatas et ab his ad vicinos populos transire potuerunt) et quae de eorum summo et paene divino honore muliebribusque negotiis et loquela tradidit Hippocrates, (de aëre, aqua cet. §. 106. p. 100. ed. Coray) ut similia Herodot. 4, 67. et Klaproth Reise an den Kaukasus I, 284. *muliebri ornatu* sc. indutus, quale vocabulum temperatius dicendi genus requirat; *Günth.* — *sed deos interpretatione Romana* (v. ad cap. 3. n. 1.) *Castorem Pollucemque memorant: ea vis* (significatio) *numini: nomen Alcis;* dat. plur. numeri; *Ern.* Designari daemonas montanos (*Alff*, *Alp*, *Elff*) suspicabatur Keyssler. antiq. Celt. p. 500. Lebum et Polebum, Sarmatarum numina, Praetor. orb. Goth. 6, 11, 1., Canadensium deos Napinukheth et Pepunukheth (quos inter ita divisum orbis imperium, ut hic veris et aestatis, ille hiemis esset praeses utque alternis temporum vices hominumque fata regerent, de quo v. Creuxii hist. Canad. p. 81.) Broterius, ignes fatuos Rudbeck. Atlant. 1, 24, 48. p. 628. Dioscuros, Argonautarum temporibus a Celtis Oceani accolis deorum maxime cultos, (v. Diodor. 4, 56. et cf. Mel. 1, 19. Plin. 6, 5. Ammian. 22, 8, 24.) Dithm. et Emmele Beschreib. röm. und deutsch. Alterth. p. 76. Etruscorum Ἄλκε et Graec. Ἄλκος, (v. Tischbein Vasen 1, 33.) Welker, iuvenes fortissimos, sic dictos a Slav. *Holcz*, puer, *Holczy*, pueri, Antonius p. 186. Sprengel p. 93. 94. Wilh. p. 248. et Passov. Cabiros Barth. II. p. 516. rectores omnium rerum, (*alles ist*) ἄλκην, robur, aut *alcem* (*Elendthier*, de quo v. Plin. 8, 16. al. 15. Pausan. 9, 21. Caes. b. G. 6, 27. ubi cf. Morus et Oberl.) alii. „Cf. Luden T. I. p. 746. 16. a quo numen vocatur *Alci*, fortasse rectius. Equidem suspicor, aut nomen *Alcis* ducendum esse a voce priscae linguae Germ. *Elk* s. *Ellen*, quae significat robur et eiusdem stirpis est cum Gr. ἀλκή, (v. Hagen Wörterb. z. Nibelungenlied) unde *alces* vocatur *Elch* s. *Elennthier*,) v. Nibel. v. 3671. et Herzog. ad Caes. b. G. 6, 27.) ita ut *Alces* (*Alcis* Genit.) sint potentes, οἱ κρείττονες: aut *Alcis* eadem potestate sumptum referendum esse ad Dioscuros, qui, quum Cabiri essent, dici quoque poterant potentes, quoniam Cabiri a voce Phoen. כַּבִּיר appellantur θεοὶ μεγάλοι, δυνατοί, *dii potentes*. v. Klopfer

Mythol. Wörterb. T. I. p. 435." *Hess.* Omnia haec incerta et quaedam absurda. v. Gebauer p. 905—909. et Dilth. Probabilior est coniectura Reichardi, de qua v. ad cap. 40. n. 6. *Romani* Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Pich. prob. Perizon. — *ea vis numini: nomen Alcis* MS. Humm. ed. Nor. Rom. Ern. et rec. *ei numini nomen alcis* Par. *eius nominis numen A.* cod. Tur. ed. Pogg. *eius numinis nomen A.* ed. pr. Put. Mon. Vien. Rhen. 1. 2. 3. et cet. ante Ern.

11. *nulla simulacra,* (cf. ad cap. 9. n. 1.) *nullum peregrinae* (Romanae vel Graecae; *Günth.*) *superstitionis,* δεισιδαιμονίας, cultus religiosi, vestigium: *ut fratres tamen, ut iuvenes venerantur,* quemadmodum Castor et Pollux, quibus propterea similes videntur, ut superstitio *peregrina; Dilth.* Argumentum leve. *Superstitio* Romanis dicebantur omnes aliae et externae religiones; *Long.* ad h. l. et ad Plin. ep. 10, 97, 8. Non latine dicitur pro religione, (v. Tac. H. 5, 13, 1. Wolf. ad Cic. or. pro domo p. 251. Gesneri Thes. et Nolten. Lex. T. I. p. 753.) nisi interdum apud scriptores serioris aevi; *Hess.* *tamen,* i. e. mirum tamen, quod *ut fratres — venerantur; Günth.* *venerantur* sc. eos: nam Pass. non in usu fuit, nisi in Particip.

12. *Arii* (v. not. 9.) *truces super vires,* (etiam ultra vires suas; *Günth.*) *quibus antecedunt enumeratos paulo ante populos,* non Hermunduros, Quados et Marcomanos, (quod putabat Kruse Archiv Fasc. 1. p. 101. nam *Marcomanorum praecipua gloria viresque* cap. 42.) sed Marsignos, Gothinos et Osos, *paulo ante* enumeratos. v. Dilth. (qui hinc quoque colligit, verba *nec minus valent* capiti 42. non 43. adiungenda esse) et Wilhelm. p. 247. *Ceterum alii — enumeratis* Par. *trucis* c. Tur. ed. pr. Nor. Put. Pogg. Mon. Par. Vien. De signif. vocis Döderlein lat. Synon. T. I. p. 40. acute exponit; *Hess.* *paulo* c. Long. et ed. pr. constanter, ut *paulatim* c. 30. „Scripturam cum duplici *l* defendunt Longol. et Cellar. Orth. T. I. p. 306. sed iure cum simpl. *l* Periz. ad Sanct. Min. I, 104. p. 69. et Schneid. Gram. I, 2. p. 412. 484." *Hess.*

13. *insitae feritati arte ac tempore lenocinantur,* pondus addunt, eam augent, ornant; *Long.* *Lenocinium* est omne id, quod rei accedit aliunde vel additur ad eam vel amplificandam vel exornandam vel commendandam; *Periz.* Cf. ad O. 6. et intpp. Plin. ep. 2, 8. *Ars* spectat ad nigra scuta et tincta corpora, *tempus* ad atras noctes, quas ad proelia legunt. *feritatis* MS. Humm.

14. *Nigra scuta,* cf. ad cap. 6. n. 5. — *tincta corpora:* mos barbarus, gentibus Germanicis plane ignotus; *Pass.* et, quos laudat, Wessel. ad Herodot. 5, 6. et Joh. Beckmann. animadv. min. 1, 10. p. 69. Hinc Arios non Germanos, sed Slavos fuisse, suspicatur Anton. p. 185. et Germanos quidem, sed limitaneos et Vistula tantum a Sarmatis separatos, Wilh. p. 247. Noti sunt Melanchlaeni; (Strab. III. p. 263. B. Mel. 2, 1.) στίγματοι adeo (*tatoués*) Thraces, Illyrii, Japydes, Daci, Sarmatae, Americani. v. Strab. 7, 5, 4. Herod. 4, 56. Plin. 22, 1. (*Illinunt aliis aliae faciem in populis barbarorum feminae, maresque etiam apud Dacos et Sarmatas corpora sua inscribunt.*) Creuxii hist. Canad. p. 70. Pelloutier hist. des Celtes T. I. p. 290 sq. Sed Arii hoc habitu non nisi in proeliis utebantur et ut terrorem hostibus inferrent. Sic et Britanni vitro inficiebant, ut horridiore essent in pugna aspectu. (Caes. 5, 14. Plin. 22, 2.) Cf. ad Agr. 11. Simile vero strategema Germanis etiam nunc in usu est. „Cuinam h. l. non in mentem veniunt Husari nigri cum capitibus mortuorum?" *Dilth.* *Atris* autem *noctibus* minus conveniunt, quae h. l. referuntur, quam sublustribus. — *atras ad proelia noctes* pars hexametri. Cf. Ind. III. v. *Versus.*

15. *ipsaque formidine,* terribili aspectu, *atque umbra* (colore fusco, Dilth.) *exercitus feralis,* nigri, qui exercitus *velut infernus,* inferorum

et umbrarum esse videtur. Sic feminae, quae *in modum Furiarum veste ferali, crinibus deiectis intercursant facesque praeferunt*, Tac. Ann. 14 30. ubi v. nota 1. — *novum:* fort. *noxium; Barth.*

16. *nam primi in omnibus proeliis oculi vincuntur,* cf. ad cap. 31. n 10. et ad c. 38. n. 6. *primi,* primum. v. Ind. III. v. *Adiect. pro Adv.*

17. *Gothones* MSS. et edd. vet. *Gotones* corr. Bip. Bred. Seeb. ex Ann. 2, 62. ubi *Gothinos* potius significari putat Dilth. „Quum nesciam, quid obstet, quo minus Annalium locus ad nostrum refingatur, librorum auctoritati Gothinorumque analogiae obsecundare malui. *Guttones* Plinii H. N. 4, 14. s. 28. et 37, 2. s. 11. gens procul dubio a Gothonibus diversissima, nihil probant, (cf. ad c. 2. n. 1.) et ap. Ptol. 3, 5. incidimus in *Γύθωνας.*" *Pass.* Iidem certe videntur hi *Γύθωνες*, ut et *Γοῦται* Ptol. 2, 11. *Βούτονες* Strab. 7, 1, 3. *Κοτινοί* Dion. 71, 12. *Cossini* Artemid. ap. Steph. Byz. p. 490. qui etiam *Gothunni*, *Gautunni* et *Grauthungi,* (v. not. 1.) et seriori aevo *Γοτθοί*, *Gotthi*, *Gothi* dicti, cum *Getis* vero et *Scythis* male permutati sunt atque in *Ostrogothos* et *Visigothos* divisi. Primum habitasse videntur ad dextram Vistulae ripam in Silesiae et Poloniae finibus, et deinde pars eorum in Scandia; (Ptol. 2, 11.) unde *Gothlandia, Gothenburgum, Codanus sinus* et *Gedanum,* Pol. *Gdansk,* Germ. *Danzig*. Hessius haec annotavit: „A Caracalla tumultuariis proeliis sunt victi, (v. Spartian. Carac. 10.) et iam ante initium belli Marcomanici in regiones ad Borysthenem et Danastrum posteaque in Daciam egressi; qua devicta finitimi imperio Rom. sunt facti, quod tempore insequenti incursionibus infestum habebant. v. Mannert. T. III. p. 131. Sub Gallieno, occupatis Thraciis, Macedoniam devastarunt, parsque eorum Asiam devastantes templum Dianae Ephesiae incenderunt Troiamque everterunt. Trebell. Poll. Gallien. 5, 6. Iornand. 7. Quum pulsi victique a Veneriano ac Dexippo Asiae et Europae provincias devastarent, (Trebell. Poll. Gall. 13.) tandem a Claudio Imp. cum sociis in Moesia sunt superati. Treb. Poll. Claud. 8. 9. 12. Aurelianus, quanquam cum iis feciliter pugnarat, tamen Daciam desperans contra eos posse retineri reliquit. Vopisc. Aurel. 22. 39. Postea a. 375. p. Chr. Attila Ostrogothos, ad Pontum seiunctos Borysthene a Visigothis in Dacia, valentissimos sub Hermanarico rege, sibi subiecit, Visigothos, devicto eorum rege Athanarico, trans Danubium migrare coegit in sedes, a Valente Imp. in Thracia Moesiaque iis concessas. Ammian. 31, 3. 4. Res Ostrogothorum in Italia et Visigothorum in Hispania persequi, consilio meo censeo alienum." Cf. Dio 71, 12. Zosim. l. 5. Oros. l. 7. Socratis hist. eccles. 4, 27. (de Phritigerne et Athanaricho, duarum partium ducibus in bello civili) Sprengel et Dilth. ad h. l. Adelung. p. 200—202. Barth. §. 106. 521. inpr. Mannert. III. p. 353. Tzschuck. ad Eutrop. 10, 7. Reichard. p. 85—87. et Wilhelm. p. 257—264. ubi etiam minores Gothorum populi memorantur Gepidae, Taiphali, Victophali, Greuthungi. Notae Visigothorum leges.

18. *regnantur*, a regibus reguntur, *paulo iam adductius,* adductioribus habenis, minore specie libertatis et maiore solutioreque potestate regia; *Günth.* et *Forcell.* Cf. ad cap. 25. n. 10. ad H. 1, 16, 8. et 3, 7, 3. Ann. 12, 7, 2. et 13, 54, 1. *regnant* MSS. Vat. 1518. 1862. 2964. Arund. Tur. Humm. Bamb. Stuttg. edd. vet. ante Rhen. 2. omnes, quod male restituit Ern. *regnantur* Vat. 4498. ed. Rhen. 2. 3. Dithm. Long. Bip. Ob. et rec. *addictius* Rhen. 2. 3. et alii ante Pich. *addictus* Ald. *Adductius* sensu activo Ann. 14, 4. et H. 3, 7. passivo Ann. 12, 7. usurpatur; *Pass.* coll. Gierig. ad Plin. ep. 1, 16. — *supra libertatem*, ita ut ea iam fere nulla sit; *Ern.* Habebant enim leges suas, iuxta quas imperarent, reges: unde Theodoricus, teste Isidoro aera 504, edictum promulgavit, *salva iuris publici reverentia et legibus cunctorum reverentia servandis;*

Dithm. — *adductius quam ceterae Germanorum gentes*, v. ad cap. 2. n. 9. et ad Ann. 13, 54, 1. *exterae* MS. Tur.

19. *Protenus deinde ab Oceano*, paulo longius ab ora maris Baltici; (v. ad c. 1. n. 2.) ut alii putant, ad ipsum Oceanum. *Protenus* ed. Nor. rectius quam *protinus*; *Long*. Antiquior est scriptura et a nobis restituta ex edit. optima. Cf. ad Ann. 3, 16, 2. Cellar. Orthogr. lat. T. II. p. 48. Casaub. ad Suet. Claud. 26. Mitscherl. ad Hor. od. 3, 24, 30. Heyne ad Virg. Ecl. 1, 13. Ge. 4, 1. Aen. 3, 416. 5, 485. 9, 337. Schneid. Gram. I, 1. p. 16. Grotef. Gram. T. II. §. 167. p. 181. ed. IV.

20. *Rugii*, qui 'Ρουτίκλειοι Ptol. 2, 11. (inter Viadrum et Vistulam, ubi et 'Ρούγιον opp., fort. Stettinum) *Rugi*, 'Ρόγοι, *Ulmerugi*, *Ethelrugi* aliis dicuntur, quorumque memoriam servarunt *Rugia* insula, Rega fl., *Regenwalde*, *Rügenwalde*. Ab a. Chr. 450. reguli eorum, ut et Turcilingorum Herulorumque, arma sociarunt cum Attila, et post eius obitum partem Austriae, Moraviae et Hungariae superioris occupaverunt; quod regnum (*Rugilandia*) a. Chr. 480. expugnatum est ab Odoacro, cive eorum, Rugiis funditus deletis aut dispersis. v. Procop., Iornand. 2. 3. 15. 19. 50. 53. 54. Paul. Diac. 1, 19. 29. Exc. auct. ignoti in Ammian. §. 48. Sidon. Apoll. pan. in Avit. 319 seq. Sprengel et Dilth. ad h. l. Tac., Adelung. p. 227. 228. Mannert. III. p. 337. Wilhelm. p. 264—266. (qui etiam 'Ρούγους Strab. 7, 1, 3. legendum putat pro Ζούμους) Barth. §. 509. Reichard. p. 57. — *Lemovii*; ubi nunc Leba opp. et fl., fort. etiam Lauenburgum, ol. Lewenburg; *Reichard*. p. 57. Non nisi h. l. memorantur, atque eos postea *Herulos* fuisse appellatos, perpetuos Rugiorum Gothorumque socios, suspicantur Cluver. 3, 35. Haus II, 206. et Sprengel ad h. l. *Lemonii* c. Tur. ed. Nor. Pogg.

21. *rotunda scuta*, *breves gladii*, v. ad cap. 6. n. 2. et 4.

CAPUT XLIV.

Suionum hinc civitates, ipso in Oceano, praeter viros armaque classibus valent. Forma navium eo differt, quod utrinque prora paratam semper appulsui frontem agit. Nec velis ministrantur, nec remos in ordinem lateribus adiungunt. Solutum, ut in quibusdam fluminum, et mutabile, ut res poscit, hinc vel illinc remigium. Est apud illos et opibus honos; eoque unus imperitat, nullis iam exceptionibus, non precario iure parendi. Nec arma, ut apud ceteros Germanos, in promiscuo, sed clausa sub custode et quidem servo, quia subitos hostium incursus prohibet Oceanus, otiosae porro armatorum manus facile lasciviunt. Enimvero neque nobilem neque ingenuum, ne libertinum quidem, armis praeponere regia utilitas est.

1. *Suionum hinc civitates* cet. Tacitus cap. 44. 45. 46. progreditur ad Germaniam septentrionalem, sed mores potius ritusque populorum respicit, quam situs et terras, historica magis quam geographica; unde ne Scandia quidem aut Scandinavia, Chersonesus Cimbrica, sinus Codanus et Vistula memorantur. Plinius et Mela ex aliis fontibus iisque antiquioribus sua hausisse videntur, Tacitus ex ore mercatorum. Cf. ad cap. 1. n. 2. et 3. ad cap. 2. n. 1. Wilhelm. p. 341—343. Dilth. ad h. l. Mannert. T. III. p. 320 seq. *Suiones* hod. Sueci, oriundi a Suevis aut Gothis et, ut Suevi, sic dicti a *Sue* s. *Sui*, mari, accolae *maris Suevici*, Baltici, in antt. monum. *Sviar*, *Svithiod*, *Sveones*, *Svethans*, *Suomi*, (Finni) *Sweonland*. Cf. Sprengel ad h. l. (a quo laudantur Lagerbring Svea Rikets 1, 45. 67. et Ihre Gloss. 2, 838. 839.) Barth. II. p. 109. Wil-

helm. p. 343. 344. *ipso in Oceano*, mari Baltico, (v. ad c. 1. n. 2.) sc. *sitae*, ut contra *protenus ab Oceano Rugii et Lemovii* c. 43 extr. Sueciae pars meridionalis, quam fama cognitam insulam fuisse veteres credidere; *Bred.* *ipsae* MSS. Vat. 1862. 2964. Arund. et Humm.. ed. pr. Put. Pogg. Par. Mon. Rhen. 1. et min. Bip. Pass. Dilth. *ipse* c. Tur. ed. Nor. Rom. Vien. quod idem est. *ipso* MSS. Vat. 1518. 4498. et Stuttg. ed. Rhen. 2. 3. Dithm. Ern. Brot. al. „*Ipso* non est emendatio Rhen. sed merum sphalma operarum: Rhenanus enim in Castig. rescribi iubet *sitae in Oceano*. Verissime autem Bipontini: *illae* nobis elegantius et verius videtur." *Passov.* Hanc elegantiam non agnoverunt editores rec. et in tribus MSS. *ipso* reperitur; Rhenanus autem in textu habet *ipso* et in Castig. p. 431. *ipse*, unde dubium est sphalma. *in Oceanum* Arund. Vat. 1862. 2964. ed. Nor. Rom. Par. *classibus valent:* „atque ita valuere, ut penes eos sit gloria *iuris nautici*, cuius leges Saec. XI. p. Chr. n. primum scriptae sunt in urbe *Wisby*, quae est princeps Gothlandiae ins. Inde haec insula merito appellatur *oculus maris Baltici*." *Brot.*

2. *Forma navium in eo differt* a vulgari, *quod utrimque prora paratam semper appulsui frontem agit*, quales etiam nunc Suecorum naves, *Schärenflotte;* Dilth. „Tales et Canadensium naves, (*les canots*) quae tamen sine et cum *velis* aguntur. v. P. de Charlevoix Journal hist. d'un voy. dans l'Amérique p. 192." *Brot.* Cf. ad Ann. 2, 6, 4. et H. 3, 47, 7. 8. *utrinque* c. Tur. ed. pr. Pogg. *utrimque* vulgo male; *Pass.* „Idem tamen hanc scripturam approbavit p. 6. eamque bene defenderunt Nolten. Lex. T. I. p. 14. et Schneid. Gram. I, p. 312." *Hess.* *utrumque* ed. Rhag. *apulsui* Rhen. 1. et min.

3. *Nec velis ministrantur, nec remos in ordinem lateribus adiungunt;* (v. ad H. 5, 23, 2.) *solutum remigium*, liberum, non τροποῖς δερματινοῖσι insertum, *et mutabile hinc vel illinc*, ut ab hac et illa parvi navigii parte eo uti possint; *Dilth.* Cf. ad Ann. 2, 6, 1. et H. 3, 47, 8. Tales quoque naves Anglorum ap. Procop. IV. (v. Barth. §. 580.) et similes Venetorum ap. Caes. b. G. 3, 13. *Carinae aliquanto planiores, quam nostrarum navium, quo facilius vada ac decessum aestus excipere possent; prorae admodum erectae atque item puppes, ad magnitudinem fluctuum tempestatumque accommodatae: transtra pedalibus in latitudinem trabibus confixa clavis ferreis: pelles pro velis alutaeque tenuitur confectae, sive propter lini inopiam atque eius usus inscientiam, sive eo, quod est magis verisimile, quod impetus tantas tempestates Oceani tantosque impetus ventorum sustineri ac tanta onera navium regi velis non satis commode arbitrabantur.* His vero navibus gentes septentrionales in Americam facile traiicere potuisse atque Americanis originem dedisse Grotius existimat, iisque adhuc utuntur Americani; *Dithm.* *velis ministrant* malebant Lips. et Ern. ut Broukh. ad Prop. 3, 14, 15. receperuntque Bred. Bip. Ob. Bekk. Lün. Walch. coll. Virg. Aen. 10, 218. et Lucan. 3, 691. „Sed verbum *ministrare* sexto quoque casui iungitur, ut Virg. Aen. 6, 302. Valer. Fl. 3, 38. et, ut *ministerium*, de navibus recte dicitur, etiamsi nihil additum sit: (v. intpp. Petron. de mutat. reip. Rom. 234.) transitus autem e passivo in activum loquendi genus apud Tac. usitatissimus." *Pass.* *ministrantur*, adiuvantur; *Günth.* — *in ordinem*, ἑξείης, *Günth.* — *in quibusdam fluminum*, v. ad Ann. 4, 41, 2. — *hinc vel illinc;* in sola Nor. *hinc vel hinc*, ut Virg. Aen. 1, 162. 500. et ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἔνθα καὶ ἔνθα, *Pass.* et *Günth.* Sic et Liv. 1, 13. 3, 23. 21, 8. 30, 19. 44, 11. Cf. quos Hess. laudavit, Fisch. ad Weller. III. b. 75. Tursell. de partic. p. 280. et Duk. ad Flor. 4, 2, 44.

4. *Est apud illos et opibus honos*, v. ad cap. 5. n. 8. *Est et apud illos op. h.* malebat Bleter. *opibus* mercatura partis. Cf. Barth. §. 581.

5. *eoque* (v. ad Ann. 1, 16, 1.) *unus imperitat*, cf. ad cap. 11. n. 1.

et cap. 13. n. 6. — *nullis iam exceptionibus*, conditionibus, quibus circumscripta est regnantium potestas; *Ern*. Cf. cap. 43 extr. ad cap. 25. n. 10. ad c. 43. n. 18. et Flor. 2, 18, 12. „Ubi suprema regum potestas, nullae legum, nullae libertatis *exceptiones*. Inde Spener in notit. Germ. ant. V, 7. p. 177. recte existimat, apud Suionas regnum fuisse iure hereditario, non datum populi electione: nam *precarium ius parendi* vix, non semper regis sequitur electionem." *Brot*.

6. *non precario iure parendi*; Passovius haec annotavit: „In promptu est emendatio: *iure imperandi*. Sed praestat, locum e rarissima gerundii potestate passiva illustrare, ut Sall. Iug. 62, 8. Cic. Verr. I, 18. Iustin. 17, 3. Tibull. 1, 9, 23. (*Nec tibi celandi fas sit peccare paranti*) et al. v. Cort. ad Sall. l. l. (quem exscripsit Seyfert. Gramm. lat. II, 159 seq.) et intpp. ad Sanct. Min. 3, 8. (His exemplis testibusque Hess. et Altenb. addunt Cic. Verr. 1, 18. (*censendi causa*) Suet. Galb. 8. Cic. Tusc. disp. 1, 28. Ruhnk. ad Vell. 2, 15. Reitz. de ambig. cet. p. 245. Ruddim. inst. gram. P. II. p. 254. ibique Stallb. Zumpt. Gram. §. 82, 2. not. 2. Weber Uebungsschule für den lat. Styl p. 273.) Hoc tamen observatu est dignissimum, in his Taciti verbis gerundium ipsum et substantivum, a quo pendeat, non, ut in reliquis locis, ad eandem personam esse referenda." Referri quidem possunt, si cum Dilth. *parendi* dictum acceperis pro: obsequii exigendi, aut postulandi, ut sibi pareatur. Insuper notandum verbum intransitivum; *Günth*. Sed talia nimis contorta. *Schon ohne alle Einschränkung, nicht mit erbetteltem Recht der Unterwerfung* Germ. haec reddidit Walch. Malim saltem emendare *eoque unus imperitat, nullis iam exceptionibus parendi, non precario iure, quam imperandi*; nam ,sic Tacitus dixisset *imperitat non precario iure imperandi*. *parent* malebat Perizon. — *precario iure*, ut simpl. *precario* Agr. 16. „*Precarium*, quod precibus conceditur, ut H. 1, 52. Liv. 3, 47, 2. Sen. de tranq. 2, 1. v. Gesneri Thes." *Long*. et *Hess*.

7. *Nec arma, ut apud ceteros Germanos, in promiscuo* sunt, (ut ap. Plin. 33, 1. *Long*.) usui promiscuo, libero arbitrio cuiusque concessa. *in promiscuo* recte Nor. Rhen. 2. et rec. *neque promiscuo* MS. Tur. ed. pr. Put. Pogg. Rhag. Mon. Par. Vien. Rhen. 1. et min. Sed si *nulla arma* habuerint, multo minus opus est dicere, se illa non habuisse *in promiscuo*; *Long*. — *sed clausa sub custode*, cuius moris duae redduntur causae; unde minorem distinctionem post *Oceanus* maiori substituendam esse, iam animadverterunt Bip. Oberl. Pass. Ratio, cur *servo* tradatur custodia armorum, continetur verbis *enimvero neque nobilem* cet. — *et quidem servo*: in Par. *et quod s*. — *otiosa porro armatorum manus facile lasciviunt*: ita c. Tur. ed. pr. Pogg. Ald. Rhen. ut, interpunctione adiecta, *otiosa p. a. manus, f. l.* edd. Put. Nor. Mon. Vien. Hanc scripturam ant. utpote abruptiorem et vehementiorem revocarunt Pass. et Walch. repudiata vulg. *otiosae p. a. manus facile lasciviunt*, quam ei tacite substituerunt Lips. Pich. Gron. et editores rec. paene omnes. Passovius tamen fatetur, hanc esse satis concinnam, et Günther iam monuit, illi inesse, quod iure displiceat. Idem Günth. coni. *otiosa p. a. manu f. l.* — *facile lasciviunt*, ut Praetoriani, Strelicii et Ianitschari; *Pass*. Dilth. et *Hess*. qui etiam contulerunt Agr. 16. (*assuetus expeditionibus miles otio lascivit*) Vell. 2, 78. Sen. ep. 56. Freinsh. ad Curt. 7, 1. 8, 9. Respondet paene Gr. ὑβρίζειν et ἀσελγαίνειν. Sic et *lascivia* est impotentia, Germ. *Ungebundenheit*, Agr. 5. et 32.

8. *neque nobilem, neque ingenuum, ne libertinum quidem*; de his v. ad cap. 11. n. 1. ut de *servis* ibid. et ad c. 25. n. 1. „Ex h. l. colligere est, quid istius gentis regi licuerit in evehendo liberto, etiam isto ipso servo, armorum custode, post summae fidei data documenta ad libertatem perducto, ut in utroque successori suo esset exemplo;" Gebauer p.

446. Ex iisdem verbis colligi potest, quanta universe sit regis potestas, quippe qui populo interdicit usu armorum eorumque custodiam servo suo tradit, quia huic regis tantum, non civitatis salus curae cordique est minusque verendum, ne ille novas moliatur res et factiones comparet, quam nobiles, ingenui et libertini. Cf. inpr. cap. 25. et Barth. §. 631. *neque ingenium* Put. 2. non 1. *nec libertinum quidem* ed. Mon. Cf. ad H. 2, 76, 10. Paulo post *regiae utilitatis est* malebat N. Heins.

CAPUT XLV.

Trans Suionas aliud mare, pigrum ac prope immotum, quo cingi cludique terrarum orbem hinc fides, quod extremus cadentis iam solis fulgor in ortus edurat, adeo clarus, ut sidera hebetet. Sonum insuper audiri, formas deorum et radios capitis aspici, persuasio adiicit. Illuc usque, ut fama, vera tantum natura. Ergo iam dextro Suevici maris litore Aestyorum gentes alluuntur, quibus ritus habitusque Suevorum, lingua Britannicae propior. Matrem Deum venerantur: insigne superstitionis formas aprorum gestant. Id pro armis omnique tutela securum deae cultorem etiam inter hostes praestat. Rarus ferri, frequens fustium usus. Frumenta ceterosque fructus patientius, quam pro solita Germanorum inertia, laborant. Sed et mare scrutantur ac soli omnium succinum, quod ipsi *Glesum* vocant, inter vada atque in ipso litore legunt; nec, quae natura quaeve ratio gignat, ut barbaris, quaesitum compertumve. Diu quin etiam inter cetera eiectamenta maris iacebat, donec luxuria nostra dedit nomen. Ipsis in nullo usu: rude legitur, informe perfertur, pretiumque mirantes accipiunt. Succum tamen arborum esse intelligas, quia terrena quaedam atque etiam volucria animalia plerumque interlucent, quae implicata humore mox, durescente materia, cluduntur. Fecundiora igitur nemora lucosque, sicut Orientis secretis, ubi tura balsamaque sudantur, ita Occidentis insulis terrisque inesse crediderim, quae vicini solis radiis expressa atque liquentia in proximum mare labuntur ac vi tempestatum in adversa litora exundant. Si naturam succini admoto igni tentes, in modum taedae accenditur alitque flammam pinguem et olentem; mox ut in picem resinamve lentescit.

Suionibus Sitonum gentes continuantur. Cetera similes uno differunt, quod femina dominatur. In tantum non modo a libertate, sed etiam a servitute degenerant. Hic Sueviae finis.

1. *Trans Suionas aliud mare — natura;* vera falsis fabulosisque mixta. Cf. ad cap. 44. n. 1. — *mare* Balticum, quod *Suevicum* paulo post dicitur, *pigrum ac prope immotum*, propter continuam glaciem materiamve crassam ac paene impenetrabilem, quale illud fingebatur olim. v. ad cap. 2. n. 2. et quos iam contulerunt Dithmarus, Dilth. et alii, Tac. Agr. 10. (ubi etiam causa rei adiicitur) Orph. Arg. 1085 seq. Apollon. Arg. 4, 327. 505 seq. Plin. 4, 13. s. 27. (*mare Amalchium, Morimarusa et Cronium*) 37, 2. (*mare concretum*) Iuvenal. 2, 1. (*Oceanus glacialis*) Pedon. Albinov. et al. *mare pigrum* id. qd. *prope immotum,* ut *piger Avernus, pigra palus et aqua, tarda palus, lenta stagna, ignavum flumen,*

iners

iners Styx, *Bosporus, pelagus, aqua* locis laud. a Drak. ad Sil. 5, 5. et ab Hess. ad h. l. *Pigrior rivus* a Plin. ep. 4, 30, 9. *agiliori* opponitur; Long.

sua malos iracundus. 23. *Quartam aestatem obtinendis, quae percurrerat insumit, et Clotam Bodotriamque praesidiis firmat.* 24. *Quinto offici anno perdomat eam Britanniae partem, quae Hiberniam aspicit; et unun ex regulis, seditione domestica expulsum, specie amicitiae in occasionen retinet.* 25. 26. *Sexta aestate portus civitatum trans Bodotriam sitarur explorat classe, et Caledonios in fugam convertit.* 27. *Hi iuventu tem armant et sacrificiis conspirationem civitatum sanciunt.* 28. *Eoden tempore cohors Usipiorum, per Germanias conscripta, occisis centurione e gubernatoribus, Britanniam circumvehitur tribus liburnicis et primum Suevis, mox a Frisiis intercipitur. Agricolae filius obit.* 29. *Septimo ann Agricola classe praemissa ad Grampium montem pervenit, quem iam ii sederant Caledonii, viribus omnium civitatum aucti.* 30 — 32. *Calgacu inter plures eorum duces virtute et genere praestans, adhortatur suos e* 33. 34. *Agricola Romanos.* 35. *Acies utrimque diriguntur.* 36. 37. *Atro et proelium et spectaculum.* 38. *Caledoniis victis, Agricola exercitum dedi cit in fines Horestorum et praefecto classis circumvehi Britanniam praecipi*

39. *Nuntium rerum ab Agricola gestarum Domitianus fronte laetu pectore anxius, excipit;* 40. *triumphalia tamen ornamenta ei in senatu d cerni iubet Syriamque provinciam destinat. Agricola Britanniam trad successori suo et Romam reversus in otio vivit.* 41. *Periculum ei creant accusatores et laudatores.* 42. *Deprecatur Asiae et Africae proconsulatu ac modestia prudentiaque iram Principis lenit.* 43. *Moritur, et miserati nem auget constans rumor, eum veneno interceptum. Domitianus specie doloris prae se fert et laetatur lecto testamento, quo coheres uxori et fil eius scriptus erat.* 44. *Agricolae aetas, habitus, honores, opes, fam* 45. *Mors eius opportuna, quia non vidit tot scelera, a Domitiano pau post commissa, sed acerbior et ipsi, et filiae generoque propter horum a sentiam.* 46. *Solatium, quod iis praebet memoria et fama parentis se 'piterna.*

CAPUT I.

Clarorum virorum facta moresque posteris tradere, antiq tus usitatum, ne nostris quidem temporibus, quanquam inc riosa suorum, aetas omisit, quotiens magna aliqua ac nobi virtus vicit ac supergressa est vitium, parvis magnisque civit tibus commune, ignorantiam recti et invidiam. Sed apud pri res ut agere memoratu digna pronum magisque in aperto er ita celeberrimus quisque ingenio ad prodendam virtutis men riam, sine gratia aut ambitione, bonae tantum conscientiae p tio ducebatur. Ac plerique suam ipsi vitam narrare, fiducia potius morum quam arrogantiam arbitrati sunt: nec id Ruti et Scauro citra fidem aut obtrectationi fuit. Adeo virtutes i dem temporibus optime aestimantur, quibus facillime gignunt

PERPETUA ANNOTATIO.

De indole huius vitae et de exemplaribus eius, tam scriptis, qu editis, v. Prooemium nostrum de Taciti vita et scriptis in Vol. I. O Taciti.

1. Cap. 1. 2. 3. continetur egregium huius libelli prooemium, ius argumentum Walchius ita exposuit: „Cap. 1. *Antiquitus,* tempori antiquis, quibus non, ut his, metuenda erat *ignorantia recti* aut *invi* posteris tradi solebant clarorum virorum facta moresque, et ne vitio

dem vertebatur, si quis suam ipse vitam narraret. Cap. 2. *At mihi* (nam ab his verbis initium cap. faciendum est, non a *Legimus*) *nunc*, hisce temporibus, quibus viros clarissimos laudasse capitale nuper fuit, *narraturo vitam defuncti hominis*, (caute dictum pro *veneno necati hom.*) paulo post obitum eius, *venia* (Nachsicht) *petenda fuit*, est, (cf. nota 2.) *quam non petissem*, peterem, *ni cursaturus* essem, nisi decurrendum mihi esset per *tam saeva et virtutibus infesta tempora*, quibus etiam nunc (regnantibus iam Nerva et Traiano) impuniti supersunt, quorum criminationibus Agricola cecidit, qui multos infamaverunt occultis delationibus et ob similitudinem morum aliena male facta sibi obiectari putant, quorum saltem posteri manent, (ita Ann. 4, 33.) v. c. accusatores *Aruleni Rustici*, *Thraseae Paeti*, *Herennii Senecionis et Helvidii Prisci*, M. Regulus, (v. Aurel. Vict. epit. 12.) Publius Certus, (Plin. ep. 9, 13.) M. Carus, (Plin. ep. 7, 19.) Baebius Massa (Agr. c. 45.) aliique. (Cf. ad c. 3. n. 4.) Cap. 3. *Nunc demum redit animus et libertas*; at sensim ac lente gignitur scribendi cupiditas, quum *ingenia studiaque facilius* ac citius *opprimantur*, *quam revocentur*, et *invisa primo desidia postremo ametur.* Hinc veniae spem concipio, si Historias et Annales, nec non librum deinde de imperio Nervae ac Traiani, sed prius hunc libellum scribere in animum induxero." Minus probabiles sunt aliorum intpp. sententiae, de quibus v. ad cap. 2 pr. — *Clarorum virorum facta moresque*, vitam publicam privatamque, (*Thaten* s. *Handlungen und Charakter*) *posteris tradere*, quod *antiquitus usitatum* fuit, *ne nostris quidem temporibus aetas omisit.* Sic illustrium virorum vitas scripserunt multi, v. c. C. Oppius, (Gell. 7, 1.) C. Iulius Hyginus (Gell. 1, 14. 7, 1.) Corn. Nepos, Plutarchus, Aurel. Victor; M. Porcii Catonis et breviorem, quae etiam nunc exstat, et prolixiorem Corn. Nepos, P. Scipionis Afric. complures, (Gell. 3, 4.) Virgilii C. Iulius Hyginus, (Gell. 16, 6.) Suetonius, Donatus et alii, Ciceronis L. Lucceius, (v. Cic. ep. 5, 12. et ad Att. 4, 6.) Tiro et Corn. Nepos, (Gell. 15, 28.) C. Sallustii Crispi Asconius Pedianus, L. Pomponii Secundi Plinius maior, (Plin. ep. 3, 5.) Musonii Bassi Claudius Pollio, (Plin. ep. 7, 31.) Iulii Asiatici Iulius Secundus, (dial. de or. 14.) Thraseae Paeti et Helvidii Prisci Iunius Arulenus Rusticus, (nisi hic in vita Thraseae etiam laudes Helvidii edidit et ita concilianda sunt loca Agr. 2. Suet. Dom. 10. et Dionis 67, 13.) Helvidii Prisci Herennius Senecio, (inf. c. 2. Plin. ep. 7, 19.) Imperatorum Rom. Suetonius, Aurel. Victor, Eutropius et domus Augustae scriptores, patronorum liberti, (Suet. de clar. Rhet. 3.) poetarum oratorumque Corn. Nepos, rhetorum et grammaticorum Suetonius. *Suam ipsi vitam narrarunt* P. Rutilius Rufus, qui etiam orationes et historias scripsit, (v. Isidor. orig. 20, 1. et Charis.) M. *Scaurus*, (v. loca a Lipsio iam laudata Cic. Brut. 29. Plin. 33, 6. Valer. Max. 4, 11.) M. Terentius Varro aliique. Praeterea funere publico elati pro rostris *laudabantur*, saepissime ante Imperatorum tempora, nonnunquam et his, ut P. Virginius Rufus a Tacito nostro, (Plin. ep. 2, 1.) L. Vitellius (Suet. Vit. 3.) et alii. Cf. Tac. Ann. 3, 76. 4, 12. 16, 6. Imperatoribus vero Rom. panegyricos dixere Plinius iun., Claudii Mamertini, Eumenius, Nazarius, Latinus Pacatus Drepanius. „*Vir clarus* h. l. non clarus natalibus, opibus, in quovis literarum studio, sed ut ap. Cic. de or. 2, 37. *clarus gloria* et *gravis auctoritate:* ille belli, hic pacis artibus conspicuus. *Amplissimus* olim dicebatur quilibet senator, (Cic. p. S. Rosc. 30.) et *clarissimus* seriori aevo, quo honorum dignitatumque gradus hoc ordine se excipiebant: *Illustres*, *Spectabiles*, *Clarissimi*, *Perfectissimi*, *Egregii*. *Clarus* Germ. *ruhmvoll*, quod quidem non plane, sed magis tamen quam *berühmt* illi voci respondet. Cf. Cort. ad Sall. Cat. 51, 19. Drak. ad Liv. 34, 5. Heusing. obss. antib. p. 484. Forcell. et Ind. ad Ammian. *omisit* neque

est praesens actionis perfectae, (*hat unterlassen*) neque Aoristus narra tionis, (*unterliess*) sed consuetudinis (*unterlässt*). Sic c. 2. *mihi veni opus fuit*, et c. 9. *fama aliquando et elegit*, Germ. *oft wählt der Ruf trift durch seine Wahl das Wahre*, nicht (erzählend) *traf* oder (meldend *hat getroffen*." *Walch.* qui hunc loquendi usum multis et Graecorum e Rom. scriptorum exemplis illustravit. Cf. ad cap. 3. n. 5. et 6. ad Ann 14, 61. et Ind. III. v. *Verborum Praeterita ἀορίστως posita.* Sed *omisi* non recedit a vulgari usu, et *opus fuit* pro Praesente dictum est mor eorum, qui epistolas scribunt; *Boett.* in Lex. Tac. p. 457. — *incuriosa suorum aetas*, v. ad Ann. 2, 88, 2. Rationem affert Thucyd. 2, 45. Φθόνος γὰ τοῖς ζῶσι πρὸς τὸ ἀντίπαλον, τὸ δὲ μὴ ἐμποδὼν ἀνταγωνίστῳ εὐνοίᾳ τετίμηται qui locus et Tacito et Demostheni de cor. T. 4. p. 297. ed. Bekk. ant oculos fuit; *Walch.* *aetas* homines hac aetate viventes. Non satis place dictio *nostris temporibus — aetas.* Malim tamen eam concoquere, au suspicari, Tacitum scripsisse *ne nostra quidem*, *quanquam inc. suorum aetas omisit* et glossam irrepsisse, quam post *temporibus* intelligere *omis sum*, quam ellipsin effinxit Ramshorn. Gram. p. 683. — *quotiens* v. ad c. 30. n. 1. — *magna aliqua ac nobilis virtus:* haec in sen tiendi liberalitate, illa in factis perpetrandis cernitur; *Hertel.* „Est me ton. pro: vir aliquis magnus ac virtute conspicuus, et dictio poetica ut et ceterae. Sic *aetas*, ut Germ. *Menschenalter* et *altera iam teritu bellis civilibus aetas* ap. Horat. epod. 16, 1. *Ignorantia recti*, ut *bon intellectus* Ann. 6, 36. Germ. *Verkennung der Tugend und wahren Grössi* propr. *Unkunde des unbedingt Rechtes*, ut *rectum* H. 3, 51. 4, 5. It et *bonum* Ann. 6, 36. *honestum* (sensu Stoico) Agr. 2. *das unbeding Gute.* Cf. ad H. 4, 5, 4. *Rectum* sensu Plat. et Socrat. ὀρθόν, ὀρθότη Rom. *constans ex virtute et officio*, *dividitur in prudentiam*, *iustitian fortitudinem*, *modestiam* Auct. ad Herenn. 3, 2. *Invidiam* sc. recti; nar haec vitia sunt contraria: *Tugend zu verkennen und zu beneiden.* Hinc e alii corr. *vitia*, alii *aut invidiam.* Sed *vitium* est vitiosus huius aev mos et studium, cuius effectus memorantur." *Walch.* — *vicit ac supe gressa est* synon. v. Ind. III. v. *Synonyma.* Illud ad *ignorantiam*, ho ad *invidiam* referebat Barkl. *Supergredi* pro *superare*, ut Ann. 13, 4 et 14, 52. „Sic et *omnes omnium glorias supergressus* in lap. ap. Gru p. 260, 4. et *egredi.* v. Ruhnk. ad Vell. 2, 40." *Hertel.* *Supergredi* de signat actionem symbolicam gladiatorum post victoriam: quae ut magi conspicua esset, victor pedem cervici victi imponere et proculcatu *supergredi* solebat; *Dronke* in Ephem. schol. Darmst. a. 1828. p. 81 Sed victum *calcare*, πατεῖν, ἐπεμβῆναι, προςεμβῆναι, contemptus potius insultationis signum est. v. intpp. Hom. Jl. 13, 618. Anacr. 46, 6. Iuve nal. 10, 86. — *vitium parvis m. c. commune — invidiam*, ut fere a Corn. Nep. Chabr. 3.

2. *apud priores*, v. ad Ann. 1, 1, 3. Antequam ad unum omnia e sent delata: tunc enim, divisis in plures reip. muniis, quum et de im perio foris, et domi de retinenda et amplificanda auctoritate dimicar tur, maior rerum gerendarum materies (*pronum*) et campus liberior era *magis in aperto; Engel.* — *ut — ita*, v. ad Ann. 11, 7. — *pronum magi que in aperto erat:* synon. unde coniicias *pronum magis atque in a. er* vel *pronum magis magisque in a. erat*, ut ap. Sall. Iug. 5, 3. Sed saep adverbia semel posita bis sunt intelligenda. v. intpp. Sall. Iug. 83. Vell. 2, 110." *Peerlk.* Utrumque iunxit etiam Tac. inf. c. 33. sed sens diverso, ut h. l. „*Pronum* est facile, sine impedimento, *ungehindert*, *in aperto esse*, ut ap. Sall. Iug. 5, 3., id. qd. ἐν τῷ φανερῷ εἶναι a Thucyd. *offenkundig seyn.* Tales vero non fuere res ab Agricola gestae. *Walch.* Posterior dictio petita videtur a campo aperto, patente, vacu ut ἐν ὑπαίθροις εἶναι ap. Polyb. 6, 12. et 34. κεῖται ἐν ἀφανεῖ ap. Thu

1, 12. Cf. ad Ann. 4, 7. — *sine* (non, neutiquam) *gratia aut ambitione*, v. ad H. 1, 1, 5. — *bonae conscientiae*, e *moribus* bene moratis profectae; *Dronke*. — *pretio*, praemio. v. ad Ann. 2, 9, 2.

3. *Ac plerique*, v. ad Ann. 3, 28. — *fiduciam potius morum, quam arrog. arbitr. sunt*, v. ad Ann. 1, 58, 1. *fiduciam morum*, conscientiam virtutis; *Ern.* — *arbitrati sunt*, quippe ex ipsis facile moribus turpiter redarguendi, si falsa de se praedicaturi essent; *Engel.* — *Rutilio et Scauro*, v. nota 1. et ad Ann. 3, 66. — *nec id citra fidem* (v. ad G. 16. n. 5.) *aut obtrectationi fuit*, non effecit, ut iis haud haberetur fides, aut ipsi obtrectarentur. Cf. ad Ann. 1, 7, 8. Cicero in ep. 5, 12. id factum quidem dicit a multis clarisque viris, sed haec esse in hoc genere vitia: *verecundius ipsi de sese scribant necesse est, si quid est laudandum, et praetereant, si quid reprehendendum est. Accedit etiam, ut minor sit fides, minor auctoritas; multi denique reprehendant et dicant, verecundiores esse praecones ludorum gymnicorum, qui, quum ceteris coronas imposuerint victoribus eorumque nomina magna voce pronuntiarint, quum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium praeconem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse praedicent.* — *quibus facillime gignuntur* et hinc plurimum.

CAPUT II.

At mihi, nunc narraturo vitam defuncti hominis, venia opus fuit: quam non petissem, ni cursaturus tam saeva et infesta virtutibus tempora. Legimus, quum Aruleno Rustico Paetus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Helvidius laudati essent, capitale fuisse, neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum saevitum, delegato triumviris ministerio, ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur. Scilicet illo igne vocem Populi Romani et libertatem Senatus et conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur, expulsis insuper sapientiae professoribus atque omni bona arte in exsilium acta, ne quid usquam honestum occurreret. Dedimus profecto grande patientiae documentum; et sicut vetus aetas vidit, quid ultimum in libertate esset, ita nos, quid in servitute, adempto per inquisitiones et loquendi audiendique commercio. Memoriam quoque ipsam cum voce perdidissemus, si tam in nostra potestate esset oblivisci quam tacere.

1. *At mihi nunc narraturo vitam defuncti hominis venia opus fuit* cet. v. ad cap. 1. n. 1. et cap. 3. n. 6. nam alio, sed minus apto, sensu haec verba, ex quibus maxime pendet argumentum prooemii et auctoris consilium, acceperunt interpretes paene omnes. „Totius sententiae vis in particula *nunc* esse videtur ac sensus est: mihi vitio ne vertatur, quod Agricolae vitam non composui statim atque is decessit: tum enim deterrebar immiti illo Domitiani ingenio, quo pessumdati sunt Rusticus et Senecio." *Dronke*, ut fere Salinerius, Savilius, V. D. in Ephem. lit. Hal. a. 1822. Sc. 232. aliique, qui *nunc* pro *nunc demum* accipiunt putantque, a Tacito nimis dilatum scribendi consilium veniamque petitam esse amicorum civiumque, qui vitam hanc identidem efflagitassent. Eam vero iam quadriennio post mortem Agricolae vulgatam videri et nunc in tali verborum contextu neutiquam pro *nunc demum* dici posse, monet Walch. — „Uti tum parum curabant virtutem defuncti hominis, ita ne credibile quidem plurimis videbatur, potuisse hominem virtutibus excellere inter tam saeva et infesta virtutibus tempora. Hinc Tacito vir-

tutes Agricolae narraturo venia opus fuit. Contra si voluisset incusare tempora illa virtutibus infesta atque dicere, in illo aevo virtutibus nullum fuisse locum, venia non opus fuisset. Omnes enim pronis auribus haec accepissent. Nam primo melioris aevi ortu nil cupidius auditur, quam prioris temporis insectatio: at invidiae periculum incurrit, qui tum suscipit laudationem priorum hominum." *Walther.* — *Mihi venia opus fuit* a Principe, sc. Nerva aut Traiano; *Bip.* et *Hooft.* Sed tali venia non opus erat, et *venia* est quidem permissio, facultas alicuius rei, (*Erlaubniss*) vel remissio, (ut Ann. 2, 20. 12, 8.) si Genitivo obiectivi iungitur, sed, quoties simpliciter dicitur, excusatio, *Nachsicht.* — „*Venia opus est* Tacito ob *rudem et inconditam vocem*, (cap. 3. extr.) qua Agricolae laudes praedicaturus est: nam sub Domitiano (cf. c. 2. 3. et 39.) non eum in dicendo et scribendo usum illamque artem sibi parare poterat, quibus instructi egregii antiquae aetatis scriptores clarorum virorum facta moresque posteris tradiderant." *Becker.* „*Veniam* rudis et inconditae vocis (c. 3.) repetit Tacitus a diversitate temporum, sc. libertatis (Ann. 4, 32. 33.) et servitutis, (c. 2.) licet *defuncti hominis* vitam narraturus sit, non viventis vel, ut alii, suam." *Boett.* — „Sibi *veniam opus esse* dicit, quod *nunc* demum *defuncti hominis*, non, ut superiores scriptores, nondum mortui vitam scribat: hoc autem se multo ante facturum fuisse significat, si ob tempora licuisset, *ni incusaturus* essem cet. Excusat se, incusat tempora." *Hertel.* — „Longe melior sententia procedit, si haec ita transponamus: *venia opus non fuit; quam petissem.* Ego facta moresque Agricolae viventis narrare debueram. Nunc narro dudum defuncti. Huius cunctationis veniam petissem, nisi me tempora satis excusarent." *Peerlk.* — „Tacitus scripsit haud dubie: *At mihi nuper* (Domitiani temporibus) *narraturo* (recitanti) *vitam* — *Legimus*, (praelegimus eam) *quum Aruleno* — *Helvidius laudati capitales fuissent.*" *Niebuhr* in Commentatt. Reg. Acad. Scient. Berol. 1825. 4. p. 248. — Praetermitto sententias aliorum, quas recensuit Walch. ad Agr. p. 433 sq. — *venia opus fuit, quam non petissem:* in Vat. 4498. *q. n. petiissem.* Oratio perfecta ex more Romanorum scribentium, ac si scripta iam legerentur, in epistolis, quibus nostra praefatio est comparanda, semper usitata; *Schede* et *Hertel.* Cf. ad c. 1. n. 1. — *ni cursaturus* (essem) *tam saeva et i. v. tempora.* Ita Vat. 4498. edd. Put. 1. 2. 3. Riv. Ber. Rhen. 1. Pich. Bern. Brot. Ern. al. quae lectio a VV. DD. in Ephem. lit. Hal. (a. 1801. sc. 165. a. 1822. sc. 232.) Jen. (a. 1809. sc. 23. et Supplem. a. 1815. sc. 94.) et Goett. (a. 1826. p. 1299.) a Moebio in Athenaeo Güntheri et Wachsm. III, 2. p. 269. aliisque defenditur et usu loquendi firmatur ab Ern. et inpr. Walch. qui monuit, multa verba formae obsoletae in Inf. *are* perperam *frequentativa* dici, (v. Ind. III. v. *Verba vulg. dicta frequentativa*) et *cursare* esse id. qd. *currere* et *decurrere,* (διαπορεύεσθαι ap. Dionys. Hal.) haec vero iungi Accusativo, v. c. *currere* Virg. Aen. 3, 191. Ovid. e P. 1, 3, 75. 2, 6, 12. (Trist. 5, 7, 36. ubi v. Heins.) *decurrere* (*equos pugnasque virum versu*) a Statio et (*susceptum munus*) a Virg. in Anthol. Lat. 1. ep. 63. Vol. I. p. 35. „*Currere* etiam de scribente saepe dixit Ovidius et *decurrere* Cic. or. 1, 32. de scribente et explicante aliquid." *Ern.* Cf. Lex. Gesn. et Schell. Ita etiam *percurrere* et *percursare.* Tacitus vero *Verba simplicia pro compositis* ponere amat. v. Ind. III. — *incusaturus* pro *ni cursaturus* Vat. 3429. quod unice verum esse nunc perspexit Dronke, (v. Seebodii nov. Promptuar. philol. a. 1826. I, 5. p. 72—74.) quum negationem *non* affirmativa propositio excipiat necesse sit et Partic. Fut. voluntatem, non necessitatem exprimat. *ni incusaturus* substituere Bip. Ob. Seeb. Bekk. Lün. Bec. Hert. ex emend. Lips. quam propugnat Boett., sed alii repudiarunt quia explicandum sit *nisi incusare vellem* aut *voluissem,* non *deberem* a

debuissem. — *ni incursaturus* dedere Rhen. 2. 3. et Ald. prob. Groslot. Brüggem. et Doederl. Illi *incursare* dictum putant pro incurrere, aggredi, impetere, boum et arietum more; hic pro incurrere in reprehensionem, offendere, Germ. *würd ich nicht diesen Zeiten gegen über stehen, Anstoss geben.* Sic et Klein. *wollt ich nicht gegen solche Zeiten angehen.* Enimvero *incursare obvios, hostem, aciem* et sim. dixere Tac. c. 36. Ann. 13, 37. H. 3, 18. et alii; at nemo *inc. tempora.* „*Incursare* etiam vehementius est, quam quod Tacitum deceret aut ei concessum foret; lenius est *incusare*, cum querela reprehendere s. queri: *incusaturus* autem tempora priora laudabit praesentia." *Bip.* — *ni causaturus* corr. Gesner. „Non male; nam *causari* significat pro causa afferre, ut Ann. 1, 47. et H. 2, 47. 3, 28. 4, 42. Idem fere significaret *ni excusaturus.* v. ad Ann. 1, 59, 2." *Beck.* — *ni curaturus* (nisi curare, respicere deberem) malebat Steuber in Seebodii bibl. crit. a. 1822. p. 175.

2. *Legimus*, sc. in Actis et senatus et populi; *Walch.* Recte, ut iam ante Müller in Ephem. lit. Goett. a. 1826. p. 1299. v. ad G. 8. n. 5. et de his Actis Prooemium nostrum in Vol. I. Minus apte Brot. hoc referendum censebat vel ad Domitiani edictum codicillumve ad senatum missum, (*legimus* sc. nos senatores) vel ad scripta iam vulgata. Neque necessaria est correctio, vel Peerlk. *Meminimus*, vel Lipsii *Vidimus*, quia haec sub Domitiano gesta vivo atque adeo praesente Tacito. conf. cap. 45. „Quasi de se modo loqueretur et non ad lectores suos oratio pertineret." *Ern.* Sed ubinam hi id legerunt? „Pertinet ad futuros lectores." *Dronke.* Ita vero Tacitus dixisset potius *legemus.* — *quum Aruleno Rustico Paetus Thrasea, H. S. Pr. Helv. laudati essent*, (in libellis, vitis, quas hi scripserant) v. ad cap. 1. n. 1. et ad Ann. 2, 64, 3. De his viris egregiis v. Tac. Ind. et de *Aruleno Rustico* ad Ann. 16, 26. de *Paeto Thrasea* ad Ann. 16, 21, 1. de *Herennio Senecione* Agr. 45. Plin. ep. 3, 11. 4, 7. 11. 28. 7, 19. Dio 67, 13. de *Helvidio Prisco*, Thraseae genero, ad H. 4, 5, 5. *Petus Trasea* Vat. 3429. et *Senectioni* Put. tres, Rhen. 1. — *capitale* id *fuisse* scil. scelus s. crimen. De eo v. cap. 45. Suet. Dom. 8. 10. Plin. ep. 1, 5. 3, 11. 7, 19. et Dio 67, 13. — in libros *quoque eorum saevitum, delegato* a senatu *triumviris* capitalibus *ministerio, ut — in comitio ac foro urerentur*, comburerentur. v. ad Ann. 4, 35. et 5, 9. *Comitium* pars *Fori* Rom., unde *ac foro* per ἓν διὰ δυοῖν et apposit. adiectum vel *ac* ἐξηγητικὸν est; *Roth.* p. 48. v. ad 2, 34, 2. 13, 58, 1. et Ind. III. v. *Hendiadyoin.* Ita et utrumque iunxere Plin. 15, 18. Cic. p. Sext. 35. et Suet. Caes. 10. Dictum pro *sollenniter ac publice; Mohr.* — *monumenta clarissimorum virorum*, quo rei indignitas augetur. Cf. ad c. 1. n. 1. *monimenta* Vat. 4498. v. ad Ann. 3, 23, 1.

3. *Scilicet illo igne — occurreret*, haec et amare, et magna vi atque indignatione dicta, ut et seqq. Cf. ad Ann. 1, 8, 14. et loc. simil. Ann. 4, 35. — *conscientiam*, Germ. *Mitwissen, Mitkunde; Doed.* et *Walch.* — *arbitrabantur;* Barclaius rescribit *arbitrabatur* sc. Domitianus: verum et alii intelligi possunt, qui suasere Domitiano et probavere; *Ern.* Imperatores quoque Domitiano similes. Cf. ad Ann. 4, 35. Verba tamen et praeced. et proxime seqq. ad hunc tyrannum referenda. — *expulsis* Urbe *insuper* (ut ante a Vespasiano; v. Dio 66, 13.) *sapientiae*, philosophiae, *professoribus*, ut *doctores sapientiae* H. 4, 5. Cf. ad O. 30. n. 1. et de causa huius exactionis infra ad cap. 4. n. 6. et 8. „Philosophi autem a Domitiano bis expulsi. v. Euseb. ad a. Domit. 8. Chr. 89. et ad a. Dom. 15. Chr. 96. Ad alteram relegationem spectant cap. 45. Sulpiciae Sat., Dio 67, 13. Philostr. vita Apoll. 7, 4. p. 282. ed. Olear. et vita Soph. 1, 7. p. 487. Gell. 15, 11. Plin. ep. 3, 11. (pan. 47, 1. Suet. Dom. 10.) Haec tamen, ut et caedes Senecionis Arulenique initio a. U. 847. a. Chr. 94. perpetrata videtur." *Walch.* *Sapientia* h. l. philosophia, ut

c. 4. (ubi tamen ex quorundam sententia est iuris scientia, ut ap. Cic. de or. 2, 1. extr. ubi v. Wetzel.) H. 4, 5. O. 32. Plin. pan. 47, 1. al. Cf. Weiske comm. in orat. Cic. in Marcell. p. 71. 72. — *honestum*, v. ad c. 1. n. 1. — *occurreret* sc. Principi; *Dronke*. Sed cur ei tantum? Cf. ad H. 3, 20, 3.

4. *et sicut vetus aetas vidit, quid ultimum*, summum, *in libertate esset, ita nos* vidimus, *quid in servitute* ultimum esset. Cf. ad Ann. 1, 1, 3. et Ind. III. v. *Ellipsis verborum in praec. et seq. latentium.* Ut maiorum aetate tanta libertas fuit, ut modus excederetur, sic nunc tanta servitus est, ut maior vix intelligi possit; *Ern. et sicut* Vat. 3429. ed. Lips. et rec. *ut sicut* male edd. vet. — *adempto per inquisitiones*, delationes, *et*, etiam, *loquendi audiendique commercio*, v. ad Ann. 1, 73, 1. et 15, 66. *inquisitores* reposuere Bip. Eng. et Schlüt. ne admonito quidem lectore; neque est quod pro *et loquendi* scribatur *eloquendi* vel *etiam loquendi*. Illud suadebat Heinsius, hoc Lips. Reddas Germ. *Gedankenaustausch selbst im Sprechen und Hören; Walch.*

5. *si tam in nostra potestate esset oblivisci quam tacere:* tritum est, quod Plut. in Themist. et Cic. de or. 2. narrat; *Barcl.*

CAPUT III.

Nunc demum redit animus; et quanquam primo statim beatissimi saeculi ortu Nerva Caesar res olim dissociabiles miscuerit, principatum ac libertatem, augeatque quotidie felicitatem imperii Nerva Traianus, nec spem modo ac votum Securitas publica, sed ipsius voti fiduciam ac robur assumpserit: natura tamen infirmitatis humanae tardiora sunt remedia quam mala, et ut corpora lente augescunt, cito exstinguuntur, sic ingenia studiaque oppresseris facilius quam revocaveris. Subit quippe etiam ipsius inertiae dulcedo, et invisa primo desidia postremo amatur. Quid? si per quindecim annos (grande mortalis aevi spatium) multi fortuitis casibus, promptissimus quisque saevitia Principis interciderunt? Pauci, ut ita dixerim, non modo aliorum, sed etiam nostri superstites sumus, exemptis e media vita tot annis, quibus iuvenes ad senectutem, senes prope ad ipsos exactae aetatis terminos per silentium venimus. Non tamen pigebit, vel incondita ac rudi voce memoriam prioris servitutis ac testimonium praesentium bonorum composuisse. Hic interim liber, honori Agricolae soceri mei destinatus, professione pietatis aut laudatus erit aut excusatus.

1. *Nunc demum redit animus* nobis bonus, animum recipimus, quem iam desponderamus. — *et*, et tamen, *quanquam — natura tamen* cet. v. ad Ann. 1, 13, 2. Aptior vulgaris copulae significatio esse videtur Müllero, (in Ephem. lit. Goett. a. 1826. p. 1299.) et Brüggem. quia verba seq. magis ad *nunc demum* spectent, quam ad *redit animus*, et seq. *tamen* ad *et* pertineat. *Sed quanquam* corr. Bip. et Eng. *quanquam — miscuerit — augeatque — assumpserit*, v. ad Ann. 1, 4, 5. et 6, 51. — *primo ortu*, principio. — *beatissimi saeculi*, ut c. 44. Cur beatissimum sit, docetur h. l. et H. 1, 1. extr. *Beatissimum* quidem exortum est *saeculum*, quum post Domitiani tempora eiusque actis rescissis a. U. 849 imperare coepit Nerva eiusque virtutes Traianus, Hadrianus et uterque Antoninus aemulati sunt; *Brot.* „Enimvero *saeculum* h. l. non est tem-

pus C annorum, (*Jahrhundert*) sed ex usu loquendi post Augustum inducto (*ut omne tempus a primo die natali* Augusti *ad exitum eius saeculum Augustum appellaretur* Suet. Octav. 100.) tempus incertae durationis, quoties alius Imperator novum rerum ordinem invexerat, *aevum, Zeit, Zeitalter*. Sic *felicissimum saeculum* imperium Neronis dicitur Sen. Apocol. p. 815. ed. Lips. *tristissimum saec*. Domitiani Plin. ep. 10, 2. *saeculi sui decus* Nerva Plin. pan. 6. *digna saeculo tuo* de tempore imperiore Traiani Plin. ep. 10, 1. et in numis toties *felicitas saeculi* et *temporum, felicia tempora*. Hinc tria *saecula* in uno eodemque anno memorata videremus in numis, si ex Galbae, Othonis et Vitellii temporibus superessent." *Walch*. „Cf. Vell. 2, 13. *virum non saeculi sui, sed omnis aevi optimum*, et cap. 53. *quos in aetate tanti et paene nostri saeculi viri fefellit quinquennium*." *Boett*. in Lex. Tac. — *Nerva Caesar*, non *Divus N. C.* unde Ryck. ad Ann. 3, 24. bene suspicatur, vitam Agricolae iam vivo Nerva fuisse vulgatam; *Walch*. — *felicitatem imperii*, ut in numis horum temporum saepissime celebrantur *Felicitas Imperii, Temporum, Rei publicae, Saeculi, Publica, Augusta, Saeculum Felix, Fecundum, Frugiferum* et *Tempora Felicia*. v. ad c. 19. n. 2. Gruter. p. 105, 5. p. 106, 6. Heyne Opusc. Acad. Vol. III. p. 328—344. Rasche Lex. r. num. T. I. p. 950. T. II. p. 940. inpr. Supplem. T. II. p. 100. et 990. Spanhem. de usu et pr. num. diss. 8. p. 726. Bentl. et Mitscherl. ad Horat. carm. saec. v. 66. *felicitatem imperii* edd. Put. 1. 2. 3. (in qua vitiose *falicitatem*) Riv. Pich. et pleraeque rec. *felicitatem temporum* Vat. 3429. quae potius glossa est, quam vera lectio, recepta tamen a Beck. Hert. Peerlk. *facilitatem imperii* ed. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Gron. Ern. Seeb. Dronk. al. Sed v. ad Ann. 6, 15. — *Nerva Traianus;* „Ita appellatus est Traianus, quum a Nerva esset adoptatus. In numo aureo e cimelio Reg. *Nerva Traian. Caes. Germ. Nerv. Aug. F.* (filius) *P. Tr. P.* (Pontifex, tribun. potestatis) *Cos. II.* Caput Traiani laureatum et ex adversa parte *Adoptatio*." *Brot*. — *nec spem modo ac votum Securitas publica* sc. conceperit, „quod fere est Zeugma Livianum, de quo v. Periz. ad Sanctii Min. 4, 8, 5. et Heusing. ad Corn. Nep. Alc. 3, 5." *Walch*. Cf. ad Ann. 2, 20, 2. — *sed ipsius voti fiduciam ac robur assumpserit*, v. Ind. III. v. *Hendiadyoin*. Verba *ipsius voti* delenda putant nonnulli, aut leg. spes. Male! cf. ad cap. 30. nota 4. „Vis autem et sententia verborum insueti aliquid et acuti habet ex more Taciti, sed satis perspicua erit, si modo teneatur, *Securitatem Publicam* h. l. tanquam πρόσωπον exhiberi simulque alludi ad marmorum inscriptt. et numismata, quae sub Impp. Rom. ipsoque Domitiano et Traiano cum figura Deae Securitatis et inscriptione *Securitas* sive *Securitati Perpetuae* (ut et *Vota pro Sec. Publica* et *Spes*) cudebantur. v. Gruter. inscr. CV, 5. CVI, 6. (quae tamen an huius temporis sint dubites; *Walch*.) Impp. Rom. Numismata cur. Phil. Argelato Mediol. 1730. f. p. 130. 151. Rasche Lex. rei num. Lips. 1790. T. IV. P. post. p. 347 sq." *Dahl*.

2. *natura tamen infirmitatis humanae*, ut ap. Cic. de fin. 5, 15. *est enim natura sic generata hominis vis; Walch*. — *corpora lente augescunt* Put. 3. Riv. Ber. Rhen. 1. 2. 3. et rec. *corpora nostra augescunt* Vat. 3429. *c. nostra lente aug*. Put. 1. 2. Beck. Peerlk. „Sed *nostra* est glossa et simplex *corpora* maiorem h. l. et c. 9. H. 1, 22. vim habet, ut contra ap. Sall. Fragm. p. 987. ed. Cort. Pronomen in verbis *per corpora nostra bellum conficere*." *Walch*. — *exstinguntur* Vat. 3429. et edd. vet. ante Rhen. 2. 3. ut c. 46.

3. *Subit quippe etiam ipsius inertiae dulcedo et invisa primo desidia postremo amatur:* similia verba Ausonii ad Paulin. 5, 28. et Apuleii laudavit Lips. *Subit* animum, mentem, ut H. 1, 13. 37. 2, 70. 3, 31. vel

sensim, clam et ex inopinato subrepit, obrepit. *Subit q. clam* vel *et clam* leg. censebat Heins.

4. *per quindecim annos*, quibus regnavit Domitianus, ab a. U. 834. Chr. 81. ad a. U. 849. Chr. 96. — *multi fortuitis casibus, promptissimus quisque saevitia Principis interciderunt:* edd. rec. ex emend. Lips. *multis f. casibus prompt.* cet. Vat. 3429. et edd. vet. quod solus et male defendit Dronke his verbis: „Conqueri, quod vulgus hominum fortunae casibus moriatur, absurdum est: hoc conqueritur, quod optimos cives Principis saevitia perdidit ac pauci eorum superstites sunt." Immo nova affertur ratio, cur boni libri non facile nunc et mox prodituri sint, magna eorum, a quibus edi possint, inopia; *multos* enim ex his fortuitis casibus, *promptissimos* saevitia Principis, Domitiani, intercidisse et *paucos* nunc esse superstites. „Non latine diceretur *multis fortuitis casibus*, et opposita sunt *multi* et *promptissimus quisque*, ut *fortuitis casibus* et *saevitia Principis;* nam qui *saevitia* perit, non moritur *fortuito casu*, sed *praeter naturam*, et vel *praeter* vel *secundum fatum*. v. intpp. Cic. Phil. 1, 4." *Walch.* „Fors caeca nullum inter bonos malosque fecerat discrimen, et saevus Princeps promptissimos, quos perderet, elegerat. Locus simill. est Liv. 23, 22. *quum tantum senatorum adversae pugnae, ad hoc sui quemque casus per quinquennium absumpsissent.*" *Becker.* — *fortuitis casibus*, v. ad Ann. 3, 18. — *promptissimus quisque s. P. interciderunt* v. ad Ann. 1, 13, 1. et H. 2, 22, 5.

5. *Pauci non modo aliorum, sed etiam nostri superstites sumus*, pauci nostrum non modo aliis, (corporaliter) sed etiam nobis quasi (respectu virium animi) supervixìmus, quia, ut verbis Plin. ep. 8, 14. a Walch laudatis utar, *ingenia nostra in posterum quoque hebetata, fracta, contusa sunt.* Similiter Sen. ep. 30. *Bassus noster videtur mihi prosequi se et vi vere tanquam superstes sibi.* „*Sui superstes* dicitur, qui non amplius est qualis fuerat, qui laudem ingenii et facultatem scribendi amisit. Laberius in Prologo suo se vocabat *sepulcri similem et nil nisi nomen retinentem.* Virg. Aen. 11, 160. *ego vivendo vici mea fata, superstes Restarem ut genitor.* Liv. 2, 7. *se superstitem gloriae suae ad crimen atque invidiam superesse.*" *Peerlk.* — *ut ita dixerim* pro *ut ita dicam.* Cf. nota (*ut ita dixerim* edd. rec. ex emend. Rhen. Ita *ut sic dixerim* G. 2. O. 4(*non facile dixerim* O. 35. *utque* (et ut) *sic dixerim* O. 34. *et uti dixeri* MSS. Vat. Put. tres, Riv. Ber. Rhen. 1. Dronk. *et, ut ita dixerim* Rhe 2. 3. et seq. usque ad Ern. nec non Seeb. et Peerlk. Hic non mal verba ordinat: *Pauci superstites sumus, et, ut ita dixerim, non modo ce* — *iuvenes ad senectutem, senes* cet. cf. ad Ann. 1, 3, 8. — *per silentiu* (ut c. 6. et 39.) *venimus*, dediti *inertiae* et *desidiae*, nec ausi scribe aut agere memoratu digna temporibus his, quibus *ingenia studiaque o pressit* Domitianus. Cf. ad Ann. 6, 4. *Silentium* socordia et ignavi ubi homines, brutorum instar, silent, h. e. nullam memoriam aut f mam virtutis rerumque gestarum per vitam suam produnt; *Cort.* Sall. Cat. 1. *Silentium* Germ. *Beschränkung geistiger Thätigkeit; Wal*

6. *Non tamen pigebit — memoriam — composuisse*, ut in Pra Livii *iuvabit tamen, memoriae rerum gestarum — consuluisse; Mohr.* *vel incondita ac rudi voce*, Germ. *in ungeregelter, ungeschmeidiger, ung schmückter, kunstloser und noch wenig abgeglätteter Sprache; Wal* Modestius, quam debebat, de se loqui videtur Tacitus, orator olim cl rissimus; sed stilus oratorius non est historicus, et temporibus Do tiani ingenia magis hebetari et obtundi poterant, quam ali et exerce Cf. Walch. — *Non pigebit memoriam composuisse:* „ἀορίστως dixit Ta tus pro *componere*, ut *iuvabit pro virili et ipsum consuluisse* Liv. Pra *illud non poenitebit curasse* Quintil. 1, 1, 34. Sic et supra (v. nota *ut ita dixerim*, Ann. 6, 22 extr. *ne nunc incepto longius abierim*, O.

tuum promissum immutasse non debes, ut *satis erit dixisse* et alia." *Walch.* Cf. nota 5. ad c. 1. n. 1. et ad Ann. 14, 61. *memoriam prioris servitutis*, in Historiis et Annalibus, *ac testimonium praesentium bonorum*, in libro senectuti seposito de imperio D. Nervae et Traiani, (v. H. 1, 1. extr.) *composuisse*, v. ad Ann. 1, 1, 4. *prioris servitutis* (ut c. 2. extr.) edd. rec. ex egregia emendat. Lipsii, quae firmatur cod. Ursini. *prioris senectutis* Vat. 3429. omnesque edd. ante Lips. (nisi quod *prioribus* Gryph. 1542. et al.) quod unice verum esse censuit Moebius (in Athenaeo Güntheri et Wachsm. III, 2. p. 270.) et eo sensu accepit, de quo v. ad Ann. 2, 77, 1. Is tamen minus aptus h. l. ubi non de solo libello nostro agi videtur, et eadem vox *senectus* paulo ante, etsi proprio sensu, legitur.

7. *Hic interim liber* cet. priusquam vel donec libros maiores vulgavero, quasi praecursorius eorum in lucem prodeat libellus hic, honori Agricolae, soceri mei, destinatus, ad quem conficiendum me non odium in obtrectatores eius, sed *pietas* impulit, quique propterea, si non laude, saltem excusatione dignus erit. *interim*, ut et *interea*, antea, in antecessum, *vorläufig*, *bis dahin*. — *professione pietatis aut laudatus erit aut excusatus*: „haec referenda ad *veniam* a Tacito petitam. v. ad c. 1. n. 1. Similis locus est Iosephi b. Iud. 1, 4. (Prol. p. 706. ed. Col. 1691.) *Εἰ δέ τις, ὅσα πρὸς τοὺς τυράννους ἢ τὸ ληστρικὸν αὐτῶν κατηγορικῶς λέγομεν, ἢ τοῖς ἀτυχήμασι τῆς πατρίδος ἐπιστενέοντες, συκοφαντοίη, διδότω παρὰ τὸν τῆς ἱστορίας νόμον συγγνώμην τῷ πάθει*, *det veniam dolori*." *Walch.* *laudatus erit* pro *sit*: sed Futuro modesta aut non dubia spes significatur; *Klein.*

CAPUT IV.

Gnaeus Iulius Agricola, vetere et illustri Foroiuliensium colonia ortus, utrumque avum procuratorem Caesarum habuit, quae equestris nobilitas est. Pater Iulius Graecinus, senatorii ordinis, studio eloquentiae sapientiaeque notus iisque virtutibus iram Caii Caesaris meritus: namque M. Silanum accusare iussus et, quia abnuerat, interfectus est. Mater Iulia Procilla fuit, rarae castitatis. In huius sinu indulgentiaque educatus per omnem honestarum artium cultum pueritiam adolescentiamque transegit. Arcebat eum ab illecebris peccantium, praeter ipsius bonam integramque naturam, quod statim parvulus sedem ac magistram studiorum Massiliam habuerat, locum Graeca comitate et provinciali parcimonia mixtum ac bene compositum. Memoria teneo, solitum ipsum narrare, se in prima iuventa studium philosophiae acrius, ultra quam consessum Romano ac senatori, hausisse, ni prudentia matris incensum ac flagrantem animum coercuisset. Scilicet sublime et erectum ingenium pulchritudinem ac speciem excelsae magnaeque gloriae vehementius quam caute appetebat. Mox mitigavit ratio et aetas; retinuitque, quod est difficillimum, ex sapientia modum.

1. *Gnaeus Iulius Agricola*, de quo v. Dio 66, 20. et ad quem pertinere videtur Epigr. Antiphili, quod Brunck. in Anal. vet. poet. gr. T. II. p. 180. emendatius dedit; *Lips.* et *Ob.* *Gnaeus* pro vulg. *Cnaeus* scripsi. *Gneus* Put. 1. v. ad Ann. 12, 64. — *vetere et illustri Foroiuliensium colonia*, v. ad Ann. 2, 63, 2. et 4, 5, 1. — *utrumque avum procuratorem* s. *procuratores Caesarum habuit*, *quae equestris nobilitas est*, v.

ad Ann. 1, 73, 1. 4, 15. Walch. ad h. l. et ad c. 14. p. 221. *Procuratores* non solum in Imperatorum provinciis tributa exigebant, sed etiam in iis, quae populi erant, adiuncti Quaestoribus vigesimam hereditatum eaque omnia *procurabant*, quae in fiscum s. aerarium militare conferebantur, et ubi praedia habebant Principes in provinciis, eorum et ipsi rationarii erant; *Boett.* in Lex. Tac. Verba *quae eq. nobil. est* a sciolo glossatore assuta censebat Weik.

2. *Pater Iulius Graecinus*, cuius duo iudicia, alterum grave, alterum ingeniosum, memorat Sen. ep. 29. et de ben. 21. „Loco post. dicitur *vir egregius, quem C. Caesar occidit ob hoc unum, quod melior vir esset, quam esse quenquam tyranno expediret.* Idem *Iulii Attici velut discipulus duo volumina similium praeceptorum de vineis composita facetius et eruditius posteritati tradenda curavit*, Colum. 1, 1, 14. qui excerpta huius libri dedit 3, 12, 1. 4, 3, 6. Citatur etiam Graecinus inter scriptores a Plin. 14, 2. 16, 44.“ *Lips.* et *Walch.* „Numum Buthrotiorum in Epiro (nunc Botrinto) protulit Pellerin Recueil des Médailles T. I. p. 82 tab. 12. n. 5. inscriptum *I. GRAECINUS QUIN. PER.* (Quinquennalis perpetuus.) Incertum tamen, an ad hunc Graecinum pertineat.“ *Brot.* Ad eundem haud referenda videtur Ovid. ep. ex Ponto 1, 6. *Pater Iulii* (Agricolae) *Iulius Graecinus* MSS. Vat. et edd. ante Lips. Hic tacite eiecit *Iulii*, quod revocavit Dronke. Vir doctus in Ephem. schol. Darmst. a. 1827. (paedag. philol. p. 423.) ita significari putat, idem nomen fuisse patri et filio. Sed omnibus eiusdem gentis Romanis idem erat nomen. — *sapientiaeque*, v. ad c. 2. n. 3. — *iisque virtutibus*: in Vat. 3429. *iisque ipsis virt.* glossa, ut multae in hoc MS., et tamen recepta a Beck. Hert. Peerlk. *suisque* (reliquis) *virt.* male corr. Dahl e vulgato substituit Seeb. — *meritus*, v. ad O. 9. n. 5.

3. *M. Silanum*, socerum *C. Caesaris*, Caligulae et ad necem ab eo compulsum. v. Ind. I. et ad H. 4, 48, 4. *Sillanum* c. Vat. 3429. ed. Put. Rhen. Dronk. prob. Cort. ad Sall. Cat. 50, 4. et Iug. 43, 1. Sed vulgarem scripturam auctoritate numorum veterumque librorum firmant Manut orthogr. p. 105. et Drak. ad Liv. 23, 15. — *accusare iussus et quia abnuerat, interfectus est:* Acidalius *et* delendum censebat. Elegantior foret oratio, sed et c. 7. 9. aliisque locis sic Tacitus; *Ern.* Elegantia illa admodum dubia, et his locis innumera adiungi possent *Walch.* Ob *eloquentiae studium* Silanum *accusare iussus et* ob *sapientiae studium*, *quia abnuerat, interfectus est; Beck.* Argute potius, quam vere.

4. *Mater Iulia Procilla, rarae castitatis*, cf. cap. 7. et ad Ann. 3, 52. *Procilla* a *Proculo* formata; *Barcl.* — *In huius sinu indulgentiaque educatus*, ut *filios in gremio matris educatos* Cic. Brut. 58. et *in aviae amitarumque indulgentissimo sinu nutritur* Sidon. ep. 5, 16. v. ad Ann. 6, 45. extr. G. 20. n. 2. O. 28. n. 2. Haec per ἓν διὰ δυοῖν dicta vel eodem quo illa Sidon. l. l., sensu dicta, vel potius pro: in huius sinu cum indulgentia educatus; *Roth.* p. 54. v. Ind. III. v. *Hendiadyoin.* „Cave coniicias *in cuius sinu.* Immo intell. contrarium: non *in cella emptae nutricis*, (ut O. 28.) sed *in huius*, matris, *sinu.*“ *Walch.* *Indulgentia* h. matris circa educationem cura, qua liberos suaviter educandos curat, mollis quidem, sed non ea, quam Quintil. 1, 5. (et Plin. ep. 8, 11) vituperat; *Dronke.* Significatur amor eius tenerrimus. — *per omnem honestarum artium cultum* pro: *per omnium h. a. cultum.* v. ad Ann. 3, 1. „*Artes honestae*, ἐγκύκλιοι, ut et ἐγκύκλιος παιδεία. Cf. Quintil. 10, 1. et Stat. Silv. 5, 3, 147 sq.“ *Walch.* Sic *artes honestae* O. 28. *liberales* Agr. 21. *ingenuae* O. 30. *ingenuitas* O. 32. *humanitas* Agr. 2 (nostrum *feine Bildung, Verfeinerung*) *humanitatis studia, liberalis doctrina*, Gall. *les beaux arts*, Germ. *freie Künste, schöne Wissenschaften*, h. artes liberis ingenuisque hominibus et educatione libera dignae, qu

honeste exercentur quibusque O. 32. et al. opponuntur *illiberales* et *sordidae artes*, *artificia*, *quaestus* opificum, mercatorum, mercenariorum, coquorum, saltatorum aliorumque, (v. Cic. de off. 1, 42.) quemadmodum militaribus *bonae* et *illustres domi artes* Ann. 3, 70. 4, 6. *studia civilia* Ann. 3, 75. *civiles artes* Agr. 39.

5. *Arcebat eum ab illecebris peccantium*, ab iis rebus, quae homines ad peccandum illicere solent. v. ad Ann. 2, 1, 2. — *bonam integrámque naturam*, indolem animi, (v. ad Ann. 13, 47.) non corruptam contagione malorum et *illecebris peccantium*, ut Od. 28. extr. *sincera et integra et nullis pravitatibus detorta natura*. Cf. ad G. 4. n. 2. — *statim parvulus*, ea aetate, quae est prona ad peccandum; *Ern.* — *sedem ac magistram studiorum Massiliam habuerat* cet. Cf. ad Ann. 4, 44. et Cic. p. Flacco 26. „*habuerat* recte dedit Lipsius; nam redditur h. l. ratio eius quod factum est, (*arcebat* — *quod habuerat*) ideoque requiritur Indicativus et scrib. vel *habuerat*, vel ἀορίστως *habuit*, vel *habebat*, ut actiones sint continuae; non *habuerit*, quod in MSS. et edd. vet. legitur, neque *haberet*, quod coni. Ern." *Walch.* Nonne vero *habuerit* ἀορίστως et de causa dictum videri potest, ut locis ab ipso et a Dronkio laudatis, H. 2, 78, 2. *idem habuerit*, Cic. Acad. 1, 10, 35. *inciderit* et alia? Cf. ad Ann. 14, 61. et Müller in Ephem. lit. Goett. a. 1826. p. 1300. — *locum Graeca comitate*, humanitate, *et provinciali* (*landstädtische* Stromb.) *parcimonia*, frugalitate, *mixtum ac bene compositum*, pro: *locum*, *in quo Gr. comitas et prov. parcimonia mixtae erant ac bene compositae*. v. ad H. 1, 9, 5. „*mistum* edd. vet. et rec. Sed v. Pier. ad Virg. Aen. 1, 488. et Cort. ad Sall. p. 929. *Mixta* dicuntur, quae sine ordine iuncta sunt, massae rudes, homines et res, ut προςμίξαι ap. Soph. Phil. 106. et Herod. 7, 168. *composita* vero, ut δειλαίᾳ συγκέκραμαι δύᾳ ap. Soph. Antig. 1312." *Walch.*

6. *in prima iuventa:* in c. Vat. 3429. *prima in iuv.* quod a nonnullis receptum est. — *studium philosophiae acrius*, interius, subtilius, vehementius; *J. Fr. Gron.* coll. O. 33. Cic. de or. 2, 3. Iustin. 12, 16. Similia v. in Ind. II. *acrius* Adiect. et sensu Comparativi satis noto. *studium philos. ac iuris* coni. Pich. et recepit Jac. Gron. Sed Massiliae, civitate Graeca, iuris studia viguisse haud credam; *Ern.* „Iuris quoque scientia Romae semper in honore erat, *philosophiae* vero *studium*, quod segni otio praetendi credebatur, *Romano ac senatore* indignum; non omne quidem, sed quod a rebus gerendis avocaret neque ad eloquentiam et administrandam remp. viam sterneret. Praeterea his temporibus, ob Helvidios, Thraseas, Rusticos aliosque libertatis vindices, maxima invidia apud principes flagrabat philosophi (inpr. Stoici) nomen." *Engel.* Cf. nota 8. Ann. 3, 75. 14, 57. 16, 22. H. 4, 5. O. 31. Dio 66, 12. Inde et expulsi sapientiae professores. v. ad c. 2. n. 3. et Garve ad Cic. off. 2, 1. Nihil verius quam legi *acrius ultraque quam; Lips.* prob. Ern. quia vulgatum aliquid offensionis habeat. Sed *acrius* est Adiect., non Adverb. — *hausisse*, hausurum fuisse, ut Ann. 4, 28. *cogitasse; Ern.* et *Walch.* Cf. ad Ann. 14, 61. Sed Ramshorn. Gram. p. 585. hanc dictionem refert ad ἐλλειπτικάς, de quibus v. Ind. III. v. *Syllepsis. Haurire*, ut O. 28. 30. et al. penitus et avide percipere. Similiter *haurire voluptates*, *imbibere animo* et sim. — *incensum ac flagrantem* sc. studio philosophiae.

7. *Scilicet*, v. ad Ann. 1, 8, 14. s. ed. Put. 2. 3. — *sublime et erectum ingenium* synon. *Sein hoher und aufstrebender Sinn; Doed. Erectus animus dicitur* H. 2, 48. 3, 65. *rectum* edd. vet. ante Lips. — *pulchritudinem ac speciem* synon. aut per ἓν διὰ δυοῖν dicta pro *pulchram speciem;* Roth. p. 21. v. ad Ann. 4, 6. et Ind. III. v. *Hendiadyoin*. Sed *species* auget potius vim *pulchritudinis* eamque designat, qua oculis hominum se praebet; *Boett.* in Lex. Tac. p. LXXXI. *speciem magnae excelsaeque gloriae* c. Vat.

3429. quod correctori tribuit Walch. *Σχῆμα τὸ σεμνότατον*, *Schaef.* a vit. Soph. p. XXV. — *vehementius quam caute*, vehementer quidem, a parum caute. „Sic *magis audacter quam parate* Cic. Brut. 68. *pestilen tia erat minacior quam perniciosa*, Germ. *die Pest war zwar drohend, abe nicht verderblich;* sed *pestilentia erat minacior quam perniciosior* Liv. 4 52. *die Pest war drohend genug, aber weniger verderblich, schien noch ver derblicher zu werden*, ut *avidius quam consultius properabat*, Tac. H. 2 24. *ἀξυνετώτερος δόξας ἢ ἀδικώτερος* Thuc. 3, 42. *αἴσχιον ἢ κάλλιον* Diony Hal. 1, 58." *Ramshorn.* Gram. p. 309. 310. Cf. ad G. 32. n. 4. et Ind III. v. *Comparationis usus modusque 2. a.*

8. *Mox*, post primam iuventam, *mitigavit* eum eiusque appetitus *ratio et aetas* adulta, ut ap. Cic. off. 1, 28. 29. 39. *effectum, ut rati praeesset, appetitus obtemperaret* et *appetitus obtemperaret, obediret ration* „Absolute positum *mitigavit*, ut Ann. 4, 71. et O. 11." *Walch.* Cf. Ind III. v. *Verba absolute posita.* — „*Ratio* est vox *πολύσημος* ap. Tac. e Cic. Ei respondent Germanicae 1) *Rechnung* 1, 6. 6, 16. 2) *Rechen schaft* H. 4, 14. 3) *Bewegungsgrund* 6, 26. H. 3, 82. 4) *Auseinanderset zung der Gründe* H. 2, 19. 5) *Plan, Entschluss* H. 3, 22. 4, 56. 63. 6 *Vernünftige, planmässige Ueberlegung* H. 2, 25. 80. G. 30. Agr. 4, 18. 2(Vell. 1, 9. 2, 124. 7) *Reflexion, Argumentation* H. 2, 26. 8) *Verhalte u. vernunftgemässes Verfahren* 11, 11. 15, 62. 9) *Verhältniss* 13, 14. 5(G. 22. Inde *das rechte Verhältniss und Maas* ap. Plin. 28, 14. *fricat cum ratione: vehemens enim fricatio spissat.* 10) *Umstände* G. 6." *Boet* in Lex. Tac. — *retinuitque, quod est difficillimum, ex sapientia* (v. ad 2. n. 3.) *modum*, „moderationem: *Mässigung:* nam servare modum doce et praeit Sapientia; nisi leg. *et sapientiae modum:* difficile enim, omni bus studiis temperare, sed huic utique." *Lips.* Hoc probabant Ern. e alii coll. Cic. Tusc. 2, 1. et fin. 1, 1. Dronkius haec refert ad auream il lam mediocritatem (*μέτρον ἄριστον*) in omnibus vitae conditionibus servan dam, de qua v. Horat. od. 2, 10, 1 sq. et Sat. 1, 1, 106. 107. „Imm veteres philosophi docebant, nullam rem per se bonam esse, nisi *φρόνη σις* eam, ut omnia, regat, et virtutem in vitandis extremis positam. v Plat. Men. p. 88. b. Aristot. Ethic. ad Nic. 2, 5. et Horat. epist. 1, 6 15. 16. Hic culpantur Catonis Uticensis, Thraseae, Helvidii, Senecionis Aruleni aliorumque Stoicorum *contumacia, inanis libertatis iactatio* e *illicita* dicta factaque, etsi non desint qui ea *mirentur*, (v. Dio 66, 12 13. 15.) laudantur contra *obsequium, modestia* et *sapientia* eorum, qui *in ter abruptam contumaciam et deforme obsequium sub malis Principibus pe gunt iter ambitione ac periculis vacuum.* Ita c. 42. et Ann. 4, 20. C Sen. ep. 14. de Catone et Martial. 1, 9, 1 sq. Optimus h. l. commenta rius est, quod dixit Callicles in Plat. Gorg. p. 484. c. *Φιλοσοφία γάρ τ ἐστὶν χάριεν, ἄν τις αὐτοῦ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ· ἐὰν δὲ περαιτέρω το δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων* cet." *Walch.* Cf. ad c. 17. n 4. cap. 42. n. 5. et ad O. 37. n. 5. extr. *Licentia, quam stulti libert tem vocant O.* 40.

CAPUT V.

Prima castrorum rudimenta in Britannia Suetonio Paulin diligenti ac moderato duci, approbavit, electus, quem contuber nio aestimaret. Nec Agricola licenter, more iuvenum, qui m litiam in lasciviam vertunt, neque segniter ad voluptates commeatus titulum tribunatus et — inscitiam retulit; sed no scere provinciam, nosci exercitui, discere a peritis, sequi opt mos, nihil appetere in iactationem, nihil ob formidinem rec

sare, simulque anxius et intentus agere. Non sane alias exercitatior magisque in ambiguo Britannia fuit. Trucidati veterani, incensae coloniae, intercepti exercitus: tum de salute, mox de victoria certavere. Quae cuncta etsi consiliis ductuque alterius agebantur ac summa rerum et reciperatae provinciae gloria in ducem cessit, artem et usum et stimulos addidere iuveni, intravitque animum militaris gloriae cupido, ingrata temporibus, quibus sinistra erga eminentes interpretatio, nec minus periculum ex magna fama, quam ex mala.

1. *Prima castrorum* (militiae) *rudimenta*, (cf. Drák. ad Liv. 1, 3, 4.) inde ab a. U. 812., *Suetonio Paulino approbavit,* v. ad H. 1, 27, 3. et de Suetonio P. Ind. II. „Ex his rudimentis castrensibus senatorum filii in Urbem digrediebantur honores seu magistratus petituri. v. Suet. Aug. 38. Plin. ep. 8, 14. Sen. ep. 47. Lips. de mil. Rom. 5, 2." *Buckner*. Cf. ad cap. 6. n. 1. — *diligenti ac moderato duci*, v. H. 2, 25. et 31. — *approbavit electus,* non postquam electus erat, (ut *ictus* cap. 29 pr.) sed quippe qui ab eo electus erat, *quem contubernio aestimaret,* Germ. *durch Zeltgenossenschaft zur Prüfung von diesem erwählt; Walch.* Cf. ad Ann. 1, 29. 4, 60. et inpr. 13, 17. „*Contubernium* est 1) tentorium, in quo certus militum numerus habitat, ut Ann. 1, 17. 41. 48. al. v. Veget. 2, 13. 2) domicilium, in quo servi cum coniugibus suis agebant, quorum matrimonium, quum iustum verumque non esset, et ipsum *contubernium* vocabatur. Ita ap. solum Tacitum H. 1, 43. 3, 74. 3) convictus *contubernalium*, proprie militum, dein aliorum etiam hominum, qui sodalitatis quodam vinculo coniuncti agunt, praecipue coniugum eorumque, qui una literis operam dant. Sic Ann. 1, 41. H. 2, 80. O. 5.". Boett. Lex. Tac. *Aestimare* Oberl. exponit *dignum iudicare*, et Boett. *magni facere,* ut Ann. 15, 2. et *aestimator* ap. Plin. pan. 21. fere id. qd. *laudator*. Male *adhiberet* coni. Ern. *admoveret* Bip. *honoraret* Brüggem. neque audiendus Oberl. qui *dignum* subaudiri credebat.

2. *Nec Agricola licenter* cet. „Non iungenda *titulum et inscitiam tribunatus,* sed *titulum tribunatus* (tribuni militum) *ad voluptates et commeatus et — inscitiam retulit,* Germ. *Agricola benutzte nicht zügellos, nach Art junger Leute, welche Kriegsdienst in Ungebundenheit verwandeln, auch nicht trägen Sinnes zu Urlaub und Vergnügung und — Unwissenheit den Namen eines Tribuns." Walch. qui militiam in lasciviam vertunt*, cf. Liv. 1, 57. et 37, 20. „Aevo Augusti aliud discrimen tribunorum mil. subortum, ut quidam laticlavii essent, ex senatu, quidam angusticlavii, ex Equite nati. Utrumque genus ambitiose petitum et datum factumque semestre, quo pluribus gratificari possent." Lips. mil. Rom. 2, 9. Cf. H. 1, 82. Plin. ep. 4, 4. Iuvenal. 7, 89. — *commeatus*, v. ad Ann. 15, 10, 1. — *sed noscere provinciam, nosci exercitui* „pro vulg. *sed eo usus est, ut nosceret prov.* cet. Ad haec verba cf. Plin. pan. 15. et ad illa *nosci exercitui* Iustin. cod. lib. 12. de re mil. *nihil appetere in iactationem* c. Urs. et Vat. 3429. ed. Put. 1. 2. Recte. Sic cap. 8. *in experimentum* et *in suam famam." Walch.* Ita et *in vanitatem*, *in quaestum*, *in spem* et alia. v. Ind. II. et ad c. 8. n. 5. *iactationem* Put. 3. Riv. Ber. Rhen. tres. *iactatione* edd. rec. ex emend. Rhen. *ob* et *per iactationem* frustra coni. nonnulli. — *simulque anxius* futurorum *et intentus* praesentium, Buckn." Recte. Sic χρὴ δὲ ἀεὶ ἐν τῇ πολεμίᾳ τῇ μὲν γνώμῃ θαρσαλέους στρατεύειν, τῷ δὲ ἔργῳ δεδιότας παρεσκευάσθαι. Οὕτω γὰρ πρός τε τὸ ἐπιέναι τοῖς ἐναντίοις εὐψυχότατοι ἂν εἶεν, πρός τε τὸ ἐπιχειρεῖσθαι ἀσφαλεστατοι Thucyd. 2, 11. *Τούτου τίς ἂν σοι τἀνδρὸς ἢ προνούστερος, ἢ δρᾶν ἀμείνων εὑρέθη τὰ καίρια* Soph. Ai. 119. *simulque et anxius et intentus* Vat. 3429.

ed. Brot. Seeb. 2. Beck. et alii. Quis vero dicat *et simul et anxius et intentus?" Walch. intentus*, v. ad Ann. 6, 50.

3. *Non sane alias exercitatior — Britannia*, v. ad Ann. 14, 2. *exercitior* malebat Acid. quod sane hoc sensu est legitimum verbum; Ern Sed nusquam reperitur; *Walch. — magisque in ambiguo Britannia fuit* eius expugnatio locorumque captorum possessio. v. ad Ann. 4, 7. et d re ipsa Ann. 14, 29 — 37. — *trucidati veterani, incensae coloniae, intercepti exercitus: tum de salute, mox de gloria certavere;* v. ad Ann. 2, 80 1. Nona tantum legio fusa, nec nisi una *colonia* memoratur in Britannia, Camulodunum, Ann. 12, 32. 14, 31. unde *ipsam coloniam* inf. cap 16. Hinc *incensa colonia* corr. Lips. Sed Plur. *coloniae* et *exercitus* pr Sing. ut *senum coloniae* cap. 32. v. ad Ann. 2, 80, 1. Propriam Pluralis vim retinendam censebant Pich. Bip. Oberl. et Dr. quia Verulamium quoque et Londinium a Romanis capta atque direpta. v. Ann. 14, 3 Sed ibidem traditur, Verulamium fuisse *municipium* et Londinium *no insigne cognomento coloniae;* neutrum quoque *incensum* est. *intersep* Vat. 3429. et quaedam edd. rec. Sed v. ad Ann. 2, 80, 1.

4. *consiliis ductuque alterius*, alius, Suetonii Paulini. v. ad ca 17. n. 3. — *reciperatae* edd. Lips. et rec. paene omnes. *recuperatae* ed vet. v. ad Ann. 1, 74, 3. — *„artem*, scientiam rei bellicae, ex qua a stimatur bellator. v. Veget. 1, 1. 3, 9. Sen. ep. 29. Hor. epist. 1, 1 19. Agricola enim erat contubernalis Suetonii, egregii ducis. *usu* Gall. *routine*." *Walch.* Pro *artem* Lipsius male coni. *attamen*, quod n displicuit Bip. et Oberl. *tamen* reposuit Seeb. in ed. sec. Sed hoc sa pius post *etsi*, *ut*, *quanquam*, *quum* aliasque coniunctiones concessiv omittitur. v. intpp. Liv. 7, 19. 22, 20 pr. 36, 38, 7. 38, 9. Tursell. *tamen* et Ramshorn. Gram. p. 690. „Cf. Cort. ad Sall. Iug. 35. et Ruhn ad Aquil. Rom. p. 190." *Walch.* Contra *tamen* referendum saepius omissum in priori orationis membro *etsi* vel *quanquam*, (ut Liv. 1, 3 p vel totum antecedens. v. ad Ann. 4, 3. — *addidere* proprie non nisi vo *stimulos* convenit. v. ad Ann. 2, 20, 2. — *intravitque animum — ma* cf. cap. 1. 2. 3. — *sinistra erga eminentes interpretatio*, qualis est A 1, 69. et 11, 19; *Vird.*

CAPUT VI.

Hinc ad capessendos magistratus in Urbem digressus Don tiam Decidianam, splendidis natalibus ortam, sibi iunxit; idq matrimonium ad maiora nitenti decus ac robur fuit. Vixeru que mira concordia, per mutuam caritatem et invicem se a teponendo; nisi quod in bona uxore tanto maior laus, qua in mala plus culpae est.

Sors quaesturae provinciam Asiam, proconsulem Salvi Titianum dedit; quorum neutro corruptus est, quanquam provincia dives ac parata peccantibus, et proconsul, in omn aviditatem pronus, quantalibet facilitate redempturus esset n tuam dissimulationem mali. Auctus est ibi filia, in subsidi simul et solatium; nam filium ante sublatum brevi amisit.

Mox inter quaesturam ac tribunatum plebis atque ips etiam tribunatus annum quiete et otio transiit, gnarus Nerone temporum, quibus inertia pro sapientia fuit. Id praeturae tenor et silentium: nec enim iurisdictio obve rat. Ludos et inania honoris modo rationis atque abund tiae duxit, uti longe a luxuria, ita famae propior. Tum ele a Galba ad dona templorum recognoscenda diligentissima

quisitione fecit, ne cuius alterius sacrilegium res publica quam Neronis sensisset.

1. *in Urbem digressus* a. U. 815. *ad capessendos magistratus*, „non ad accipiendam dignitatem senatoriam: nam Graecini senatoris filius erat, quique nati equestri loco Tribuni tria fecissent stipendia, senatores fieri poterant, qui nati de senatoribus, ex tribunatu ad magistratus aspirabant. v. Casaub. ad Suet. Aug. 60. et Lips. de mil. Rom. 2." *Buchner.* Cf. ad c. 5. n. 1. — *Domitiam Decidianam:* „Rupertus ep. 34. ad Reines. p. 215. producit lapidem, in quo sit *Domitio T. F. Vol. Decidio*, quem Claudii temporibus clarum et patrem huius Domitiae fuisse putat, nec opus esse, adoptionem statuere. Consuetudo nominum imponendorum liberis, quae illis temporibus fuit, suadeat potius credere, matrem eius *Decidiam* fuisse, unde *Decidiana* dicta sit, ut e cognominibus Vespasiani et Domitiani aliisque constat; nisi duas ille filias habuit, quarum maiorem pater Domitius a se, Decidianam alteram a matre appellavit, ut Flavius Sabinus ap. Suet. et Vespasianus in duobus filiis fecere." *Ern.* Alia, sed non certiora, ex Cannegiet. de mutata sub Princip. Rom. nominum ratione p. 11. elici poterunt. Ceterum *robur* h. l. est vis interna." *Walch.*

2. *per mutuam caritatem*, amorem coniugalem sincerissimum integerrimumque; *Beck.* — *et invicem se anteponendo*, Gr. *ἀνθυπείκειν* et τῇ τιμῇ ἀλλήλους *προηγεῖσθαι* in ep. Pauli ad Rom. 12, 10. ut in ep. ad Phil. 2, 3. τῇ *ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγεῖσθαι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν* non coniugalis modo societatis, sed et omnium amicitiarum verique amoris unicum glutinum et coagulum, quod vix terrarum aut gentium usquam reperio; *Gron.* — *nisi quod in bona uxore tanto maior laus, quanto in mala plus culpae est;* quae verba valde torserunt virorum doctorum ingenia. Omnia haec a nasuto glossatore margini allita censebat Dahl., quidam tantum *nisi.* Alii corr. *tanto minor laus*, et nonnulli *invicem se anteponendo sibi: quod in bona* cet. Plerique lectionem vulg. tuentur, sed varie exponunt; *Passovius:* (in Ephem. lit. Jen. a. 1817. p. 387.) *invicem se anteponendo, nisi quod* cet. principatus tamen non ambiguus est, sed Domitiae dandus: nam ambo quidem perboni erant et ita sibi pares; sed natura sexus muliebris ita fert, ut virili tam virtutibus quam vitiis antecellat. — *Dronkius* et *Roth:* (Taciti Synonyma Norib. 1826.) „Laus utrique pariter magna, *nisi quod* in bona uxore, ut Decidiana, maior laus virtutis est, quam in bono viro, ut in Agricola, et tanto quidèm maior, quanto in mala femina plus culpae est, quam in viro malo. Feminis enim peccantibus semper plus culpae imputatur, quam viris; [illegible]re (!) bonis feminis maior laus tribuenda est quam (bonis) viris." *[illegible]ling.* (obss. crit. in Tac. Agric. Curiae Regn. 1826. 4. p. 6.) „Rectissime sententiam expressit Dronke, sed perversam adiecit rationem. Adhibeamus h. l. ex mathematica doctrinam magnitudinum oppositarum vel philosophia naturae polaritatis, quam vocant, legem et luce splendet clarissima. Natura et, quae accurate pieque eam sequebatur, antiquitas nullam a feminis postularunt virium, quas mediocres habeant, contentionem, qua et ad virtutem et ad vitia prodenda opus est; virtutem (a *viro*) non postularunt, vitia non permiserunt. Si bonum et malum, virtutem et vitia, tanquam polos oppositos, qui re vera sunt, conamus, feminis medium inter eos, punctum indifferentiae quod vocant, [illegible]atum est. Viri autem ad agendum nati in illo medio stare non [illegible]nt neque debent. Perpetuo multorum hominum usu, commercio, [illegible]mine implicati maioribusque et corporis et animi viribus, campum, [illegible]o se exerceant, flagitantibus, natura instructi, ut cuiusque est in[illegible], fortuna, voluntas, alii dextra, alii sinistra, alii modo dextra modo

sinistra de illo indifferentiae puncto declinant. Uxori igitur, quae, me dio relicto, ad eundem virtutis gradum, ad quem maritus, pervenit, ma ior tribuenda est laus, quum praestet, quod postulari non potest: in fe mina contra, quae, medio relicto, ad eundem vitiorum gradum, a quem vir, aberravit, plus culpae est; nimirum in feminis non ea, qu in viris, admittenda est excusatio. Agricola igitur et Domitia parit boni fuerunt, sed tanto maior laus in Domitia, quanto plus culpae i femina, quae pariter mala est ac malus maritus. Sic Ann. 15, 63." — *Becker:* „et *tanto maior laus* et *plus culpae est* sc. marito: nam apud Ro manos paterfamilias uxorem et liberos et omnem domum regebat." — *Hertel:* „Bona uxor ob id ipsum, quod felix est per eam matrimonium, maiori laude digna est, quo maior in mala femina, quando matrim nium infelix est, esse solet culpa, eoque ob hanc causam etiam in m iorem incurrit vituperationem." — *Crollius* et *Steuber:* (in Seeb. bib crit. a. 1822. p. 176.) „Maxima laus in coniugali bonorum concordi (cf. Ann. 15, 71. Plin. ep. 7, 19. Vell. 2, 26.) uti in concordia cum ma uxore (v. c. Antonii cum Fulvia, Claudii cum Messalina, Neronis cu Poppaea) maxima est viri culpa; nam *viri in eo culpa, si femina modu excedat* Ann. 3, 34. Cf. Sall. Iug. 31." — Praetermitto alias explicati nes non minus improbabiles. Eas recensuit *Walchius* p. 436 sq. qui m liora quoque docuit p. 152—154. et quidem haec: „*Laus* et *culpa* abs lute dicitur quicquid est laudabile et culpabile; *laus* vero *in bona ux* pro *laus bonae uxoris*, ut ap. Cic. p. Deiot. 9. *frugi hominem dici, n multum habet laudis in rege*, et *laudatur in aliquo, placet in aliquo,* *rannus invenitur in aliquo.* *Maior* est praedicatum, ut Ann. 1, 1. *n Cinnae, non Sullae longa dominatio* et H. 4, 23. *quo discreta vir manifestius spectaretur.* (Cf. Ind. III. v. *Praedicatum Subiecto praepo tum.*) Formula autem *nisi quod*, qua ante dicta restringuntur corrigu turque, affirmationem post dictiones affirmativas, negationem post neg tivas continet et orta est ex ellipsi, quae arbitrio lectoris explenda p mittitur; v. c. Ann. 1, 33, 2. quo ne ipsa quidem culpae expers fuit, 1. 14, 14. H. 3, 28. G. 9. 25. 29. Agr. 16 extr. Sall. Iug. 95. Cic. ep. div. 13, 1. ad Att. 3, 1. Ita h. l. quod utrique laudabile censeatur, *n quod* dici potest, quod dicendum fatendumque est. Hinc sententia h. est: Ambo sincere se amabant et invicem anteponebant, quod utriq laudi detur, nisi quod (*freilich*) fatendum est, omnia laudabilia in m liere maiora videri quam in marito, quo magis in ea virtus eniteat, eo splendidiora, quo turpius foediusque in ea vitium appareat, vel q conspectior in ea vitii foeditas sit, quam in viro: *Das Lob* (*Lobenswert der guten Frau erscheint in eben dem Grade stärker, als der Tadel schlechten hässlicher.* Eadem paene sententia expressa Ann. 15, 54. 63. (nisi *claritudinis plus* ad voluntariam uxoris mortem referendum) Hom. Odyss. 11, 426. 427. (ubi cf. intpp.) et plenius ab Eurip. frag Melanipp. VII. (in Stob. Serm. 66. ed. Brunck. T. IV. p. 665. ed. Gesn Tiguri 1543. p. 391.) *Τῆς μὲν κακῆς κάκιον οὐδὲν γίνεται Γυναικός· ἐσθ δ᾽ οὐδὲν εἰς ὑπερβολὴν Πέφυκ᾽ ἄμεινον.* Minus apte a Dronkio comparan Sophocl. fragm. (quod ibidem reperitur) *Οὔτω γυναικὸς οὐδὲν ἂν με κακὸν Κακῆς ἀνὴρ κτήσαιτ᾽ ἄν, οὐδὲ σώφρονος Κρεῖσσον,* Simonidis fra 3. in Brunckii poet. gnom. Gr. p. 99. *Γυναικὸς οὐδὲν χρῆμ᾽ ἀνὴρ ληΐζ Ἐσθλῆς ἄμεινον, οὐδὲ ῥίγιον κακῆς,* Plin. pan. 83. Iuvenal. 6, 166 Ceterum ratio huius rei non quaerenda in eo, quod clarius enitesci *gratior est in pulchro corpore virtus*, (Virg. Aen. 5, 344.) sed in in miore sexus muliebris natura, propter quam maiori et difficulta laude ab ea coercentur cupiditates innatae. Id dilucide eloquitur H pocrates epist. ad Dionys. p. 1216. ed. Genev. *Ἀλλ᾽ ὅμως ἀεὶ χρήζει σωφρονίζοντος· ἔχει γὰρ φύσει τὸ ἀκόλαστον ἐν ἑωϋτέῃ, ὅπερ εἰ μὴ καθ᾽*

ραν ἐπικόπτοιτο, ὡς τὰ δένδρα καθυλομανέει, et gravius Pericles ap. Thucyd. 2, 45. *Εἰ δέ με δεῖ καὶ γυναικείας τι ἀρετῆς, ὅσαι νῦν ἐν χηρείᾳ ἔσονται, μνησθῆναι, βραχείᾳ παραινέσει ἅπαν σημανῶ. Τῆς τε γὰρ ὑπαρχούσης φύσεως μὴ χείροσι γενέσθαι ὑμῖν μεγάλη ἡ δόξα, καί, οἷς ἂν ἐπ' ἐλάχιστον ἀρετῆς πέρι ἢ ψόγου ἐν τοῖς ἄρσεσι κλέος ᾖ.* Eodem spectant verba Messalae Ann. 3, 34. δεύτερος πλοῦς, quem ἀκόλαστοι, in mulieres transformati, his in terris instituere finguntur ap. Plat. Tim. III. p. 3. b. ed. Steph., edicta in Dig. de off. Proc. 4. ex Ulp. et alia."

3. *Sors quaesturae provinciam Asiam — dedit* ei, Agricola quaestor et Salvius Titianus proconsul sortiti sunt *prov. Asiam*, et ille huius quaestor factus est. Cf. ad Ann. 3, 32. 4, 27. et 16, 27. *Salvium Titianum*, v. Ind. II. — *quorum neutro corruptus est*, ut ap. Sall. Cat. 11, 5. ubi v. Corte; *Walch*. — *parata peccantibus*, exposita rapinis magistratuum, ut dives et spoliari facilis, vel ubi provincialium plerique promptos se administros scelerum magistratibus praebebant; *Vird.* "Posterior explicatio priori praeferenda. Asia propter physicam indolem *corruptrix provincia* dicitur Cic. ep. ad Qu. fr. 1, 1, 6. Cf. Hippocr. περὶ Ἀέρων 31. 33. Vol. I. p. 345. ed. Lind." *Walch.* Apta et idonea peccare amantibus, magnam facultatem et materiam peccandi praebens propter abundantiam divitiarum et voluptatum iis, qui ad vitia sunt proni; *Ern.* Cf. Ind. II. v. *Parare*. — *quantalibet facilitate redempturus mutuam dissimulationem mali*, v. ad Ann. 6, 15. et H. 2, 56, 5.

4. *Auctus est filia*, v. ad Ann. 1, 3, 2. *ibi*, in provincia. v. ad Ann. 3, 33, 1. — *in subsidium*, v. ad Ann. 1, 3, 1. *in subsidium simul et solatium* Vat. 3429. quod recepi cum Brot. Dr. Beck. et aliis. Ita cap. 7 extr. Ann. 3, 64. 6, 9. al. *in subsidium et solatium simul* edd. ante Brot. — *filium ante sublatum*, v. ad Ann. 4, 8. — *brevi amisit*, ut et alterum, XX annis post natum. v. cap. 29 pr.

5. *Mox inter quaesturam ac tribunatum plebis:* in Vat. 3429. tribus Put. et Rhen. 1. male *inter praeturam, quaesturam ac trib. pl.* Glossam primus extrusit Rhen. — *atque ipsum etiam trib. annum* Vat. 3429. et edd. rec. *atque etiam ipsum* edd. vet. *Tribunatus plebis* potestas sacrosancta et olim maxima: sed his temporibus maiestatem eius Agricola, ut Plinius (v. ep. 1, 23.) aliique sapientiores, *quiete et otio* tuebantur, ne offenderentur Imperatores; *Brot.* et *Walch.* *annum* etiam ad illa inter *quaesturam ac trib. pl.* referendum; *Ern.* — *quiete et otio* synon. ut c. 21. et 42. Cf. ad G. 40. n. 11. *quietis et otio* Vat. 4498. — *transit*, v. ad H. 2, 59, 2. *transit* Vat. 3429. edd. vet. et quaedam rec. *transiit* coni. Rhen. idque receperunt multi et praetulit Walch. Iungitur etiam Perfectis. Sed *transit* dictum quoque videri potest pro *transiit*, ut cap. 11 *petissem* et sim. — *temporum, quibus inertia pro sapientia fuit*, cf. cap. 3. et ad Ann. 6, 4. H. 1, 49, 7.

6. *Idem praeturae tenor*, continua et conformis vitae ratio in praetura, ut *vitae tenor* Liv. 40, 12. Ovid. Her. 17, 14. *tenor* et *continuatio* Liv. 41, 15. *uno et perpetuo tenore iuris semper usurpato* Liv. 35, 16. *tenor* ex ingeniosa emend. Rhen. *certior* Vat. 3429. Put. tres, Riv. Ber. Rhen. 1. — *et silentium*, v. ad cap. 3. n. 5. — *nec enim iurisdictio obvenerat* sc. ei. Cf. Ind. III. v. *Ellipsis Pron. person.* „*obvenerat* sorte. Iurisdictio est Praetoris urbani et peregrini eaque valde negotiosa, ut patet e Verrina prima; *Ern.* Cf. eius Clav. Cic. Fuit igitur Agricola e ceteris praetoribus, de quibus v. Lips. Exc. IV. ad Tac. Ann. I. „Sed quaestiones etiam perpetuae non amplius sorte mandabatur praetoribus, nec fere quicquam negotii praeter curationem ludorum." *Walch.* Cf. ad Ann. 1, 2, 6. 2, 79, 1. et 4, 6, 1. *nec enim* ed. Riv. Rhen. et deinde omnes. *nec non* male Put. tres et Ber.

7. *Ludos et inania honoris*, ludos honorarios, qui maximis sumpti-

bus, ut captaretur gratia populi et via ad honores muniretur, tam privatis quam a magistratibus, praecipue aedilibus praetoribusque, e solebant et ad *inan·n honorem* edentium pertinebant, qui, ut satisfacere pravae ambitioni, magnum plerumque contrahebant aes alienum. R nota ex Iuvenali 6, 380. 10, 36 sq. Suet. in Caes. 10. 39. in Aug. 3 (ubi v. Casaub.) in Ner. 21. Dione 54, 2. Plut. in Bruto p. 988. D. Tertull. de spect. *inania honoris*, quod ex iis nihil verae ac solidae d gnitatis honorisque, sed tantum opinio quaedam et umbratilis dignit in magistratum redit; *Buchner.* Sic *inania nobilitatis* Cic. Verr. Act. dixit; *Walch.* Cf. ad Ann. 2, 16, 1. 5, 10. et H. 2, 69, 2. *et inan honoris* voci *ludos* per apposit. adiecta, vel *et* est ἐξηγητικόν. v. ad G. 1 n. 5. *ludos et i. h. modo rationis atque abundantiae duxit:* omnes pae intpp. crediderunt, verbum *ducere* nullo modo coniungi posse cum *lu* et h. l. dictum esse pro reri, putare. Hinc nonnulli commenti sunt ·lipsin: *duxit* sc. facienda, edenda, instituenda esse; alii modum loquen abruptiorem et concisiorem pro: in ludis edendis ita se gessit, ut (cundum praecepta Cic. de off. 2, 15—17.) non minus rationem duce honestatis et famae, quam rei familiaris et opum. Plerique alia subs tuenda censuerunt, et quidem sive ex MS. Vat. 3429. *medio rationis a. duxit*, ut sensus sit: esse putavit, aestimavit tanquam medium qu dam inter rationem (quae inania spernit) et abundantiam (quae iis g det), vel ut res inter ea, quae ratio suadet et abundantia, vel inter s didam impensarum computationem et prodigentiam inconsultam medi (ita et vulgatum interpretatur Gesner. in Thes. L. L.) sive ex ingen *moderationis a. ab.* res esse *duxit* — *moderationi satisque ab. duxit* — *derationis quam ab. duxit* — *modo rationis a. ab. instruxit*, vel *dedit media rationis a. ab.* (inter rationem a. abundantiam esse) *duxit* — *m ratior aliis, abundantia duxit: at uti longe* cet. — *modo rationis* vel *derationis, neque ab. duxit* et alia. Sed vulgatum esse aptissimum ne tamen cum Lipsio explicandum: modo quodam et temperie inter (!) tionem, quae dissuadet in talibus effundere, et abundantiam, doc Walch. et ita fere: „Verba haec sic exponenda: Ludos duxit secund modum rationis et ab., vel iis edendis ita praefuit, ut modum habe quem ratio praescriberet et facultates ipsius, Germ. *Spiele und Eitel ten der Ehre leitete er nach Maassgabe von Ueberlegung und Reichth Modus* est finis, terminus, intra quem si consistat res, mediocritas s vatur, (ita Forcell.) ut Ann. 3, 6. H. 3, 86. Agr. 4. *Modus rationis, praeceptum rationis, praecepta sapientiae;* et *persuasio, adhortatio, mo rationis* brevius dicta pro *ratio suadet, praescribit modum. Ludos duc* Germ. *Spiele führen, leiten, aufführen,* pro *edere* insolenter quidem, apte ac definite dixeris, ut fere *pompam, choros, exsequias ducere*, c sic et praeeundi, et ductandi, curandi, administrandi vis exprimi Similiter *cohortes ducebant* dixit Tac. Ann. 1, 51. ut Homer. ἡγήσαιτο (*ducere agmen* Ann. 1, 64 extr.) πομπὰς ἡγεῖσθαι Demosth. in Mid. Πελοποννήσου ἡγοῦνται Thucyd. 1, 71. τὴν Πελοπόννησον ἐξηγεῖσθαι id. 71. Πέρσαι ἡγούμενοι τῆς Ἀσίας Plato Menex. p. 239. De *abundantia* A colae v. ad cap. 44. n. 8. Verba seq. ita exponit Virdungus: *uti l a luxuria, ita famae propior*, ut, etiamsi non nimis profusus esset in ludis, tamen eos potius fama celebraret, ut magnificos, quam ut de vis sumptibus parceque adhibitis sileret. Recte, modo ita sentiretur verborum. Reddas ea Germ. *wie von Ueppigkeit weit entfernt, so dem Rufe befreundet. Famae propior*, ut οἰκεῖος, ἀδελφός, et Ann. 2, *cui propior cum Tiberio usus erat,* 4, 40. *esse illi propiora consilia.* Si est *promptior filio* Ann. 4, 60. sed non plane idem." Oberlinus et B corr. *moderationis atque abundantiae duxit*, idque unice verum esse tendit *Boetticher*, qui in Lex. Tac. v. *moderatio* h. l. ita interpreta

„Quae praecedunt, maxime quae expressa sunt verbis *gnarus sub Nerone temporum, quibus inertia pro sapientia fuit*, satis demonstrant, Agricolam his quidem temporibus non magnopere appetisse honores. Noluit igitur, praesertim quum *longe esset a luxuria*, per *ludos*, in quos tum plerique maximam impendebant pecuniam, qui praeturam affectabant, plebis gratiam captare, sed in iis edendis *moderationem* adhibendam esse censuit; atque ipsa *honoris inania* sprevit et *abundantiae duxit*, i. e. supervacua esse putavit, *famae*, h. e. verae solidaeque gloriae iam *propior*, quam, ut ipse Tacitus auguratur, h. l. praecipiens, quae postero statim anno evenerunt, in Britannia sibi peperit. Ita omnia optime cohaerent et singula sibi respondent. Nemo dixit *ludos ducere* pro *ludis praeesse*, (num iisdem praefuit Agricola?) et *ludos medio rationis duxit* pro *arbitratus est* scil. *habendos esse*; optime vero dicitur *ducere* i. e. habere, credere *aliquid moderationis et abundantiae*. Sic *illam obsidionem flagitii ratus* i. e. flagitiosam Ann. 3, 20. *cedere loco consilii quam formidinis arbitrantur* G. 6. *quae aut utilia aut benevolentiae credebant* Sall. Iug. 103. ubi v. Cort. *Abundantia* non solum de opibus abunde suppetentibus, sed etiam de iis usurpatur, quae nimia et vacua sunt, ut *pestilens abundantia* ap. Sen. de ira 1, 16, 23. Genitivi *moderationis* et *abundantiae* verbo *ducere* iuncti non sunt quidem eiusdem generis; sed hunc dicendi modum saepius secutus est Tacitus." Arguta haec potius quam vera esse videntur. *uti longe a luxuria* sc. ὤν. Cf. Ind. III. v. *Ellipsis verbi substant.*

8. *Tum electus a Galba ad dona templorum recognoscenda:* nam non templa tantum regnante Nerone incendio erant diruta, (v. Ann. 15, 38—43.) sed alia etiam templa ab eodem postea spoliata donaque iis detracta et conflata, quae Galba restituenda curavit. v. Ann. 15, 45. et Suet. Ner. 32. *templorum* ed. Riv. Rhen. 2. 3. et rec. *temporum* Put. tres, Ber. Rhen. 1. — *diligentissima conquisitione fecit, ne cuius alterius sacrilegium* cet., h. e. ut cuncta templis restituerentur praeter ea, quae Nero dilapidasset; *Walch.* „Talis *conquisitio sacrorum* saepius instituta. v. Gron. et Duk. ad Liv. 25, 7." *Walch.* *effecit* corr. Heins. — *sensisset:* „Si legeretur *sentiret*, tantummodo ad praesens tempus respiceretur: ne quis tum, quum conquirebat, sentiret. Quia autem hoc non esset verum ac resp., quod tum sentiebat, iam ex longo tempore sensit, plusquamp. ponendum erat. Accuratissime de h. l. egit Weber Uebungsschule p. 131. ut de hac re Ramshorn. Gramm. p. 402 sq." *Hertel.*

CAPUT VII.

Sequens annus gravi vulnere animum domumque eius afflixit: nam classis Othoniana, licenter vaga, dum Intemelios (Liguriae pars est) hostiliter populatur, matrem Agricolae in praediis suis interfecit praediaque ipsa et magnam patrimonii partem diripuit, quae causa caedis fuerat. Igitur ad sollennia pietatis profectus Agricola nuntio affectati a Vespasiano imperii deprehensus ac statim in partes transgressus est.

Initia principatus ac statum Urbis Mucianus regebat, admodum iuvene Domitiano et ex paterna fortuna tantum licentiam usurpante. Is missum ad delectus agendos Agricolam integreque ac strenue versatum vicesimae legioni, tarde ad sacramentum transgressae, praeposuit, ubi decessor seditiose agere narrabatur: quippe legatis quoque consularibus nimia ac formidolosa erat; nec legatus praetorius ad cohibendum potens, incertum, suo an

militum ingenio. Ita successor simul et ultor electus rarissim moderatione maluit videri invenisse bonos, quam fecisse.

1. *Sequens annus* (U. c. 822. a. Chr. 69.) — *afflixit*, cf. Ind. II. *Annus*. — *classis Othoniana* cet. v. H. 1, 87. 2, 11—17. — *dum Intem lios* (*Liguriae pars est*) *hostiliter populatur*, v. ad H. 2, 13, 1. (quo lo haec Lipsii emendatio firmatur) et cf. Ind. III. v. *Metonymia*. *dum templo* (*Lig. p. est*) c. Vat. 3429. edd. Put. tres, Riv. Ber. Rhen. tr Bern. quod defenditur in Ephem. lit. Jen. a. 1801. sc. 165. ubi V. suspicatur, *templum* esse *Nao*, oppidulum cum portu non longe a Va fl. in provincia Narbonensi, in qua etiam Forum Iulii situm, patr Agricolae, et *praedia* fortasse parentum. Quae iam refutavit Dahl. *du Intemelium* (*L. urbs est*) c. Ursini, non male. Cf. Surita ad Antoni itiner. p. 296 ed. Wessel. *in Thempsa* corr. Pontan. *Liguriae pars* non glossema, sed interpretamentum, quale saepius, quam vulgo cre tur, et aequalium et posteritatis causa, vel optimi scriptores addur *Dronke* v. Ind. III. v. *Interpretamentum orationi insertum*. Simillim locus est Liv. 28, 46. Cf. etiam Plin. ep. 7, 19, 2. ibique Gesner *Dahl.* *Intemelios hostiliter populatur*, v. ad Ann. 2, 25. — *in praes suis*: in ed. Oberl. *in praesidiis suis* mendose, quod non animadvertit We

2. *ad sollennia pietatis*, ut matris exsequias curaret. *Sollenne fu ris* Ann. 12, 69. — *nuntio affectati a Vespasiano imperii*, cf. H. 2, 79 *affectati*, assumpti; *Ern.* „*Affectati* non ut (Ann. 2, 88. et) Liv. 28, 1 sed in se tracti. Cf. Cort. ad Sall. Iug. 66. et Ruhnk. ad Vell. 2, 39. 205." *Walch.* — *deprehensus* in itinere, ut *oppressus*, Gall. *surpris*, *trapé*, de nuntio inopinato, qui allatus est, et de aliis hominibus, improviso et inopinanter superveniunt nosque incautos opprimunt, (*ül raschen*, *erhaschen*, *ertappen*) vel de rebus, quae repente et praeter o nionem eveniunt quibusve opprimimur. Cf. cap. 15 extr. ad c. 34. n O. 3. Liv. 21, 58. 22, 29. 28, 30. al. Gesner. ad Plin. ep. 8, 14, 3. M scherl. ad Hor. od. 2, 16, 2. — *statim* non proprie dictum, sed ut *n modo*, *nuper*; *Walch.* — *in partes* Vespasiani.

3. *Initia principatus* — *Mucianus regebat*, v. H. 4, 11. 39. Dio 2. Suet. Dom. 1. et Vesp. 7. — *statum Urbis*, v. ad Ann. 3, 28, 3. *admodum iuvene*: in Vat. 3429. *iuvene admodum*. „Hoc reperitur Ann 80. H. 2, 78. 4, 5. illud Ann. 1, 3. et al. Domitianus tunc XVIII an natus." *Walch.* Cf. ad Ann. 1, 3, 8. — *ex paterna fortuna tantum li tiam usurpante*, v. H. 4, 2. 39. Suet. Dom. 1. Dio 65, 22. 66, 2.

4. *vicesimae legioni*, v. Ind. I. v. *Legiones*. „*Vicesima legio* Vic in Britannia inter Cornavios commorabatur Devae, (*Δήουα* Ptol. n *Chester*) ubi adhuc plurima antiquitatis rudera. v. Camdeni Britan 538. ed. 1806. T. III. p. 41. *Deva Leg. XX. Victrix* in Antonini itine 469." *Brot.* Cf. Arzt. ad h. l. — *praeposuit*, ut legatum. v. ad An 36, 1. et 4, 56. — *ad sacramentum* Vespasiano dicendum *tarde trans sae*, v. H. 3, 44. — *decessor* Agricolae, (v. ad Ann. 1, 21, 4.) Ro Caelius, *seditiose agere narrabatur*, v. H. 1, 60. — *legatis consular* v. ad Ann. 1, 74, 1. Illis temporibus legati consulares in Britannia runt Petronius Turpilianus, Trebellius Maximus et Vettius Bolanu cap. 16. et ad c. 14. n. 1. — *nimia*, v. ad Ann. 2, 34, 2. — *formido* v. ad Ann. 1, 76, 3. Superbiam huic legioni indiderant egregia facta: et plurima eius monumenta in Britannia manent, quae v Camdenum, Gordonum, Horsleium aliosque; Brot.

5. *legatus praetorius*, Roscius Caelius, seditionis auctor. v. H. 1 et ad Ann. 1, 74, 1. — *incertum*, utrum s. num *suo an militum ing* quod aut ille imperandi, aut hi parendi nescii; *Vird.* Cf. ad Ann 52. — *rarissima moderatione maluit* — *fecisse*: „haec lucebunt e v

Sall. Iug. 45. *ita prohibendo a delictis magis quam vindicando exercitum brevi confirmavit.* Similia dixit Maecenas ap. Dion. 52, 26." *Walch.* Cf. et inf. cap. 19.

CAPUT VIII.

Praeerat tunc Britanniae Vettius Bolanus, placidius, quam feroci provincia dignum est. Temperavit Agricola vim suam ardoremque compescuit, ne incresceret, peritus obsequi eruditusque utilia honestis miscere: Brevi deinde Britannia consularem Petilium Cerialem accepit. Habuerunt virtutes spatium exemplorum. Sed primo Cerialis modo labores et discrimina, mox et gloriam communicabat; saepe parti exercitus in experimentum, aliquando maioribus copiis ex eventu praefecit. Nec Agricola unquam in suam famam gestis exsultavit; ad auctorem et ducem, ut minister, fortunam referebat. Ita virtute in obsequendo, verecundia in praedicando extra invidiam, nec extra gloriam erat.

1. *Praeerat tunc Britanniae*, ut alii prius seriusque, de quibus v. ad cap. 14. n. 1. — *Vettius Bolanus*, v. ad Ann. 15, 3. *Vettius* Vat. 1498. *Voctius* Put. 3. *Vectius* Vat. 3429. et edd. rel. ante Brot. ut et Ern. *Volanus* Vat. 3429. et edd. vet. nisi quod *Bolanus* in Riv. — *placidius, quam feroci provincia dignum est* cet. Non tam alacer arrectusque et intentus ad bellandum, quam oportebat esse ducem, ubi quotidie hostis ante oculos exsultabat et lacessebat: a quo torpore longissime remotus Agricola, ardebat ille quidem cupidine rei gerendae, non tamen eam sic praetulit, ut legatum consularem offenderet et vel audendo vel censendo fortia et ferocia segnitiem ei suam exprobraret; *Gron. provinciae* vitiose Put. 2. 3. Rhen. 1. *dignum ē.* Put. tres et Riv. *dignum est* Ber. Rhen. tres et rec. *paulo durius quam f. p. dignum. Ast temperavit* coni. Harl. *dignum esset* Acid. *d. erat* Ern. et *dignum: sed temperavit* Heins. Emendatione non opus: sententia his verbis cuique conditioni communis continetur; *Dronke.* Temporibus Taciti congruit *est*, ut *esset* prioribus; *Walch.*

2. *ne incresceret* sc. vis, ardor; *Ern.* Idem haec redundare meliusque abfore putabat. Immo iis inest acumen: *ne incresceret* ipse, Agricola, ne Bolano maior videretur et hic, ut minor prudentia ac virtute, contemneretur; *Brot. Bip. Ob.* et alii. Sed *ardor, dolor, audacia, certamen increscere* dicuntur, non *homines*, et *increscere* h. l. bene referri potest ad *ardorem* iuvenilem; *Walch.* — *peritus obsequi*, obsequendi, *eruditusque utilia honestis miscere*, ad miscendum; graecae et poet. dictiones, quas amat Tacitus. Cf. Ind. III. v. *Adiectiva Infinitivis iuncta* et Ramshorn Gram. p. 425. Talis Hephaestio describitur H. 3, 50. et a Curt. 3, 12.; *Vird.*

3. *consularem* (v. ad Ann. 1, 74, 1.) *Petilium Cerialem*, v. cap. 17. et ad. H. *Peretilium* Put. tres. *Cerealem* Put. 3. Rhen. 1.

4. *Habuerunt virtutes* utriusque, Pet. Cerialis et Agricolae, *spatium exemplorum*, multa de se ipsis exempla prodendi; *Pich.* „Immo virtutes Agricolae sub bono consulari campum nactae sunt, in quem excurrerent, curriculum in quo se exercerent et exempla ederent obsequii, verecundiae, fortitudinis, ut Ann. 13, 8. *videbatur locus virtutibus patefactus.*" *Salin. Ern. Bip.* alii. „Bene, et explicatio Pich. languet. *Spatium exemplorum*, ut *spatium equitandi, spatium ad dicendum* et *sp. apparandis nuptiis.*" *Walch.* Recte Huetius haec ita explicat: Hactenus in brevi tribunatu militum, in tribunatu plebis et praetura, muneribus an-

nuis quiete et otio transigendis, vix fuerat virtutibus locus, certe non fuit *spatium exemplorum:* at per quadriennium, quo legatus fuit XX legionis Agricola, habuit spatium depromendi virtutes suas in exemplum praesentis et futurae aetatis; *Brot. Habuerunt virtutes spatium et exemplum* malebat Lips. hoc sensu: Cerialis et *spatium* campumque exercendis virtutibus dedit, et *exemplum;* ipse enim bonus strenuusque dux: sed tamen initio labores duntaxat et pericula cum Agricola partiebatur, mox virtute eius clare cognita, etiam laudem. Non male; sed vulgatum bene habet.

5. *modo labores* omnes edd. ante Brot. *labores modo* Vat. 3429. edd Brot. Bekk. al. „Sic Ann. 1, 71. 2, 14. 15. Sed *non modo Cherusci* Ann 1, 60. et similia al." *Walch.* — *communicabat* cum Agricola. Absolute non nisi h. l. positum videtur, fortasse ut ap. Thucyd. 1, 39. κοινώσαντας e μεταδιδόναι, *Walch.* — *saepe parti exercitus in experimentum* — *praefecit* sic Fabius ap. Liv. 24, 8. docet, periculum ductorum in minoribus faciendum, antequam maiora eis concedas; *Vird.* — *ex eventu*, v. ad G 7. n: 1. — *nec Agricola unquam gestis suis exsultavit in famam suam*, ut famam suam augeret, vel ad eam augendam; *Walch.* qui de hoc loquendi genere plura dixit. Cf. ad cap. 5. n. 2. et Ind. v. *Oratio praegnans*. Alii iungunt *gestis in suam famam*, h. e. gloriose, ita ut famam suam auxerit. — *et ducem:* in Vat. 3429. *ac ducem.*

6. *extra invidiam*, *nec* tamen *extra gloriam erat*, et invidiam effugiebat, et gloriam assequebatur; *Dronke* ad h. l. et in Ephem. schol Darmst. a. 1828. p. 815. Cf. ad Ann. 1, 13, 2. et G. 45. n. 12.

CAPUT IX.

Revertentem ab legatione legionis D. Vespasianus inter patricios ascivit ac deinde provinciae Aquitaniae praeposuit splendidae in primis dignitatis administratione ac spe consulatus, cui destinarat. Credunt plerique, militaribus ingeniis subtilitatem deesse, quia castrensis iurisdictio, secura et obtusior ac plura manu agens, calliditatem fori non exerceat. Agricola naturali prudentia, quamvis inter togatos, facile iusteque agebat. Iam vero tempora curarum remissionumque divisa. Ubi conventus ac iudicia poscerent, gravis, intentus, severus et saepius misericors: ubi officio satisfactum, nulla ultra potestatis persona. Tristitiam et arrogantiam et avaritiam exuerat: nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem deminuit. Integritatem atque abstinentiam in tanto viro referre, iniuria virtutum fuerit. Ne famam quidem cui etiam boni saepe indulgent, ostentanda virtute aut per artem quaesivit, procul ab aemulatione adversus collegas, procul a contentione adversus procuratores. Et vincere inglorium, atteri sordidum arbitrabatur.

Minus triennium in ea legatione detentus ac statim ad spem consulatus revocatus est, comitante opinione, Britanniam provinciam dari; nullis in hoc suis sermonibus, sed quia par videbatur. Haud semper errat fama, aliquando et elegit. Consul egregiae tum spei filiam iuveni mihi despondit ac post consulatum collocavit, et statim Britanniae praepositus est, adiecto pontificatus sacerdotio.

1. *Revertentem*, reversum, (v. ad c. 28. n. 2.) Agricolam *ab le*

tione legionis vicesimae, postquam eius legatus fuerat, v. ad c. 7. n. 4. — *D. Vespasianus inter patricios ascivit*, v. ad Ann. 11, 25. — *Aquitania provincia* Caesarea, (v. ad Ann. 1, 74, 1. et 1, 80, 1.) in Gallia Comata, quae tres provincias, Aquitaniam, (veterem a Caesare devictam, adiectam ab Augusto, primam et secundam) Galliam Lugdunensem s. Celticam et Belgicam complectebatur, e quibus Aquitania S. Gallia Aquitanica dicebatur tractus terrarum inter Garumnam et Ligerim, Pyrenaeos et Cebennam, quem XIV gentes incolebant. v. Caes. b. G. 1, 1. Ptol. 2, 7. Strab. IV. p. 131 sq. Plin. VI. extr. — *praeposuit* a. U. 828. aut 829. — *provinciae splendidae in primis dignitatis*, magnam dignitatem afferenti, tum *administratione* propter magnitudinem rerum ibi gerendarum, tum *spe consulatus*, propter spem c., quam dabat; *Ern.* De Genitivo qualitatis *splendidae dignitatis* v. ad Ann. 3, 52. *spe consulatus*, cf. Suet. Galb. 6. — *cui destinarat* sc. eum consulatum, quae ellipsis dura est; *Walch.* Immo: *spe consulatus* sc. eius, *cui destinarat* sc. eam, vel: ei, cui destinarat eam, spe consulatus oblata: unde infra dicitur *statim ad spem consulatus revocatus est*, quod ex illa ratione ταυτολογικῶς dictum esset; *Bott.*

2. *castrensis iurisdictio:* „de ea v. Sigon. de ant. iure prov. 2, 6. et inpr. Lips. de mil. Rom. 5, 18. *Iurisdictio* Rom. et *calliditas fori*, callida iuris interpretatio, spectabant praecipue ad formulas, in quibus, qui uno verbo errarat, causa cadebat." *Vird.* — *secura*, temeraria seu minus sollicita de vita ac statu aliorum; *Bip.* Minus anxia et sollicita, μικρολογοῦσα, in apicibus nodisque et aenigmatibus commenticii iuris; *Gron.* „Recte. Cf. Cic. de or. 1, 36. 37." *Walch.* *secura et obtusior*, quia paucis et perspicuis legibus utitur, fori ambagibus minime intricata; *Brot.* *severa* coni. Harl. et *socors* (in MSS. ant. *secors*) Heins. — *obtusior*, qua ingenium obtunditur magis, quam acuitur. *Hebetes obtusique* tam proprio sensu, quam metaphorico iunguntur a Gell. 13, 24. Colum. 1, 24. Cic. fragm. ap. Lactant. 3, 14, 15. aliisque. — *ac plura manu agens*, quam ingenii subtilitate, vel pleraque m. a. Cf. ad G. 36. n. 3. Haec Germ. reddit Doed. *leichtsinnig und minder scharf und meist mit Gewalt verfahrend;* rectius Rumpf. *wobei man Manches nicht achte, noch so scharf nehme, und der Arm das Meiste vollstrecke;* optime Walch. *denn die Rechtspflege im Lager, sorglos und abstumpfend, Vieles auch thätlich bewirkend, schärfe des Forums schlaue List nicht.*

3. *Agricola*, etsi militaris vir et calliditati fori non assuetus, tamen *naturali prudentia* et sollertia consecutus est, *ut*, *quamvis inter togatos*, *facile iusteque ageret*, iurisdictionem in conventibus, per provinciam partitam habendis, bene exerceret; *Ern.* *inter togatos*, nunc in provincia togata versans; *Savil.* et *Bip.* Inter causidicos et patronos astutiarum fori peritos; *Brot.* et *Arzt.* Immo *togati* h. l. cives quidem et causidici, nec tamen soli vel hi vel illi, sed homines in iudicio litigantes, qui dicuntur *togati*, quia causae in toga et latine agendae; *Walch.* Cf. ad H. 2, 20, 1. *sagatos* vel *non inter togatos* malebat Grot. qui non attenderet *conventus* iuridicos. *Facile* dictum est exquisite, ut ap. Cic. off. 2, 1. *facile laborare:* nempe ei iurisdictio nullam molestiam afferebat, facile se expediebat e causarum tricis; *Ern.* „Quid h. l. sit *facile*, patet ex verbis Dig. de off. proc. 9. ex Ulp. *Circa advocatos patientem esse proconsulem oportet, sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur.*" *Walch.* Cf. nota 4.

4. *tempora curarum*, officii, laborum, negotiorum, (*ernster Beschäftigungen, Arbeiten*) *remissionumque*, otii, (*Erholungen, Nebenstunden*) *divisa* discreta ab eo et distincta. Sic *non studia modo curasque, sed remissiones etiam lususque puerorum* O. 28. — *Ubi conventus ac iudicia*, conventus iuridici, in quibus ius dicebatur, (v. ad H. 4, 56, 4.) *poscerent*

id et curas. Teste Plin. 3, 1. in Hispania Baetica erant conventus iu ridici quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, Hispalensis; *Brot* — *intentus* ad res et curas. Cf. ad H. 6, 50, 2. — *saepius misericor* quam poenae exactor; *Roth.* de synon. ap. Tac. p. 41. Sed *saepius* e id qd. *saepe.* — *ubi*, postquam, *officio satisfactum* erat, *nulla ultra*, no ulterius erat (ut *ultra* c. 32. Ann. 1, 17. H. 1, 56.) *potestatis person* non amplius graviorem magistratus personam induebat agebatve. *Person* ut πρόσωπον, larva, hinc partes, quae vel in scena, vel in vita com muni aguntur, deinde dignitas exterior, Germ. *Hoheitsmiene, Amtsmien Klein.* *nullam ultra pot. personam* Vat. 3429. Put. tres et Rhen. 1. prol Beck. et Doed. Ille supplet *induit* ex seq. *exuerat*, (cf. ad Ann. 2, 2 2.) hic *agebat* coll. c. 19. Ann. 1, 35, 1. et 2, 20, 2. Add. H. 1, 19, sed neque hoc ellipseos exemplum, neque illa loca cum nostro conve niunt; *Dronke.* Cf. ad c. 19. n. 2. et Ind. III. v. *Ellipsis verbi subst.* Scal. d causis ling. lat. 3, 73. Laur. Valla elegant. 6, 24. Lectio nostra debetur Rhe qui etiam coni. *nulla ultra p. personam tristitia: et* cet. — *tristitiam arrogantiam et avaritiam:* „Vitia praesidibus iudicibusque quandoqu solita. *Tristitiam* affert morositas, *arrogantiam* potestas, *avaritiam* cu piditas vel ipsa corrumpentium ars. Quae adversus vitia sapientissim cautum legibus Romanis. v. Dig. l. 1. tit. 16. de off. proc. et legat Agricolam vero ita commendat Tacitus, ut ne ipsa quidem iustitiae spe cies, quam Gellius 14, 4. a pictoribus adumbratam laudat, sit pulchrior *Brot.* *tristitiam*, qualem prae se ferre solent debentque nonnunqua viri summis honoribus praediti, *ein ernstes, kaltes, finsteres Wese Klein.* Proprium vocab. de affectata morum severitate; *Spald.* ad Qui til. prooem. 15. Sic *tristis* et *tristitia* Ann. 11, 21. Cic. de or. 2, 71. i Verr. Act. 1, 10. Suet. Ner. 23. Ter. Andr. 5, 2, 16. — *Arrogantia* vul redditur Germ. *Hochmuth* vel *Anmaassung*, et (a Passovio ?) in Ephe lit. Hal. a. 1822. sc. 232. *ehrfurchtgebietendes Ansehen*, Gall. *air imp sant.* Sed bene monet Walch. *arrogantiam* h. l. et cap. 16. 42. Ann. 72. Cic. Verr. act. 1, 6. Liv. 5, 8. 37, 56. tribui hominibus altioris o dinis, qui ex iis, quae sibi debeantur et iure exigi possint, nihil remi tant, ne minimum quidem, *Hoheitsstolz.* Infra tamen c. 16. *arrogant* vulgari sensu accipiendum videtur. — *et avaritiam*, verba, quae mul ab h. l. aliena et eiicienda, nonnullis corrupta videbantur, ut Acidalio Rumpfio. Ille coni. *amaritiem* et *amaritudinem*, hic *austeritatem*, Ger *Unfreundlichkeit.* Sed hoc a ductu literarum nimis differt et neutru fere a *tristitia.* Ernestius et Oberl. putabant, *avaritiam exuere* impr prie dictum esse pro: ea plane carere; alii, *avaritiam* h. l. esse seve tatem in exigendis tributis, vel iustam severamque bonorum publicoru administrationem. Cuinam vero eiusmodi interpretationes arridebun Neque satisfacient, quae annotavit Beck. scil. non esse quod haeream in *avaritia:* eam enim ita Romanis insitam fuisse et ad ipsam illoru naturam pertinuisse, ut ab illis abesse nequiverit utque ab eo inde te pore res Rom. pessum ire inceperit, quo fines imperii prolatare nat nesque orbis proculcare desierit. Cf. ad c. 12. n. 10. „Propria vo vis unice vera et h. l. apta. Agricola non quidem natura *avarus* fu ut nec *tristis* et *arrogans*, sed *satis faciendum erat officio* et obtemper dum mandatis Vespasiani, qui et ipse avarus fuit, sed aerarii inopia labe urbium ad novas vectigalium pensiones exquirendas coactus. v. Au Vict. de Caes. 9. Hinc *avaritia* h. l. summa in exigendis tributis se ritas. *Avarus* etiam Romanis dicebatur parum liberalis, parcus et ten v. Cic. Verr. 3, 82." *Walch.* Cf. ad Ann. 3, 55. et Suet. Vesp. 16. *nec illi, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut sever amorem deminuit*, v. ad Ann. 6, 15. „Id maxime cavebant leges R In Dig. l. 1. tit. 18. de off. Praesidis leg. 19. ex Callistr. *Observan*

ut ius reddenti, ut in adeundo quidem facilem se praebeat, sed contemni non patiatur; unde mandatis adiicitur, ne praesides provinciarum in ulteriorem familiaritatem provinciales admittant; nam ex conversatione aequali contemptio dignitatis nascitur. — Summatim ita ius reddi debet, ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat." Brot. Cf. nota 3. *diminuit* edd. Put. et Rhen. Cf. Herzog. ad Caes. b. G. 7, 32. et Oudend. ad Suet. Caes. 5. qui haec annotavit: „*Deminuitur* id quod unum quidem manet, sed decrescit seu minus fit quam fuerat, ideo quod eius pars pereat seu adimatur: *diminuitur* vero id, quod contunditur, confringitur et attenuatur, aut dissipatur in minutiores partes. Sic bona, opes, vectigalia possunt *deminui* iis quid detrahendo; at *diminui* dilapidando, dissipando et herciscundo."

5. *Integritatem atque abstinentiam — iniuria virtutum* eius *fuerit;* nam per se intelligitur, tantum virum his virtutibus fuisse praeditum, earumque commemoratio ei magis offensioni quam laudi et ingrata potius quam grata esse posset. Conferuntur verba Vell. 2, 45. de Catone *cuius integritatem laudari nefas est:* sed *haud laudari* legendum censebat Ruhnk. *abstinentiam* non tam a voluptate, quam ab iniquo lucro; *Dahl.*

6. *Ne famam quidem, cui etiam boni saepe indulgent,* v. ad H. 4, 6, 1. *etiam boni saepe* pro vulg. *etiam saepe boni* recepi e MS. Vat. 3429. ut alii. „*ostentanda virtute* recte edd. rec. ex emend. Rhen. *ostendandam virtute* Put. 1. *ostentandam virtute* Put. 2. 3. Rhen. 1. 3. Dr. *ostentandā virtute* Rhen. 2. Sed quomodo *fama virtute ostentari* aut *fama virtute ostentanda quaeri* poterit? *ostendendam virtute* Vat. 3429. *ostentando virtutem* corr. Bose in ep. ad Reines. et Seeb. in ed. 2. Haec est antiquior dicendi formula, ut ap. Sall. Iug. 7, 66. et fragm. hist. 2. p. 260. ed. Bip. Mollior illa *ostentanda virtute* et h. l. praeferenda, quia dictio Tacitea est *virtute aut per artem." Walch.* v. ad Ann. 1, 7, 8. et Ind. III. v. *Gerundia in Ablativo.* Sed eadem est structura verborum *ostentando virtutem aut per artem. — Artem* seu *artes,* quibus a magistratibus gratia provincialium et fama quaeratur, designari putat Walch. Cf. ad Ann. 15, 22. At verbis seqq. et contrarium et artes, quibus ab aliis fama quaeratur, contineri videntur. — *procul ab aemulatione adversus collegas* sc. ὢν s. fuit. cf. Ind. III. v. *Ellipsis verbi substant.* „Magistratus provincialis proprie collegas non habet. Ergo improprie *collegas* Agricolae vocat praesides reliquarum vicinarumque provinciarum Galliarum. Quia parti quisque Galliae praeerant, quodam modo *collegae* poterant dici." *Ern.* „Magistratus, qui iisdem olim comitiis et, postquam haec haberi desierant, a senatu et Imperatoribus erant creati, *collegae* dicebantur, v. c. consules et praetores. Sic et H. 2, 10. *collegae* Muciani, sc. qui Iudaeae, Cappadociae et Aegypto, ut h. l., qui omnibus provinciis, praecipue Gallicis Hispanisque praefecti erant." *Walch.* — *procul a contentione adversus procuratores,* cuius contentionis exempla v. cap. 15. et Ann. 14, 38. 39.; *Oberl.* Sed unus tantum in ista provincia *procurator,* ut in aliis. v. ad Ann. 4, 15. et H. 4, 50, 2. Clare de Britannia patet ex Ann. 14, 38. 39. et infra e cap. 15. Itaque aut per triennium Aquitania plures procuratores habuit, aut pluralis pro singulari positus. Potest etiam universe accipi: *contentionem adversus procuratores,* qua scil. plerumque Praepositi provinciarum utantur, ab eo abfuisse. *Ern.* Postrema ratio unice probanda; *Walch.* — *Et vincere collegas inglorium, et atteri* a procuratoribus, vinci in lite, succumbere, *sordidum arbitrabatur* et indignum, quia victus a procuratore legatus iacturam dignitatis facit et procuratores fere libertini; *Brot.* et *Ern.* „Immo: in his contentionibus adversus procuratores *et vincere* est. *Vincere* est Gr. νικᾶν et *atteri* ἐλασσοῦσθαι, quod de imminutione dignitatis dicitur ap. Thucyd. 1, 77. et 5, 43. Simile est *insigne attenuat deus* ap.

Hor. od. 1, 34, 13. et *εὐτελῆ ποιεῖν καὶ ταπεινόν*. v. Graev. lect. Hesiod p. 3." *Walch.* *Atteri*, *deteri* et *obteri* proprie dicuntur vestes et metalla; hinc omnia, quae imminuuntur. Cf. ad H. 2, 76, 11. Comparanda illa Gell. 6, 11. et Senecae: *cum superiore contendere furiosum cum pari anceps, cum inferiore sordidum; Vird.* Similia etiam dixi Cic. p. Quinct. 31. et de rep. 1, 5.

7. *Minus* quam *triennium in ea legatione detentus*, v. ad cap. 7 not. 4. ad cap. 9. not. 1. et ad Ann. 1, 80, 1. — *et statim ad spem consulatus revocatus est* Romam a Vespasiano. Cf. nota 1. et 9 — *comitante opinione*, ut ap. Plin. 9, 35. (58.) *comitatur fama* adiuncta est, fertur insuper, et ib. 37, 1. *comitante fabula vanitatis eius:* nisi leg. *constante opinione*, ut ap. Suet. Tib. 39. et inf. c. 43. *constans rumor; Ern.* „Immo nil mutandum. *Comitante opinione* sc. eum (nam comitari H. 3, 41. G. 46. Virg. Aen. 3, 660. et alia verba absolute ponuntur; v. Ind. III. v. Verba absolute posita) est dictio poetica, Germ. *der Ruf ging vor ihm her, begleitete ihn*, et fere Hom. ὀπηδ κλέος, κῦδος Jl. 17, 251. et al. — *in hoc* pro *ad id*, Gr. εἰς τοῦτο, v. *in hoc adhibetur* Sen. ep. 16. *a dispositis in id ipsum* Vell. 2, 27. Si passim ap. Horat. et Ovid. Cf. Ruhnk. ad Vell. 2, 41. *nullis suis sermonibus* Ablat. absol. ut *nullis contra terris* c. 10. *bonis tribunis pl.* Cic Phil. 1, 10. *multorum eo statu* Liv. 36, 6. *tanto maiore eorum diligentia* Plin. 7, 1. *non vice sua* Curt. 7, 1, 15." *Walch.* Cf. Ind. III. *Adiectiva in sexto casu absolute posita* et *Ellipsis Verbi substant. in Partic* — *quia par videbatur* tali provinciae, (de qua v. cap. 5.) idoneus, c ea traderetur, Germ. *gewachsen*. *Parem esse alicui* et *rei*, ut *par p componere, committere, comparare, offerre*, ut in certamine vires su experiantur, de iis, qui viribus sibi pares, si non sunt, saltem e putant et censentur, in primis de gladiatoribus, athletis, histrionib pantomimis certaminibusque oratoriis poeticisve.

8. *Haud semper errat fama, aliquando et elegit*, „locus commun ut c. 27. 42. H. 4, 1. al. Sententiam hanc plene enuntiavit Aeschi in Timarch. p. 187. *Περὶ δὲ τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον καὶ λόγον καὶ πράξεις ἀληθής τε καὶ ἀψευδής τις ἀπὸ ταὐτομάτου πλανᾶται Φήμη κατὰ πόλιν, καὶ διαγγέλλει τοῖς πολλοῖς τὰς ἰδίας πράξεις, πολλὰ δὲ καὶ μαντεύετα Walch.* „Hesiodus: *Φήμη δ' οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥν τινα πολλοὶ Α φημίζουσι.* Vulgo iactatum *vox populi vox dei.*" *Vird.* *aliquando et e git*, interdum etiam vere iudicat et dignissimum destinat ante ips electionem: nam *elegit* ἀορίστως dictum pro *eligit*. v. ad c. 1. n. 2. et Ann. 14, 61. Male *aliquando* pro *tandem aliquando* (*endlich einmal es auch den rechten Mann erkoren*) acceperunt Klein. et V. D. in Eph lit. Ien. a. 1817. pl. 166. *eligit* Rhen. 2. 3. Bern. Elzev. al. Sed *el* MSS. Vat. et edd. tam vet. quam rec. Idem Rhen. coni. *ferit*, ut gittarius scopum.

9. *Consul:* „a. U. c. 830. p. Chr. n. 77. quo consulatum ini Vespasianus Aug. VIII. et Titus Caesar VI. iisque suffecti Kal. Iul. mitianus Caesar VI. et Cn. Iulius Agricola. v. Muratori Annali d'It T. I. p. 291." *Brot.* — *egregiae tum spei filiam*, quam tum sperat bonam coniugem et matremfamilias fore; *Ern.* Sed haec non nisi florem aetatis s. iuventae referenda; *Walch.* In c. Vat. 3429. *grat* pro *egregiae*, et in marg. „al. *gratae*." Mox *collavit* vitiose pro *colloc* Put. 3. et Rhen. 1. — *adiecto pontificatus sacerdotio*, „quod Plinio d tur *praemium probatae virtutis et incitamentum probandae in poste* quodque praetoriis plerumque dabatur, nonnunquam et senibus, ut 1 77." *Walch.* Saepius et Caesaribus, ut Ann. 1, 3. 3, 29. al.

CAPUT X.

Britanniae situm populosque, multis scriptoribus memoratos, non in comparationem curae ingeniive referam, sed quia tum primum perdomita est. Itaque, quae priores, nondum comperta, eloquentia percoluere, rerum fide tradentur. Britannia, insularum, quas Romana notitia complectitur, maxima, spatio ac coelo in orientem Germaniae, in occidentem Hispaniae obtenditur; Gallis in meridiem etiam inspicitur. Septentrionalia eius, nullis contra terris, vasto atque aperto mari pulsantur. Formam totius Britanniae Livius, veterum, Fabius Rusticus, recentium eloquentissimi auctores, oblongae scutulae vel bipenni assimilavere. Et est ea facies citra Caledoniam, unde et in universum fama est transgressa. Sed immensum et enorme spatium procurrentium extremo iam litore terrarum velut in cuneum tenuatur. Hanc oram novissimi maris tunc primum Romana classis circumvecta insulam esse Britanniam affirmavit; ac simul incognitas ad id tempus insulas, quas Orcadas vocant, invenit domuitque. Dispecta est et Thule, quam hactenus nix et hiems abdebat: sed mare pigrum et grave remigantibus perhibent ne ventis quidem proinde attolli. Credo, quod rariores terrae montesque, causa ac materia tempestatum, et profunda moles continui maris tardius impellitur. Naturam Oceani atque aestus neque quaerere huius operis est, ac multi retulere. Unum addiderim: nusquam latius dominari mare, multum fluminum huc atque illuc ferre, nec litore tenus accrescere aut resorberi, sed influere penitus atque ambire et iugis etiam ac montibus inseri, velut in suo.

1. *multis scriptoribus memoratos*, v. Ind. III. v. *Dativus subiectivus.* *ultis scriptoribus,* v. c. Caes. b. G. 4, 21 seq. 5, 8 seq. inpr. 12—15. 20—23. lin. H. N. 4, 16. s. 30. Ptol. 3, 2. Diodor. 5, 21. 22. Agathem. 2, 4. trab. II. p. 116. 120. 128. III. p. 137. 195. IV. p. 199. 200. Liv. l. 105. abio Rustico, Melae aliisque. Veriora docuerunt Cellar. 2, 4. Camdenus, Mannertus T. II. p. 9 seq. al. Britannia, olim dicta *Albion*, Gr. *ταννία* et *Βρεττανία,* diu Romanis tam parum curae fuit (v. cap. 13.) nota, ut ne quidem ante Agricolae tempora cognoverint, eam esse ulam: (cf. nota 10.) nam Caesar non ultra Cantium, inter fretum et mesin, penetravit et Augustus paravit tantum, non suscepit expeditionem. v. Dio 53, 22. Magis haec insula Romanis innotuit et fines provinciae Rom. prolati sunt post Claudii tempora, ex quo duces c. 14. morati res praeclare in ea gesserunt et tres Imperatores, Hadrianus, (Spartian. c. 11.) Antoninus Pius aut potius legatus eius, Lollius licus, (Capitol. c. 5.) et Severus, (Spartian. 18. 22.) longum duxerunt murum aut vallum (*Pict's-Wall*) inter Britanniam Romanam et baram, ut illam a barbarorum incursionibus tutam praestarent. Cf. cap. 23. n. 2. cap. 28. n. 1. et inf. n. 5. Dio 39, 50. 76, 13 sq. Herodian. 3, 14. Beda hist. eccl. Angl. 1, 5. Sprengel Gesch. v. Grossbrit. 41. Mannerti geogr. II, 9 sq. — *non in comparationem curae ingeniive,* ea de causa, ut comparatio inde fiat mei ingenii et aliorum lauque maioris diligentiae et eloquentiae feram; *Ern.* Cf. ad Ann. 1, 10. et 3, 24. — *quia tum primum perdomita est*, tota domita s. de-

victa, non ut H. 1, 2, 3. ubi vis praep. *per* amissa est; *Dr.* „*tum* h. l. nunc (v. ad Ann. 2, 9, 2.) et *itaque* pro *et ita*, ut ap. Cic. div. in Caec. 1. Terent. Andr. 3, 3, 18. et Liv. 3, 30. ubi v. Drak." *Walch.*

2. *quae priores, nondum comperta, eloquentia percoluere*, cf. ad cap. 19. n. 3. In quibus rebus tradendis superiores scriptores eloquentiam tantum suam exprompserunt quasque eius lenociniis commendarunt lectoribus, quum essent ipsae incertae, *nondum compertae*, satis cognitae nostris, eae *rerum fide tradentur*, simpliciter, ita ut in iis nihil aliud sequar nisi veritatem; *Ern.* *priores*, v. ad Ann. 1, 1, 3. *eloquentia percoluere*, verbis ornarunt, eloquenter et ornate tradiderunt. *nondum comperta*, ut paulo post *incognitas ad id tempus insulas*. *rerum fide*, ut *ad fidem rerum* Liv. 23, 12. et *verba sine fide rerum iactata* Liv. 33, 34.

3. *spatio ac coelo in*, versus, *orientem Germaniae obtenditur*, v. ad G. 35. n. 2. „*Spatio ac coelo*, quod attinet ad spatium ac coelum, ut *sedi finibusque — mente animoque* G. 29. *periculo — aut virtute* Liv. 31, *regionibus* Ovid. Met. 12, 41. τοῖς χρόνοις Thucyd. 1, 97. λόγῳ θανὼν Soph. Elect. 59. Diceres Germ. *nach Raum (Ausdehnung) und Himmelstrich, unter gleichen Längen- und Breitengraden.*" *Walch.* *Coelum*, v. c. 12. 24. Ann. 2, 24. 12, 26. H. 5, 7. et *positio coeli* inf. c. 11. Gr. κλίμα. Non audiendi, qui malunt iungere *maxima spatio*, vel delere *ac coelo*, vel legere *spatioso intervallo* s. *solo*. — *Gallis inspicitur*, ab iis litora Britanniae conspiciuntur. Cf. Ind. III. v. *Dativus subi.* et H. 2, 6, — *nullis contra terris* οὔσαις, positis, quibus maris impetus et vis minuatur. v. ad c. 9. n. 7. Latus Britanniae *tertium est contra septentriones, cui parti nulla est obiecta terra* Caes. b. G. 5, 13. — *aperto mari*; Heinsius coni. *inaperto m.* Sed v. ad Ann. 2, 23, 2.

4. *Formam totius Britanniae Livius* l. 105. et *Fabius Rusticus*, (v. ad Ann. 13, 20.) *veterum et recentium eloq. a.* (v. ad Ann. 1, 1, 3.) *oblongae scutulae vel bipenni assimulavere*, compararunt. „*Scutula* ap. Martial. 11, 32. ut *scutella* ap. Cic. Tusc. 3, 19. est vel poculum, vel paropsis, qua inferuntur fercula. Ἑτερομήκες, (aliis ἑτερόμερες) est quadrilaterum oblongum vel quadrangulum, nec latera habens paria, nec angulos rectos, simile *scutellae*, Censorin. de die nat. c. 18. Τετράπλευρον ὃ ὀρθογώνιον μὲν ἐστὶν, οὐκ ἰσόπλευρον δέ, figura quadrilatera, rectangula, sed lateribus inaequalibus; Euclides. Talem figuram exhibet litera ; quanquam hic Taciti locus ostendere videatur, nonnullas scutulas al. etiam fuisse figura, quoniam *oblongae* addit. *Bipennis est securis utrinque habens aciem, a pinna, quod est acutum*, Quinctil. inst. or. l. *Savil.* *Scutulae* aeque ac *lances* et quadratae et rotundae fuisse videntur nec figura diversae, sed profunditate; *Barcl.* *Scutulas* h. l. accipio sensu Geometrarum latinorum, qui ita appellant, quae vulgo *trapezia* vocantur in elementis; *Ern.* De hoc verbo v. Popma ad Caton. R. R. c. et Salmas. ad Vopisc. Car. 20. p. 861. qui tamen male a *scutra* illud oriri putat, quum sit potius a *scuto*, ut Hemsterh. ad Aristoph. Pl. p. 276. 277. bene monet; *Ern.* clav. Cic. v. *Scutella.* Cf. inpr. Sch. obss. hum. 3, 27. p. 161.; *Walch.* Alii malint *scutelli* a *scutum*: *scutula* est a *scutra* et lancis genus quadrilaterae oblongae; *Bip.* et *D.* *Scutulae* dicuntur etiam quadrae, quales in retibus telaque aranearum conspiciuntur, Germ. *Rauten, Würfel*; unde vestimenta *scutulata* tasse non ῥαβδωτά, virgata, *gestreifte*, a σκυτάλη, virga, sic appell. sed πλίνθια, in formam illarum scutularum texta, *à la quadrille*, *würfelte.* v. Hard. ad Plin. 8, 48. (73.) et Boettigeri Vasengemälde T. fasc. 2. p. 77. *Insula natura triquetra, cuius unum latus est contra Galliam, alterum vergit ad Hispaniam atque occidentem solem, tertium contra septentriones* Caes. b. G. 5, 13. magis fama ductus, quam experientia, quia in Cantio tantum res gessit; *Cellar.* geogr. 2, 4. „Fig

illas utcunque referet Britannia, si citra Caledoniam, Scotiam, eam inspexeris. At in his figuris haud plus veritatis, quam in geograph. tabulis, quae Belgium sub forma leonis exhibuere." *Brot.* *assimilavere* edd. Lips. Gron. Bip. al. *assimulavere* Vat. 3429. tres Put. et Rhen. Ern. Ob. Dr. v. ad G. 9. n. 6. — *Caledoniam*, partem hod. Scotiae maximam, in Britannia barbara, quam ab occidente alluebat oceanus *Caledonius*. Cf. Macpherson's crit. diss. on the origin — of the ancient Caledonians, Lond. 1768. Mannert. Cambden. Gibbon. al. *citra* C., infra C., vel sine ea. — *unde et in universum fama est transgressa* editt. rec. ex emendat. Rhen. *unde et universum* (ea facie esse, eam faciem habere) *fama est transgressis:* (opinantur et narrant, qui in hanc terram venerunt) id legitur in Vat. 3429. et ita explicatur a Selling. obss. crit. in Tac. Agr. p. 10. *et universum* etiam Put. tres et Rhen. 1. *universis* Vat. 3429. in marg. *transgressis* Vat. 3429. 4498. Put. 1. *transgressum* Put. 2. 3. Rhen. 1. prob. Doed. et V. D. in Ephem. schol. Darmst. (paedag. philol. a. 1825. p. 345.) qui haec Germ. reddunt: *Und es ist wirklich diese Ansicht ohne Caledonien, daher die Übertragung auf das Ganze durch die Sage.* Idem Rhen. coni. *unde et in universum fama est transgressis*, q. d. sic narrant, qui transgressi sunt; J. Fr. Gron. *unde ea in universum fama est transgressa*, et Schede *in universam*. „Unice vera est lectio nostra, a Rhen. restituta, nec tamen cum Dronkio aliisque sic explicanda: *unde et* ea facies *in universum fama*, (casu sexto) per famam, *est transgressa*, (nam quomodo fama formabit terram?) sed ita: *unde et fama* eius faciei s. formae non in una parte Britanniae constitit, sed *in universam* Britanniam *transgressa est.* Ad *fama* intell. Genit. ut c. 40. extr. Ann. 14, 58. H. 3, 54. *unde et*, ut διόπερ καί ap. Thucyd. 1, 71. διὸ καὶ ap. Plat. Gorg. p. 525. d. ὅθεν γε καί cet. *in universum* durior et Graeca dictio pro vulg. *in universam* Britanniam. *So ist sein Aussehn unterhalb Caledonien, woher über das Ganze auch die Sage gekommen.* Verba *extremo iam litore* non per hyperbaton iungenda cum *velut in cuneum tenuatur*, sed cum *terrarum procurrentium*, et *litus iam*, paene, *extremum* est isthmus inter Clotam et Bodotriam, australis Caledoniae terminus, Romanis notissimus. v. cap. 23. Veriorem autem Britanniae formam, inde a Frith of Clyde et Frith of Forth, effinxit Tacitus, quam Caesar, Strabo et ipse Ptolemaeus." *Walch.* *enorme* tacite reposuit Rhen. in ed. 2. 3. *innorme* Vat. 3429. et edd. primae, nisi quod *in norme* Riv. In iisdem *spacium*.

5. *Hanc oram novissimi maris*, extremi et versus septentrionem cogniti Romanis, *tunc primum Romana classis circumvecta* (v. cap. 28. et 38 extr.) *insulam esse Britanniam affirmavit:* „Id Agricolae demum temporibus innotuisse Romanis, tradit Dio locis class. 39, 50. et 66, 20. eique concinit Tacitus: nam *tunc* est id. qd. *nunc*. v. ad Ann. 2, 9, 2. Hinc et thema suasorium ap. Quintil. J. O. 7, 4, 2. *an Britannia insula?* qui ille, qui vixit paulo post illam navigationem, subiungit *tum ignorabatur.* — *ac simul incognitas ad id tempus insulas, quas Orcadas vocant*, (hod. *the Orkney isles*) *invenit domuitque*, ut *modo captas Orcadas* ap. Iuvenal. 2, 160. *incognitas*, leviter, non penitus propiusve cognitas, ut ap. Cic. de or. 2, 24. et *ignota* Agr. [25.] 30. Liv. 5, 32. 28, 11. Cic. de or. 1, 39. 42. [Cf. nota 2.] Hinc aestimanda erunt tum ea, quae nonnulli fama acceperant, tum contraria, quae ex adulatorum ore scriptisve hausta sunt et repetita: nam Plinius 4, 16. XL et Mela 3, 6. XXX Orcadas fuisse dicit; [tres Solinus c. 22. et quinque Ptol. 2, 2.] eas vero a Claudio adiectas imperio Rom. tradunt Eutrop. 7, 13. Oros. 7, 6. Euseb. in Chron. (vel potius Eutrop. et ex eo Hieron., de quo v. Scalig. ad h. l.) Beda hist. Angl. 1, 3. Gildas aliique scriptores Angl. in annalibus suis." *Walch.* Hinc etiam diiudicandae sententiae interpre-

tum, qui haec ad Tiberii vel Fabii Rustici, qui Claudii ac Neronis temporibus vixit, vel adeo Livii aevum referunt. cf. nota 4. et Ruhnk. ad Vell. 2, 106. *Orchadas* edd. vet. ante Rhen. 2.

6. *Dispecta est et Thule,* non simpl. visa, nec procul conspecta. *Dispici* dicuntur, quae a caecitate vel sublatis tenebris cernuntur; *Ern.* „Meliora idem in Clave Cic. docet, scil. *dispicere* semper de magna contentione sive oculorum sive animi usurpari, ita ut proprie significet intendere aciem oculorum ad videndum, et deinde considerare diligenter. *Dispecta* tantum, non sine magna oculorum contentione procul conspecta, quia eam *nix et hiems abdebat;* unde et *vada caligantia Thules* dixit Stat. Silv. 3, 5, 20." *Walch. Thule* extremi septentrionis insula veteribus incognita, quae hodie dici putatur vel *Mainland,* maxima Shetlandicarum, Britanniae a septentrione obiectarum, vel *Norvegia,* in qua Tylemarcia s. Tellemarcia, vel *Islandia.* v. Strab. 1, 4. 2, 3. 4, 3, 2. 4, 4, 5. Plin. 2, 75. (v. ad G. 45. n. 2.) 77. 79. 4, 16. s. 27. 30. 37, 11. (quae loca ad G. 2. n. 1. adscripta sunt) Oros. 1, 2. Procop. b. Goth. 2, 14. 15. Mela 3, 6. ibique Dietz. p. 57. Schwedische Bibl. I, 12. p. 22 sq. Schlözer allg. Nord. Gesch. (Allg. Welthist. T. XXXI.) p. 14—20. 62. 70. 160 seq. 201 seq. Dicuil de mensura orbis terrae ed. ab Athan. Valckenaer. Par. 1807. 7, 11, 6. p. 29 seq. Voss. ad Virg. Ge. 1, 30. et in Bredow's Unters. über Gegenst. der alt. Gesch. p. 122. Cambden. de Brit. ed. a. 1806. T. IV. p. 533. Murray diss. de Pythea Massil. p. 87. Adelung ält. Gesch. d. Deutschen p. 76—83. Wedel-Jarlsberg Abh. über die ält. Scandin. Gesch. p. 32 seq. Barth. Teutschl. Urgesch. §. 101. 102. Mannert. geogr. I. p. 81. inpr. Wilhelmi German. p. 318 — 325. ubi bene hic docet, (quod etiam animadverterunt Dicuilus, Mannertus, Bip., Dronk.) Islandiae exacte convenire, quae Strabo de situ Thules 1, 4. et cetera, quae idem et Plinius ex Pytheae Massiliensis, mathematici et physici, itinerario de eadem insula tradiderint, scil. eam a Cantio (Canterbury) sex dierum navigatione distare et adiacere mari glaciali ac pigro, nec cuiquam, qui Britannicas invisisset insulas, praeter Pytheam, innotuisse, ibique tropicum aestivum pro arctico circulo, nullas solstitio noctes, cancri signum sole transeunte, nullos contra per brumam dies et spissam subinde glaciei nebulam fumumque frigoris esse; idem quoque iam notasse Adamum Brem. de situ Daniae cap. 36., Tacitum vero, Ptol. 2, 3. aliosque haec paene omnia ad extremi septentrionis insulam, Britanniae vicinam et animo potius effictam quam oculis lustratam transtulisse. Huc referenda, quae hoc cap. de *nive et hieme,* de *mari pigro et gravi remigantibus* cet. traduntur. Eadem fere legimus in Tac. Germ. 45 pr. ubi magis congruunt et ad Islandiam Scantiamve spectant. *Dispecta* ed. Riv. Rhen. 2. 3. et rec. *Despecta* ed. (Put.) Ber. Rhen. 1. *Thyle* c. Vat. 3429. et edd. vet. ut in Adami Brem. l. l. *Tyle* MS. Vat. 4498. Idem et *Thyle, Thylae, Thile* in MSS. Virg. Ge. 1, 30. Θούλη Ptol. 7, 5. et Strab. ll. cc. *Thule* ap. Plin. Mel. Oros. Procop. prob. Salm. — *quam hactenus nix et hiems abdebat* ex emend. Rhen. dedere Lips. Gron. Ern. et al. etsi *abdiderat* coni. Ern. et *abdebant* alii v. ad Ann. 12, 45. *appetebat* Vat. 1. 2. omnesque edd. ante Rhen. 2. quod a multis defenditur, sed varie (ut et verba Cic. N. D. 2, 39. *mare terram appetens,* quae conferuntur) explicatur, a quibusdam *nix et hiems,* non homines, bestiae, naves, *occupabant;* (cf. ad G. 22, 1.) ab aliis *appropinquabant;* ab aliis *possidere cupiebant,* peculii instar, sibi vindicabant. *Dispecta est et Thule* magis *quam hactenus; nix et h. appetebat,* (appropinquabat, instabat) distinguunt exponuntque Doed. et Dronke, quasi *magis* in tali verborum iunctura omittatur. *Dispecta est et Thule quadantenus* (aliquantulum): *nix et h. appetebat,* instabat, ingruebat; *sed mare p. et* (etiam) *grave* (erat) *remigantibus. Perhibent* cet. reposuere

Bip. Ob. al. „Haec vix digna quae refellantur, et verum vidit Rhen. *Hactenus* h. l. est adverb. temporis, id. qd. *huc usque, non ultra*, ut ap. Liv. 7, 26. et Flor. 1, 11, 5. Cf. Heusing. obss. p. 410." *Walch.* Probabilior haec ratio; nec tamen omnes lectoribus scrupulos eximet. Dubia, saltem rarissima, est illa adverbii *hactenus* vis, nec satis apta h. l., quia Tacitus neque eorum, quae de Pythea a multis relata, inscius aut immemor fuisse, neque huic classis Rom. navigationi mutationem rei tribuisse censendus est. Non facile etiam pro *abdebat* aliquis scripserit *appetebat* vel *appebat*. De adv. *hactenus* et de sensu, quo a multis h. l. capitur, v. ad Ann. 12, 42. — *sed mare pigrum et grave remigantibus* cet. „Similia traduntur a Scylace, Avieno Or. mar. v. 115 sq. Solino c. 22. al. Causam vero esse putant vel insulam submersam, vel limosum maris fundum in eius recessu, vel algam maritimam. v. Voss. de Thule in Bredovii Untersuch. p. 127. et Schlözer allg. Gesch. d. Handl. p. 394." *Walch.* Cf. ad G. 2. nota 1. et cap. 45. nota 1. Ante *sed* intell. haec similiave: eam quoque accessisset domuissetque. Fuere etiam, qui *sed* pro *et* dictum putarent. v. ad Ann. 3, 63. *remigrantibus* vet. edd. ante Rhen. 1. — *ne ventis quidem proinde attolli;* „Walchius contulit Gr. οὐχ ὁμοίως, μὴ ὁμοίως, et Thiersch. in Act. Phil. Mon. III, 3. p. 466. οὐχ οὕτως, οὐ τόσον. Sed ille haec verba male transtulit: *nicht von Winden einmal werde es wie anderswo erhoben*. Nam latet quidem comparatio in omnibus locis, quibus *perinde* illo sensu dicitur, sed non exprimitur. Ita nos quoque dicimus *nicht so sehr* pro *nicht sonderlich*. v. Ruhnk. praef. ad Schelleri Lex. Saepissime enim *perinde* absolute dicitur et est vel id. qd. *aeque*, ut 1, 13. 4, 17. 6, 7. 31. 15, 36. 37. 16, 29. vel *convenienter huic rei*, Germ. *dem gemäss*, ut 12, 41. et H. 2, 97. vel valde, *magnopere*, ubi *haud perinde* dicitur pro *haud ita valde, haud magnopere*, Germ. *nicht eben, nicht sonderlich*, ut 2, 88. 4, 61. H. 2, 84. G. 5. Agr. 10. Nonnulli quibusdam locis scribunt *proinde*, alii omnibus *perinde;* neque est cur credas, Tacitum promiscue usum esse his vocibus: nam in aliis quoque vocabulis usurpandis (e. gr. *iuventa, familia*) summam prae se fert constantiam, ac *proinde* et *proin* proprie dicitur pro *igitur, itaque*, Germ. *demnach* Ann. 12, 22. Agr. 32. Librorum vero fides in hac re non satis certa est, quod particulae *per* et *pro* eodem modo exaratae leguntur in MSS. Cf. Cort. ad Sall. Cat. 12, 5. Drak. ad Liv. 2, 58, 1. 3, 44, 2. 27, 8, 18. Heusing. ad Nep. Lys. 2, 2." Boett. in Lex. Tac. Cf. ad G. 5. n. 8. *proinde* tres Put. et Rhen. *perinde* multae edd. rec. — *quod rariores terrae montesque sc.* sunt, *causa ac mat. temp.*, quandoquidem undarum furor quodammodo alitur rupibus et litoribus, ad quae fluctus franguntur; *Jacobs* et *Doer.* in Chrestom. T. III. „Manca veterum physica. Cf. Sen. Q. N. 5, 13. et Ukerti Geogr. Gr. et Rom. 2, 1. p. 118." *Walch.* Verba *causa* ac *m. t.* uncis inclusa in Vat. 3429. et ed. Beck. — *profunda moles cont. maris*, cf. nota 7.

7. *Naturam Oceani atque aestus*, accessus et recessus, fluxus et refluxus maris aestuantis, — *multi retulere ac quaesivere*, v. c. e veteribus Pytheas Massil. ap. Plut. de plac. philos. 3, 17. Strabo 3. p. 119 seq. Plin. H. N. 2, 97. 99. (ad quem loc. class. v. Hard.) Sen. Q. N. 3, 28. Lucan. 1, 409 seq. Mela 3, 1. Manil. 2, 90. et alii, qui laudantur ad Virg. Ge. 2, 479. Claudian. XVII, 107. Sidon. Apoll. 22, 107. ex recentioribus Cartesius, Newton. philos. nat. princip. mathem., Edm. Halley in the true theory of the tides, in the philos. Transact. 226, 2. in Recueil des pièces, qui ont remporté le prix de l'acad. roy. des sciences T. IV. Multi causam aestus a sole aut aliunde, plerique rectius a luna repetierunt. — *neque — ac*, v. ad G. 2. n. 2. — *nusquam latius dominari mare*, quam mediterraneum e regione Britanniae, etsi in eo aestus non

tantus, quantus in aliis, — *sed influere penitus* sc. in terram; quod potissimum fit in Scotia, inpr. occidentali. Cf. Arzt et, quos laudavit, Mela 3, 1. Voss. ad h. l. et prae ceteris Gilpin in observatt. relative to the picturesque beauty on several parts of Great-Britain, Lond. 1789. vers. Germ. T. II. p. 270. — *multum fluminum*, cf. ad H. 2, 69, 3. „*Flumina* Germ. *Meeresströmungen*, qualia et veteribus nota fuisse patet ex Mela 3, 3. *Codanus ingens sinus magnis parvisque insulis refertus est. Hac re mare, quod gremio litorum accipitur, nusquam late patet, nec usquam mari simile, verum aquis passim interfluentibus ac saepe transgressis vagum atque diffusum facie amnium spargitur.*" *Walch.* — *et iugis etiam ac montibus* recepi e c. Vat. 3429. ut Brot. et alii pro vulg. *etiam iugis atque montibus.* Eundem Brot. secuti sunt Bip. Ob. Seeb. Bekk. Lün. Walch., sed retinuerunt *atque*, cuius repetitio est ingrata. „*et — etiam* ut al. *et quoque.* v. Ruhnk. ad Vellei. 1, 17. p. 67. Rem quidem exaggerasse videtur Pytheas ap. Plin. 2, 97. Thamesis tamen etiam nunc *per LX milliaria* crescit. *iugis ac montibus* continentis *inseri*, *velut in suo*, ut iugis montibusque suis: nam veteres quoque docuerunt, in mari, ut in continenti, esse valles, voragines, montes, iuga, quorum cacumina in scopulis insulisque emineant, et tam *profundam molem continui maris*, (cf. nota 6.) ut nunquam reperiantur vada et nullae ancorae sidant. v. Plin. 2, 102. 6, 22. Ammian. Marcell. 26, 10, 16. Ukerti Geogr. Gr. et Rom. II. p. 62. Otto System. e. Hydrogr. p. 344. Male haec dicta putant pro *velut in suo dominio*, pro *velut essent in suo*; neque apta Ern. explicatio: *iuga et montes* continentis non sunt in dominio maris, et mare, ubi ea opplet, eleganter ibi dicitur dominari, tanquam in suo. *Inseri* iungitur his verbis, non remotius *dominari.*" *Walch.* Ad *velut in suo* non sane suppl. *essent*: sed perspicuitatis causa reddenda haec *wie in seinem Gebiete, als gehörten sie in sein Gebiet*; *Boett. iugis ac montibus*, v. Ind. III. v. *Hendiadyoin.*

CAPUT XI.

Ceterum Britanniam qui mortales initio coluerint, indigenae an advecti, ut inter barbaros, parum compertum. Habitus corporum varii, atque ex eo argumenta: namque rutilae Caledoniam habitantium comae, magni artus Germanicam originem asseverant. Silurum colorati vultus et torti plerumque crines et posita contra Hispania, Iberos veteres traiecisse easque sedes occupasse, fidem faciunt. Proximi Gallis et similes sunt; seu durante originis vi, seu, procurrentibus in diversa terris, positio coeli corporibus habitum dedit. In universum tamen aestimanti, Gallos vicinum solum occupasse, credibile est. Eorum sacra deprehendas superstitionum persuasione: sermo haud multum diversus: in deposcendis periculis eadem audacia et, ubi advenere, in detrectandis eadem formido. Plus tamen ferociae Britanni praeferunt, ut quos nondum longa pax emollierit. Nam Gallos quoque in bellis floruisse accepimus: mox segnitia cum otio intravit, amissa virtute pariter ac libertate; quod Britannorum olim victis evenit. Ceteri manent, quales Galli fuerunt.

1. *Britanniam* ed. Rhen. 2. 3. et rec. *In Britan.* edd. vet. *Britanniam qui mortales initio coluerint*, inquisiverunt historici rec., Cambdenus,

nus, Rapin Thoyras, Rob. Henry, Dav. Hume, Sprengel et alii. *indigenae an advecti*, cf. G. 2. Sic Caes. b. G. 5, 12. Britannos interiores *natos in insula ipsa memoria proditum tradit*; *Brot.* — *ut inter barbaros, parum compertum* v. ad G. 2. n. 8. et c. 45. n. 12.

2. *ex eo argumenta* sc. peti possunt de origine gentis. — *namque rutilae Caledoniam* (cf. ad c. 10. n. 4.) *habitantium comae* et *magni artus Germanicam originem asseverant*, arguunt, probant: quod tamen leve argumentum est. Cf. ad G. 4. n. 4. 5. et cap. 45. n. 7. *namque* codd. Vat. et edd. vet. *nam* edd. Gron. Brot. Ern. Interest aliquod discrimen inter utramque particulam, de quo tamen libri de particulis L. L. silent; *Dronke.* Idem discrimen, quod inter *enim* et *etenim*, inter *γάρ* et *καὶ γάρ*, *Walch.* „*Nam* rationem reddit, *namque* explicative dicitur, ut *scilicet*, *nimirum*. Cf. Ramshorn. Gram. p. 563. et Weber Uebungssch. p. 3." *Hert.*

3. *Silurum*, v. ad Ann. 12, 32. — *colorati vultus*; quales tamen omnibus Britannis tribui putant a Caesare b. G. 5, 14. *omnes se Britanni vitro* (nisi leg. *luteo*) *inficiunt, quod caeruleum efficit colorem.* *Britanni* quoque et *Britones* ita dicti a voc. *brit*, quod proprie versicolorem, depictum et coloratum denotat: nam moris fuit, ut Britannorum nurus cutem coeruleo colore inficerent; Schrader obss. p. 6. Cf. ad G. 43. n. 14. Morus et Oberl. ad Caes. l. l. (Illius annotatio est: Britanni ad inficienda corpora usi sunt succis plantae, quae dicitur *vitrum* et *glastum*, Gr. *ἰσάτις*, Germ. *Waid*; huius: Britannis, Celtis, Armoricis, Hiberis *glas* significabat viride et caeruleum; inde Latini fecere *glastum*, quumque audissent, *glas* Germanis esse vitrum, vim utramque vocis confudere et pro colore accepere.) Plin. 20, 24. 22, 1, 2. Solin. 22 extr. Mela 3, 6, 155. Herodian. 3, 14. Prop. 2, 17, 25. al. 2, 18, 23. Martial. 11, 54. 14, 19. Salmas. ad Solin. c. 23. p. 180. Cambden. Britan. p. 24 sq. Canneg. de Brittenb. p. 6. „Sed *colorati* non sunt *infecti*. Recte Forcell. *Proprie significat fuscum colorem inducere, quod fieri solet a radiis solis.* Cf. G. 45. et Plin. 2, 78. Hinc *colorati* Indi et Seres. Ita iam sensum vocis ceperunt Savil. et Buchn. nec non Brot. qui haec annotavit: *Coloratos vultus tortosque crines Galli dicimus le teint olivâtre, les cheveux crêpus. Quem corporis habitum retinent adhuc Hispanorum plurimi.*" *Walch.* — *et torti plerumque crines*, v. ad G. 38. n. 2. *et* abest a c. Vat. 3429. Sed cf. cap. 12. 18. 33. et ad G. 1. n. 1. — *et posita contra* (e regione Britanniae) *Hispania*, ex emend. Mureti recepere Ern. et editores rec. v. ad Ann. 1, 8, 13. *posita c. Hispaniam* c. Vat. 3429. et edd. vet. non improb. Doed. si *terra* suppleatur. Male. Neque probabiliores correctiones intpp. *positus* (positio, ut Ann. 4, 5. 6, 21.) et *positu* (propter positionem) c. Hispaniam. — *Hiberos* pro *Iberos* c. Vat. 3429. ut in monum. antt. — *occupasse*, omnes edd. et in marg. c. Vat. 3429. In eius textu *habitasse*, quod recepere Beck. et Hert.

4. *Proximi Gallis et similes sunt* Britanni, qui Cantium (*Kent*) incolunt; *Vird.* Sic et Brot. coll. Caes. b. G. 5, 14. *Ex his omnibus longe sunt humanissimi, qui Cantium incolunt, quae regio est maritima omnis, neque multum a Gallica differunt consuetudine.* — *durante originis vi* edd. rec. ex emend. Rhen., ingeniosa et tacita. *d. o. usu* Vat. 3429. et edd. vet. *seu durans originis vis* malebat Peerlk. — *procurrentes in diversa terrae* non sunt disiunctae ac divisae, sed id ipsum, quod *procurrentes inter se terrae*: nam a Britannia procurrunt terrae in *diversam* h. e. adversam Galliam, et vicissim e Gallia in *diversam* h. e. adversam Britanniam: frequens autem veteribus, *diversum* pro *adverso* ponere; *Gron.* „Recte. Reddas Germ. *weil die Länder vorlaufen gegen einander*, h. e. *weil die Länder, von verschiedener Richtung beginnend, da wo sie endigen, einander gegenüber liegen.* *Diversa* saepe id. qd. *adversa*, nec tamen sem-

per, quod contendit Heindorf. ad Hor. Sat. 1, 1, 3. Patet id vel e: Liv. 21, 31. *amnes diversis ex Alpibus decurrentes*. Vid. et Forcell.' *Walch*. Cf. ad Ann. 2, 60, 1. et loc. simil. Melae 1, 1. *Mare longe la teque diffusum abigit vaste cedentia litora, iisdemque ex diverso prop coeuntibus adeo in arctum cogitur, ut minus mille passibus pateat. posi tio coeli*, v. ad cap. 10. n. 3. — *corporibus habitum dedit* sc. diversum V. D. in Ephem. lit. Jen. a. 1815. App. pl. 94. Contra *eundem* post *ha bitum* excidisse putabat Ern. „Immo suppl. *eam*, ut c. 12. extr. *natu ram* eam, c. 19. *pretio* eo, s. posito, statuto, sc. a procuratore, c. 4! et 46. *filiaeque* eius, Liv. 27, 27. *ad locum* (in loco suo) *miles esset p ratus*, Suet. Aug. 21. *sub lege* s. conditione scil. ea *venumdaret*, *ne i vicinia* cet. et aliis locis, quibus pronomina possessiva omissa et intel ad Substantiva." *Walch*. Cf. ad c. 45. n. 4.

5. *In universum tamen rem aestimanti* „Dativus absolutus Graec rum more positus, ut *vere reputantibus* H. 4, 17. *in universum aest manti plus penes peditem roboris est* G. 6. ἀληθέϊ δὲ λόγῳ χρεωμένῳ, Κορινθίων τοῦ δημοσίου ἐστὶν ὁ θησαυρός Herod. 1, 14. Ἔστι δὲ ἀληθ λόγῳ χρεωμένοισι οὐκ Ἰὰς αὐτὴ ἡ ἐσθὴς τὸ παλαιόν, et formulae συνελ δὲ εἰπόντι et συνελόντι δὲ εἰπεῖν, Herod. 5, 88. Origo dictionis perspic est ex locis, quales sunt Thucyd. 1, 10. Πρὸς τὰς μεγίστας γοῦν καὶ ἐλ χίστας ναῦς τὸ μέσον σκοποῦντι οὐ πολλοὶ φαίνονται ξυνελθόντες et Curt. 7, 29. *Vere et salubriter aestimanti fidem oraculi vana profecto respon videri potuissent.*" *Walch*. Minus congrua loca collata ab Hess. ad G. et, quos ibi laudavit, Matthiae Gram. Gr. p. 524. (immo p. 819. 82 Vechner. Hellenol. p. 535 sq. Cort. ad Sall. Jug. 84. Jacob. ad Luci Toxar. p. 106. *extimati* Put. 1. 2. Riv. *extimanti* Put. 3. Ber. Rhen. *aestimanti* edd. Rhen. 2. 3. et rec. v. ad Ann. 13, 17, 3. — *vicinum lum* recte edd. Ber. Rhen. tres et rec., saltem plurimae. *vicinam* sol vitiose Put. tres et Riv. *vicinam insulam* c. Vat. 1. et 2. e glossa, qu tamen recepere Dr. Lün. Beck. Hert. Peerlk.

6. *Eorum sacra* „sc. Gallorum., neque necessaria est correc Grosl. et Ern. *Eadem sacra*. Eadem vero sacra Britannorum, in pri Silurum et Gallorum, a Druidibus inventa, victimae humanae et a Cf. Ann. 14, 29. 30. Caes. b. G. 6, 13. Cic. p. Font. 10. *superstition persuasione* Ablat. durior sine Participio emolliente, ut c. 41. H. 1, 51 extr. *Persuasio superstitionis* pro *pers. de superstitione*, ut 1, 1 *persuasio falsa scientiae.*" *Walch*. Cf. ad Ann. 14, 30. et 15, 28. M Gesch. d. Heidenth. T. I. *ac superst. persuasionem* vel *persuasiones* lebat Glück. coll. H. 5, 5. *sacra* Ber. Rhen. tres et rec. *satra* tres et Riv. — *sermo haud multum diversus:* „Sermonem illum adhuc tinent apud Anglos, qui Cornubiam, (Cornwall) apud Gallos, qui A moricam (la Basse-Bretagne) incolunt. Sed ex Belgio maxime in tanniam transiere Galli. v. Caes. b. G. 5, 12." *Brot*. — *in deposce periculis eadem audacia, in detrectandis eadem formido*, quae Gallis, rum animi et corpora magna magis et mollia quam firma, et hinc ma proelia plus quam virorum, postrema minus quam feminarum Liv. 5, 44. 7, 12. 10, 28. 27, 48. 34, 47. 38, 17. Polyb. 2, 33. 3, Caes. b. G. 3, 19. extr. Spanh. ad Callim. H. in Del. 174.

7. *Plus tamen ferociae Britanni praeferunt*, v. ad Ann. 4, 21, 13, 45. Teste Solino c. 22. in eam ferociam ipsi infantes innutrie tur et adolescebant; *Brot*. — *ut quos nondum longa pax emollierit*, G. 36. n. 2. *longas* Put. et Riv. — *nam Gallos quoque in bellis flor accepimus*, v. ad H. 3, 38, 1. et ad G. 28. n. 1.

8. *mox segnitia cum otio intravit*, v. ad G. 28. n. 13. *intravi* Gallos, ut Ann. 1, 39. et 43. — *quod et Britannorum* tacite scrips

Bip. et Eng. — *olim victis* a Claudio; *Brot.* — *Ceteri manent* pro ant. *adhuc manent*, (*leben noch*) ut G. 30. *durant siquidem colles; Walch.*

CAPUT XII.

In pedite robur: quaedam nationes et curru proeliantur. Honestior auriga; clientes propugnant. Olim regibus parebant; nunc per principes factionibus et studiis trahuntur: nec aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius, quam quod in commune non consulunt. Rarus duabus tribusque civitatibus ad propulsandum commune periculum conventus. Ita, dum singuli pugnant, universi vincuntur.

Coelum crebris imbribus ac nebulis foedum: asperitas frigorum abest. Dierum spatia ultra nostri orbis mensuram, et nox clara et extrema Britanniae parte brevis, ut finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas. Quod si nubes non officiant, aspici per noctem solis fulgorem, nec occidere et exsurgere, sed transire, affirmant. Scilicet extrema et plana terrarum, humili umbra, non erigunt tenebras, infraque coelum et sidera nox cadit. Solum, praeter oleam vitemque et cetera calidioribus terris oriri sueta, patiens frugum, fecundum. Tarde mitescunt, cito proveniunt; eademque utriusque rei causa, multus humor terrarum coelique. Fert Britannia aurum et argentum et alia metalla, pretium victoriae. Gignit et Oceanus margarita, sed subfusca ac liventia. Quidam artem abesse legentibus arbitrantur: nam in rubro mari viva ac spirantia saxis avelli; in Britannia, prout expulsa sint, colligi. Ego facilius crediderim, naturam margaritis deesse, quam nobis avaritiam.

1. *In pedite robur*, v. ad G. 6. n. 11. — *quaedam nationes* (v. ad G. 2. n. 9.) *et curru proeliantur*, v. ad cap. 35. n. 5. — *honestior auriga, clientes propugnant* pro eo eiusque salute; non, ut apud Persas et Graecos Troianosque Homeri temporibus, ἡνίοχος ignobilior et παραβάτης heros, qui pugnabat. Alia tradit Diodor. 5, 21. et 29. nec satis congrua; *Walch. Clientes* (*Schützlinge*) homines iis similes, qui Romanis ita dicuntur.

2. *Olim regibus parebant: nunc per principes factionibus et studiis* (v. ad Ann. 1, 10, 11.) *trahuntur*, h. e. distrahuntur, quod substituendum censebat Heins. Sed v. ad Ann. 3, 54. *factionibus et studiis* pro *studiis factionum; Roth* p. 42. v. Ind. III. v. *Hendiadyoin.* Gronovius haec annotavit: „In Graecis barbarisque gentibus *princeps* nihil aliud est, quam aliquis procerum, optimatium, nobilium, ut Ismenias, Aristotimus, Miltiades *principes* Thebanorum, Eliensium, Atheniensium: in regnis satrapes, praetor, praefectus, purpuratus, amicus regius. *Olim,* inquit, *regibus parebant*, in certis personis familiisque fundabantur regna, gentes complurium populorum complexa: dein, ut et nunc, fato illis aut destitutione sublatis, dissiluit validorum illorum corporum unitas et *distrahuntur,* prout aliquis procerum et quondam regibus proximorum vi et artibus ad homines adiungendos clientesque parandos et retinendos evaluit. Sic Alexandro et maioribus eius regibus parebant Macedones, et eo mortuo *factionibus et studiis distrahebantur,* donec pauci oppressis aliis nova regna firmarent. Talis erat status Galliae, de

quo v. Caes. b. G. 2, 1." Cf. cap. 32. pr. ad G. 11. n. 1. et a Walcl laudati Tac. Agr. 24. et Diodor. 5, 21. — *Nec aliud adversus validiss mas gentes* cet. v. ad Ann. 2, 62, 1. et G. 33. n. 7. — *pro nobis utili fuerit*, cf. Ind. III. v. *Adiectivorum structura insolentior.* — *quod in coi mune non consulunt*, v. ad Ann. 15, 12.

3. *Rarus duabus tribusque civitatibus* est *ad p. c. p. conventus*, (cap. 15 extr. et ad c. 29. n. 9. Scio κοινὸν Ἰώνων, concilium s. conve tum Amphictyonum et alia: (v. ad H. 4, 56, 4.) sed hic non de co ventibus ex foedere sermo: igitur legam *consensus; Ern.* Idem Lipsi in ed. I. coniecerat, sed post omisit: nec opus, nam dictum pro *ra conveniunt*, vel ut a Cic. p. Caec. 8. *ex conventu vim fieri; Oberl.* Co *ventus* idem esse potest quod *consensus*, vernacule *Uebereinstimmun Uebereinkunft; Dr.* et *Hert.* „Immo *conventus* dicitur concio s. con lium, quod habetur, ut de communibus consiliis deliberetur. Sic Ar 2, 35. *conventus Italiae*, H. 4, 56. *extra conventum amandatum* et h. *rarus — conventus*, ut ap. Thucyd. 4, 64. Σπανίως ξυγχωροῦνται καθ'αὑτο λόγοις κοινοῖς χρώμενοι. *Conventus* autem hominum eo spectant, ut rebus conveniant consentiantve, non ut dissentiant discordentve. *Ra conventus* pro Plur. ut *multus sermo* Ann. 1, 9. et *reliquus dies* Ann. 4. (Cf. Ind. III. v. *Numerus Sing. pro Plur.* et *Adiectiva pro Adverbii tribusve* edd. rec. ex emend. Pich. Sed particulae copulativae *que*, (*et* saepius cum disiunctivis *ve, vel* permutantur, ut *seque* Ann. 12, *spem metumque* H. 1, 62. G. 46. *censebat, quod sequerentur omnes omnes improbarent* Plin. pan. 76. *supprimebantur vitiabanturque* Liv. 55. *capti caesique* Liv. 23, 1. *quid faciendum fugiendumque sit* Cic. (1, 28. Sic etiam *bis terque* et *bis terve*, de quorum discrimine v. Be ad Hor. epod. 5, 33., promiscue ponuntur, ut Gr. δὶς καὶ τρὶς et δὶ τρίς, v. c. ap. Lucian. Nig. 7. et μόγις τετάρτῃ ἢ πέμπτῃ ἡμέρᾳ ap. P Menex. p. 248. a. τρίτῃ δὲ καὶ τετάρτῃ ap. Xenoph. Anab. 4, 8, 21. que aliter Plato Menex. p. 248. a. dixit γιγνομένων χρημάτων καὶ παι καὶ διαφθειρομένων, et Gorg. p. 464. d. πότερος ἐπαΐει περὶ τῶν χρησ σιτίων ἢ πονηρῶν, ubi in pluribus MSS. legitur καὶ πονηρῶν. Cf. Erne Liv. p. 53. 54." *Walch.* Cf. ad G. 4. n. 6. — *Ita, dum singuli pugni universi vincuntur*, quod aetas nostra et alia comprobavit eleganter Iustin. 8, 1. pr. dixit; *Lips.* Tacitus memor potius fuit verborum T cyd. 4, 64. Τοὺς δὲ ἀλλοφύλους ἐπελθόντας ἀθρόοι, ἢν σωφρονῶμεν ἀμυ μεθα, εἴπερ καὶ καθ'ἑκάστους βλαπτόμενοι ξύμπαντες κινδυνεύομεν, *Wa dum* abest a Vat. 3429. prob. Brot. Beck. Peerlk. quod mireris.

4. *Coelum crebris — foedum*, (ut H. 1, 16.) et hinc *asperitas fr rum abest*, „quae res nunc non minus nota est quam ratio eius. Ver tradit Caesar b. G. 5, 12. quam Diodor. 5, 21." *Walch.*

5. *Dierum spatia ultra — et nox clara et brevis*, cf. ad G. 45. r Eumen. pan. ad Constantin. c. 6. et 9. Plin. 2, 75. Caes. b. G. 5, Iuvenal. 2, 162. Beda H. A. 1, 7. de rer. nat. p. 9. et de temp. p. 129. „*ultra nostri orbis mensuram* pro *ultra mensuram dierum n orbis:* nam Genitivi ex se pendentes raro iungendi. v. Heusing. ad off. 1, 22, 7. Similiter *nostrorum temporum eloquentiam antiquorum geniis anteferre* O. 1. *ingenia — nostrorum hominum multum ceteris h nibus omnium gentium praestiterunt* Cic. de or. 1, 4. (ubi v. Sch *Cothurnum vestrum — anteponendum ceteris aliarum artium studiis* O ὑμῶν κεκαίνωται (pro τῶν ὑμετέρων) et ἀρχαιότροπα ὑμῶν τὰ ἐπιτηδεύ πρὸς αὐτούς ἐστιν (pro πρὸς τὰ αὐτῶν ἐπιτηδεύματα) Thucyd. 1, 71. μι τε φθέγγονται καὶ ἰσχνιον καὶ γυναικῶδες καὶ τῆς Ἑκάβης ἢ Πολυξένης ταπεινότερον Lucian. Nigr. 20. Sic et θεοῖς ἶσαι ἀοιδαὶ pro ἶσαι ταῖς θεῶν ἀοιδαῖς, quae dictio a Schaefero Melet. p. 57. comparatur Hon cae Il. 1, 163. cui congrua est illa Odyss. 4, 279. v. et Heusing. ad

l. l. et ad Curt. 4, 7, 67." *Walch.* Cf. ad O. 34. n. 3. *et* ante *nox* abest a c. Vat. 3429. et hinc deletum a Brot. Seeb. Beck. al. Sed v. ad G. 1. n. 1.

6. *Quodsi nubes non officiant, aspici per noctem solis fulgorem nec occidere* (ex emend. Rhen. pro *concidere*) *et exsurgere, sed transire* (horizontem) *affirmant: scilicet extrema et plana terrarum* (v. ad H. 2, 69, 2.) *humili umbra*, si ea humilis est, (cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita*) *non erigunt tenebras*, (v. ad. H. 5, 6, 4.) *infraque coelum et sidera nox cadit*, h. e. propter solem illi horizonti propinquum nox adeo clara est, ut inferior sit coelo ac sideribus, seu tantum obscuritatis non habet, ut sidera mortalibus detegere valeat; *Pich.* Cf. Ind. II. v. *Infra.* „Causa futilis et a solo petita, quae re vera a sole. Pro Taciti sensu nox ibi humilis, quia ab umbris est, umbrae autem non illic eriguntur. Ergo longi dies et serenae noctes, ac sidera lucem suam spargunt sine obstaculo." *Lips.* „Verba vero *scilicet extrema — nox cadit* non ad ea, quae proxime praecedunt, sed ad *claram noctem* referenda, ut sensus sit: nox plane obscura non efficitur umbra aëris et aetheris, sed si coelum quoque et sidera obscurantur: id tamen ibi non fit secundum Taciti opinionem; nam colles tantum, pone quos sol quasi prorepit, umbram spargunt, et quidem tam humilem, ut proxima quidem et inferior aëris regio, non superior, coelum et sidera obscurentur et *infra haec nox cadat*, dispergatur." *Doed.* et, qui eius verba tacite sua fecit, *Klein.* De sententia Taciti multa disputarunt Bredov. ad G. 45. et Arzt. ad h. l. ubi eam Germ. ita expressit: *An diesen äufsersten und an sich flachen Gegenden der Erde fällt der Erdschattenkegel nicht nach einer perpendicularen Richtung aufwärts, sondern schief, und kann also den dortigen Himmel und die obere Sternregion mit seiner Verdunkelung nicht erreichen.* Sed v. ad simil. loc. G. 45. n. 2. — *humili umbra*, cf. Ind. III. v. *Adiectiva in sexto casu absolute posita.*

7. *patiens frugum, fecundum:* „Schefferus pro glossa repudiat *fecundum.* Frustra. Non modo accipit cultum, sed etiam copiosas fruges effert; unde Britannia Zosimo 3, 5. dicitur *cella penaria* occidentalis imperii." *Ern.* In Vat. 3429. male distinguitur *patiens: frugum fecundum*, ut ed. Ber. et Rhen. 1. *patiens, fr. f.* Cf. ad G. 5. n. 3. — *multus humor terrarum coelique:* humor terrarum causa est, quod cito proveniant, humor coeli, quod tarde mitescant; *Pich.*

8. *Fert Britannia aurum et argentum et alia metalla:* „Idem refert Strabo 4, 5, 2. p. 199. sed contrarium Cic. ad Att. 4, 16. et ad div. 7, 17. quo tamen loco iocatur. Caesar b. G. 5, 13. de his metallis tacet." *Dronke.* Neque magna horum copia recondita in Britannia: auri tamen fodinae in Cumberlandia et Scotia, argenti prope Ilfracomb et Flintshire a Cambdeno Britan. p. 35. 604. 692. 741. et a Volckmanno (Reisen durch Engl. T. II. ep. 42.) memorantur; *Brot.* et *Arzt.* — *pretium victoriae*, digna, quae bellis expetantur. — *margarita subfusca ac liventia*, coloris nigricantis, ut plumbi et vini. v. Virg. Aen. 7, 687. et Sil. 7, 18. ubi cf. intpp. *In Britannia parvas atque decolores margaritas nasci certum est* Plin. 9, 35. non amplas: nam Suet. Caes. 47. vix audiendus." *Dronke.* Margaritae tamen etiam nunc optimae reperiuntur in Caernarvonshire et fl. Convay, in Cumberlandia et fl. Irt aliisque Britanniae fluviis; *Arzt* et, quos laudavit, Cambden. Britan. p. 597. 606. 690. 752. 9. 924. 962. et Volkman. l. c. T. II. ep. 41. „De his margaritis accuratissime Orig. in Matth. p. 210. 211. Primas tribuit margaritis Indicis, quarum optimae in Rubro mari nascuntur, secundas Britannicis, tertias iis, quae in Bosphoro circa Scythiam reperiuntur. Ὁ δὲ κατὰ Βρεττανίαν χρυσωπὸς μέν ἐστι τὴν ἐπὶ χροῖαν, ὁμιχλώδης δέ τις καὶ ταῖς μαργαρίταις ἀμβλύτερος, auri speciem referens colore superficiei, sed nebu-

losa et margaritis Indicis obtusior." *Brot.* „*Margaritam musculis inclusam saepe omnis coloris quidem optimam inveniunt, i. e. et rubicundi et purpurei et hyacinthini et prasini, sed maxime candidi,* Beda H. A. 1, 1. Et sane in fluviis Britanniae, aeque ac Germaniae, margaritae quidem optimae reperiuntur, sed tam paucae et parvae, ut earum captura non pensaretur damnum." *Walch.* Cf. Ammian. 23, 6, 88. ibique Lindenbrog. *Margaritum* et Plur. *margarita* non nisi scriptoribus serioris aevi in usu fuit. v. Oudend. ad Suet. Cal. c. 37. — *artem abesse,* qui sint legenda.

9. *in rubro mari,* in oceano Indico. v. ad Ann. 2, 61, 3. *Margaritas, quarum origo atque genitura concha est, cui adhaerescunt, omnisque dos in candore, magnitudine, orbe, laevore, pondere, Indicus maxime mittit oceanus. — Candor clarior in rubro mari repertis. Indicas specularium lapidum squama assimulat, alias magnitudine praecellentes* cet. Plin. in loco class. de margaritis 9, 33—35. s. 54—57. De margaritarum multitudine ex India Romam traducta v. Plin. 12, 18. Lips. de magn. Rom. J. 2, 3. Meurs. de luxu Rom., Roberston hist. disquis. concerning ancient India p. 57. ed. Bas. et Sprengel Gesch. d. geogr. Entdeck. T. I §. 17.; *Arzt.* — *saxis avelli* ab urinatoribus; nam *altius mersae haerent saxis, nec nisi vi ac summo periculo avelluntur legentibus* Plin. 9, 35. — *prout expulsa sint* sc. fluctibus; *Ern.*

10. *naturam margaritis deesse* sc. bonam. „*Naturam* eam, quae Indicis sit. v. ad c. 11. n. 4. *Natura* autem est qualitas, φύσις, ποιότης φυσική, ut *natura succini* G. 45. et *solis* Plin. 2, 39. Inepta Boxhornii explicatio nimia prolixitate refutatur a Gron." *Walch.* — *quam nobis avaritiam:* „Acute et vere dictum, quod illustrat Plin. 12, 18. *Arabia etiam nunc felicius mare est: ex illo namque margaritas mittit, minimaque computatione millies centena millia HS. annis omnibus India et Seres paeninsulaque illa imperio nostro adimunt. Tanto nobis deliciae et feminae constant!" Brot.* Cf. ad Ann. 4, 72, 1. Iuvenal. 1, 29. 1, 88 sq. 5, 41. 43. 6, 458. 459. 10, 27. et Boettigeri Sabina p. 390 sq. ed. pr.

CAPUT XIII.

Ipsi Britanni delectum ac tributa et iniuncta imperii munera impigre obeunt, si iniuriae absint: has aegre tolerant, iam domiti, ut pareant, nondum, ut serviant. Igitur primus omnium Romanorum D. Iulius cum exercitu Britanniam ingressus, quamquam prospera pugna terruerit incolas ac litore potitus sit, potest videri ostendisse posteris, non tradidisse. Mox bella civilia et in rem publicam versa principum arma ac longa oblivio Britanniae, etiam in pace. Consilium id D. Augustus vocabat, Tiberius praeceptum. Agitasse C. Caesarem de intranda Britannia satis constat, ni velox ingenio, mobilis poenitentia, et ingentes adversus Germaniam conatus frustra fuissent. Divus Claudius auctor operis, transvectis legionibus auxiliisque et assumpto in partem rerum Vespasiano; quod initium venturae mox fortunae fuit. Domitae gentes, capti reges, et monstratus fatis Vespasianus.

1. *Ipsi Britanni delectum ac tributa et iniuncta imperii munera* (onera potius ab imperantibus iniuncta) *impigre obeunt,* cf. ad Ann. 20, 2. et ad rem inf. c. 15. et Dio 62, 3. *Iniungere* h. l. ut c. 15. al. dicitur, ut Germ. *aufdringen,* de oneribus muneribusque, quae n

sponte et libenter, sed coacte subeuntur; unde ei *suscipere* opponitur a Plin. ep. 6, 16. et Liv. 32, 3. ubi v. Gron. et Drak. — *tam domiti, ut pareant, nondum ut serviant*, iusta quidem imperia perpetiuntur, iniusta vero atque crudelia adhuc recusant et aversantur; *Vird.* Ut cives et subditi, non ut servi tractari volunt.

2. *Igitur* (v. ad G. 28. n. 5.) *primus omnium Rom. D. Iulius* Caesar *cum exercitu Britanniam ingressus* bis, a. U. 699 et 700, nec tamen progressus ultra Cantium. Cf. quos iam alii laudarunt, Caes. b. G. 4, 20—36. 5, 4—23. Strab. 4. p. 138. Dio 39, 50—54. 40, 1—3. Diodor. 1, 21. Eumen. pan. Constant. c. 11. Vell. 2, 47. Plut. Caes. 23. Suet. Caes. 47. — *Mox bella civilia* sc. *orta*, *secuta sunt*, *vel fuere*. Cf. Ind. III. v. *Ellipsis Verborum.*

3. *Consilium id D. Augustus vocabat*, *Tiberius*; qui omnia dicta factaque eius vice legis observabat, (Ann. 4, 37. et 1, 77.) hoc consilium Augusti habebat ut *praeceptum* sive interdictum; *Lips.* De consilio Augusti v. ad Ann. 1, 11, 4. et de causis eius Strabo IV. p. 138. 200. et supr. II. p. 79. 115. 116. ubi dicit, Britanniam Romanis nec metuendam, nec magno usui, nec facile paucisve sumptibus expugnandam et in fide retinendam esse. *Tiberius praeceptum* ex ingeniosa coni. Lipsii receperunt editores rec. idemque in vet. cod. legi testatur Ursinus. *Tiberius praecipue agitasse. C. Caesarem* cet. MSS. Vat. edd. Put. tres, Riv. Ber. Rhen. 1. *T. praecipue. Agitasse* cet. Rhen. 2. 3. Ald.

4. *Agitasse C. Caesarem* Caligulam *de intranda Britannia* cet. v. ad H. 2, 1, 8. et 4, 15, 5. *agitasse satis constat*, *ni — conatus frustra fuissent*, v. ad Ann. 1, 35, 3. — *velox ingenio*, *mobilis poenitentia*, ad poenitentiam; *Ern.* Vitia sibi opponuntur inter se diversa, ut *summa confidentia et contra nimius metus* (Suet. Cal. 51.) in eodem viro erat; *Dr. mobilis poenitentiae* Vat. 4498. quod receptum a Beck. et arridere potest, quia Tacitus structuram verborum variare solet. *mobili poenitentiae* Vat. 3429. *ingentes adversus Germaniam conatus* (v. ad H. 4, 15, 5.) *frustra fuissent*, inutiles, irriti, ut ap. Sall. Iug. 7. 71. (74.) 85. (87.) Cf. ad Ann. 1, 72, 2. Non permisissent, ut quid conaretur adversus Britannos: nam hic est verborum sensus, et male coni. Bleter. *ut adversus Germaniam*; *Oberl.*

5. *Divus Claudius auctor* et effector *operis* huius, qui *consilium* illud quodque alii Imperatores mente tantum *agitaverant*, exsecutus est. Cf. nota 6. *Auctor operis*, ut ap. Vell. 1, 5, 2., *Dronke.* „Similior locus Albinov. 1, 238. *Victoria parta est. Auctor abit operis, sed tamen extat opus.* Et in universum *opus* dicitur de re gravi ac difficili, ut Gr. ἔργον. v. Gron. et Graev. ad Iustini Praef." *Peerlk.* Cf. ad H. 1, 1, 1. *auctoritate operis — auxilisque — domitiae gentis* vitiose MS. Vat. 3429. De rebus ab ipso vel potius ab A. Plautio et a *Vespasiano* sub auspiciis eius prospere in Britannia gestis a. U. 796. a. Chr. 43. v. H. 3, 44. Suet. in Claud. 17. in Vesp. 4. Dio 60, 19—23. Joseph. b. Jud. 3, 1. quosque Walch. laudavit Brot. Supplem. Ann. 9, 50—58. Mannert Brit. p. 41. Ukerti Geogr. 1, 1. p. 194. Cannegiet. de Brittenb. p. 56. 110. Anthol. Lat. 2, 84. — *quod initium venturae mox fortunae fuit*, ambigue dictum, quum et ad hanc expeditionem et ad futuram Vespasiano Imperatore fortunam referri possit; *Dr.* Ad hanc potius referendum esse, vel ex verbis seqq. intelligitur. Cf. nota 6.

6. *Domitae gentes:* „a Dione 60, 20. *Boduni* tantum memorantur et reguli, non *reges*. Manca tamen est narratio eius, et Cynobellini regnum longe patuisse videtur." *Walch.* Res fortasse in maius aucta in honorem Vespasiani. — *reges, et monstratus fatis Vespasianus* hexameter. v. ad G. 39. n. 4. „Acute vero haec dicta. Ea expeditio prima fundamenta iecit futurae felicitatis, primus tum gradus factus: et ita Vespa-

sianus quasi commendatus est fatis ac fortunae, ut qui se iam tum di gnum Imperatorio fastigio praebuisset." *Ern.* „Quae omnibus paene a risisse mireris: nam *fortunae se tradere, commendare* aliquis potest, no *commendari Fatis*, quae, ut verbis Sen. N. Q. 2, 35. utar, *non ulla con moventur prece, non misericordia flectuntur, non gratia, sed servant cu sum irrevocabilem et ex destinato fluunt;* unde et Lucian. Iup. confut. *Εἰ οὕτως ἔχει ταῦτα καὶ πάντων αἱ Μοῖραι κρατοῦσι καὶ οὐδὲν ἂν ὑπ' οἰδεν ἀλλαγείη τῶν ἅπαξ δοξάντων αὐταῖς, τίνος ἕνεκα ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι θύομει* De vero verborum sensu v. ad Ann. 6, 22, 1. Ablativus autem *fat* pro *a fatis*, ut *propior interpres fatis oblatus senior* Liv. 5, 15. *ti cura magni Caesaris fatis data* Hor. od. 1, 12, 49. *opera optimatib data est* Suet. Caes. 19. ubi Oudend. comparavit Liv. 6, 2. (ubi v. Drak *Furio recuperari patria potuerit,* Hirt. b. Afric. 78. (ubi cf. Oudend *quo rem gestam scripsimus,* Horat. od. 1, 6, 1. *Scriberis Vario — ali* Mel. 3, 6. *Geryone habitatam insulam.*" *Walch.* Cf. ad c. 18. n. 5. Ind. III. v. *Ablativi instrumenti.*

CAPUT XIV.

Consularium primus Aulus Plautius praepositus ac subind Ostorius Scapula, uterque bello egregius: redactaque paulati in formam provinciae proxima pars Britanniae. Addita insup veteranorum colonia. Quaedam civitates Cogiduno regi donata (is ad nostram usque memoriam fidissimus mansit) vetere iam pridem recepta populi Romani consuetudine, ut haberet i strumenta servitutis et reges. Mox Didius Gallus parta a pri ribus continuit, paucis admodum castellis in ulteriora promoti per quae fama aucti officii quaereretur. Didium Veranius e cepit, isque intra annum exstinctus est. Suetonius hinc Pau nus biennio prosperas res habuit, subactis nationibus firmati que praesidiis; quorum fiducia Monam insulam, ut vires reb libus ministrantem, aggressus terga occasioni patefecit.

1. *Consularium* (v. ad Ann. 1, 74, 1.) *primus — praepositus* Brita niae. Hi consulares, Britanniae ab a. U. 796 — 838. a. Chr. 43 — praepositi et cap. 14. 16. 17. memorati, fuerunt sub Claudio Imp. *Plautius* et *Ostorius Scapula*, sub Nerone *A. Didius Gallus*, *Q. Verani* et *Suetonius Paulinus*, sub Galba et Othone *Petronius Turpilianus* et *T bellius Maximus*, sub Vitellio *Vettius Bolanus*, sub Vespasiano *Petil Cerialis* et *Iulius Frontinus*, sub Domitiano *C. Iulius Agricola.* — *Au Plautius* legatus a. U. 796—800. cf. ad Ann. 11, 36. 13, 32. H. 4, 7. Dio 60, 19. *κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον Αὖλος Πλαύτιος, βουλευ λογιμώτατος, ἐς τὴν Βρεττανίαν ἐστράτευσεν.* Ex h. l. Dionis firmatur v gata lectio; *Dr. Plancius* s. *Plantius* Vat. 3429. Put. tres, Rhen. *Plautius* Rhen. 2. 3. et seqq. *Aelianus Plautius* Bip. Sed v. ad H. 4, — *P. Ostorius Scapula* a. U. 800 — 803. v. Ind. „Ab eo nominat *Oyster — Hill,* castrum Rom. prope opp. *Hereford* in *Herefordshire*, parochia Dinder. v. Cambden. Brit. by Gibson p. 580. T. 3. p. 74. 1806." *Brot.* Cf. ad cap. 21. n. 3. — *proxima pars Brit.* respectu ter et loci, quo Tacitus vixit; *Walch.*

2. *Addita insuper veteranorum colonia,* Camulodunum. v. ad Ann. 32. — *Quaedam civitates Cogiduno regi donatae* cet. Cuius regis n nisi h. l. fit mentio: nam alius est *Τογόδουμνος*, Caractaci frater, Dion. 60, 20. ab A. Plautio victus; *Walch.* *Cogiduno* Put. 1. 2. R

Rhen. tres et cet. ante Dr. *Cogidunno* Vat. 4498. *Cogiduo* Put. 8. *Cogidumno* Vat. 3429. ed. Dr. Beck. Hert. Peerlk. — *vetere ac iam pridem recepta — et reges*, v. ad Ann. 2, 3, 2. *ut vetere ac iam pridem r. p. R. cons. haberet instr. s. et regis* Vat. 3429. Put. tres, Riv. Ber. Rhen. 1. quae tacite et recte emendata sunt a Rhen. et perperam restituta a Dr. Beck. Hert. et Peerlk. excepto *regis*, cui substituere *reges*. Coniunctioni *et* a Rhen. datus est locus, quem et elegantia et sensus postulat; *Walch.* Verbum enim *haberet* referendum ad *pop. Rom.*, non ad *Ostorium*, neque intell. *hic.*

3. A. *Didius Gallus*, v. ad Ann. 12, 40, 1. et 14, 29. — *parta*, expugnata, *a prioribus* Legatis. — *castellis in ulteriora* loca *promotis*; v. ad Ann. 1, 56, 1. et 4, 34. — *fama aucti officii*, quod plus ceteris ducibus praestitisset; *Ern.* „*Officii*, ut ap. Caes. b. civ. 3, 5. *toti tamen officio maritimo Bibulus praepositus* et Dig. de off. proc. 4. *si quid uxores eorum, qui ad officia proficiscuntur, deliquerunt.* Cf. Ind. Suet. et Forcell." *Walch.* — *Didium Q. Veranius excepit* a. U. 811. v. Ind. I. Strategicum illi inscripsit Onosander; *Brot.*

4. *Suetonius Paulinus* cet. v. Ind. I. *Paulinus* Vat. 3429. et edd. vet. *Paullinus* edd. Lips. et rec. tantum non omnes. — *subactis nationibus f. pr.* pro *subigendis nat.* vel *subigendo nationes* cet. v. ad Ann. 4, 34, 1. et Ind. III. v. *Participia Perf. Pass.* cet. — *firmatis praesidiis*, v. ad Ann. 2, 67, 1. — *Monam insulam*, v. ad Ann. 14, 29. — *vires rebellibus ministrantem* ex emend. Rhen. *viros* Vat. 3429. et edd. vet. ante Rhen. 2. „In hac verborum structura recte dicitur *vires*, ut c. 38. H. 2, 31. 57. 3, 2. in alia *viros*, ut Ann. 12, 37. H. 4, 12. 58. 5, 25. G. 44." *Walch.* Cf. ad Ann. 11, 9, 1. *Viros* praefert Dronke, quia Mona *incolis valida* dicitur Ann. 14, 29. et *vires* Beck. quia receptaculum fuerit perfugarum sedesque Druidarum, (v. Ann. 14, 30.) eamque ob causam Suetonius eam aggressus sit. Haec non minus mirabilia dictu quam illa. — *terga occasioni patefecit*, effecit, ut sibi a tergo noceri posset; *Ern.* Victam Britanniae partem, quam a tergo reliquerat, subitis casibus obiecit: quam *occasionem* Gall. *la surprise* dicimus; *Brot.* Cf. ad H. 1, 84, 1. et G. 30. n. 7.

CAPUT XV.

Namque absentia Legati remoto metu, Britanni agitare inter se mala servitutis, conferre iniurias et interpretando accendere: *nihil profici patientia, nisi ut graviora tanquam ex facili tolerantibus imperentur. Singulos sibi olim reges fuisse, nunc binos imponi, e quibus Legatus in sanguinem, Procurator in bona saeviret. Aeque discordiam praepositorum, aeque concordiam subiectis exitiosam. Alterius manus, centuriones alterius vim et contumelias miscere. Nihil iam cupiditati, nihil libidini exceptum. In proelio fortiorem esse, qui spoliet: nunc ab ignavis plerumque et imbellibus eripi domos, abstrahi liberos, iniungi delectus, tanquam mori tantum pro patria nescientibus. Quantum enim transisse militum, si sese Britanni numerent? Sic Germanias excussisse iugum, et flumine, non Oceano defendi. Sibi patriam, coniuges, parentes, illis avaritiam et luxuriam causas belli esse. Recessuros, ut D. Iulius recessisset, modo virtutes maiorum suorum aemularentur, neve proelii unius aut alterius eventu pavescerent. Plus impetus, maiorem con-*

stantiam penes miseros esse. Iam Britannorum etiam deos mi sereri, qui Romanum ducem absentem, qui relegatum in ali insula exercitum detinerent; iam ipsos, quod difficillimum fue rit, deliberare. Porro in eiusmodi consiliis periculosius esse de prehendi, quam audere.

1. *absentia legati,* Suetonii Paulini. v. ad Ann. 1, 74, 1. — *agitar* v. ad H. 2, 1, 8. — *conferre* de pluribus; *Ern.* — *interpretando accen dere,* v. ad Ann. 1, 23, 1. *interpretando*, exaggerando, reputando; *Ern* — *ex facili tolerantibus,* v. ad H. 3, 49, 3. — *singulos sibi olim rege fuisse, nunc binos,* duos cuivis populo, *imponi,* sc. legatum et procura torem, *e quibus legatus in sanguinem, procurator in bona saeviret,* v. a 1, 74, 1. et 4, 15. *Duos pro uno domino acceptos* dicit Liv. 3, 9. „Legatus utebatur gladii potestate, et procurator, quum publicas Caesaris que res curaret, avaritia saepe in bona civium provincialiumque saeviebat. Sic avaritia Cati Deciani procuratoris Britanni in bellum acti. v. Ann. 14, 32." *Brot. legatum in sanguinem, procuratorem in bona saevire,* saltem *saeviat* legendum censebat Ern. *E quibus — saeviret* dictum, ut *quorum bello solum id scires.* (non *scituros*) H. 1, 50. *quo sibi non praesens tantum dolor — fieret* Quint. J. O. 10, 3, 14. et similia, quibus factum, non finis continetur; *Walch.* Cur vero *saeviret,* non *saeviat?* v. ad Ann. 16, 2.

2. *Aeque discordiam praepositorum,* (ut Ann. 14, 38.) *aeque concordiam subiectis exitiosam* esse; „Dubitanter alicubi tentavi *atque concordiam;* nam *aeque* comparat duo inter se, h. l. *discordiam* et *concordiam,* inter quae semel tantum locum habet, ut *perinde:* similis tamen locus, non ille Tac. H. 1, 7, 6. a Schwarzio ad Tursell. de part. p. 57. collatus, sed Horat. epist. 1, 1, 25. *Aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque*" *Ern.* Alia huiusmodi exempla nemo suppeditavit, et *atque concordiam* post Schwarz. emendavit etiam Hand. ad Gron. diatr. in Stat. S. 4, 3. p. 411. versu Horatii repudiato, tanquam absono et verbis ineptis interpolato; *Dronke.* „Acrioris sensus dictio est *aeque bonis, aeque malis* quam *aeque bonis atque malis,* et quemadmodum recte dixeris *aliud est — aliud,* ita et *aeque — aeque.* Sic et *pariter — pariter* ap. Ovid. Met. 12, 36. et Trist. 4, 1, 13. ἅμα — ἅμα ap. Plat. in Sympos. ὁμοίως μὲν — ὁμοίως δὲ ibid. p. 181. c. et ap. Xen. Hier. 10, 5." *Walch.*

3. *Alterius* (Procuratoris) *manus,* (servos aliamque eius cohortem) *centuriones* (cum militibus) *alterius* (Legati) *vim et contumelias miscere,* sine discrimine ingerere. Ita haec distinguenda esse et explicanda docuit Gron. ad h. l. et diatr. in Stat. c. 40. p. 264. prob. Lall. Brot. *Alterius manus centurionis, alterius vim et c. m.* edd. primae ante Rhen. 2. *Alt. m. centuriones, alterius vim et c. m.* Rhen. 2. 3. et cet. ante Brot. *Alt. manus, centurionis alterius servos vim et c. m.* c. Urs. et Vat. 3429. ed. Dronk. et Peerlk. *Alterius* (legati) *manus* (ministros et adiutores esse) *centuriones, alterius* (procuratoris) *servos v. et c. m.* corr. Selling. not. crit. ad Tac. Agr. p. 13. et Müller in Ephem. Goett. a. 1826. p. 1302. *Alt. centuriones, alt. servos vim et c. m.* Beck. et Hert. *Alt. manus, centuriones, alterius, servos, vim et c. m.* Peerlk. Sed *servos* esse glossema voci *manus* adscriptum, vel ex Ann. 14, 31. petitum, iam suspicati sunt alii. Lipsii aliorumque coniecturae haud dignae, quae recenseantur. — *nihil libidini exceptum,* v. ad Ann. 2, 64, 3. *exemptum* malebat Heins. ut *exemptum discrimini* H. 3, 4.

4. *ab ignavis et imbellibus,* v. ad G. 12. n. 3. Rhetorica αὔξησις, ut c. 32. *senum coloniae; Walch. imbecillibus* c. Vat. 3429. — *eripi domos,* cf. Ann. 14, 31; *Walch.* — *iniungi delectus,* v. ad cap. 13. n. 1. — *tan-*

quam mori tantum pro patria nescientibus, tanquam morti se offerre non dubitent, si pro aliis, puta Romanis, sit bellandum, pro sola vero patria bellorum pericula et mortem reformident, tam alias animarum suarum prodigi; *Vird.* — *quantum enim*, quantillum, quam parum, *transisse militum* Romanorum in Britanniam, et quam impares eos fore Britannis, *si sese* hi *numerent* viresque suas coniungant. Similia ap. Caes. 7, 29. Vircengetorix; *Vird.* Cf. Liv. 3, 20. extr. *non ita* (non tam parum) *aegram civitatem esse*, et Caes. b. G. 5, 47. *non ita multum moratus*; *Ern.* et *Dronke*. *quantulum* (ut G. 28.) MSS. Vat. I. 11. ed. Brot. Beck. Hert. Sed *is*, (ut *non ea* Liv. 24, 8. et 44, 25.) *talis*, *tantus*, *quantus* modo ad augendum, modo ad minuendum adhibentur; *Walch.* emend. Liv. p. 267. Cf. Burm. ad Lucan. 3, 392. et Matthiae ad Cic. p. l. Man. 6, 14.; *Hert.* „*Quantum transisse:* nam in interrogationibus et oratione obliqua Infinitivus plerumque ponitur, ut H. 3, 13. *quid dicturos*, H. 3, 70. *quantum profici.* Rariores sunt dictiones *cur enim — domum petisset* H. 3, 70. et similes ap. Liv." *Walch.*

5. *Sic Germanias excussisse iugum*, (ut *exuere iugum* cap. 31.) a Romanis impositum, caesis Varo eiusque legionibus. *Germanias*, inferiorem et superiorem. Sed est potius Plur. pro Sing., Germania magna; *Walch.* — *et flumine*, atqui, καίτοι, flumine; *Ern.* Sed v. ad Ann. 1, 13, 2. *flumine*, Rheno et Danubio. — *recessuros Romanos, ut D. Iulius recessisset*, v. ad c. 10. n. 1. et cap. 13. n. 1. Iulium a barbaris *Divum* dici, vix mihi persuaderi patior: itaque ab aliena manu illud *D.* infarctum credo, nisi ironice dictum et cum aliqua in Caesarem contumelia; *Eng.* Totam potius hanc orationem a Britannis habitam esse, non facile nobis persuadebit quisquam, neque ignoramus, quae in his rebus adhibenda sit ars critica, quum Livius quoque, ut uno exemplo utar, veteres Romanos perinde loquentes faciat, ac suis viverent temporibus; *Dronk.* Cf. Walch. ad h. l. — *virtutes:* in Vat. 3429. *virtutem*, (sc. bellicam) quod non spernendum videtur receptumque est a Beck. Hert. Peerlk. — *aemularentur* sc. *ipsi*, quod in affectu omittitur; *Walch.* — *neve*, nec, ut passim *neve* et *neu*. v. Gron. ad Sen. nat. qu. 4. praef. Ante *neve* punctum posuere Ern. et edd. rec.

6. „*Plus impetus, maiorem constantiam* pro vulg. et languido *non solum plus impetus*, ardoris, ferociae, audaciae, inpr. initio pugnae, (ut ap. Liv. 6, 13. *primo pugnae impetu ferox*) sed *etiam maiorem const.*" *Walch.* Cf. ad c. 11. n. 6. 7. Plus impetus *penes miseros* esse, quorum virtus ira, furore et desperatione accendatur. Cf. ad H. 2, 77, 4. *maiorem constantiam*, quia nullum amplius refugium; *Hert.*

7. *Iam Britannorum etiam Deos misereri:* „Sententia religiosa, passim obvia, ut ap. Aristot. Rhet. 2, 5. Τὸ θεῖον ὑπολαμβάνεται βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις. Similis illa ap. Curt. 3, 13, 17. (ubi leg. *Dii tantae fortunae proditorem speculati celeriter debita poena persecuti sunt* cet.) et quae h. l. subiungitur, *qui Rom. ducem* (Suetonium Paulinum) *absentem, relegatum in alia insula* (Mona) *exercitum detinerent.* (cf. cap. 14 extr.) Dii enim perturbare credebantur consilia hominis perdendi. v. Ruhnk. ad Vell. 2, 57. *Relegatum* per contemptum dixit, (ita recte Ern.) per ducis stultitiam quasi *relegatum*, amandatum, exsulem, ut Ann. 2, 82, 1. Iungenda autem *in alia insula detinerent.* Exempla v. in Emend. Liv. p. 89. 90." *Walch.* Nec *reiecti et relegati longe ab ceteris aut ferro aut fame intereant* Caes. b. G. 5, 30; *Peerlk.* — *iam ipsos*, Britannos, *deliberare*, *quod difficillimum fuerit*, quum apud ipsos neque conventus, neque consensus; *Brot.* Cf. cap. 12 pr. — *Porro in eiusmodi consiliis periculosius esse deprehendi*, (v. ad c. 7. n. 2.) *quam audere*, cf. ad H. 2, 77, 7. „*Porro*, ut c. 31. argumentationis clausula, quae omnia comple-

ctitur et est fere id. qd. *denique*. Cf. Donat. ad Ter. Phorm. 1, 2, 71." *Walch*. Ipse tamen c. 31. illud Germ. reddidit *ferner*.

CAPUT XVI.

His atque talibus invicem instincti, Boudicea, generis regii femina, duce (neque enim sexum in imperiis discernunt) sumpsere universi bellum, ac sparsos per castella milites consectati, expugnatis praesidiis, ipsam coloniam invasere, ut sedem servitutis. Nec ullum in barbaris saevitiae genus omisit ira et victoria. Quod nisi Paulinus, cognito provinciae motu, propere subvenisset, amissa Britannia foret. Quam unius praelii fortuna veteri patientiae restituit, tenentibus arma plerisque, quos conscientia defectionis et propius ex legato timor agitabat. Hic quum, egregius cetera, arroganter in deditos et, ut suae quoque iniuriae ultor, durius consuleret, missus Petronius Turpilianus, tanquam exorabilior; et delictis hostium novus eoque poenitentiae mitior, compositis prioribus, nihil ultra ausus, Trebellio Maximo provinciam tradidit. Trebellius, segnior et nullis castrorum experimentis, comitate quadam curandi provinciam tenuit. Didicere iam barbari quoque ignoscere, vitiis blandientibus, et interventus civilium armorum praebuit iustam segnitiae excusationem. Sed discordia laboratum, quum assuetus expeditionibus miles otio lasciviret. Trebellius, fuga ac latebris vitata exercitus ira, indecorus atque humilis, precario mox praefuit, ac velut pacti, exercitus licentiam, dux salutem: haec seditio sine sanguine stetit. Nec Vettius Bolanus, manentibus adhuc civilibus bellis, agitavit Britanniam disciplina. Eadem inertia erga hostes, similis petulantia castrorum, nisi quod innocens Bolanus et nullis delictis invisus caritatem paraverat loco auctoritatis.

1. *His atque talibus instincti* cet. usque ad finem capitis, cf. ad Ann. 14, 31, 1. *instincti*, v. ad H. 4, 24, 6. — *Boudicea*, v. ad Ann. 14, 31, 2. — *neque enim sexum in imp. d.*, cf. Ann. 12, 40. 14, 35. et G. 7. n. 1. — *sumpsere universi bellum*, v. ad Ann. 2, 45, 1. — *ipsam coloniam*, Camulodunum. v. ad Ann. 12, 32. — *sedem servitutis*, urbem, ubi essent domini; *Ern.* Coloniarum haec vel praecipua ratio, ut coercerentur priores populi; *Vird.* „Cf. potius cap. 21 extr. (ubi v. nota 4.) *Sedes servitutis*, ut *classem, arcem commeatuum* H. 3, 13. (ex probabili emend. Lips.) *tribunal, castellum omnium scelerum* Liv. 3, 57. *Arcem habent ex spoliis vestris* Sall. hist. 3. ubi v. Cort." *Walch.* — *omisit* ex emend. Rhen. *amisit* Put. tres, Riv. Ber. Rhen. 1. — *ira et victoria* ἓν διὰ δυοῖν pro *ira victoris*. v. ad c. 46. n. 3. Sed dictum potius pro *ira et victoriae licentia* sive *ira et licentia victorum*; *Boett.* in Lex. Tac. p. LXXX.

2. *cognito provinciae motu* c. Vat. 3429. edd. Put. 1. 2. Ern. et rec. *eo cognito pr. m.* Put. 3. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. — *quam unius proelii fortuna* (v. Ann. 14, 37.) *veteri patientiae restituit*, effecit, ut eadem, qua antea et olim, patientia onera sibi imposita sustineret. *Patientia* rerum durarum, difficilium atque asperarum voluntaria perpessio; *Broukh.* ad Tibull. 3, 2, 5. — *tenentibus arma plerisque*, ita tamen ut (quanquam,

Walch.) *plerique*, permulti, *arma tenerent*, retinerent, bellum continuarent. v. ad Ann. 2, 34, 1. 3, 28. et 3, 35. — *quos conscientia defectionis et propius ex legato timor agitabat*, sollicitabat, angebat. Cf. ad Ann. 1, 29, 2. *propius*, magis, maiori sollicitudine: plus timebant legatum ipsum, cuius acerbitatem et arrogantiam sciebant: *propiora* autem exquisite dicuntur, quae magis ad nos pertinent adeoque magis nos sollicitant, ut Ovid. Met. 13, 578. *propior cura;* Ern. *propius*, studiosius, maiori cura, *angelegentlich;* Ephem. schol. Darmst. a 1825. (paedag. philol. p. 346.) coll. Meiner Uebers. d. lat. Partik. p. 396. „Immo *propius* id. qd. magis ex propinquo, quo sensu proprio absolute ponitur et Adiect. et Adv. v. Ind. II." *Walch.* *propius* c. Vat. 3429. et edd. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *proprius* edd. Rhen. 2. 3. et rel. ante Ern. quod non vitium operarum esse crediderim, sed tacite a Rhen. editum et substitutum, ut multa alia, quodque probant nonnulli, qui tamen varie interpretantur, v. c. Bip. praecipuus, non communis; Eng. ob propriam legati offensam; Doed. de vita sua, quia auctores defectionis fuerant; Drück. praecipue et proprie ad se ipsos pertinens *ex legato*, *suae quoque iniuriae ultore*, ut universe, *ob defectionis conscientiam;* Brüggem. *proprius ex legato timor* ad eos pertinet, qui alios instinguendo defectionis auctores fuerant, quos *propria* adhuc manebat poena. Similiter *proprius metus* Ann. 3, 67. H. 3, 38. et *propria ira*, iniuria ad ipsum solum pertinens, Ann. 2, 55. 3, 69.

3. *Hic quum egregius cetera*, (v. ad Ann. 6, 15, 3.) dux natura cunctator et cautus, callidus, diligens et moderatus *arroganter in deditos* cet., cf. cap. 5. Ann. 14, 38. H. 2, 25. 31. *agitabat nequaquam egregius* MS. Vat. 3429. supra scripto *neque.* — *arroganter in deditos*, v. ad c. 9. n. 4. Walch. coni. *agitabat*, *ne*, *quanquam egregius cetera*, (tamen, v. ad c. 5. n. 4.) *arroganter — consuleret. Missus igitur Petronius* cet. Nam *igitur* post *missus* insertum in Vat. 3429. et edd. Put. — *arroganter*, v. ad c. 9. n. 7. — *suae quoque iniuriae*, sibi, legato, illatae hac defectione. *suae eiusque i.* Vat. 3429. — *durius consuleret*, aliquid decerneret et exsequeretur, ageret, *in deditos*, ut ap. Liv. 3, 36. 59. extr. 8, 13. 30, 43. 45, 8. — *missus Petronius Turpilianus*, v. Ind. et cf. Ann. 14, 39. — *et delictis hostium novus*, qui ea non viderat committi; *Ern.* v. ad Ann. 2, 14, 2. et 2, 64, 3. *qui* pro *et* legendum putabat Pich. et *is* Ern. „Sed in vividiori orationis transitu *et* ponitur pro vulg. *isque*, ut c. 29. *et in luctu bellum inter remedia erat*, Ann. 2, 28. *et vocantur Patres*, 2, 57. *et erat*, *ut retuli*, *clementior*, H. 2, 16. *Et versi repente animi.* Cf. Ruhnk. ad Vell. p. 84." *Walch.* *novis* MS. Vat. 4498. — *eoque poenitentiae mitior*, adversus poenitentes. Cf. ad Ann. 1, 16, 1. 2, 14, 2. 2, 64, 3. — *compositis prioribus* Britannorum motibus, urbis. — *Trebellio Maximo* cet. cf. H. 1, 60. et 2, 55. — *nullis castrorum* (militiae) *experimentis* pro vulg. *nulla castrorum experientia*, *Walch.* Cf. Ind. III. v. *Ablativi qualitatis.* *nullus* edd. Gron.

4. *comitate quadam curandi provinciam tenuit*, dum lenitate dulcis et erga provinciales eorumque amorem morum etiam facilitate et comitate promeretur; *Vird.* Cf. ad Ann. 2, 34, 1. et Ind. III. v. *Verba simpl. pro compositis.* *curandi provinciam*, v. ad Ann. 4, 36.

5. *ignoscere* Trebellio, vel absolute. v. ad c. 32. n. 6. *blandientibus vitiis* eius vel otio, luxu et voluptatibus, quae cap. 21. *delenimenta vitiorum* dicuntur. Minus apte iunguntur *ignoscere vitiis blandientibus*, segnitiae et nimiae lenitati Trebellii, quia inde *molle servitium*, H. 4, 57. cf. seq. et H. 1, 60. — *interventus civilium armorum*, bellorum, (v. Ind. I. et ad Ann. 1, 2, 1.) *praebuit iustam segnitiae excusationem:* excusabat se Trebellius ideo non ducere in hostem, ne simul civili et externo bello urgeretur imperium et vires attererentur; *Vird.* — *discordia laboratum*,

v. ad Ann. 3, 25. et cf. H. 1, 60. — *assuetus expeditionibus miles otio lasciviret*, v. ad G. 44. n. 7.

6. *fuga ac latebris*, cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin.* — *indecorus:* in c. Vat. 3429. ed. Beck. et Hert. *indecoris.* Sic ap. Virg. Aen. 7, 231. 11, 423. 854. 12, 25. 679. et ap. Accium, a Non. Marcello c. 8. laudatum, *vita indecoris; Brot.* et *Dr.* Sed poetae tantum hac vocis forma usi. Cf. Serv. ad Virg. ll. ll. Priscian. l. VI. et Heins. ad Ovid. Fast. 5, 123. — *atque humilis*, v. ad H. 1, 52, 5. — *precario* (v. ad G. 44. n. 6,) *mox praefuit* exercitui et Britanniae prov. — *velut pacti* sc. sunt; *Brot.* essent; *Doed.* et *Beck.* Est Nominativus absolutus; *Dronke.* „Talis Nominat. non certo firmabitur exemplo, et ratio Brot. ceteris praeferenda. Sed importunum est h. l. *haec.* In Vat. 3429. legitur *et.* (Quod recepit Beck.) Hinc coniicias *ita seditio s. s. stetit.* Malim tamen *hoc seditio s. s. stetit.* Sic *stare* iungitur Ablativo H. 3, 53." *Walch.* Cf. ad Ann. 3, 72. Sed non opus est emendatione et suppl. *essent.* Cf. Ind. III. v. *Ellipsis.*

7. *Vettius Bolanus* cet. inde ab a U. 822. Cf. c. 8. Ind. I. et ad H. 3, 45, 1. *Vectius Volanus* tres Put. et Rhen. Cf. ad Ann. 15, 3. — *agitavit Britanniam disciplina*, v. ad Ann. 14, 2.

8. *Eadem inertia* cet. adulationis ergo arguendus Stat. Silv. 5, 2, 53 seq. 142 seq. ad Crispinum, Bolani filium; *Lips.* et *Brot.* — *nisi quod*, v. ad c. 6. n. 2. — *nullis delictis invisus*, poet. ut ap. Martial. 7, 21. *nullaque invisior umbra; Walch.* Cf. Ind. III. v. *Ablativi pro* ob, propter *cum Accusat.* — *caritatem paraverat*, cf. ad O. 36. n. 3.

CAPUT XVII.

Sed ubi cum cetero orbe Vespasianus et Britanniam reciperavit, magni duces, egregii exercitus, minuta hostium spes. Et terrorem statim intulit Petilius Cerialis, Brigantum civitatem, quae numerosissima provinciae totius perhibetur, aggressus. Multa proelia et aliquando non incruenta; magnamque Brigantum partem aut victoria amplexus aut bello. Et quum Cerialis quidem alterius successoris curam famamque obruisset, sustinuit quoque molem Iulius Frontinus, vir magnus, quantum licebat, validamque et pugnacem Silurum gentem armis subegit, super virtutem hostium locorum quoque difficultates eluctatus.

1. *cum cetero orbe* terrarum, Romanis cognito eorumque ditioni subiecto. Grandiloqui Romani. Hinc *raptores* orbis cap. 30. *reciperavit* imperium Rom. ad interitum vergens et denuo firmavit; *Eng. recuperavit* c. Vat. 3429. et edd. vet. *reciperavit* edd. rec. tantum non omnes. Cf. ad Ann. 1, 74, 3. — *magni duces* sc. fuere; *Brot.* Sed v. ad c. 33. n. 2.

2. *Et terrorem statim intulit Petilius Cerialis*, v. Ind. I. et ad Ann. 14, 32. *Et* h. l. nempe, nimirum; *Walch.* v. ad G. 17. n. 5. *Caerealis* Vat. 3429. *Cerealis* tres Put. et Rhen. — *Brigantum civitatem*, gentem *quae numerosissima provinciae totius*, Britanniae, a Romanis in provinciae formam redactae, *perhibetur*, v. ad cap. 10. n. 1. ad cap. 18. n. 2. et Ann. 12, 32. *Bregantium* Vat. 4498. *Bregantum* Vat. 3429. sed paulo post *Bregantium. perhibetur*, v. quos Dr. laudavit, Drak. et Heins. ad Sil. 4, 548. et Ruhnk. ad Vell. 2, 106, 2. *prohibetur* Put. 3. — *magnamque Brigantum partem aut victoria amplexus aut bello*, v. ad Ann. 6, 8, 1. *amplexus est* e Vat. 3429. receptum a Beck. Hert. Peerlk.

3. *Et quum Cerialis quidem* cet. Friget *quidem*, nisi *alter successor* diversus a Iulio Frontino: quod ni sit, leg. *cuiusvis* vel *cuiusque; Ern.*

Alter successor est quisque, et proximus et omnes deinceps; *Dr. Quidem* est Gr. γέ et nil nisi maiorem vim s. sonum voci praec. addit; *Hart.* „Immo sensus est: Etiamsi Cerialis etiam alius, sc. maioris, *successoris famam* obscurare potuisset, tamen *Frontinus quoque* officio suo satisfecit. *Quidem* voc. affirmationis, omnino, profecto, adeo, ut Ann. 3, 53. 4, 35. G. 19. n. 12. (Cf. Lexica.) *Alter* non semper est ἕτερος, sed saepius indefinite ponitur pro ἕτερός τις, quin et pro ἄλλος, *alius* sive maior, sive minor, ut c. 5. et H. 2, 90. (ubi v. nota 1.) *Obruisset* Coniunctivus Plusquamp. pro Coniunctivo Futuri exacti, quo possibilitas exprimitur, pro *obruere potuisset*, ut *obtinuissent* Ann. 1, 19. *absterruisset* Ann. 12, 45. *detulisset* Curt. 6, 7, 33. *creasset* Liv. 6, 6. ubi Duk. et Drak. id inale exponunt *creaturus fuisset.*" *Walch. quum* abest a Vat. 3129. *obruisset*, obscurasset, magnitudine ac multitudine rerum egregie gestarum: obruta enim obscurantur. Cf. Or. c. 38. Ern. clav. Cic. Schütz. Lex. Cic. Burm. ad Petron. c. 5. et ad Ovid. Amor. 3, 1, 40. quosque Dronk. laudavit, Gebhard. ad Corn. Nep. Paus. 1, 1. et intpp. Val. Fl. 1, 319. *obruisset* pro *superasset*, Ephem. schol. Darmst. a. 1825. (paedag. philog. p. 346.) coll. Mencken. obss. p. 677. *obruisse* Put. 1. *Moles* dicitur quaelibet res gravis et ingens, vel magnitudo, difficultas et multitudo rerum, laborum, curarum, periculorum.

1. Sex. *Iulius Frontinus*, (v. ad H. 4, 39, 1.) *vir magnus*, in *quantum* esse *licebat*, scilicet, ut plurimi putant, *iis temporibus, quibus periculosa erat magnae virtutis opinio*, (cf. cap. 5 extr.) ut quidam, *in Britannia et per tantam rerum molem*, ut alii, *per corporis animique dotes successoris Cerialis, magni viri, et post res ab eo egregie gestas.* „Prima explicatio est unice vera. *Licere id dicimus, quod legibus, quod more maiorum institutisque conceditur* Cic. Phil. 3, 6. *Illicitum*, (ut c. 42.) *quod per leges, SCta, edicta, constitutionesque Principum non licet, quod vetitum et prohibitum est* l. 1. Dig. de iust. et iur. Sic *licere* Ann. 3, 58. 6, 12. 12, 23. 13, 49. H. 1, 1. 3, 54. G. 12. Aliis locis sensus mutatur verbis, quae adiuncta sunt, Ann. 3, 15. 15, 37. (*licita et illicita per morem humanum*) 16, 16. H. 1, 58. 2, 29. 94. 3, 72. Quis vero nescit, quantum licuerit Imperatoribus, (v. Ann. 3, 15. pr.) eorumque potestatem supra leges fuisse?" *Walch.* Cf. ad c. 4. n. 8. et cap. 42. n. 11. — *validamque et pugnacem Silurum gentem*, v. ad Ann. 12, 32. *validasque* Put. 1. *validansque* Put. 3. — *super*, praeter, *virtutem hostium locorum quoque difficultates eluctatus*, v. ad H. 3, 59, 2. *Loca* illa montibus aspera; *Brot. locorum quoque* edd. rec. ex emend. Rhen. *locorumque* edd. vet. quod idem esse contendunt restitueruntque Dr. Beck. et alii. V. ad Ann. 2, 37, 1.

CAPUT XVIII.

Hunc Britanniae statum, has bellorum vices media iam aestate transgressus Agricola invenit, quum et milites, velut omissa expeditione, ad securitatem, et hostes ad occasionem verterentur. Ordovicum civitas, haud multo ante adventum eius, alam, in finibus suis agentem, prope universam obtriverat: eoque initio erecta provincia, ut quibus bellum volentibus erat, probare exemplum, aut recentis legati animum opperiri. Tum Agricola — quanquam transvecta aestas, sparsi per provinciam numeri, praesumpta apud militem illius anni quies (tarda et contraria bellum inchoaturo), et plerisque custodiri suspecta potius videbatur, — ire obviam discrimini statuit: contractisque

legionum vexillis et modica auxiliorum manu, quia in aequum degredi Ordovices non audebant, ipse ante agmen, quo ceteris par animus simili periculo esset, erexit aciem; caesaque prope universa gente, non ignarus, instandum famae ac, prout prima cessissent, fore universa, Monam insulam, cuius possessione revocatum Paulinum rebellione totius Britanniae supra memoravi, redigere in potestatem animo intendit. Sed, ut in dubii consiliis, naves deerant. Ratio et constantia ducis transvexit Depositis omnibus sarcinis, lectissimos auxiliarium, quibus not vada et patrius nandi usus, quo simul seque et arma et equo regunt, ita repente immisit, ut obstupefacti hostes, qui classem qui naves, qui mare exspectabant, nihil arduum aut invictun crediderint sic ad bellum venientibus. Ita petita pace ac de dita insula, clarus ac magnus haberi Agricola; quippe cui in gredienti provinciam, quod tempus alii per ostentationem au officiorum ambitum transigunt, labor et periculum placuisse Nec Agricola prosperitate rerum in vanitatem usus expeditio nem aut victoriam vocabat, victos continuisse: ne laureatis qu dem gesta prosecutus est. Sed ipsa dissimulatione famae fama auxit, aestimantibus, quanta futuri spe tam magna tacuisset.

1. *media iam aestate* a. U. c. 833. p. Ch. n. 80. *Brot.* Immo a. U 831; *Walch.* — *omissa expeditione* in Britanniam eiusque expugnation — *quum milites ad securitatem et hostes ad occasionem verterentur* pr quum milites ad sec. se converterent, hostes occasioni intenti essen *Walch.* Cf. ad Ann. 2, 20, 2. G. 30. n. 7. et Ind. III. v. *Verba acti passive* cet. *Ad occasionem verti* est *τρέπεσθαι πρὸς καιρόν*, videre et e spectare, quando occasio rei gerendae (ut c. 14 extr.) detur; *Hert.* *ui rentur* Vat. 3429. quod placuisse mireris Dronk. et Peerlk.

2. *Ordovicum civitas*, v. ad cap. 17. n. 2. et Ann. 12, 33. — *ala in finibus suis* et castris stativis *agentem*, v. ad Ann. 1, 68, 1. *A* quantum in una legione equitum erat. „In vet. inscr. Britannica, i perta in Richmondshire, memoratur Valerius Fronto *Praef. Eq. A Vetto.* v. Cambden's Britannia by Gybson p. 762." *Brot.* — *obtriverat*, ad Ann. 15, 11, 1. et H. 4, 76, 1. — *eoque initio erecta provincia opperiri:* „Pro vulg. *Provinciaeque gentes, illo initio erectae*, (v. ad A 3 7.) *quippe quibus bellum volentibus erat*, (v. ad Ann. 1, 59, 1.) (aliae) *probabant exemplum, aut* (aliae) *recentis legati animum opperieb tur.* In Vat. 3429. *et, quibus*, quod multi recepere, offensi plur. q *bus;* sed *provincia* est nomen collect. *Ut qui* plerumque et a Livio se per iungitur Subiunctivo, ut a Tac. H. 2, 12. sed Indicativo G. 17 Cic. off. 1, 7. et Horat. v. Bentl. ad Hor. Sat. 1, 4, 110. *ac rece* Vat. 3429. et edd. vet. *aut recentis* edd. Rhen. 2. 3. et rec. tantum i omnes. Absonum est *ac* et simplex *aut* pro duplici. v. Emend. Liv 189." *Walch.* Cf. Ind. II. *ut quibusque* malebat Lips. Vid. ad Ann. 1, 1. et H. 3, 31, 1.

3. *quanquam transvecta aestas*, v. ad H. 2, 76, 7, *transvecta* c. Vat. 3 et edd. vet. *transacta* ed. Rhen. 2. 3. et rec. tantum non omnes. — *sp per provinciam numeri*, v. ad Ann. 2, 80, 1. *innumeri* coni. Urs. — *choaturo:* in Vat. 3429. *incohaturo.* — *et plerisque custodiri suspecta tius*, melius, rectius, *videbatur*, plerique legati, tribuni, censebant lius fore, si suspectae hostibusque obnoxiae provinciae partes praesi imponendis *custodirentur*, firmarentur, caveretur que, ne quid mo

possent, quam si ulterius progrederetur exercitus; Pich. Brot. Ern. „Pro vulg. *suspecti* Silures, (cf. seq. et cap. 17.) *potius custodiendi videbantur*, ut H. 3, 56. *aggredi* pro *aggrediendos esse*, et *videri* saepius cum Accus. et Inf." *Walch.* Sed Inf. *custodiri* ex *potius* et Inf. *aggredi* ex *in aperto foret* pendere videtur. — *contractisque vexillis legionum* Britannicarum II. IX. et XX. (v. H. 3, 22.) quas *vexillationes* in monumm. Brit. saepe memorari docent Cambden, Gordon aliique; *Brot.* *Vexilla legionum* et *vexillarii* saepius memorantur a Tacito: sed non eadem de iis est virorum doctorum sententia. Praecipuae sunt hae: *prima* Lipsii ad Ann. 1, 17. de mil. Rom. 1, 8. 5, 19. et Ferrarii Elect. 1, 3. eos fuisse veteranos et exauctoratos, de quibus eorumque origine v. nota 1. *Altera* Pichenae ad Ann. 1, 38. eos fuisse partem militum legionariorum, qui, e legione sua ob necessitatem aliquam aut usum delecti, ab ea ad tempus discederent et sub propriis *vexillis* mitterentur aliquo, ut ibi militarent, Gall. *détachements*. *Tertia* Lipsii ad Tac. H. 2, 100. Gronovii ad Tac. Agr. 18. Schelii ad Hygin. p. 35. Hertelii ad Tac. Agr. in Exc. p. 83 — 99. Forcellini Lex. T. IV. p. 499. Brotierii et le Beau, vexillarios utroque illo sensu dici et quibusdam locis intelligendos esse veteranos et exauctoratos, aliis legionarios tales et quidem cuiuscunque generis, etiam tirones. *Quarta* Salmasii ad Vopisc. Prob. 5. Firm. 4. et de mil. Rom. c. 19. in Graevii Thes. Ant. Rom. T. X. p. 1428 sq. eos fuisse vel triarios, vel levis armaturae milites cuique legioni attributos. *Quinta* Ernestii in singulari Exc. ad Tacitum, eos fuisse peculiare genus militiae sive peculiarem militiae gradum, et quidem legionarios et tirones, eosdem qui olim hastati, quique certo numero cuique legioni essent attributi, sed non sub iisdem cum legione sua signis militarent, verum sub propriis vexillis, ut, si vexillum sive vexillarii alicuius legionis desiderarentur, statim, quibus eandem esset, constaret: quod ex Ann. 4, 73. H. 2, 11. 18. 23. 24. 66. 83. 3, 6. 48. patere perperam putabat. *Sexta* Lamalli, (Dureau de Lamalle) quae Wolfio ad Ann. 1, 38 pr. per se haud improbabilis videbatur, eos fuisse milites primae centuriae, apud quam vexillum cohortis servatum, milites belli prudentia et robore similes Gall. *grenadiers* et *chasseurs*, ex ea centuria ad graviores casus interdum delectos et ad expeditiones missos. *Septima* Sperlingii, (in epist. ad Cuperum inserta Poleni Suppl. Thes. Ant. T. V. p. 98. 107.) eos fuisse auxiliares. Primam sententiam unice veram et *vexillum legionis* longe aliud esse quam *vexillum tironum* etc., *vexillarios* autem κατ' ἐξοχὴν dici *veteranos apud vexillum* et *sub vexillis retentos*, docet Walch. ad Agr. 18. p. 240 — 258. ubi subtiliter et copiose de vexillariis disseruit et fere haec, quibus nonnulla uncinis [] inclusa subiungam" 1. Appellantur illi *Vexillarii* H. 2, 18. 66. 83. [Vell. 2, 110.] *Vexillarii legionum* Ann. 1, 38. 14, 34. H. 2, 100. *Vexillarii e legionibus* H. 3, 48. *Vexillarii e cohortibus* H. 3, 6. *Vexillum legionis* et *Vexilla legionum* Ann. 4, 73. H. 2, 24. 3, 22. Agr. 18. *Vexillum veteranorum, non amplius quingenti numero* Ann. 3, 21. *Veterani nuper missi sub vexillo* Ann. 1, 39. *Veterani* quatuor legionum *in Raetiam missi, ut avellerentur castris* Ann. 1, 44. [Dicuntur etiam *Vexillatio legionis* et *Vexillationes legionum* in inscr. ap. Grut. 256, 8. 18. 407, 1. 441, 4. et Schoepfl. Alsat. ill. T. I. p. 441.] 2. Vexillarii s. Veterani exauctorati cuivis legioni erant attributi et vel ex eadem legione, vel ex pluribus delecti. 3. *Vexillum Veteranorum non amplius quingenti numero* Ann. 3, 21. ut ap. Hygin. de castramet. A. 2. *Vexillarii legionarii eandem pedaturam accipere debent, quam cohors legionaria, quia ad sexcentenos homines computantur causa impedimentorum*, h. e. annumeratis impedimentis. 4. Vexillarii saepe legioni suae attributi aut ab ea separati, saepius tamen Vexillarii plurium legionum iuncti et sine iis vel seorsum pugnabant: erant enim milites veterani, bello experti et in unum pu-

gnae laborem reservati, qui, ut Triarii, minus exercitatis et potissimum auxiliis adiungebantur. Cf. Tac. II. II. 5. Non obstant loca Taciti mal intellecta. Ann. 1, 38. *At in Chaucis coeptavere seditionem praesidium ib agitantes vexillarii discordium legionum;* nam vexillarii in praesidiis collo cari solebant, ut limites imperii tuerentur, et hi missionem postulaverant eoque magis quod novi Vexillarii (etsi id non diserte traditur) e legioni bus essent delecti. Quo facto *rapiunt vexillum et ad ripam,* ad hibern legionum, *vertunt,* ut ibi missionem exigant. [Immo Mennius *vexillum* a seditiosis vexillariis *raptum ad ripam,* ut *agmine decederent, vertit* e ita *reduxit in hiberna turbidos, clamitans, si quis agmine decessisset, pr desertore fore.*] H. 2, 18. *Certum erat Spurinnae, non tres praetorias c hortes et mille Vexillarios cum paucis equitibus veterano exercitui* Caecina XXX milium (v. H. 1, 61.) *obiicere:* quibus verbis Vexillarii (veterani) qu dem veterano exercitui opponuntur, sed respectu multitudinis, non indol militum. H. 2, 66. *Praecipua Quartadecimanorum ferocia, qui se vict abnuebant: quippe Bedriacensi acie, Vexillariis tantum pulsis, vires legion non affuisse.* Quartadecimani in acie Bedriacensi *plurium accursu circun venti,* (H. 2, 43.) non vero universa legio, sed *duo millia praemiss* (H. 2, 11.) primum eius agmen, cuius quarta fere pars vexillarii. S perbe autem et amare hos tantum victos dicunt, et quidem veterano ut Germ. *Altkrieger, alte Knaben, alte K — l.* H. 2, 83. *tredecim vex lariorum millia:* nam Mucianus *egerat delectus et revocaverat veteran* exauctoratos plurium legionum, H. 2, 82 pr. Ann. 1, 39. *Veterani n per missi sub vexillo,* h. e. missi ea conditione, ut sub vexillo retinere tur, exauctorati. [Nonne haec verba vulgari potius sensu accipiend quo passim manus militum et supplementa ad exercitus *sub vexillo* s. xillis mitti* dicuntur? de quo mox plura. *Veterani nuper* eo, ad ara Ubiorum, *missi sub vexillo,* ut ibi *praesidium agitarent* 1, 38. et *arce rentur castris* 1, 44. Exauctorati erant, nondum missi; *et mitti sub xillo* nusquam illo sensu dicitur.] 6. Viri docti minus haesissent fluct assentve, si attendissent vim vocis *vexillum* nec diversa miscuissent. *xillum* olim centum octoginta sex homines erant, [ita Liv. 8, 8. ubi tria vexilla et tres partes unius ordinis Triariorum designari putant] deinde quaelibet militum manus a legione sua seiuncta, quae ad un idemque vexillum pertineret et hoc sequeretur; unde *sub vexillo* s. *ve lis* supplementa ad exercitus missa et veteranos in colonias deductos gimus. Sic saepe apud Livium, nec non apud Tacitum, et quidem legionariis Ann. 2, 78. *vexillum tironum in Syriam euntium,* Ann. 26. *vexilla delectorum ex Illyrico et Aegypto,* ut H. 4, 35. *mille delect e V et XIV legionibus,* [sic et *lecti, electi, delecti e cohortibus legionibu* H. 1, 31. 61. 2, 14. 3, 50.] H. 2, 89. *quatuor legionum aquilae frontem totidemque circa e legionibus aliis vexilla,* H. 3, 22. *permixta xilla,* de imbelli populo H. 3, 82. *fulgentia per colles vexilla,* in pri de externis militibus sociorum auxiliorumque H. 1, 31. 53. 70. Agr. *vexilla Germanica, inferioris Germaniae, Gallorum* cet. de quavis milit manu H. 2, 85. *laceratis vexillis, quae nomen Vitellii praeferebant,* H 36. 2, 43. 4, 15. 34. *signa vexillaque.* [Add. Ann. 1, 20. *vexilla con lere,* H. 2, 11. *vexilla equitum,* H. 3, 21. *vexillum praetorianum,* H 18. *correptis signis vexillisque.* Sic et a Livio saepe *signa* et *vexilla* demque sensu iungi docet Duk. ad Liv. 10, 19. Proprie tamen *si* singulis manipulis, *vexilla* equitibus potissimum et auxiliaribus tribu tur; et *aquila,* inde a secundo Marii consulatu, teste Plinio, totius gionis *signum* fuit, quum antea luporum, aprorum aliorumque ani lium figurae essent praelatae. *Signa,* ex manipulo foeni confecta conto praeferebantur singulis militum ordinibus, qui *manipuli* inde cti. *Vexilla* erant vela minora, lintea, e contis suspensa et plerum

flammei seu purpurei coloris. v. Lips. de mil. Rom. 4, 5. et intpp. Veget. 2, 1. Signum autem a signifero, vexillum a *Vexillario* gestari, praeferri et inferri, sc. in hostes et pugnam, solebat. Inde dictiones *sub signis* et *vexillis* (post illa, ut *Subsignani* et *Antesignani*) *locari*, *haberi*, *teneri*, *subsidere*, *mitti* ap. Caes. b. G. 6, 36. Liv. 8, 8. et al.] Singulari tamen sensu exauctorati et vexillarii *dicuntur apud vexillum retineri* et *sub vexillis teneri*, *haberi*, *mitti* Ann. 1, 17. 26. 36. 39. Ita et vexillum, *in domo Germanici situm*, quod flagitatum a seditiosis militibus iisque traditum legimus Ann. 1, 39., videtur esse vexillum pugnatorium, (*Schlachtfahne*) symbolum exauctorationis praelatum veteranis in pugnam ituris et in praetorio asservatum; ipsisque veteranis et exauctoratis, tanquam militibus, in unum pugnae laborem reservatis, inditum inde nomen *Vexillariorum* (*Fahnträger*) suspicari possis." Haec Walchius, cui in universum quidem, non vero in singulis suffragatur *Boetticher* in Lex. Tac. p. 489 sq. ubi haec scite disputavit: „Primum nobis videndum est de *vexilli* significatione. *Vexillum* derivatur a *vehi* (v. Cic. or. 45.) et contractum est in *velum*, ut *axilla* in *ala*, *maxilla* in *mala*. Significat autem 1) idem fere quod *signum* et, ut hoc, nonnunquam vel signum legionis, aquilam, vel signa et vexilla manipulorum (manipulum foeni) et cohortium, ut Ann. 1, 18. 34. 37. 39. 69. 2, 17. 41. H. 2, 18. 29. sed plerumque et proprie signum linteum (parvum quasi velum) equitum et auxiliarium copiarum, (v. Liv. 8, 39. 39, 20.) dein eorum, qui e maiore militum copia electi vel ob aliquam causam singulares in ordines compositi aliquo mittebantur et vexillum habebant, tam tirones quam veterani, vel cohortes vel manipuli vel turmae. H. 1, 36. 2, 18. 43. 89. 3, 63. 4. 15. 34. [Quae loca potius modo laudatis iungenda.] 2) signum futurae pugnae Ann. 1, 39. ubi v. nota 2. Eodem fere pertinet consuetudo, *vexillo in arce posito* convocandae in concionem plebis. v. Liv. 39, 15. Huic interpretationi Lipsianae adstipulatur Walchius ad Agr. p. 256 sq. Sed quae de consilio dicit, quod milites secuti sint vexillum postulantes, haud satis firmis nituntur argumentis, et multo etiam minus probari potest coniectura eius, *vexillarios* nomen accepisse ab hoc vexillo, pugnae signo, quod veterani illud secuti fuerint. 3) ipsos milites illos, qui sub vexillo erant, (ut *signum* ap. auct. b. Hisp. 18.) non solum veteranos, sed etiam tirones, auxiliarios, equites et eos omnino, qui seiuncti a ceteris, sed in singularem ordinem compositi aliquo una sub vexillo mittebantur. v. Ann. 2, 78. 3, 21. 4, 73. 15, 26. H. 1, 31. 53. ... 2, 11. 24. 3, 22. Liv. 8, 8. inpr. Caes. b. G. 6, 36. 40. *Vexillarii* igitur dicuntur non modo signiferi, ut H. 1, 41. 3, 17. Liv. 8, 8. sed etiam et quidem plurimis Taciti locis, ut et Vell. 2, 110. 111. et Suet. Galb. 20., *milites qui sub vexillo sunt*. Non vero omnes isti, legionarii, veterani, tirones, auxiliares, equites promiscue appellantur *vexillarii*; atque etiam necesse est: nam in his quidem rebus solus valet usus, cuius arbitrio *singulare militum genus* hac voce exprimitur. Hic usus intelligitur tum ex locis supra laudatis, quibus *vexilla legionum*, tum ex ... quibus *vexillarii* memorantur, Ann. 1, 17. 26. 38. 39. (*veterani nuper ... sub vexillo*, qui c. 38. commemorantur earundem fortasse legionum, sed diutius iam exauctorati) 14, 34. H. 2, 18. (*mille vexillarios*, ... quamvis, qui et ipsi veterani essent, *veterano exercitui*, tam mul... *subiicere*) 2, 66. (*vexillariis tantum pulsis non affuisse vires legionis*, ... totam copiam; non enim ideo negatur, vexillarios robur fuisse exercitus) 2, 83. (*vexillariorum XIII millia*, sc. plurium legionum) 3, 48. ... si comparaveris locos, invenies *vexillarios* fuisse *veteranos*, qui ab Augusti, ut videtur, temporibus vicesimo militiae anno exauctorati usque ad iustam missionem ceteris omnibus exsoluti muneribus *sub vexillo* habebantur, ut et gravioribus pugnis interessent, et inter auxiliares co-

pias robur quasi exercitus efficientes fines imperii tutarentur provinciasque recens subiectas ideoque minus fidas in obsequio retinerent. Ex iisdem locis patet, vexillarios singulis legionibus fuisse adiunctos, et ex Ann. 3, 21. eos quingentorum militum numerum explevisse. Cf. verba Walchii ad Agr. p. 250 sq. quae supra laudavimus. Sed ubi opus erat seiuncti etiam a legionibus suis atque nonnunquam e pluribus legionibus in unum quasi corpus contracti in varios belli usus adhibiti esse videntur. In legionibus ubi agebant, singulis earum cohortibus immixtos eo fuisse coniici licet ex H. 3, 6. 21. coll. 2, 11. 96. ex quibus locis etiam colligi potest, praetoriis quoque cohortibus vexillarios fuisse adiuncto eosque *veteranos* appellari, ut Ann. 1, 26. 39. Eosdem vexillarios rect fortasse habueris *subsignanos milites* H. 1, 70. 4, 33. Livius dicit 8, 8 triarios sub signis esse: *hastati et principes antesignani vocantur, qui sub signis iam alii XV ordines locabantur. — Primum vexillum* (idem igi tur significat *signum* et *vexillum*) *triarios, ducebat veteranum milite spectatae virtutis, secundum rorarios, tertium accensos. — Triar sub vexillis considebant.* Simillimam inde triariorum veterum et ve xillariorum s. subsignanorum huius aetatis rationem perspicimus: se cave triariorum ideo putes vexillarios speciem reddere. v. ad H. 4, 3 *Subsignanus* praeter Tacitum apud unum Ammianum Marc. inven tur Forcellino teste, sed nihil inde lucis affunditur Taciti locis. — *E ctos* s. *delectos*, qui haud raro a Tacito commemorantur, noli cum vexi lariis confundere. Praepostera sane ac temeraria Hertelii in exc. ad Ta Agr. argumentatio: „ex electis novae cohortes fiebant: iis vexillum d tum; (hactenus recte habet) ipsi dicti vexillarii." Alios prorsus fuis vexillarios, alios electos, (sc. ex iis qui nondum exauctorati erant, si legionarii erant, sive auxiliares) optime perspicitur ex H. 2, 100., fo tissimos vero designari, ex Ann. 4, 73. 15, 26. H. 1, 31. 61. 3, 50. 35. 77. G. 13." His sententiis de nomine et origine vexillariorum su iungenda illa *Waltheri* ad Ann. 1, 38. Boetticherianae similis et l verbis proposita: „Vetus fuit Romanorum institutum, ut praeter X manipulos legionis in subsidio eius adessent tria vexilla. Primum duc bat triarios, veteranum militem spectatae virtutis; secundum rorari minus roboris aetate factisque; tertium accensos, minimae fiduciae n num. v. Liv. 8, 8. Iam triariorum, rorariorum et accensorum aeque ac pr cipum et hastatorum vocabula postea aboleverunt; vexilla tamen sua gionibus mansere, sub quibus praeter XXX manipulos eorumque si haberetur subsidiaria quaedam legionum manus. Hi sunt *vexillarii vexilla legionum*, quibus adscribi solebant veterani exauctorati. Ita olim apud vexilla fuerat veteranus miles spectatae virtutis, testante vio l. l. An Augusti et seq. tempore praeter veteranos exauctoratos etiam milites ad vexilla pertinuerint, nemo tradidit." Haec coniect est probabilis, ut et illa Walchii et Boetticheri de usu vexillariorum numero.

4. *in aequum* locum, campum, (v. ad Ann. 2, 80, 2.) *degredi* Pich. et rec. tantum non omnes ex emend. Acid. *digredi* c. Vat. 3 omnesque edd. ante Pich. v. ad Ann. 4, 74. — *ipse ante agmen, qu teris — esset*, cf. c. 35. Liv. 2, 20. Caes. b. G. 1, 25; *Peerlk.*" Ut Sall. Cat. 59. *Dein remotis omnium equis, quo militibus aequato peri animus amplior esset, ipse pedes exercitum pro loco et copiis instr Walch. — erexit aciem*, in arduum, versus montem duxit, (in quo O vices) ut ap. Liv. 1, 27. 3, 18. (9, 31. 10, 26.) et Tac. saepius; G Cf. Ind. II. et inf. ad c. 36. n. 3. — *instandum famae*; v. ad Ann. 2, 2. — *prout prima cessissent, fore universa*, v. ad Ann. 1, 28, 2. *sissent* pro *processissent*, ut χωρεῖν pro προχωρεῖν. Sic *prout cuique rant* Cels. 3, 1. Εὐπετέως δὲ ὑμῖν ταῦτα χωρέειν οἷά τέ ἐστι Herod. 5

ut 7, 10. Οὔκων ἀμφοτέρῃ σφι ἐχώρησε. *prout pr. c., terrorem caeteris fore universa* Vat. 3429. Glossa ex H. 2, 20. deprompta." *Walch.* *terrorem cdteris fore* dedere Beck. et Hert. eiecta voce *universa.* De eius repetitione v. ad Ann. 1, 10, 3.

5. *Monam insulam*, v. ad Ann. 14, 29. — *cuius possessione* (v. ad Ann. 2, 5, 2) *revocatum P.* — *supra memoravi*, cap. 14. 15. 16. Ante *cuius* Bip. aliique tacite inseruerunt praep. *a*, cuius omissio etiam dura videtur Ramshorn. Gram. p. 688. y. „At sic G. 14. *exigunt principis sui liberalitate bellatorem equum*, Virg. G. 4, 88. *ductores acie revocaveris.*" *Walch.* Cf. ad c. 13. n. 6. — *ut in dubiis consiliis* „fieri solet. *ut in subitis cons.* corr. Gron. quia certum potius fuerit hoc consilium post proelium secundum. Sed iam ante hoc proelium mente agitari et post illud maturescere potuit. *Dubia consilia* sunt, quorum eventus est dubius, incertus, et *dubiis* passivo sensu dictum, ut Suet. Aug. 17. *M. Antonii societatem semper dubiam et incertam.*" *Walch.* Cf. ad G. 6. n. 15. Praetermitto aliorum explicationes, distinctiones, supplementa et transpositiones. — *ratio et constantia ducis*, eius prudentia et animi firmitas, *transvexit* copias. Cf. seq. Cur non *transvexerunt?* v. ad Ann. 12, 45.

6. *lectissimos auxiliarium, quibus — usus:* „Germanos ac praesertim Batavos. De illis v. H. 5, 14. et praeter alios Mela 3, 3. de his Ann. 2, 3. et Dio 69, 9." *Vird.* Cf. ad H. 4, 12, 7. „Sed intell. potius Britanni. Unde enim Germanis ac Batavis *nota vada* inter Brit. et Monam insulam? Sed et res ipsa non nova: nam eodem fere modo iam ante XVIII annos Suetonius Paulinus equites suos transmiserat. v. Ann. 14, 29." *Beck.* Conf. de Britannis auxiliaribus cap. 29. et 32. sed et de Batavis H. 4, 12 extr. — *quo simul seque et arma et equos regunt*, v. ad G. 1. n. 1. „Ex his verbis explicanda illa Ann. 14, 29. *Equites vado secuti aut altiores inter undas adnantes equis transmisere*, et H. 4, 12 extr. *Walch.* — *ita repente*, ut ap. Caes. b. G. 1, 52. Liv. 27, 8. 41, 26; *Walch.* Emend. Liv. p. 252. — *immisit*, v. ad Ann. 6, 45. — *obstupefacti hostes*, ut c. 25. et Liv. 2, 10. (*ipso miraculo audaciae obstupefecit hostes*) quem locum in animo habuisse credo; *Ern.* Marcius ap. Liv. 25, 38. *Audeamus, quod credi non potest ausuros nos: eo ipso, quod difficillimum videtur, facillimum erit; Vird.* — *qui classem, qui naves, qui mare exspectabant*, h. e. violentiam maris, mare turbidum, litus breve et intutum navigantibus; *Boett.* in Lex. Tac. p. LXXV. ubi ad construct. praegnantem hoc refertur. „Ludit Tacitus, ut solet, uno verbo duabus significationibus respondente nominibus diversis. *Qui classem, qui naves exspectabant* est, qui putabant, nunquam fore, ut Romani possent eos aggredi sine classe aut qualibuscunque navibus. *Qui mare exspectabant*, qui sibi persuaserant, ipsum mare pro muro ipsis fore atque accessu prohibiturum Romanos." *Gron.* Cf. ad c. 30. n. 2. ad Ann. 2, 20, 2. Sensus bene expressus; sed *mare* h. l. est obstantia maris, et *exspectare* tam de secunda, quam de adversa fortuna dicitur: quare non de zeugmate cogitandum; *Walch.* *navis* Vat. 3429. *qui mare respectabant* tacite reposuerunt Bip. Eng. Schlüt. *qui camaras* s. *cameras exsp.* coni. Claud. Boucault. — *aut invictum*, invincibile, quod vinci non posset, ut ἀνίκητον. v. Ind. III. v. *Participia Praet. pass. pro Adiectivis in ilis desinentibus.*

7. *clarus ac magnus haberi Agricola*, cf. Thucyd. 1, 13. et Cort. ad Sall. Cat. 1, 4. 53, 1. — *quod tempus alii* Legati *per ostentationem aut officiorum ambitum transigunt*, cf. ad Ann. 4, 2. „Legatis provinciam ingredientibus publice privatimque occurrebatur, commendabantur civitates, xenia missitabantur. v. Digest. lib. 1. tit. 16. de off. Proc. et Leg. leg. 4. 6. et 7." *Brot.* Pompas hic cogitemus, urbium ingressus, obstantium multitudine celebres, sacrificia, epulas, salutationes aliaque id

genus officia, quibus coli a provincialibus splendidum ducebant; *Eng.* Cf. ad Ann. 2, 42, 1. et 3, 33. H. 1, 88, 5. 2, 92, 3.

8. *prosperitate rerum in vanitatem*, ostentationem, *usus*, v. ad c. 5. n. 2. — *victos* a Suetonio Paulino *continuisse*, v. ad H. 1, 49, 8. *ne laureatis quidem* literis *gesta prosecutus est*, ornavit, ut *triumpho prosequi* et similia; *Ern.* Cf. ad H. 3, 77, 5. Post *est* bene punctum a Pich. factum; *Ern.*

9. *Sed ipsa dissimulatione famae famam auxit*, ut ap. Sall. de Catone *quo minus gloriam petebat, eo magis assequebatur; Vird. Ita moderate de se multa pollicitus est, ut appareret, plura eum experimentis reservare*, Iustin. 11, 1., *Peerlk.* — *aestimantibus* ablat. absol. ut ap. Graecos Genit. absol. omisso pronom. demonstr. vel πραγμάτων vel ἀνθρώπων. v. Matthiae Gram. Gr. §. 563. Duk. ad Thuc. 8, 6. et a Walch. laud. Wopk. in Act. Trai. 2. p. 118.

CAPUT XIX.

Ceterum animorum provinciae prudens simulque doctus per aliena experimenta, parum profici armis, si iniuriae sequerentur, causas bellorum statuit excidere. A se suisque orsus primam domum suam coercuit; quod plerisque haud minus arduum est, quam provinciam regere. Nihil per libertos servosque publicae rei: non studiis privatis nec ex commendatione aut precibus centurionum milites ascire, sed optimum quemque fidelissimum putare. Omnia scire, non omnia exsequi: parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare: nec poena semper, sed saepius poenitentia contentus esse. Officiis et administrationibus potius non peccaturos praeponere, quam damnare, quum peccassent. Frumenti et tributorum auctionem aequalitate munerum mollire, circumcisis, quae in quaestum reperta ipso tributo gravius tolerabantur: namque per ludibrium assidere clausis horreis et emere ultro frumenta ac vendere pretio cogebantur. Devortia itinerum et longinquitas regionum indicebatur, ut civitates a proximis hibernis in remota et avia deferrent, donec, quod omnibus in promptu erat, paucis lucrosum fieret.

1. *animorum provinciae prudens*, noscens animos provincialium; Rhen. — *doctus per aliena experimenta*, ut Ann. 12, 14. O. 34.; *Dr. exempla* Vat. 3429. (quod recepere Beck. et Hert.) et in marg. *experimenta.* — *causas bellorum*, praecipue legatorum procuratorumque *iniurias*, severitatem et avaritiam. Cf. cap. 13 pr. — *excidere* edd. vet. et rec. *excindere* Ald. *exscindere* Lips. et cet. ante Ern. Sive *excidere* pro recidere legas, sive *exscindere*, parum refert; Rhen. in castig. Quia tropus ductus est a radicibus, hae autem, ut et arbores, *excidi* potius dicuntur, quam *exscindi*, veterem lectionem praetuli, quae et praeferenda erat, si in hac quoque forma promiscue utrumque verbum diceretur; *Ern.* Cf. ad Ann. 2, 25, 2. H. 5, 16, 3. et, quos Dronke laudavit, Fr. Ott. Menckenii obss. L. L. v. *exscindo* et Gernh. ad Cic. de sen. 6, 18. — *orsus*, post hanc vocem libri vett. male interpungunt; *Ern.* — *primam* edd. vett. *primum* ed. Francof. 1542. J. Fr. Gron. et Ryck. Illud, ut elegantius, reduxi; *Ern.* v. ad Ann. 3, 29. — *domum suam*, „latiori sensu, quam c. 46. Germ. *seine Umgebungen*, cohortem s. comitatum et ministros domesticos. Cf. Cic. ep. ad Qu. fr. 1, 3. et 4." *Walch.* v. de cohorte prae-

toria ad Ann. 1, 29, 1. 6, 9. et cf. Iuvenal. 8, 127 seq. Referendi etiam huc *liberti servique*, qui tunc temporis praepotentes esse solebant; unde *quod plerisque* (v. ad Ann. 3, 28.) *haud minus arduum est, quam provinciam regere.* — *coercuit* ex tacita emend. Rhen. *coerüt* Put. 1. 2. *coerant* Put. 3. et Riv. *coerceät* Rhen. 1. *coerceant* Ber.

2. *Nihil per libertos servosque publicae rei* sc. *agebat* vel *agere*, quod alii faciebant legati s. proconsules ipsique Imperatores. Idem Cicero ep. ad Quint. 1, 6. fratri suaserat; *Walch.* Ad *nihil* intelligi volunt *agebat* s. *agere*, quod potius excidisse putes post *regere:* illius certe ellipseos exempla requiro; *Ern.* Et ego requiro, neque unquam hoc genus, quod est contra animi leges et omnino ἄλογον, (!) mihi probabitur: sed nihil mutare volui sine libris; *Dronke.* Hinc varia coniecere viri docti. *Agere* ante *nihil*, loco minime apto, inseruere Bip. Eng. Oberl. Seeb. Bekk. Lün. Beck. *quam provinciam. Agere nihil* cet. corr. V. D. in Ephem. schol. Darmst. a. 1825. (paedag. philol. p. 347.) *quam provinciam. Regere nihil* Schede. *publice gerere* Groslot. *publice agere* Peerlk. coll. Sall. Cat. 11. ubi v. Cort. „Sed nil mutandum et saepissime intell. *agere* s. *facere.* v. ad Ann. 1, 43, 1. 4, 38. H. 1, 84, 1. G. 19. n. 12. Cic. Phil. 1, 2. *Atque haec omnia communiter cum collega.* — *Nihil per senatum, multa et magna per populum.* Cic. Phil. 9, 1. *Ut igitur alia, sic hoc, C. Pansa, praeclare, quod hos cohortatus es.* Plin. ep. 10, 2. *Sed Dii melius, qui omnia bonitati tuae reservarunt.* Sic et *melius* ap. Quintil. I. O. 10, 2, 24. et 10, 3, 25." *Walch.* Cf. ad H. 1, 10, 3. Agr. 27. n. 3. Similiter Livius, ut alios praetermittam, dixit *nihil aliud* 2, 8. 3, 19. *nihil minus, quam vereri* 26, 20. *quid aliud, quam admonemus* et *quam tollit* 4, 3. 6, 41. 22, 60. 40, 15. (unde 4, 26. 7, 17. 26, 2. 34, 2. 41, 23. adiectum verbum *agere* delendum censebat Gron.) *si aliud nihil* 2, 43. *nihil aliud quam* 2, 29. 32. 49. 63. 4, 26. al. *nec quicquam aliud quam* 31, 24. *nihil praeterquam* 3, 26. Cf. ad Ann. 4, 34. Ramshorn. Gr. p. 681. 685. Ruddim. inst. Gr. II. p. 227. Heindorf. ad Cic. N. D. 3, 2. Bremi ad Suet. Caes. 26. et Perizon. ad Sanctii Min. 4, 5. — *libertos,* non *libertinos*, quia sermo est de libertis Agricolae; *Ern.* Cf. ad H. 1, 46, 8. *liberos* Vat. 3429. — *non studiis privatis, nec ex commendatione aut precibus centurionum milites ascire, sed optimum quemque fidelissimum putare;* veram horum verborum sententiam paucis verbis J. Fr. Gronovius ex uno Varronis loco, pluribus *Walchius* ad h. l. et iam ante in Meletem. crit. Jen. 1809. p. 5 sq. exposuit, ita disputans: „Agitur h. l. non de *delectu*, (Anwerbung) sed de *optione militum per centuriones*, (Versetzung der Neuangeworbenen unter die Legionsoldaten durch die Centurionen) et de tironibus, qui quam primum et ante quam omnia, quae essent in arte militari, complessent, legionariam militiam poscebant (H. 3, 50.) et *milites asciri* sive in militum mortuorum locum succedere cupiebant. v. Veget. 1, 13. 2, 3. et 14. Ad verba Taciti illustranda sufficiunt fragmenta Varronis l. 3. de vita pop. Rom., si connexeris, quae divulsa leguntur ap. Nonium v. *Legio*, *Decuriones* et *Optiones: Tum appellatus est delectus et ab electione Legio. Ad hoc* (ita leg. pro *Ab hoc*) *supervacaneorum consuetudine* (h. l. Praeterea supervacanei aliquot consueto more) *adscribuntur, qui Adscriptivi sunt. Qui cum erant attributi Decurionibus et Centurionibus, qui haberent eorum numerum, Accensi vocabantur. Eosdem etiam quidam vocabant Ferentarios, qui depugnabant fundis et lapidibus, his armis, quae ferrentur, non quae tenerentur. Referentibus Centurionibus adoptati in cohortes subibant, ut semper plenae essent legiones; a quo Optiones in turmis Decurionum et in cohortibus Centurionum appellati.* His verbis addantur illa Varronis: *Adscriptivi dicti, quod olim adscribebantur inermes, qui succederent armatis militibus, i. e. si quis eorum deperisset,* et Festi v. *Ad-*

scripticii, initio sic emendanda: *Adscripticii vel, uti quidam, Adscriptivi dicebantur, qui supplendis legionibus adscribebantur. Hos et Accensos dicebant, quod ad legionum censum essent adscripti. Quidam Velatos quod vestiti inermes sequerentur exercitum. Nonnulli Ferentarios, quod fundis lapidibusque proeliaturi ea modo ferrent, quae in hostes iacerent. Alii Rorarios, quod id genus hominum, ante quam acies coirent, in modum rorantis tempestatis dimicarent.* Iam ex his locis quum de *optione militum* per Centuriones constet, ea nimirum, qua ex inferiori gradu *adscriptivi* seu *supervacanei*, *accensi* et postea *additi*, quam fuisset legio completa, quos nunc *Supernumerarios* vocant, (ita Vegetius 2, 19. *Ergänzungsmannschaft*) ad honoratius militiae genus in legionibus eniterentur; vix dubium, quin hoc dixerit Tacitus: Non patiebatur Agricola *studiis privatis* (nach Privatwünschen) vel *ex commendatione aut precibus Centurionum* ex Accensis in *milites* legionarios *asciri* s. *assisci* et robur legionum suppleri: potius facta cuiusque ipse spectabat, et *fidelissimum* iudicabat, quem *optimum* cognovisset. *Milites* intelligendi *iusti* et *legionarii*, quorum respectu *adscriptivi* Varroni dicuntur *inermes*. Cautum igitur prudentia Agricolae, quod temporibus seqq. accidisse narrat Vegetius 2, 3. *Legionum nomen in exercitu permanet hodieque, sed per negligentiam superiorum temporum robur infractum est, quum virtutis praemia occuparet ambitio et per gratiam promoverentur milites, qui promoveri consuerant per laborem.* (Cf. ad cap. 28. n. 2.) Verba *nihil per libertos* — *rei* ad disciplinam domesticam, *non studiis privatis* — *putare* ad rem militarem, *omnia scire* — *peccassent* ad utramque spectant, et epitheton *fidelis* maxime militibus convenit. v. ad c. 33. n. 3. Ann. 15, 67. H. 1, 46, 3. Liv. 22, 60. *millia fortia ac fidelia*, et 24, 47, 12. *opera eorum forti ac fideli;* Ammian. Marc. 20, 5. *propugnatores mei reique publicae fortes et fidi.* Cf. Gron. et Drak. ad verba Livii 28, 9. *pro re publ. administrata fortiter feliciterque*, ostendentes, hoc passim dici de imperatoribus, ut *fortiter et fideliter* de legatis, militibus, sociis, et a scriptoribus Rom. semper ducibus *felicitatem*, militibus *fidelitatem* tribui. A iisdem postea Imperatoribus fere solis *felicitas*, ducibus militibusque *fidelitas* assignata. (v. ad c. 3. n. 1.) Hinc toties in Inscriptt. occurrere *Fides Militum* et Legio *Primigenia*, *Pia*, *Fidelis*, adeo per sigla *P. P.* expressum. v. Rasche Lex. Num. h. v. Mascow deutsche Reichsgesch. 143. et Gruteri corp. inscr. p. 169, 7. *optimum*, laboris patientissimum vel fortissimum, ut ap. Sall. in Iug. 98. et in Cat. 59, 3. (1.) ubi Cort. — *precibus* Ber. Rhen. 1. et rec. *precipibus* Put. tres et Riv. *ascire* edd. vet. ante Lips. ut Ann. 1, 3. H. 4, 24. 80. in omnibus MS et ap. Virg. Aen. 12, 38. (ubi v. Heins. et Heyne) in melioribus. *Asc* est forma vocis prisca, quam amat Tacitus, (ut *prendere*, *apisci* al.) ab ea recentior orta *ascisco*, ut *scisco* a *scio*, *praescisco* a *praescio*, *scisco* a *rescio;* quae omnes a Seiferto Gram. III. p. 112. a *cio* s. *ci* contra analogiam repetuntur. *adscire* Lips. Ern. al. *nescire* Vat. 34 *accire* edd. rec. Sed h. l. aptum *ascire* s. *assciscere*, assumere, non *acci* advocare. — *fidelissimum:* in Vat. 3429. *fidissimum.*" — *omnia scire*, *n omnia exsequi*, iudicio persequi, examinare, quid delinquens mereat sed quaedam dissimulando transmittere; vel punire, ulcisci. Illud pra ferebant Scheff. et Oberl., hoc Lips. Ern. Dr. Walch. coll. Liv. 3, 5, 11. Suet. in Caes. c. 67. in Vesp. c. 14. in Cal. c. 12. — *parvis p catis veniam, magnis severitatem commodare,* „ut ap. Stat. Theb. 4, *commodare alicui iras* et Ovid. Am. 1, 8, 86. *commodat illusis numi surda Venus*, nisi h. l. est Zeugma, quale etiam Ern. in verbis seq. *poena semper* sc. uti, *sed saepius p. c. esse*, sed frustra statuit: nam Cic. in Verr. *supplicio contentus* dixit." *Walch.* — *officiis et administ tionibus* (v. ad O. 6. n. 3.) *potius non peccaturos praeponere* MSS. V

3429. et 4498. quam lectionem recepere editores rec. et optime defendit Walch. *praeponere* ante *potius* legitur in MS. Urs. et *praeficere* in alio eius libro. *praeponere* abest ab edd. vet. ante Brot. quod nonnulli probant, qui hoc supplendum censent vel alia, *dare, ducebat, censebat, retinere, imponere, praeficere.* Pro *potius*, quod ante *quàm* saepe omittitur, *imponere* substituendum putabat Gron. *non peccaturos*, homines spectatae fidei, integritatis et abstinentiae, non, ut Vespasianus, (v. Suet. 16.) rapacissimum quemque, quo locupletiores mox condemnaret; *Vird.* Sic et Imperator Turcarum.

3. *Frumenti et tributorum — cogebantur:* verba haec male a ceteris intpp., et recte a Walch. exposita sunt. Is fere disputavit haec, quibus nonnulla uncinis inclusa adiiciam: „In provinciis, saltem reip. temporibus, et in Sicilia, triplex erat *frumenti* genus, a sociis dandum, (*Getraidelieferung*, ut Ann. 4, 6.) *decumanum, emptum* et *aestimatum.* De *aestimato* v. nota 4. nam verba proxima ad illud referenda, et haec ad *emptum.* [Locus class. est oratio frumentaria Cic. Verr. act. 2. lib. 3. in qua de primo frumenti genere agitur c. 6—70. de altero c. 70—80. de tertio c. 81—98. et simul furta ac fraudes Verris memorantur. Cf. et haec oratio et argumentum eius in ed. Ern. et Schütz.] *Decumanum*, Germ. *Zehent*- sive *Zinsgetraide*, decima pars (*decumae*) frugum s. proventus *agri publici* s. *decumani.* [Germ. *des zehntpflichtigen Landes.*] Hoc frumentum decumanum ab aratoribus exigebatur sine pretio (ita Ascon. in Cic. Verr. p. 29.) et ad aquam (mare) deportandum erat, (v. Cic. Verr. II, 3, 14. ibique Hotoman.) sed conduci s. redimi solebat a publicanis, qui *decumani* inde dicebantur quique illud vel vendebant in provinciis, vel Romam mittebant: de quo egerunt quidem, sed non satis accurate, Burm. de vectig. p. R. c. 2. et, qui sua ex hoc libro hausit, Hegewisch über die Röm. Finanzen p. 71. 72. [Cf. ad Ann. 4, 6.] *Emptum* frumentum (*Kaufgetraide*) erat, quod vi legis Rupiliae populi Siciliae vectigales populo Rom. vendere tenebantur certo pretio, ut necessitatibus et Urbis et praecipue exercituum prospiceretur. Hinc in provinciis populi Proconsuli s. Propraetori, in Caesareis Legato licebat exigere decumas et, si primae non sufficerent, *decumanum alterum, alteras decumas*, si nec hae, tertias, *frumentum imperatum*, quod praeter illud exigebatur et aequaliter distribuebatur civitatibus. Pro his decumis pecunia aratoribus erat solvenda ex aerario aut fisco et olim e lege Terentia et Cassia frumentaria pretium a senatu constitutum decumano alteri in modios singulos HS. terni, imperato HS. quaterni. v. Cic. Verr. II, 3, 16. et 70. *Frumenti* empti *et tributorum* (Kopf- und Vermögenssteuer, de quo v. Dio 62, 3. et ad Ann. 1, 11, 3.) *auctionem aequalitate munerum mollire*, levare. [Cf. ad Ann. 4, 30, 1.] *Auctionem:* nam Vespasianum *omissa sub Galba vectigalia revocasse, nova et gravia addidisse, auxisse tributa provinciis, nonnullis et duplicasse* tradit Suet. Vesp. 16. [Cf. Dio 66, 8. sed et verba Calgaci inf. c. 31. Romani *bona fortunasque* nostras *in tributum egerunt, annos in frumentum. Auctio* autem h. l. dicitur, ut *coauctio annonae* Cic. Verr. II, 3, 82. et *auctio rerum* Macrob. Sat. 1, 14.] *auctionem* Vat. 3429. in marg. Vat. 4498. edd. tres Put. et Rhen. Riv. Ber. Lips. et al. *exactionem* Vat. 4498. in marg. Vat. 3429. quod et coniecerunt Rhen. Lips. Mur. Acid. et receperunt Gp. Ob. Seeb. Bekk. Lün. Hert. *Munera* omnia a civibus praestanda, *öffentliche Leistungen, Abgaben*, h. l. *tributa.* [Nonne et *frumentum?* Cf. ad. Ann, 12, 58.] *Munerum aequalitate*, distributione aequali, aequa et conditioni, commoditatibus facultatibusque cuiusvis provincialium accommodata. Ea pendebat e censu. Sed quid fecit Verres? *Sic census habitus est te praetore, ut in eo censu nullius civitatis res publica posset administrari. Nam locupletissimi cuiusque censum extenuarant, tenuissimi*

auxerant censores. Itaque in tributis imperandis tantum oneris plebi impo nebatur, ut, etiamsi homines facerent, res ipsa illum censum repudiaret Cic. Verr. II, 2, 55. Male *in aequalitatem* Vat. 3429. [ut *et in aequali tatem* ed. Beck.] *numerum* Put. tres, Riv. Ber. *munerum* edd. Rhen. et rec. — *circumcisis* sc. iis, *quae, in quaestum reperta, ipso tr. gr. t.* Huc refe renda furta fraudesque Verris et, qui se ei socios adiunxerant, pro curatorum et decumanorum s. publicanorum; tum edicta illa: *quan tum decumanus ediderit, sibi dari oportere, id ab aratore magistratus Si culus exigat*, et *ne quis frumentum de area tolleret*, (nam in ea hoc ter solebat a Graecis et Romanis: messis alibi tribulis in area, alibi equa rum gressibus exteritur Plin. 18, 30. s. 72.) *ante quam cum decumano pa ctus esset*, et *ut ante Kal. Sext. omnes decumas ad aquam* (mare) *deporta tas haberent;* (Cic. Verr. II, 3, 13. 14.) tum in primis quae referuntu Cic. Verr. II, 3, 77. *Nam ut illud missum faciam, permultos aratores i alteras decumas et haec IↃCCC millia modium, quod emptum Pop. Rom darent, non habuisse, sed a tuo Procuratore h. e. ab Apronio emisse: e quo intelligi potest, nihil te aratoribus reliqui fecisse; ut hoc praeteream quod multorum* (ita leg. ex MS. Ursini, non *in multis*) *est testimoniis expo situm: potest illo quicquam esse certius, i n tua potestate atque in tui horreis omne frumentum Siciliae per triennium atque omnes fructus agri de cumani fuisse?* et Cic. Verr. II, 3, 73. *Reperio genus huiusmodi, iudice praedae*, ut praetor, *qui frumentum emere debebat, non emat, sed vendat pecunias*, (ex aerario acceptas) *quas civitatibus distribuere debebat, eas omn avertat atque auferat. Non mihi iam furtum, sed monstrum ac prodigium v debatur, civitatum frumentum improbare, suum probare; quum suum probasse pretium ei frumento constituere; quod constituisset, id civitatibus at ferre; quod a pop. Rom. accepisset, tenere*, et Cic. Verr. II, 3, 78. E *omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deducti nes fieri solebant, primum pro spectatione et collybo, dein pro nescio q cerario.* Hinc lucebunt et verba seq. *nam* Britanni *per ludibrium assid clausis horreis* Romanorum, (ut contra Germanicus *apertis horreis pret frugum levavit* Ann. 2, 59.) *et emere ultro*, ipsi a Romanis, *frumen* grandi pretio, *ac vendere pretio* posito, statuto, (cf. ad cap. 11. n. 6.) s parvo, (quod frustra pro *pretio* substituendum censebat Gron.) *cogeba tur*, ut dare possent emptum frumentum, a legatis et procuratoribus e actum. Huc et spectant illa Plin. pan. 29. *Sic emit fiscus, quicquid i detur emere: inde copia, inde annona, de qua inter licentem vendentemq conveniat: inde hic satietas, nec fames usquam. Horrea* autem h. l. es publica, Romanorum, non privata, Britannorum, vel ex Ann. 2, 59. 14, 38. intelligitur. [Cf. et Veget. de re mil. 3, 3. *Ante quam inch tur bellum, de copiis expensisque sollers debet esse tractatus, ut pabula, fr mentum ceteraeque annonariae species, quas a provincialibus consuetudo poscit, maturius exigantur et in opportunis ad rem gerendam ac munitis mis locis amplior semper modus, quam sufficit, aggregetur.*] *circumcis quae, in q. reperta, ipso* cet. indubia emend. Rhen. et sic cap. 10. *q priores, nondum comperta, eloquentia percoluere.* Male *circ. in q. reper quae ipso* cet. Put. tres, Ber. Rhen. 1. et *circ. quae in q. reperta, q ipso* cet. ed. Riv. Deinde *ludere pretio* Vat. 3429." Haec Walch.

4. *Devortia itinerum — deferrent.* Haec pertinent ad frumentu quod dicebatur, *aestimatum* sive *frum. in cellam*, (locum, ubi in u futuros conditur) *cibaria* et Gr. *σιτομέτριον*. v. Ern. clav. Cic. Magistr bus enim provincialibus ex aerario aut fisco pecunia dabatur, qua proprios usus et necessitatem frumentum ab aratoribus emerent, q *aestimatum* erat a senatu (modius tritici HS quaternis, hordei binis) vehendum, quorsum illi volebant. Licebat autem iis vel ipsum f mentum exigere vel certam pecuniam pro eo et vectura pacisci. Q

aestimatio nata est ex aratoris commodo aut civitatis, cui imperabatur: nam quum aut frumentum vendidisset, aut servare vellet, aut in eum locum, quo imperabatur, portare nollet; petivit in beneficii loco et gratiae, ut sibi pro frumento, quanti frumentum esset, dare liceret. Sed avari magistratus instituerunt semper ad ultima ac difficillima loca et ad angulum aliquem reconditum ac derelictum, quo portare non expediat et ubi arator emere non possit, apportandum frumentum imperare, ut vecturae difficultate ad quam vellent aestimationem pervenirent. Ita Cic. Verr. II, 3, 82. et 84. qui etiam c. 81. et 84 dicit, *quum in Sicilia et quibusvis in locis provinciae HS. binis tritici modius esset, summum ternis, Verrem pro tritici modiis singulis ternos ab aratoribus denarios exegisse*, et c. 87. *Si hoc concederetur, velle Siculos senatui polliceri frumentum in cellam gratis:* quae loca iam laudavit Walch. „Hinc Valerianus Imp. in epist. ad Ragonium ap. Trebell. Poll. in Balista XVII Tyranno: *Si quid in te bonae frugis est, quam esse scio, dispositionem Balistae prosequere. Hac in forma remp. vides, ut nec ille provinciales gravet, ut illic equos contineat, ubi sunt pabula, illic annonas militum mandet, ubi sunt frumenta; non provincialem, non possessorem cogat, frumenta illic, ubi non habet, dare, illic equum, ubi non potest, pascere. Non est enim ulla alia provisio melior, quam ut in locis suis erogentur, quae nascuntur, ne aut vehiculis aut sumptibus remp. gravent.* Eiusdem argumenti leges a Valentiniano latae reperiuntur Cod. l. X. tit. 16. l. 6. et 8. L. XII. tit. 38. l. 4. 7. Res ipsa Lat. *adaeratio*, Gr. *ἀπαργυρισμός* dicitur. Ceterum nos quoque vidimus nuper, horreorum militarium magistros civibus non frumentum modo imperasse, sed eorundem quoque, quibus imperatum erat, sumptibus in remota et difficilia loca apportandum iussisse. Quo factum est, ut, quamvis frumenti copia apud hos esset, tamen, quum longinquae vecturae difficultas pretium immane quantum accenderet, et frumentum et vecturam a magistris illis pecunia certa redimere mallent. Qua pecunia tum isti ingeniose quaestuosi, quod satis frumenti esset, in ipsis illis terris, in quas vehendum antea aliis imperaverant, emere, simul vero pretium, quanti ipsi emerent, dominis statuere. Ita vero alii, qui secum plena horrea habent, frumentum sibi imperatum pecunia redimere adeoque *clausis horreis assidere* et *emere ultro frumenta* arte, alii, qui quidem frumento non abundant, copiam illius vili *vendere pretio* invidiosa auctoritate *coguntur*." Ita Drück. kleinere Schriften T. II. p. 10—14. Priora l. aptiora, quam posteriora. *Divortia* Vat. 3429. et edd. vet. ante Lips. Sed v. ad H. 2, 64, 2. *indicebatur* civitatibus aratoribusque frumenta subvecturis. Cur non *indicebantur?* v. Ind. III. v. *Praedicatorum Subiectorum numeri ac genera diversa. proximis hibernis* Vat. 3429. pro prox. h. *referrent* pro *deferrent* vitiose edd. Ern. Bip. Ob. al. — *donec*, sed *omnibus in promptu erat*, quod ab aratoribus suo loco nullo negotio emi posset neque ibi deesset, quo pervenerant sive perventuros se simulabant, eoque omnibus suppeditaret, et qui darent, et qui acciperent, paucis *lucrosum fieret*, magistratibus provincialibus eorumque ministris; Walch. Non audiendus Ern. *donec — fieret*, cf. ad G. 1. n. 6.

CAPUT XX.

Haec primo statim anno comprimendo egregiam famam paci circumdedit, quae vel incuria vel tolerantia priorum haud minus quam bellum timebatur. Sed ubi aestas advenit, contracto exercitu, multum in agmine laudare modestiam, disiectos coercere, loca castris ipse capere, aestuaria ac silvas ipse prae-

tentare: et nihil interim apud hostes quietum pati, quo minu subitis excursibus popularetur; atque ubi satis terruerat, par cendo rursus irritamenta pacis ostentare. Quibus rebus multa civitates, quae in illum diem ex aequo egerant, datis obsidibu iram posuere, et praesidiis castellisque circumdatae tanta ra tione curaque, ut nulla ante Britanniae nova pars illacessit transierit.

1. *egregiam famam paci circumdedit*, „Graece dictum, ut *Μηδὲ οὖν ὑμᾶς πείσῃ, τοιαύταις αἰσχύναις τὴν πόλιν περιβαλεῖν* Isocr. Archi p. 280. ed. Wolf. et *Οὐδ'ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀγνὼς ἔσῃ· τοιαῦτά σοι περιθήσ τὰ γνωρίσματα* Lucian. Somn. 11." *Walch.* „Eadem fere est ratio ver *περιάπτειν* et *περιβάλλεσθαι*, ut ap. Longin. de sublim. 1. §. 3. *ταῖς ἑα τῶν περιέβαλον εὐκλείαις τὸν αἰῶνα." Peerlk.* Sic et *περιτιθέναι τινὶ ἀτιμί* Thucyd. 6, 89. *κράτος* Polyb. 15, 8. *δόξαν τοῖς εὖ ποιοῦσιν* Demosth. 1417. 3. ed. Reisk. Cf. Ind. II. — *vel incuria vel tolerantia prioru* „Legatorum, qui vel non curaverant, vel toleraverant subditorum i iurias. Recte Virdungus: *Incuria*, dum non inquirunt in facinora su rum ministrorum Praesides, (*Sorglosigkeit, Unachtsamkeit*) *tolerant* quod ad delicta suorum conniverent, *Erduldung*, *Schlaffheit.*" *Wal* „*Incuria* est talia omnino non curantium, nescientium; *tolerantia* scie tium et tamen non curantium. Sic Dio 64, 2. *Ὁ Γάλβας, ὅτι ἐκειν ἀδικεῖν ἐπέτρεπεν, ἢ ὅτι ἠγνόει τὰ γινόμενα, οὐ καλῶς ἤκουε." Peerlk.* *incuria vel tolerantia* ed. Rhen. 2. 3. et rec. tantum non omnes. Co Ind. III. v. *Ablativi pro* ob, propter *cum Accusat.* *vel in curia vel* Riv. *vel in curia intolerantia* Put. tres, Ber. Rhen. 1. *vel incuria vel tolerantia* Vat. 3429. ed. Dr. Beck. (qui significari putat *intoleranti* Suetonii Paulini, de qua v. cap. 16.) et Hert. — *quae pax haud mi quam bellum timebatur,* siquidem in pace haud minus quam in be spoliabantur, illudebantur, omni crudelitatis genere lacerabantur; *Vi* Sic cap. 30. *ubi solitudinem faciunt, pacem appellant*, et Ann. 12, *additis, qui pacem nostram metuebant." Dronke.*

2. *Sed ubi aestas advenit*, in qua non penetrasse videtur usque Frith of Clyde s. of Forth, (ita Gordon itin. sept. p. 14—16.) sed t tum ad Solway-Frith, Carlisle, Annandale, Burnsworkhill, Middle ubi etiam nunc castrorum Rom. vestigia, (v. Gordon p. 15.) *Arzt*, *B* et *Walch.* — *multum in agmine laudare modestiam* edd. vet. nisi q *multum in agmine: laudare* distinctum in Put. et Ber. *multus in agm laudare m.* Vat. 3429. et c. Urs. quod in ordinem recepere Brot. B et Dronke. Hic contulit Sall. Jug. 84. *multus ac ferox instare*, ii c. 96. *in agmine atque ad vigilias multus adesse*, Tac. Ann. 4, 12. *culti laetabantur*, 14, 56. *rarus per Urbem*, Agr. 37. *frequens ubique A cola.* His tamen locis non dicitur *multus esse*, quod absonum vi potest, sed *multus instare* et *adesse*, adiect. pro adverb. *rarus* ver *frequens* pro Partic. Cf. Ind. III. v. *Adiectiva pro Participiis* et pro *verbiis posita*, Ramshorn. Gram. p. 478. et 668. Matthiae Gram. §. 446. 554. *militum in agmine l. m.* ex emend. Rhen. substituere ed res rec. et in his Walch. Sed *militum* languet post *exercitu* et *agmine* coniunctum, neque est quod displiceat lectio vett. edd. *mul* (adverbialiter) *laudare in agmine modestiam*, disciplinam, *εὐταξίαν*, litum iter facientium nec ordine egredientium. v. ad H. 1, 83, 3. *cere disiectos*, dispersos, ab agmine discedentes, illud deserentes rapi praedandive causa; *Ern.* „*disiectos coercere* Germ. *er trieb Umhersch fer zusammen*, ut ap. Thucyd. 7, 78. *Εἴπη ὁρῴη διεσπασμένον καὶ μ τάξει χωροῦν, ξυνάγων καὶ καθιστὰς*, et Sall. Iug. 45. *Item in agmin*

primis modo, modo in postremis, saepius in medio adesse, ne quispiam ordine egrederetur, uti cum signis frequentes incederent, miles cibum et arma portaret." *Walch.* Cf. ad Ann. 1, 32, 2. — *loca castris ipse capere,* ut Ann. 12, 55. „In eo magna pars laudis imperatoriae cernebatur. Iam Plato commendabat Mathematicam πρὸς τὰς στρατοπεδεύσεις καὶ καταλήψεις χωρίων. v. Theo Smyrnaeus mathem. c. 1. Schel. ad Hygin. p. 132. et Casaub. ad Spart. Hadrian. c. 10." *Peerlk.* „Multa adhuc manent in Britannia illorum castrorum vestigia. Duo praecipua, sita in prov. *Annandale* dictaque *Burnswork* et *Middleby,* fuse describit Gordon itiner. septentr. p. 15. 16. 18." *Brot.* — *aestuaria ac silvas ipse praetentare,* Germ. *erforschte Wälder und Seebuchten, Seelachen, selbst; Walch.* In Vat. 3429. tribus Put. Ber. Riv. et Rhen. 1. *praetemptare.* v. ad G. 34. n. 9. „*Aestuaria,* ubi Britannorum lintres; *silvas,* ubi eorum arma ac receptacula. Illa vero aestuaria nunc dicimus *Dee, Ribble, Liverpool, Solway-Frith* aliaque multa, quae occurrunt usque ad Clotam et Bodotriam, de quibus v. cap. 23." *Brot.* — „*nihil interim apud hostes quietum pati,* (ut ap. Sall. Iug. 88. et Vell. 2, 6. ubi v. Ruhnk. p. 91.) *quo minus subitis excursibus popularetur* pro vulg. nullam apud hostes quietem patiebatur, quam non interrumperet e locis munitis subito populando. *Quo minus* est vel *ut,* v. c. Ann. 3, 12. 4, 31. 70. vel *ne,* ut Ann. 1, 4. 4, 51. extr. Suet. Ner. 45. (*nihil contumeliarum defuit quin subiret*) et hoc Graece dictum, ut *nihil impedit quo minus facias. Popularetur* aeque ac *pati* ad Agricolam referendum, neque cum Dahl. leg. *popularentur.*" *Walch.* Alii *popularetur* passive dictum putant et Dronkius exponit *popularetur* sc. hostis agrum s. castra Romanorum. Neutra ratio probanda et *excursus* referendi ad castella Romanorum. — *irritamenta pacis ostentare,* ostendebat. Cf. Ind. III. v. *Verba formae obsoletae, quae vulgo frequentativa dicuntur.* Lipsius corr. *imitamenta* et Acid. *invitamenta,* quod aptius est: sed *irritare* etiam in bonam partem dicitur et *irritamenta pacis* sunt res, quibus homines ad pacem alliciuntur, (*Liebreiz des Friedens,* Walch.) ut *irritamenta malorum* Ovid. Met. 1, 140. illecebrae malorum, et inf. cap. 21 extr. *delenimenta vitiorum; Ern.* Cf. ad G. 19. 3. et loca ab aliis iam laudata Ann. 3, 54. H. 2, 62. Quintil. 1, 1, 1. (*irritare ad discendum*) Liv. 1, 15 pr. ubi v. Drak. Suet. Galb. 20. Lucret. 1, 71. Sall. Iug. 94. ubi v. Wasse. Huc etiam referenda illa gulae *irritamenta,* de quibus v. cap. 21.

3. *Quibus rebus — iram* (animum hostilem; nec leg. *arma* cum Peerlk.) *posuere* paulo durius dictum pro *quas ob res* vel *quibus rebus effectum, ut iram ponerent.* — *ex aequo egerant,* nondum in potestate Rom. erant, sed sui iuris, liberae; (et hinc libertatem defenderant) *Ern.* et Wt. „Sic Ann. 15, 13. H. 4, 64, 7. ἀπὸ τῆς ἴσης et ἀπὸ τοῦ ἴσου ap. Thucyd. 1, 15. 3, 10. 11. Sed h. l. oppositum *iram posuere* et illud *ex aequo* vim, quam quovis loco obtinet, ex opposito trahit. Hinc sensus est: pro defendenda libertate, quantum vires tulissent, collatis armis dimicaverant. Ita H. 3, 9, 1. et ap. Thucyd. 2, 3. καὶ σφίσιν ἐκ τοῦ ἴσου γένηται, (quae recte exponit Schol. καὶ ἰσοπαλὴς ἡ μάχη γίγνηται) 2, 4. Οὗτοι γὰρ πρῶτον μὲν, διὰ τὸ προνενικῆσθαι καὶ μηδὲ αὐτοὶ οἴεσθαι ἡμῖν εἶναι, τὸ πλῆθος τῶν νεῶν, καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου παρεσκευάσαντο, 40. ὁ ἀπὸ τῆς ἴσης ἐχθρός." *Walch.* Hic ita argutias quaerere videtur Bötticher in Lex. Tac. p. 50. non p. 167. — *multae civitates, quae in illum diem ex aequo egerant, datis obsidibus iram posuere, et praesidiis castellisque circumdatae tanta ratione curaque, ut nulla ante Britanniae nova pars (tam) illacessita transierit:* ita libri vet. et rec. nisi quod *et* ante *praesidiis* legitur in Vat. 3429. et primis edd. ante Rhen. 2. 3. unde *circumdatae sunt tanta* cet. coni. Dronke et Boett. Verba obscura, varie et explicata et correcta. *circumdatae* sc. ita transierunt, *ut* cet.; *Hert.* *ut*

nulla ante nova, antea Romanis ignota, *Brit. pars* fuerit, quae non e illis castellis, tanquam ὁρμητηρίοις, *lacesseretur* bello; *Berneg. ut* est ad verb. et ad *illacessita* referendum; *Beck. ut nulla ante Br. nova par* antea a Romanis expugnata et provinciae Rom. adiecta, (quales parte crebro a barbaris tentantur, si fortasse recipere possint) ita s. sic s. ta (quale aut excidit, aut supplendum est) *illacessita*, minus a Romanis la cessita, *transierit* a ceteris Britannis et liberis ad Romanos; *Ern.* Drü *Dronk. Eng. Klein.* De alia verborum explicatione v. ad H. 4, 5, *ut n. a. Br. nota pars*, nulla gens ex antea cognitis, *illacessita transier* castella praeterierit, coni. Gron. ut prospexerit Tacitus quae dixit c. 2 *Tertius expeditionum annus novas gentes aperuit. ut nulla inde* (ex loco, vel exinde, abhinc) corr. Boxh. prob. Ob. Bloch. et Anquetil. *nulla arte* Bip. *ut nulla aeque — illacessita* (in potestatem Romanoru *transierit* Peerlk. *ut ea, ut* (sicut) *nulla* Doed. *nova pars magis ill manserit* V. D. in Ephem. lit. Jen. a. 1816. sc. 127. *ut nulla ante* Br. *pars. Illacessita transiit sequens hiems* Susius, verum coniectura assec tus iudicio Gurlitti in animadv. ad auctores vet. Spec. III. p. 6. Ham 1806. Nihil tamen horum prorsus nobis satisfacit, ut nec *Walch* qui ad h. l. et in Meletem. crit. p. 8—11. ita disputavit: „Obscura sententiam illustrabunt et vicissim hinc illustrabuntur verba c. 22. *Te tius expeditionum annus — spatium fuit. — Crebrae eruptiones.* c. *Quarta aestas obtinendis, quae percurrerat, insumpta.* Iam ex his qu eluceat, Romanos castella praesidiaque sua direxisse non tantum, defectiones deditorum reprimerent, verum etiam, ut nondum subact lacessendo crebroque incursando ex communitis locis, ad dedition compellerent; olim conieci: *Quibus rebus — circumdatae (tanta ration nova pars) illacessitae transierunt.* Nunc malim: *Quibus rebus m. ci quae ad illum diem — iram posuere: quae praesidiis c. circumdatae* (*ta ratione et cura, quanta nulla a. n. Br. pars*) *illacessitae transierunt.* Se sus: *multae civitates, quae ad id tempus ex aequo* (ut *pares bello* ap. L 34, 57.) *egerant*, (welche mit Nachdruck bisher widerstanden) postqu recens vastatae *obsides dederant*, (quibus pacem impetrarent) *iram* su *posuere*: aliae, *praesidiis castellisque circumdatae*, (*tanta ratione* ac soll tia, *quanta nulla ante* recens vastata Romanis *pars*) sponte sua ad manos *transiere*, ut *ne lacessi* quidem eos opus esset ex his castel (*ohne gereizt werden zu dürfen*). Conf. verba Liv. 34, 57. *Esse am tria genera foederum, quibus inter se paciscerentur amicitias civitates gesque. Unum, quum bello victis dicerentur leges. Ubi enim omnia qui armis plus posset, dedita essent, quae ex iis habere victos, qu mulctari eos velit, ipsius ius et arbitrium esse. Alterum, quum pa bello aequo foedere in pacem atque amicitiam venirent: tunc enim peti reddique per conventionem res. Tertium esse genus, quum, qui ho nunquam fuerint, ad amicitiam sociali foedere inter se iungendam coe* De deditione (*transitione*) idem Liv. 28, 34. *Mos vetustus erat Roma cum quo nec foedere, nec aequis legibus iungeretur amicitia, non prius perio in eum tanquam pacatum uti, quam omnia divina humanaque d set, obsides accepti, arma adempta, praesidia urbibus imposita fo* Verba autem *transire* et *transitio* tam ad statum et conditionem i publica, (*inkorporirt werden*, ut *a patriciis ad plebem transire*) quam hanc ipsam referri solent, (*einbürgern*) et absolute poni, ut Ann. 24. Liv. 1, 27. 26, 12. Cf. Drak. ad Liv. 2, 25, 1. et Cort. ad ep. 9, 6. *Illacessitae transierunt*, ut *pacem illacessiti nutrierunt* G. Ingeniosa haec; quae tamen magis arriderent nobis, si minus offend mus in correctione tot verborum et in participiorum coniunctione, *cumdatae — illacessitae transierunt:* nam non eadem reperitur c. 2 et 4. Probabilior est emendatio Moebii in Seebodii bibl. crit. a. 1

p 706. *et praesidiis castellisque circumdatae*, (et quidem) *tanta ratione curaque, ut nulla ante.* cap. 21. *Britanniae nova pars illacessita. Transiit sequens hiems sal. c. a.*

CAPUT XXI.

Sequens hiems saluberrimis consiliis absumpta: namque, ut homines dispersi ac rudes, eoque in bella faciles, quieti et otio per voluptates assuescerent, hortari privatim, adiuvare publice, ut templa, fora, domus exstruerent, laudando promptos et castigando segnes. Ita honoris aemulatio pro necessitate erat. Iam vero principum filios liberalibus artibus erudire et ingenia Britannorum studiis Gallorum anteferre, ut, qui modo linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiscerent. Inde etiam habitus nostri honor et frequens toga; paulatimque discessum ad delenimenta vitiorum, porticus et balnea et conviviorum elegantiam: idque apud imperitos *humanitas* vocabatur, quum pars servitutis esset.

1. *Sequens hiems* a. U. 833. aut 834. Cf. Gordon itin. sept. p. 17. et Arzt ad h. l. — *saluberrimis consiliis* cet. Eam ingressus est viam in mitiganda Britannorum feritate Agricola, quam primi civium conditores, de quibus Cic. in Sextiana c. 42., praeiverunt; *Vird. dispersi*, ut Germani, (cf. G. 16 pr.) *ac rudes*, nam Britanni septentrionales rudiores erant, quam meridiani; *Walch.* — *eoque* (v. ad Ann. 1, 16, 1.) *in bello faciles* Vat. I. II. edd. vet. ante Rhen. 2. quod restituere Bip. Ob. Dr. al. Sed omnino scribendum esse *eoque bello f.* (ut Ann. 2, 27. 5, 11. pr. G. 5. extr.) vel *e. in bellum* sive *in bella* (proelia, v. ad Ann. 2, 52, 1; s. *ad bella faciles*, iam alii animadverterunt. *Facilis in aliquo* vel *aliquo* est lenis, mitis, exorabilis, *facilis alicui* et *in s. ad aliquid*, promptus, idoneus, aptus; *Walch. Bello faciles*, qui facile in arma agerentur et quamvis levibus de causis bellum sumerent; *Vird.* Id dedere Rhen. 2. 3. et cet. ante Bip. nec non Beck. Hert. Walch. *in bella* Iteb. Bekk. et Peerlk. quos secutus sum, quia lenior est medicina et emendatio. Cf. Ind. II. et ad Ann. 14, 4. — *quieti et otio* (ac servituti) *per voluptates assuescerent* eoque effeminarentur. Cf. nota 4. et ad cap. 40. — *templa, fora, domus exstruerent.* „Hinc in Britannia Iulius's *House*, Iulii Agricolae domus, et *Arthur's Oon s. Oven*, sacellum in prov. Sterling prope Bodotriam ostiumque amnis Carron, quod Marti signifero aut ultori positum fuisse volunt. v. Gordon itiner. septentr. p. 29. At in his facilis est divinatio, proclivis error, rarissima veritas." *Brot.* Idem valet de iis, quae dicta sunt ad cap. 14. n. 1. — *fora*, v. ad c. 43. n. 2. — *castigando segnes*, ut ap. Cic. Or. 41. et Caes. b. civ. 1, 3. *laudando promptos*, v. ad Ann. 1, 13, 1.

2. *Iam vero principum filios liberalibus artibus* (v. ad c. 4. n. 4.) *erudire:* eadem certissimaque arte usus est Augustus; *Brot.* coll. Suet. Aug. 48. „Eadem cura fuit Sertorio et Imperatoribus. cf. Ann. 2, 2. 11, 12, 10. Fortasse et scholas instituit, ut Caligula in Gallia et Belgio." *Walch.* — *ingenia Britannorum studiis Gallorum anteferre*, florere quidem dixit Gallos eloquentiae (Romanae) fama, sed eam labore et studio magis quam praestantia ingenii comparasse; *Buchn. Anteferre* h. l. est ingenium Brit. ante studia Gallorum, h. e. facere, ut illud haec praevertat; *Drück.* Similiter h. l. *erudire* dictum pro *erudiendos curare.* v. ad Ann. 2, 85, 1. — *qui linguam Rom. abnuebant*, scil. in omnibus,

quae cum Legato in iudiciis s. conventibus iuridicis agerentur; *Walch.* Cf. cap. 9. Coniicere possis *abnuerent* et *abnuerant:* sed et illud rectum est; *Ern.* v. ad Ann. 2, 26, 4.

3. *Inde etiam habitus nostri,* Romanorum, *honor et frequens toga:* cf. ad H. 1, 53, 7. 2, 20, 1. et Ind. III. v. *Ellipsis: verba sensuum.* — *paulatimque discessum* a moribus patriis et honestis, a virtute *ad delenimenta vitiorum.* „Male *descensum* coni. Pich. Plene dixit Vell. 2, 1. : *virtute descitum, ad vitia transcursum,* et in *di* inest et *de* et *trans.* Si et *dimovere* ap. Liv. 22, 13. et Hor. od. 1, 1, 13. Cf. Garat. ad Cic Verr." *Walch.* Graphice hoc dictum: nam *virtus* una est, *vitia* sunt ad modum varia, in quae pro sua quisque natura discesserunt; *Hert.* *delenimenta* et *delenire* ubivis scripsi pro *delinire* et *delinimenta;* nam ha voces nihili sunt neque audiendus Drak. ad Liv. 4, 51. 5, 31. 7, 3 39, 11. qui putabat, illi voci inesse placandi et mitigandi, huic obli nendi et imbuendi vim a *delinere* aut *linire.* „Scriptura tamen *delenii* et *delenimentum* in nullis Taciti, in paucis Livii MSS. et edd. vet. re peritur." *Walch.* Sed v. ad Ann. 2, 33, 2. *Delenimentum* est vel res remedium, quo animi leniuntur, permulcentur, mitigantur, θέλγητρ s. θέλγμα, vel res, qua blande paulatim capiuntur animi hominum, il lecebrae et blanditiae, ut h. l. „*Delenimenta vitiorum* sunt res, quibu animi hominum blande paulatim capiuntur, ut vitia non amplius abho reant, sed pro felicitate amplectantur et ad omne genus eorum pro ac faciles fiant. Cf. Duk. ad Liv. 39, 11." *Ern.*

4. *humanitas vocabatur,* v. ad c. 4. n. 4. — *quum pars servitu esset,* voluptatibus scil. virtutis, qua se rursus in libertatem vindica possent, nervos incidentibus animosque ad servitutem pessum dantibu *Vird.* Cf. ad c. 16. n. 1. ad H. 4, 64, 6.

CAPUT XXII.

Tertius expeditionum annus novas gentes aperuit, vasta usque ad Taum (aestuario nomen est) nationibus. Qua form dine territi hostes, quanquam conflictatum saevis tempestatib exercitum lacessere non ausi; ponendisque insuper castellis sp tium fuit. Annotabant periti, non alium ducem opportunita locorum sapientius legisse, nullum ab Agricola positum cast lum aut vi hostium expugnatum, aut pactione ac fuga des tum. Crebrae eruptiones: nam adversus moras obsidionis nuis copiis firmabantur. Ita intrepida ibi hiems, et sibi qu que praesidio, irritis hostibus eoque desperantibus, quia, so plerumque damna aestatis hibernis eventibus pensare, tum state atque hieme iuxta pellebantur. Nec Agricola unquam alios gesta avidus intercepit: seu centurio seu praefectus inc ruptum facti testem habebat. Apud quosdam acerbior in c viciis narrabatur. Ut erat bonis comis, ita adversus malos iucundus: ceterum ex iracundia nihil supererat. Secretum silentium eius non timeres. Honestius putabat offendere, q odisse.

1. *Tertius expeditionum annus* U. c. 833. p. Chr. n. 80. *novas g aperuit,* cf. Ind. v. *Annus* et ad G. 1. n. 3. *novas gentes* inter *Solw Frith* et *Frith of Tay,* ubi nunc provinciae *Annandale, Eusdale, Clys Tweedale, Berwick, Lothian, Sterling, Menteth, Perth, Fife; Brot.* — *statis usque ad Taum nationibus,* v. ad Ann. 2, 25, 2. „*Taus* flu

non ille, qui Scotiam ab Anglia separat, in latere orientali Britanniae, Tueda, *Tweed*, (nam eo non efficitur *aestuarium*, *Seebucht*, neque ita congruunt, quae cap. 23 traduntur) sed, qui Ptol. *Δαούα*, rectius *Ταούα* et hodie *Tay* dicitur, ut eius *aestuarium* ostiumque *Frith of Tay*, inter comit. Fife et Angus, in orientali ora Scotiae; quare Agricola in itinere, cuius etiam nunc vestigia inter Dumfries et Crawford conspiciuntur, hoc anno ab Annandale ad Eusdale, Clysdale, Tweedale, Lothian, Stirlingshire, Perthshire et Fifeshire processisse videtur." *Arzt.* Cf. Mannerti Brit. p. 62. 200. et Gordon Itiner. p. 34. *Taum* Vat. 3429. in textu, et *Taus sive Tanaus* in marg. *Tanaum* Vat. 4498. *Tavum*, hod. Scotosaxonibus *Tay* appellatum, scribendum censebat Baxter in Gloss. Antiq. Brit. p. 224. — *aestuario nomen est*, v. ad cap. 7. n. 1.

2. *conflictatum saevis tempestatibus*, cf. ad Ann. 6, 48. *conflictatum*, ut ap. Suet. Aug. 17. pro *conflictantem; Walch.* Cf. Ind. III. v. *Participia Perf. depon.* cet. — *castellis*, adhuc conspicuis inter Ardoch et Innerpeffery; *Arzt. telis* cod. Urs. De *castellis*, quae inferior aetas *Burgos* appellavit, v. Veget. 1, 22. et 4, 1.; *Vird.* Cf. ad Ann. 1, 56, 1.

3. *Annotabant periti*, v. ad Ann. 12, 25. — *non alium ducem opportunitates locorum sapientius legisse*, „cf. Veget. 3, 8. *In metandis castris non sufficit bonum locum eligere, nisi talis sit, ut alter eo non possit melior inveniri; ne utilior praetermissus a nobis et ab adversariis occupatus apportet incommodum. Cavendum quoque, ne per aestatem aut morbosa in proximo, aut salubris aqua sit longius* cet. Minus apta loca Veget. 1, 22. 4, 1. a Vird. laudata." *Walch.* Pyrrhonem *castra metari primum docuisse et ad hoc neminem elegantius loca cepisse* Hannibal ap. Liv. 35, 14. dicit; *Peerlk.* Cf. Donat. in Terent. Eun. 4, 13. et Plut. Pyrrh. p. 387. — *aut pactione desertum*, quam exprimere solet fames in obsidione; *Ern. pactione*, deditione; *Brot.*

4. *Crebrae eruptiones* „Romanorum per aestatem adversus Britannos, qui, ut mox dicitur, *tum aestate atque hieme iuxta pellebantur.* — *Nam adversus moras* cet. haec referuntur ad superiora *nullum castellum pactione desertum*, quam exprimere solet fames in obsidione. *Nam* transitioni servit." *Ern.* De tali *nam* v. ad Ann. 14, 11. Oudend. ad Suet. Caes. 44 pr. Drak. ad Liv. 5, 51, 6. 28, 8, 9. Duk. ad Flor. praef. p. 4. et 4, 12, 23. Sed h. l. proprio potius sensu capiendum, vel eo, de quo v. ad c. 46. n. 6. — *adversus moras obsidionis annuis copiis firmabantur*, commeatu, frumento, in annum comparato; *Dr.* v. ad Ann. 3, 54. et H. 4, 22, 3. Ad rem cf. Veget. 3, 3. et epil. l. 4; *Walch.*

5. *Ita intrepida ibi hiems*, sine metu Romanorum transibat. Proprie Romani in hibernis et castellis intrepidi. — *et sibi quisque praesidio:* „non aliunde auxilium exspectabant. *Spem si quam ascitis Aetolum habuistis in armis, Ponite: spes sibi quisque*, Virg. Aen. 11, 308." *Peerlk.* — *irritis hostibus*, spe frustratis et frustra obnitentibus. Cf. ad Ann. 1, 3, 2. — *eoque*, v. ad Ann. 1, 16, 1. — *damna aestatis hibernis eventibus pensare*, sc. prosperis, ut c. 27. Cf. ad H. 3, 26, 4. et O. 40. n. 7. — *aestate atque hieme iuxta*, v. ad H. 4, 22, 6.

6. *Nec Agricola unquam per alios gesta avidus intercepit*, gloriam eorum aliis eripuit sibique vindicavit, ut *intercipere agrum* et *urbes a populo Rom.* Liv. 3, 71. 33, 31. *interceptus honor* Cic. Agr. 2, 2. *interceptor donativi* H. 3, 10. et praedae Liv. 4, 50 pr. Idem Marius de se praedicat ap. Sall. Iug. 85. *neque gloriam meam laborem illorum faciam; Dronke.* Declarabat Agricola, neminem alienae virtuti invidere, qui suae confideret: idque profecto, si quid aliud, ardentem inflammat; *Vird. avidus* ποιητικῶς additum est, i. e. per aviditatem laudis et gloriae; *Ern.* Cf. ad Ann. 2, 46, 1. — *seu centurio seu praefectus* sc. esset, ut ap. Cic. Phil. 2, 23. *Si severus — si misericors*, in oratione vivida; *Walch.* Qui-

cunque vel peditum vel equitum parti praeesset, eum — *habebat*, vel quemcunque centurionem seu praefectum.

7. *acerbior in conviciis*, cui verborum maledictorumque amaritudini obnoxii sunt, quos Aristot. Eth. 4, 5. ὀργίλους appellat, irasci faciles, tamen ut sint placabiles, quales fuere Horatius et Quintus frater Cic.; *Vird.* — *Ut erat bonis comis, ita adversus malos iniucundus*, cf. ad Ann. 1, 7, 8. Est paene euphemismus Homericus Odyss. 9, 230. Οὐδ' ἄρ' ἔμελλ' ἑτάροισι φανεὶς ἐρατεινὸς ἔσεσθαι, *Walch.* *ut erat bonis comi* Put. tres, Riv. Ber. Rhen. 1. *ut erat comis bonis* Vat. 3429. ed. Beck. e Hertel. *ut bonis comis erat* ed. Walch. *erat* omissum a Rhen. 2. 3. al sed restitutum a Brot. Ern. et cet. — *adversus malos iniucundus* pro iri cundus, asper, durus, molliendi causa, ut Cic. ad Att. 1, 20. coniunxi *asperius atque iniucundius*; *Ern.* Cf. ad c. 44. n. 3. ad Ann. 6, 41. e de variatione constructionis ad Ann. 1, 7, 8. — *ex iracundia nihil supe erat*, eius non amplius memor erat, neque eam simultatemve prodeba factis. Cf. ad Ann. 1, 7, 9. *Simplicissimi omnium habentur iracun* Sen. de ira 2, 16; *Pich.* — *Secretum et silentium eius non timeres*: con traria de Domitiano v. cap. 39. et Plin. pan. 48 extr.; *Pich.* Timendu est secretum et silentium eorum, quorum irae altae gravesque sunt introrsus versae, quos πικροὺς καὶ δυςδιαλύτους usurpat Aristoteles et d scribit: quales Tiberius et Domitianus; *Vird.* De Tiberio secretum p tente ibique irae et odio diu reconditis indulgente v. Tac. Ann. 1, 7. extr. 53. 69. 4, 1. 21. 29. Similis ei Domitianus *secreto suo satiat* inf. cap. 39. ubi v. not. 4. *secretum, ut silentium eius* c. Vat. 3429. e Beck. Hert. Peerlk. — *non timeres*, ea non timenda erant. Cf. ad H. 62, 2. — *honestius putabat offendere quam odisse*, v. Ind. III. v. *Ver absolute posita.*

CAPUT XXIIII.

Quarta aestas obtinendis, quae percurrerat, insumpta, si virtus exercituum et Romani nominis gloria pateretur, i ventus in ipsa Britannia terminus. Nam Clota et Bodotria, versi maris aestibus per immensum revectae, angusto terrar spatio dirimuntur. Quod tum praesidiis firmabatur; atq omnis propior sinus tenebatur, summotis velut in aliam ins lam hostibus.

1. *Quarta aestas* a. U. c. 834. p. Chr. n. 81. *obtinendis, quae p currerat, insumpta*: Agricola, quae *percurrerat*, celeri quodam virtu ac victoriae cursu obierat, subegerat, occuparat, *obtinuit*, in iis ten dis perseveravit, quod Galli dicunt *maintenir*, providere, ne qua possessionem interrumpat, et, si qua tentetur, eam fortiter feliciter repellere; *Gron.* Recte: sed Ann. 15, 8. *percursando, quae obtineri poterant* longe alio sensu dictum; *Walch.* Cf. Gron. ad Liv. 3, 36. *tinendis* sc. firmando praesidiis, ut mox dicitur; *Brot.* *percurrerat* ta et recte reposuit Rhen. *praecurrerat* edd. vet. ante Rhen. 2. non impi Ern. — *si virtus — pateretur*, sc. inveniri terminum, *inventus* fuis Cf. Ind. III. v. *Syllepsis.*

2. *Clota et Bodotria*, Ptol. 2. 3. Κλῶτα εἴσχυσις et Βοδερία, *Frith of Clyde* et *Frith of Forth*, aestuaria, *dirempta angusto terra spatio* milliar. Angl. XX. (per quod Lollius Urbicus murum s. vall *Grahams Dicke*, cuius etiam nunc vestigia restant, inde ab Altkirk trick ad Newkirkpatrick, Kircknithilo, Falkirck et Caervyrdhen Abercorn duxit) et inde ab a. 1768. canali iuncta. Cf. ad c. 10. n

Arat ad h. l. Mannerti Brit. p. 199. 204. 245. Gordon Itiner., Pennant Reisen durch Schottland T. 2. p. 115. Gilpin Reisen T. 2. p. 145. Verba Bedae H. A. 1, 12. a Walch. adscripta sunt: „*Denique subito duabus gentibus transmarinis, vehementer saevis, Scotorum a Circio, Pictorum ab aquilone, multos luget gemitque per annos. Transmarinas autem dicimus has gentes, non quod extra Britanniam essent positae, sed quia a parte Brittorum erant remotae; duobus sinibus maris interiacentibus, quorum unus ab orientali mari, alter ab occidentali Britanniae terras longe lateque irrumpit, quamvis* (Britanni) *ad se invicem pertingere* (permeare) *possint. Orientalis habet in medio sui urbem Guild. Occidentalis supra se h. e. ad dextram sui habet urbem Alcluith, quod lingua eorum significat petram. Cluith enim est iuxta fluvius nominis eiusdem.* „Inter ostia Clotae et Bodotriae urbesque Dunbarton et Edinburgh in Scotia tantus est *diversi maris*, Caledonii et Germanici, aestus, ut hic *inventus* fuisset *terminus* bellorum, expugnationum ac dominationis Rom., *si virtus exercituum et R. n. gl. pateretur* fines." *Brot.* Quod Eulogio dicitur *Mor Werydh* vel *Vergid*, mare Vergivium, Ptol. *Boderia*, significat habitaculum demersum, ex *bodhi*, demergere, et *tre*, *tri*, habitatio; *Baxter.* Gloss. Antiq. Brit. laud. a Peerlk. *Clota* codd. Vat. et edd. Put. tres. *Glota* edd. Riv. Ber. Rhen. tres et cet. ante Ern. Apud Ossianum I. p. 6. ed. Ahlwarth. *Clutha*; *Beck.* — *diversi maris* (v. ad G. 2. n. 2.) *aestibus per immensum revectae* codd. Vat. edd. Put. tres, Riv. Ber. Rhen. 1. et inde rec. post Ern. qui sensum esse dixit: aestus contrarii maris vi sua fecere, ut aestuaria haec quam longissime se insinuaverint in continentem et vix angustum isthmum reliquerint. „*aestibus per im. revectis* legendum censeo. Videtur enim isthmus ibi fuisse inter duo maria, ergo et duo aestus diversi maris, qui aestus s. accessus per immensum revehebantur, i. e. longe se intra terras insinuabant, adeo ut angustum ibi terrae spatium relinquerent; *Pich.* *aestus p. i. revecti* tacite edidit Rhen. et *aestu p. i. revecti* Lips. et Gron. Hic exponit: hinc atque inde occurrentis impetu et affluxu maris *revecti*, (fluvii) detenti et velut repulsi ac retroacti. Enimvero Clota et Bodotria non sunt fluvii, (qui error haustus fortasse ex Mela 3, 6. *Fert Britannia — praegrandia flumina alternis motibus modo in pelagus, modo retro fluentia*) sed aestuaria, invecta et retenta, quae semper affluere et influere, nunquam refluere videntur; *Walch.* *versis* in marg. Vat. 3429. De *maris aestibus* cf. ad cap. 10. n. 7.

3. *quod tum praesidiis firmabatur* et castellis ab Agrippa sepiebatur, eo facto, quicquid interius terrarum erat, parebat Romanis; *Gron.* *Praesidia* illa tenuere a Clota, ubi nunc *Old Kirck-Patrick*, ad Bodotriam, ubi nunc ferme Abercorn, per XXXVII mill. passuum. Sic *omnis propior sinus* (sc. terrae s. terrarum; *Walch.*) *tenebatur* a Romanis, *submotis hostibus velut in aliam insulam*, ultra Clotam et Bodotriam earumque aestuaria, in Caledoniam, partem Scotiae septentr." *Brot.* Cf. ad Ann. 4, 34, 1.

CAPUT XXIV.

Quinto expeditionum anno nave prima transgressus ignotas ad id tempus gentes crebris simul ac prosperis proeliis domuit, eamque partem Britanniae, quae Hiberniam aspicit, copiis instruxit, in spem magis, quam ob formidinem: siquidem Hibernia, medio inter Britanniam atque Hispaniam sita et Gallico quoque mari opportuna, valentissimam imperii partem magnis invicem usibus miscuerit. Spatium eius, si Britanniae

comparetur, angustius, nostri maris insulas superat. Solum caelumque et ingenia cultusque hominum haud multum a Britannia differunt. Melius aditus portusque per commercia e negotiatores cogniti. Agricola expulsum seditione domestica unum ex regulis gentis exceperat ac specie amicitiae in occasionem retinebat. Saepe ex eo audivi, legione una et modicis auxiliis debellari obtinerique Hiberniam posse, idque etiam adversus Britanniam profuturum, si Romana ubique arma, et velut e conspectu libertas tolleretur.

1. *Quinto expeditionum anno* U. c. 837. p. Chr. n. 84. — „*na prima* omnium, quae oras illas scrutari ausae sunt, *transgressus* est Cl tam, aestuarium, *le Golfe de Dunbarton*, et *copiis instruxit eam parte Britanniae, quae Hiberniam aspicit*, nempe provincias Cantire, Carric Galloway, Wight cet. Male tentat Bleterius *gnave transgressus*, et Hu tius *navibus tum primum transgressus*." *Brot. vere primo* coni. Beck. qu iter terra patuerit et classis anno seq. demum parata. Sed Agrico orientales Scotiae orientalis partes victricibus armis transgressus, ad (cidentales nunc procedit, ad aestuaria, sinus et insulas: quare *navi* ei opus erat; *Arzt*. Cf. ad c. 25. n. 2. Hinc *nave prima* dictum pro *vibus primum*. v. ad Ann. 3, 29. et 14, 10. Sellingius et Ricklefs ex nunt: Agricola (qui Romae vel alibi fuerat per hiemem) in Britanni *transgressus nave*, qua *prima*, primum, navigari potuit. — *in spem gis:* Lipsius malebat *in speciem m*. „Immo *in spem* sc. Hiberniae tiundae, quod etiam verba seqq. ostendunt. Si *in speciem* tantum et arma Rom. ostentanda illam Britanniae partem copiis instruxisset, s species illa absque *formidine* non fuisset." *Pich.* Cf. ad cap. 5. n. 2. *Hibernia medio*, in medio, (v. ad H. 3, 19, 2.) *inter Britanniam a Hispaniam sita*, quem situm ei dabat geographia illius aevi: nam ig ad et post id tempus Romanis nec nisi *per commercia et negotiat* cognita *Hibernia*, Ἰουερνία s. Ἰέρνη, *Iuverna*, *Ierne*, eiusque gentes, i quas etiam Scotos referunt Claudian. cons. Hon. 4, 33. et Stil. 2, Isidor. Orig. 14, 6. et Oros. 1, 2. 3. Cf. Agathem. 2, 8. Strab. 4, 5 Mela 3, 6. et Ptol. qui multos, sed parum notos, recenset populos. bernia a Britannia non nisi unius diei, ab Hispania vero tridui nav tione abest. Hinc in *medio sita* non est aeque distans, sed eodem n spatio sita." *Pich.* Intervalla quaevis sunt *media*, et *medio* per ple mum additum est; *Ern.* Sed *medio sita* proprio sensu dicta. Cf. ca — *valentissimam imperii* Rom. *partem*, Hispaniam, Galliam et Bi niam, *magnis invicem usibus miscuerit*, coniunxerit ad mutuos usu commercia, quibus opportunissima erat Hibernia hac aetate, qua adhuc erat ars nautica; *Brot.* — *miscuerit*, ut Graece Optativus partic. ἂν ponitur de eo, quod, tanquam quod fieri possit, cogit *Hert.* — *nostri maris*, mediterranei, *insulas*, Siciliam, Sardiniam que; *Savil.* „Cf. Davis. ad Caes. b. G. 5, 1. et Cort. ad Sall. Iug *Peerlk.*

2. *Solum coelumque* (v. ad cap. 10. n. 3. et H. 5, 7, 4.) *et in cultusque hominum haud multum a Britannia* (a Britannorum solo que cet.) *differunt. Melius aditus — cogniti.* Ita edd. Rhen. 2. 3 Brot. Ern. Walch. al. *differt. In melius — cogniti* codd. Vat. e ante Rhen. 2. *differunt, nec in melius. Aditus* Bip. Ob. et alii ex e Acid. *differt in melius. Aditus* cet. ed. Dr. Beck. Hert. Peerlk verbum plur. num. iungi solet Substantivis diversae indolis, et *in melius cognosci*, neque *in melius differre* recte dicitur, ut *in pei tare*, *in maius audiri*, *augere*, *extollere*, *in mollius referri* et s

Walch. Cf. ad Ann. 12, 45. et H. 4, 68, 1. *differt* et *differunt*. *eius* (insulae) *aditus* coni. Rhen. et Danes. *differunt, et eius aditus* scripsit Seeb. — *cogniti:* interiora vero insulae fere ignota; *Brot.*

3. *in occasionem retinebat,* sicut antea Claudius invaserat Britanniam obtentu Berici exsulis restituendi; *Vird.* Sed cf. nota 4.

4. *Saepe ex eo audivi:* ergo *saepe,* nec postea Romae, sed tum in Britannia; nam mox dicitur *posse,* non *potuisse,* et Agricola regulum hunc *retinebat specie amicitiae in occasionem* Hiberniae expugnandae, si eius consiliis partibusque adiuvaretur. Hinc potissimum colligit Passovius in Wachleri Philomath. T. I. p. 55—57. Tacitum tunc temporis in Britannia fuisse. „Sed ex *eo* id non efficitur, quia praecedit *retinebat,* et ita ambiguitatis vitandae causa dicendum erat *ex illo.* Verba quoque seqq. Agricolae potius et Romano, quam regulo Hibero congruunt." *Walch.* *audivit* rectius videbatur Bipont. et Peerlk. — *si Romana ubique arma,* si exercitus Rom. ubique essent.

CAPUT XXV.

Ceterum aestate, qua sextum officii annum inchoabat, amplexus civitates trans Bodotriam sitas, quia motus universarum ultra gentium et infesta hostili exercitu itinera timebantur, portus classe exploravit. Quae, ab Agricola primum assumpta in partem virium, sequebatur egregia specie, quum simul terra, simul mari bellum impelleretur, ac saepe iisdem castris pedes equesque et nauticus miles, mixti copiis et laetitia, sua quisque facta, suos casus attollerent, ac modo silvarum et montium profunda, modo tempestatum ac fluctuum adversa, hinc terra et hostis, hinc auctus Oceanus militari iactantia compararentur. Britannos quoque, ut ex captivis audiebatur, visa classis obstupefaciebat, tanquam, aperto maris sui secreto, ultimum victis perfugium clauderetur. Ad manus et arma conversi Caledoniam incolentes populi paratu magno, maiore fama, (uti mos est de ignotis) oppugnasse ultro, castella adorti, metum ut provocantes addiderant: regrediendumque citra Bodotriam et excedendum potius, quam pellerentur, specie prudentium ignavi admonebant, quum interim cognoscit, hostes pluribus agminibus irrupturos; ac, ne superante numero et peritia locorum circumiretur, diviso et ipse in tres partes exercitu incessit.

1. *sextum officii annum* U. c. 836. p. Chr. n. 83., *Brot.* — *amplexus civitates trans Bodotriam sitas,* Fife, Perth, Strathern, Angus, Mearns, Marr, Aberdeen, *portus exploravit classe,* quae ex Bodotria, Frith of Forth, exiit; *Brot.* et *Gordon* itiner. p. 35 sq. Agricola animo agitasse videtur, ut exercitus terra nec longe a mari procederet et classis vel milites exponeret vel refugio esset; *Walch.* *amplexus civitates — portus classe exploravit* c. Vat. 3429. edd. Brot. Bip. Ob. et al. Cf. ad Ann. 6, 1. et Ind. III. v. *Participia Perf. depon. pro Part. Praes.* et *Metonymia.* *amplexus* pro *amplectens:* et *amplecti* tam perpetuitatem quam initium actionis significat, ut occupare, obtinere, *potiri* et Germ. *umfassen* pro *umfasst halten* et *erst umfassen; Selling.* p. 20. *amplas civitates — timebantur. Portus* vel *timebantur, portus cl. e.* edd. vet. ante Brot. non improb. Doed. et Dronkio, si verba *quia motus — timebantur* aut *portus classe* uncinis sepiantur. Ille propter longiorem parenthesin ἀνακόλουθον

exortum et *civitates — portus* pro *civitatum portus* dictum putat. *ampla civitatis t. B. sitae — portus cl. e.* coni. Gron. et *prius* pro *portus* Rhen. Pich. aliique. Pro *amplas* legendum esse *aggressurus*, saltem post *sitas* aut ante *amplas* aliquid excidisse putabat Ern. de exercitu terrestri, cuius mox mentio, aut de expeditione universa. Eandem ob causam vir doctus in Ephem. lit. Ien. a. 1816. sc. 127. corr. *amplas civ. t. B. sitas quia m. u. u. g. et infesta hostibus itinera timebantur, exercitu, portus cl. e. — motus universarum ultra gentium*, longius sitarum; *Ern.* Cf. Ind. III. v. *Ellipsis Verbi substant. — „infesta hostili exercitu itinera* tacite et recte dedit Rhen. non Latinitate, sed sensu postulante: itinera, viae cavae et angustae, fauces, paludes, saltus, *infesta* (passive) ab *hostili exercitu*, infestata, impetita, periculi plena, ut *via barbarorum excursionibus infesta* ap. Cic. de prov. cons. 2. v. Forcellin." *Walch. infesta hostilis exercitus itinera* c. Urs. et Vat. 3429. nec non edd. vet. ante Rhen. 2. quod perperam restituit Dronke ratus, significari irruptionem sive ipsos hostes, qui Romanos infesti essent aggressuri. *itinera hostilis ex. infesta* Romanis, eorum progressum impedientia, *Hert. infesta hostili* (Romano) *exercitu*, exercitui, (cf. Ind. III. v. *Dativi quartae declin. in* u) Germ.,*für ein feindliches Heer*, nisi *hostilis exercitus* est inepta glossa; *Selling*. p. 20. 21. qui valde se dubitare dicit, an usquam scriptores Rom. agmina barbarorum *exercitum* vocarint. *infesta hostibus exercitus itinera*, h. e. viae, quas exercitus Rom. iam emensus esset, seu terrae, exercitui a tergo sitae, coni. Beck.

2. *primum assumpta in partem virium*, (v. ad Ann. 11, 9, 1.) repleta militibus, qui expositi adiumento esse possent exercitui terrestri: nam ipsa iam ante parata erat. Cf. cap. 24. pr. — *bellum impelleretur*: „poetice ac fortius pro *inferretur* et pingit egregie *impetum belli*, (Cic. p. lege Man. §. 34.) quo illud celeri quasi gressu progreditur, ut ap. Lucan. 5, 330. 7, 16." *Hertel.* Optime hic locus explicatur simili Ann. 2, 23. *placidum aequor velis impelli*, h. e. naves in aequore; Boett. in Lex. Tac. p. 243. „Dictio insolentior: nam male comparantur H. 3, 2 extr. Lucan. 5, 330. al. *Pellere* proprie est *movere, anregen, in Bewegung setzen*, unde *pellere initium longi sermonis* ap. Cic. Brut. 87. *casus res humanas sine ordine impellit et iactat* ap. Sen. ep. 16. *moles belli impulsa, molem belli ciere, bellum transmittere* et *promovere*." *Walch. impelleretur* ex emend. Rhen. *impellitur* c. Vat. 3429. et edd. vet. *inferretur* et *impingeretur* coni. Ern. — *pedes equesque et n. miles*, v. ad G. 1. n. 1. et cap. 6. n. 5. — *mixti copiis et laetitia*, iuncti in epulo laeto. Cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin* et ad G. 30. n. 11. *bei heitrem Mahle verbunden; Walch.* Immo: *fröhlich im bunten Gemisch verschiedenartiger Gruppen; Boett. — modo silvarum et montium profunda, modo t. ac fluctuum adversa*, v. Ind. III. v. *Adiectiva neutra* cet. *ac montium* male c. Vat. 3429. et ed. Beck. al. — *auctus Oceanus*, termini eius propagati; *Brot.* Incognitum mare iam navigatum et reliquo Oceano quasi adiectum; *Lips. hinc*, ab his, *terra et hostis auctus*, addita provinciae regio ampla terrarum novusque quaesitus ac domitus hostis, *hinc*, ab illis, *auctus Oceanus*, Rom. imperium, quod Oceanus agnosceret, auctum, promotum, et ei accessio facta; *Gron.* Talia et in mentem venisse his viris, et multis arrisisse mireris. Probabilior est ratio eorum, qui *auctus* ad *terram* quoque et *hostem* referunt, (cf. Ind. III. v. *Praedicatum Subiecto praepositum*) sed dictum censent pro *auctus* verbis sive in maius. cf. Ann. 2, 24. et ad Ann. 1, 3, 2. H. 4, 68, 1. et inf. cap. 39 pr. Alii tamen, (Ern. Dahl. et Walch.) recte monuerunt, languere verba *auctus O.* iuncta cum *militari licentia*, cum *hinc terra et hostis* et post *casus suos attollerent*, legendumque videri cum Lips. et Pich. *victus O.*, quo sensu *domitus Oceanus* Suet. Claud. 17. *spolia Oceani* Suet. Cal. 46. *victa maria*

et *flumina* poetis dicantur. Cf. Burm. ad Val. Fl. 3, 481. Nuper fuit, qui corrigeret *aestus et Oceanus*, quod tamen minus h. l. convenit. Ceterum non dominationem in Oceanum designari, sed pericula Oceanum transvectis obvia et feliciter a classe superata, annotavit Dahl., ut Selling. p. 24., particulas *modo — modo*, *hinc — hinc* ad *auctus* referendas esse, non ad *compararentur.*

3. *visa classis obstupefaciebat*, v. ad cap. 18. n. 6. — *tanquam, aperto maris sui secreto, ultimum victis perfugium clauderetur*, cf. ad cap. 18. n. 6. cap. 30. n. 2. et 4. cap. 31. n. 5. et inpr. c. 38. n. 2.

4. *Ad manus et arma conversi*, v. ad Ann. 2, 80, 2. H. 3, 20, 2. et G. 7. n. 6. — *Caledoniam*, v. ad c. 10. n. 4. *Calidoniam* c. Vat. 3429. edd. Put. tres, Ber. Rhen. 1. — *paratu magno,* post apparatum magnum, (*nach grosser Zurüstung*) *maiore fama*, cum m. f. (*unter noch grösserm Ruf*) v. Ind. III. v. *Ablativi dispares iuncti*, et *Verba simpl. pro comp.* — *uti mos est de ignotis*, ut fama solet de ignotis praedicare et omnia augere; *Dronke.* „Similiter dixit Sall. Iug. 32. *talis fama de Cassio erat*, c. 73. *Marium fatigantem de profectione domum dimittit*, id. Cat. 45. *multa prius de salute sua Pomtinum obtestatus*, Terent. Eun. 3, 2, 4. *Ecquid amas nos de fidicina?*" *Walch.* Cf. ad cap. 10. n. 5. Ann. 2, 24 extr. et Ann. 4, 23. — *oppugnasse* regitur a *fama*, rumore, quod oppugnarint, eoque *maiore*, quod *ultro*, sponte, oppugnatum venissent: et ita rectissime Pichena, qui tamen verba *maiore fama — ultro* dura παρενθέσει inclusit; *Gron.* „Omnino Infinitivus Perfecti Aoristi *oppugnasse* pendet ex *fama*, sed *oppugnasse ultro* sunt quasi ipsa Famae verba et eodem fere affectu prolata, quo cap. 44. *festinatae mortis grande solatium tulit, evasisse postremum illud tempus*, H. 3, 68. *exire de imperio*, O. 6. *coire populum* cet." *Walch.* *oppugnare* c. Urs. *oppugnare ultro, castella adoriri* coni. Lips. quod languet. Non male vero *oppugnare ultro castella adorti* vel *adorsi* corr. Anquetil. p. 451. Bip. Eng. Lün. Sic *adoritur* vel *adorditur* et *adortus* vel *adorsus est oppugnare, convellere, demergere, interficere* dixere Liv. 2, 51. 6, 2. 8, 29. 23, 35. 37, 5. 32. Cic. Or. 2, 51. Curt. 3, 1, 6. Nep. Thras. 2, 5. et Dion. 6. Virg. Aen. 6, 397. 7, 386. Gell. 9, 2. Cf. intpp. hh. ll. et Drak. ad Liv. 35, 51, 8. — *castella adorti*, e quibus nonnulla adhuc exstant in provinciis Fife, Perth et Strathern; *Brot.* et *Gordon.* *castella*^{um} Vat. 3429. unde *castellum* dedit Beck. — *metum, ut provocantes* ipsi hostem, *addiderant* Romanis, auxerant, vel verbum compos. pro simpl. Cf. ad H. 1, 62, 3. *Multum interest*, ut Scipio ap. Liv. 28, 44. ait, *alienos populere fines, an tuos uri et exscindi videas, plusque animi est inferenti periculum quam propulsanti; Vird.* — *excedendum potius* castellis et hac regione, *quam* ut *pellerentur* ab hostibus. *exced. prius q. p.* coni. Gron. „Sed illa est antiquior dictio, quam nec Livius respuit. Cf. Ann. 1, 35, 1. Liv. 34, 25. 43, 9. Plaut. Aul. Prol. 11. et 1, 1, 12. Sic et *satius quam* ap. Liv. 39, 10. et Plaut. Cas. 1, 1, 23. Verba seq. *specie prudentium ignavi admonebant* in edd. Lips. Gron. Bern. al. eo ordine leguntur, quo similia Ann. 1, 13. 4, 3. 44. 16, 32. *specie ignavi prud. adm.* edd. vet. *ignavi specie prud. a.* c. Vat. 3429. edd. Brot. al." *Walch.* — *quum interim cognoscit* sc. Agricola; quem tunc temporis in castris Alatis, hod. Edinburgh, fuisse suspicatur Gordon itin. septentr. p. 36. „Sed ita iam *citra Bodotriam regressus* esset. In edd. rec., non vett., legitur: *At quum interim cognoscit, h. pl. a. irrupturos, ne* (in ed. Hert. *ac ne*) *superante* cet. Enimvero in re subita *quum* temporale, etiam in periodis longioris ambitus, Praesenti historico, rarius Imperfecto, iungitur. Sic [cap. 26. Ann. 12, 68, 1.] H. 1, 29. Liv. 23, 18. 24, 5. 25, 37. 44, 10. Sall. Iug. 60." *Walch.* ad h. l. et in Emend. Liv. p. 184. Verba *Quum interim cognoscit — irrupturos, ac ne* cet. prima capitis seq. fecit Schede.

superante numero, v. ad H. 1, 51, 4. — *peritia locorum*, ab hostibus locorum peritis; *Ern.* — *circumiretur*: in edd. Lips. *circumirentur*. — *incessit*, v. ad Ann. 4, 23.

CAPUT XXVI.

Quod ubi cognitum hosti, mutato repente consilio, universi nonam legionem, ut maxime invalidam, nocte aggressi, inter somnum ac trepidationem caesis vigilibus, irrupere. Iamque in ipsis castris pugnabant, quum Agricola, iter hostium ab exploratoribus edoctus et vestigiis insecutus, velocissimos equitum peditumque assultare tergis pugnantium iubet, mox ab universis adiici clamorem: et propinqua luce fulsere signa. Ita ancipiti malo territi Britanni; et Romanis redit animus, ac securi pro salute de gloria certabant. Ultro quin etiam irrupere: et fuit atrox in ipsis portarum angustiis proelium, donec pulsi hostes, utroque exercitu certante, his, ut tulisse opem, illis ne eguisse auxilio viderentur. Quod nisi paludes et silvae fugientes texissent, debellatum illa victoria foret.

1. *nonam legionem*, v. Ind. I. v. *Legiones*. „Ea tum alio, quam Agricola, loco videtur fuisse, et quidem in prov. *Fife* castroque, quod adhuc exstat et dicitur *Lochore*. Duobus circiter mill. pass. ab eo est magna palus dicta *Loch-Leven*, unde ingentes arborum trunci saepe eruuntur, quod est silvarum, quae ibi füere, argumentum. Eo referri possunt extrema huius cap. verba.” *Brot.* et Gordon itin. sept. p. 32. „Agricola potius eiusque castella in prov. Fife fuisse videntur, castra autem legionis nonae inde remota versus septentrionem in prov. Angus v. Marr. Castra quoque et castella, quorum reliquiae etiam nunc conspiciuntur, fortasse exstructa Antoninorum et Severi temporibus.” *Walch.* — *maxime invalidam*: nam multis proeliis fuerat imminuta, et ideo postea suppleta dictaque Gemina; *Brot.* Cf. Ann. 14, 32. 38.

2. *in ipsis castris pugnabant*: in c. Vat. 3429. *pugnabatur*, quod recepere Beck. Hert. Peerlk. Pro *iter* vitiose *inter* Put. tres et Riv. — *vestigiis insecutus*, per vestigia hostes; *Ern.* — *assultare tergis pugnantium*, v. ad Ann. 2, 13, 3. — *propinqua luce* diei. Cf. Ind. II. et Ann. 1, 3, 2. 1, 65, 1.

3. *securi pro salute de gloria certabant* c. Vat. 3429. et edd. vet. ante Ern. quod recte revocarunt Brot. Beck. Walch. Hert. Cf. Ind. II. v. *Adiectiva Dativis et Praepositionibus insolenter iuncta*. *securi de salute pro gloria* c. e coni. Acid. recepere Ern. Bip. Ob. Dr. al.

4. *Ultro quin etiam irrupere* (in Britannos Romani, qui in castris erant) edd. vet. quod bene defenderunt Doed. in Actis philol. Mon. T. 2. f. 3. et Walch. Cf. ad H. 2, 70, 6. *erupere* c. Vat. 3429. quod recepere Brot. Ern. et alii. — *donec pulsi hostes* sunt. — *utroque exercitu* Romano. Mox *his intullisse opem* Vat. 3429.

5. *Quod nisi* (quodsi non) *paludes et silvae f. t.* hostes, *debellatum illa v. foret*, ut H. 5, 18. Cf. ad cap. 32. n. 2.

CAPUT XXVII.

Cuius constantia ac fama ferox exercitus, *nihil virtuti suae invium; penetrandam Caledoniam inveniendumque tandem Britanniae terminum continuo proeliorum cursu*, fremebant.

que illi, modo cauti ac sapientes, prompti post eventum ac magniloqui erant. Iniquissima haec bellorum conditio est: prospera omnes sibi vindicant, adversa uni imputantur. At Britanni, non virtute, sed occasione et arte ducis rati, nihil ex arrogantia remittere, quo minus iuventutem armarent, coniuges ac liberos in loca tuta transferrent, coetibus ac sacrificiis conspirationem civitatum sancirent. Atque ita irritatis utrinque animis discessum.

1. *Cuius* (victoriae) *constantia ac fama ferox exercitus — fremebant*, v. ad H. 2, 22, 5. 2, 44, 3. G. 11. n. 12. *conscientia ac fama* coniecere Pich. Lips. et alii, idque ex MS. Vat. 3429. recepere Dr. Beck. Hert. Peerlk. *Ducis constantia ac fama* coni. V. D. in Ephem. lit. Ien. a. 1809. sc. 23. Alii recte defenderunt vulgatum, sed male interpretati sunt; in his quoque Gron., qui, quod optimis viris fastidio sit, sibi aureum et gemmeum esse dicit et multa, sed praeter rem ac modum, disputat de *constantia*, non victoriae, sed hominum ducumque. „*Constantia ac fama* est ἓν διὰ δυοῖν et id. qd. *constans fama* Ann. 6, 30. H. 1, 66. (continua, aequabilis et hinc ubivis sparsa) inf. c. 43. *constans rumor.*" *Walch.* Cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin.* — *nihil virtuti suae invium*, v. ad H. 4, 81, 8. — *penetrandam:* in c. Vat. *et penetr.*, quod recepere Beck. Hert. Peerlk. Ita scribendum *et, penetrandam* cet.; *Walch.* — *proeliorum* e tacita emend. Rhen. *proelium* edd. ante Rhen. 2. — *fremebant*, cum fremitu et murmure dicebant. „*Fremere* propr. dicitur de equis, ut G. 9., metaph. de assensu, de admiratione, de laetitia et saepius de indignatione. v. Herzog. ad Caes. b. G. 2, 24." Hert.

2. *atque illi modo cauti*, sc. qui, ut cap. 25 extr. dictum, *regrediendum citra Bodotriam ignavi specie prudentium admonuerant;* Brot. — *post eventum* felicem proelii, ut c. 22. — *prospera omnes* milites *sibi vindicant, adversa uni imputantur*, sc. duci. Sententia gravissima eademque verissima, cui similis est H. 4, 27, 2. et Sall. Iug. 53 extr. *Quippe res humanae ita sese habent: in victoria vel ignavis gloriari licet, advorsae res etiam bonos detrectant; Dr.* Conf. ad Ann. 3, 53. *uni* edd. Riv. Rhen. 2. 3. et rec. *cum* edd. Put. Ber. Rhen. 1. fortasse et MSS. Vat. quod tamen nec Brot. nec Dr. annotavit. *duci* scripsit Beck. quia hic non opponendi sint *omnes* et *unus*, sed *milites* et *dux*. Sed si h. l. de *bellorum conditione* agitur et hinc *omnes* sunt milites, nonne iis optime opponitur *unus* sc. dux?

3. *At Britanni, non virtute* cet. Comparantur H. 2, 44. 76. Caes. b. G. 1, 40. 7, 29. *non virtute, sed occasione*, (superventu subito Agricolae; *Lips.* cf. ad G. 30. n. 7.) et *arte ducis rati:* ita in edd. vet. leguntur haec verba corrupta et varie emendata. *arte ducis* sc. factum; *Selling.* obss. in Tac. Agr. p. 16. v. ad Agr. 19. n. 2. *arte ducis rati* scil. se victos esse; *Hert.* *arte superati* coni. Peerlk. *arte ducis superati* Boxh. et Beck. *arte ducis victos rati* et *non ut virtute, sed oc. et a. d. superati* Lips. quia *super* compendio saepe scriptum et unica litera *s* superposita nota. *casune an arte superati* Heum. *arte victos rati* Pich. *arte ducis se victos rati* Brot. et Dahl. (cf. H. 2, 76.) *arte ducis irati* Rhen. *arte usos* (Romanos) *rati* Bip. Eng. Klein. Bekk. Lün. (cf. Vellei. 2, 74.) *arte ducis usos rati* Oberl. *arte vicisse* (Romanos) *rati* Ern. *non virtutem, sed occasionem et artem ducis rati* scil. victoriam illam esse, i. e. victoriae causam, Freinsh. Gesn. Boett. et C. Naudet coll. Ann. 2, 11. 3, 1. et 20. *arte ducis freti* Schneider obss. in Tac. et Sall. p. 14. h. e. non virtuti, sed occasioni potius et ingenio ducis confisi, quum vires Romanorum experti essent. *arte ducis fracti* Acid. *non* (modo) *virtute,*

sed (etiam) *occ. et arte ducis strati, nihil* (tamen) *ex arr. r.* Grut. et V. D. in Ephem. schol. Darmst. a. 1825. (paedag. philol. p. 348.) *non virtute se* sc. superatos, (cf. ad Ann. 2, 20, 2.) *sed occasione et arte ducis elusos rati* (v. ad Ann. 2, 52, 2.) *nihil ex a. r.* Walch. ad h. l. qui in Melet. crit. p. 13. *se* et *ducis* supplenda censuerat, de quo v. ad Ann. 5, 5. — *coetibus ac sacrificiis conspirationem civitatum sancirent*, ut sociorum olim Catilina. Cf. et H. 4, 14. G. 22.

CAPUT XXVIII.

Eadem aestate cohors Usipiorum, per Germanias conscripta, in Britanniam transmissa, magnum ac memorabile facinus ausa est. Occiso centurione ac militibus, qui, ad tradendam disciplinam immixti manipulis, exemplum et rectores habebantur, tres liburnicas, adactis per vim gubernatoribus, ascendere et, uno remigrante, suspectis duobus eoque interfectis, nondum vulgato rumore, ut miraculum praevehebantur. Mox hac atque illa rapti et cum plerisque Britannorum sua defensantium proelio congressi ac saepe victores, aliquando pulsi, eo ad extremum inopiae venere, ut infirmissimos suorum, mox sorte ductos vescerentur. Atque ita circumvecti Britanniam, amissis per inscitiam regendi navibus, pro praedonibus habiti, primum a Suevis, mox a Frisiis intercepti sunt. Ac fuere, quos, per commercia venum datos et in nostram usque ripam mutatione ementium adductos, indicium tanti casus illustravit.

1. *cohors Usipiorum* cet. v. de hoc populo Ind. et ad G. 32. n. 2. „Similia de Indis tradit Plin. 2, 67. de Francis Eumen. pan. Constant. c. 18. et Zosim. 1. extr. Cohors haec erat sane ex iis copiis, quibus Agricola instruxerat eam Britanniae partem, quae Hiberniam respicit, (cf. c. 24 pr.) Cantyre, Carrick, Galloway cet.” *Brot.* Ad rem cf. Dio 66, 20. cuius narratio diversa ab hac et aptiori quidem loco inserta, sed fide minus digna est. — *et in Britanniam transmissa* c. Vat. 3429. edd. Brot. Dr. al. Copula tamen abest a cet. edd. et a Tacito saepe omittitur. — *magnum ac memorabile facinus*, cf. Virg. Aen. 4, 94. ibique Burm. „Hodie ridemus; at olim hoc tanti fuit, quanti nunc penetrasse Magellani sinum et orbem hunc circumdedisse. Hac autem circumvectione retecta Britannia et insula bona fide approbata. Cf. Ambros. Hexaëm. 3, 3, 3.” *Lips.* Cf. sup. ad cap. 10. n. 1. „Ita et Virdungus de sola Britanniae circumvectione haec cepit: verum non ea tantum, quam ne cogitarunt quidem, (quanquam et huius fortuna ipsis miseriis magna) sed *magnum ac memorabile* inceptu, profligatu, exitu erat, tales rebellionem moliri tali tempore ac loco, et tali modo tantisque casibus ac periculis propositis exsequi, dein per omnia extrema tam diu aerumnosam vitam trahere ac durare.” *Gron.*

2. *Occiso*, propter nimiam fortasse severitatem disciplinae, *centurione ac militibus*, (v. ad Ann. 2, 69, 2.) *qui ad tradendam disciplinam immixti manipulis exemplum et rectores habebantur*; milites veterani et exercitatissimi *disciplinam* militarem *tradentes* in campo, exercitationis meditationisque armorum loco; unde erant et dicebantur vel *armidoctores*, *ὁπλοδιδάκται*, *ὁπλοδιδάσκαλοι*, qui arma tractare et ad hastam clipeumve declinare, vel *campidoctores* s. *campi ductores*, qui servare ordines, recte ambulare reliquosque armaturae motus, numeros et gestus docebant tirones. v. intpp. Veget. 1, 13. Plin. pan. 13. Ammian. Mar-

cell. 15, 3, 10. 19, 6, 12. Lamprid. in Alex. Severo c. 53. Besselii miscell. p. 154. et 255. Salmas. ad Vopisc. Aurel. c. 23. „Peditum erant *manipuli*, ut turmae equitum. Cohors vero LX manipulis aut contuberniis i. e. DC militibus constabat, (v. Veget. 2, 13.) quibus *milites* Romani fuere *immixti*: alii erant manipuli, qui duabus centuriis constabant." *Brot.* coll. Gell. 16, 4. „De cohortibus et manipulis Rom. v. Niebuhrii hist. Rom. T. II. p. 474 seq. et Herzog. ad Caes. b. G. 2, 25." Hert. Ἑκατοντάρχους χιλίαρχόν τε φονεύσαντες Dio 66, 20. *immixtis* c. Vat. 3429. — *adactis per vim gubernatoribus* simul ascendere naves, ut eas regerent, propter suam *regendi inscitiam*. Simplicius Dio 66, 20. ἐς τὰ πλοῖα κατέφυγον, *Walch.* — *uno remigrante*, „qui scapha forsan elapsus erat. Hinc enim alii duo suspecti et interfecti: hinc, nondum vulgato rumore, ut miraculum praevehuntur: hinc amissae per inscitiam regendi naves." *Brot.* Quum unum e gubernatoribus deprehendissent *remigrare*, i. e. navem eo, unde profecta erat, reducere, alios duos suspectos habuere: propterea interfecere, atque ipsum etiam, qui remigrare parabat; *Huet.* Verisimilius est, illum, antequam ex portu solverent, clam se subduxisse ac domum versus, in patriam remeasse: nam duos tantum occisos apparet; *Pich.* *remigrante* edd. vet. *remigante* Vat. 3429. quod multi recepere hoc sensu, quem et Praesens tempus verbi *remigante* iis postulare videbatur: duae naves, interfectis duobus gubernatoribus, sequebantur tertiam illam, in qua *unus* ille *remigabat*, h. e. quam gubernabat. „Sed mox legimus, *amissas per inscitiam regendi naves*, haud dubie omnes, non duas; nusquam vero, gubernatorem navis *remigare*. Neque alienum ab h. l. *remigrante*, quod est Particip. perfectae actionis: nam Participia Praesentia Verborum, inpr. Neutrorum, saepius pro Partic. Perf. ponuntur, ut *revertentem* c. 9 pr. *descendens* Vell. 2, 25. *descendenti* Liv. 21, 32. Cf. Emend. Liv. p. 82. Voss. de anal. 4, 14. et Ar. II. p. 233. Casaub. Wolf. et Bremi ad Suet. Caes. 20." *Walch.* Hi intpp. Suet. docent, causam rei esse, quod Participia rei infectae, significationem habentia perfectae, in verbis activis neutrisque Latinis non in usu fuerint, ut Graecis, et hinc Virgilium Ge. 1, 447. 3, 19. Aen. 3, 300. 485. 6, 157. 10, 720. dixisse *linquens*, λιπών, non λείπων, Terent. Phorm. 5, 1, 32. *offendi adveniens*, ἐλθών, non ἐρχόμενος, aliosque similia. Cf. Ramshorn. Gram. p. 456. — *eoque interfectis*, ideoque i. V. ad Ann. 1, 16, 1. — *nondum vulgato rumore* sc. rebellionis et fugae per litora vel inter incolas Britanniae; *Walch.* — *ut miraculum*, res admiratione dignissima; *Brot.* — *praevehebantur*, praetervehebantur, (v. ad Ann. 2, 6, 2.) sc. litora et loca, quorum incolae stupebant aspectu navium Romanarum, quas nondum viderant, hominumque, qui inscii erant earum regendarum. *praevehebantur* in marg. c. Vat. 3429. si Broterius, sed *prebebantur*, si Maggiorani verum vidit. *provehebantur* MSS. Vat. et edd. vet. quod nonnulli probarunt, ut successum navigationis mirati sint homines. Enimvero *provehi* non est adhi, invehi, Germ. *einher fahren*, sed vehi in altum; *Walch.* Verba item *praevehi*, *provehi* et *pervehi* propter comp. scripturae a librariis saepissime permutantur.

3. *Mox hac atque illa* (parte, v. ad H. 3, 8, 4.) *rapti et cum plerisque* edd. rec. ex tacita emend. Rhen. *mox ad aquam atque ut illa raptis cum plerisque* vel *plaerisque* c. Vat. 3429. (in quo tamen *rapti*) et edd. vet. „*mox ab aqua hac atque illac rapti* corr. Bosius in ep. ad Reines. Ad *aqua* poetis, non Tacito, dicitur fluctus et *ad aquam* videtur esse natum ex glossa *ad aquã, ab aqua*, vel ex verbis Dionis 66, 20. περιέπλευσαν τὰ πρὸς ἑσπέραν αὐτῆς ὥς που τό τε κῦμα καὶ ὁ ἄνεμος αὐτοὺς ἔφερε." *Walch.* Alia tamen et meliora in vet. lect. latere recte, opinor, suspicantur Peerlk. et Selling. p. 25. etsi non plane satisfaciant eorum emen-

dationes: *Mox; ad* (praeter) *aquam vitaeque utilia, raptis secum plerisque* (v. ad Ann. 3, 28.) sc. rebus *Britannorum, et sua defensantium proelio congressi*, (ut ap. Iustin. 7, 3. *ne dehonestaretur proelio tam foedae gentis*) et *Mox ad aquam atque utilia rapienda cum pler.* et *Mox autem aquam atque utensilia* (cibaria; v. ad Ann. 1, 70, 2.) *raptantes cum pler.* Usipii certe, inopia aquae et cibi laborantes, saepius appulisse ad litora, ut Britannis *sua* eriperent, hi vero ea *defensasse* videntur. Hinc quoque *sua* non ad terram Britannorum retulerim cum Walch. qui haec annotavit: „*sua defensantium*, ut *ad sua tutanda* Ann. 4, 73. *in suis requireret, quum in nostris nullum reliquisset* ap. Ammian. Marc. 17, 1. et Gr. τὰ ἐμά, τὰ σά — τὴν ἑαυτῶν, de quo v. Schaef. ad Lamb. Bos. de Ell. p. 228." Usipiorum cohors non terras expugnare cupiebat, sed ea rapere, quibus vitam sustentaret. *plerisque Britannorum* in prov. Cumberlandia, Galloway, Cantyre, Argyle, Inverness, Strathnavern aliisque; *Brot. ut sua defensantium* Vat. 3429. — *ad extremum eo inopiae venere*, v. ad Ann. 3, 73, 1. *ad extremum*, εἰς ἔσχατον vel simpl. et adv. ἔσχατον, ἐσχάτως, postremo, tandem. — *ut infirmissimos suorum vescerentur.* v. ad Ann. 11, 10.

4. *Atque ita circumvecti Britanniam:* „quod non stricte accipiendum est, ut c. 38. de classe Rom. Dio 66, 20. dicit περιέπλευσαν τὰ πρὸς ἑσπέραν αὐτῆς. Sed si occidentale Britanniae latus legissent Usipii, nunquam ad Suevos pervenissent. Delevi *ita*, quod a Vat. 3429. omittitur." *Beck.* — *per inscitiam regendi*, propter i. r. Cf. Ind. II. — *primum a Suevis, mox a Frisiis intercepti sunt*, v. ad G. 34. n. 3. et cap. 38. n. 1. *Suecis* coni. Seeb. „Suevorum autem *non una gens*, (G. 38.) neque operam perdamus in locis, quibus aut naufragium fecerint aut ad terram appulerint, quaerendis. Fabula propter brevitatem non satis quidem perspicua, fortasse quum Tacitus rem parum accurate cognosset." *Dronke.*

5. *Ac fuere, quos — illustravit;* leg. *illustrarit*, si verum est, quod Ern. ad Cic. fin. 1, 20. et off. 1, 2. 20. 24. contendit, latinitatem postulare, ut coniunctivus excipiat dictionem *est* vel *sunt, inveniuntur, qui* cet. Sed v. Bentl. ad Hor. od. 1, 1, 3. Cort. ad Sall. Cat. 19. Gernhard. commentatt. gram. P. IV. p. 18. Ramshorn. Gram. p. 551; et Ruddim. inst. Gram. T. II. p. 349. 353. ubi Stallb. haec annotavit: „Conf. Heusing. ad Cic. off. 1, 24. Drak. ad Liv. 42, 66, 9. Heindorf. ad Hor. Sat. p. 92. ad Cic. de N. D. 2, 32. Bremi ad Cic. de fin. 1, 20. et ad Nep. Milt. 3, 2. Gernhard. ad Cic. de off. 1, 2, 5. Mihi ita de hac re videtur statuendum. Ubi *qui* indicat internum sententiarum nexum, sive causa, sive finis, sive eventus significetur, coniunctivus ponatur necesse est; indicativus autem adhibetur, quando sententia additur non pendens ab ea quae praecessit, neque cum ea necessario coniungenda, sed rem simpliciter indicans. Ut si dicas *fuerunt qui dicerent*, quod nihil aliud est quam *fuerunt homines eiusmodi* s. *tales, ut dicerent;* ut adeo hoc ex illo consequi cogitetur tanquam effectus ex causa, quae quidem in eorum ingenio et moribus cernatur. Contra qui dicit *fuerunt, qui dicebant*, is nil nisi rem factam esse affirmat, non facta significatione nexus illius interni, quo sententias copulare licet. Ex his autem sponte intelligitur, saepenumero a scriptorum pendere arbitrio, coniunctivus an indicativus ponatur, neque hodie licere ubique certa manu restituere genuinam scripturam. Deinde vero etiam illud patet, non sine causa idonea factum esse, ut poetae indicativum praeferrent coniunctivo: nam poeseos est, sententias ita proponere, ut veluti ex ipsa rerum natura et humana vita repetitae videantur. Eo enim fit, ut et clariores fiant, et maiorem afferant delectationem. Subtilitatem autem illam, quae est in sententiis logica ἀκριβείᾳ connectendis, etsi non negligit, tamen non ita sectatur, ut nolit vividiorem et iucundiorem dicendi rationem praeferre. Quae quum ita sint, temere profecto usum indicativi e sola

imitatione poetarum Graecorum fluxisse arbitrantur: quae nisi cum rei natura conveniret, ne locum quidem habere ullo modo posset. Hinc etiam intelligitur, cur *quamvis* nonnunquam indicativum asciscat, praesertim apud poetas; facile autem, cur coniunctivum, quum significet *wenn auch, noch so*." Cf. ad Ann. 1, 4, 5. 6, 51. — *per commercia venum datos et in nostram usque ripam mutatione ementium adductos*, v. ad G. 24. n. 9. et cap. 25. n. 1. Similia narrantur Ann. 2, 24 extr. *in nostram ripam*, sinistram Rheni fluminis, qua terminabatur Gallia, provincia Romana, et protegebatur: dextram vero suam vocabant tenebantque Germani; *Ern.* et *Bip.* Cf. ad H. 4, 27, 1. 5, 16, 7. et G. 17. n. 4.

CAPUT XXIX.

Initio aestatis Agricola, domestico vulnere ictus, anno ante natum filium amisit. Quem casum neque, ut plerique fortium virorum, ambitiose, neque per lamenta rursus ac maerorem muliebriter tulit: et in luctu bellum inter remedia erat. Igitur praemissa classe, quae pluribus locis praedata magnum et incertum terrorem faceret, expedito exercitu, cui ex Britannis fortissimos et longa pace exploratos addiderat, ad montem Grampium pervenit, quem iam hostes insederant. Nam Britanni, nihil fracti pugnae prioris eventu et ultionem aut servitium exspectantes tandemque docti, commune periculum concordia propulsandum, legationibus et foederibus omnium civitatum vires exciverant. Iamque super triginta millia armatorum aspiciebantur, et adhuc affluebat omnis iuventus et quibus cruda ac viridis senectus, clari bello et sua quisque decora gestantes; quum inter plures duces virtute et genere praestans, nomine Calgacus, apud contractam multitudinem, proelium poscentem, in hunc modum locutus fertur:

1. *Initio aestatis — inter remedia erat:* haec in plerisque edd. capiti 28 iunguntur. *Initio aestatis:* alia haec aestas a sexta cap. 25—29. nam quae ea sunt gesta, clare c. 34 init. superiori anno tribuuntur: itaque hic excidit vel *sequentis*, *proximae*, vel potius *septimae*, quod verbum, per notas scriptum, (VII) facillime potuit absorberi a terminatione verbi praec. VIT; *Brot.* et *Ern.* Alii intelligendum potius, quam inserendum putant *sequentis s. septimae.* — *Agricola domestico vulnere ictus anno ante natum filium amisit*, cf. ad cap. 6. n. 4. Participium aoristi est *ictus*, ut *amisit* tempus aoristum: ictus est, quum amisit; *Dronk.* sublatis distinctt. *Agricola d. v. ictus; anno ante n. f. amisit; Doed.* supplens *est* post *ictus*. Sed Ramshorn. Gramm. p. 696. haec dicta putat pro: *amisso filio, domestico vulnere ictus est*, ut sit hypallage praedicatorum, ut Ann. 15, 57. v. ad c. 5. n. 1. et Ann. 4, 60. *domestico vulnere ictus*, cf. ad H. 3, 56, 4. et Ind. III. v. *Participia Perf. Pass. pro Particip. Praes. s. Aoristi.*

2. *Quem casum neque, ut plerique* (v. ad Ann. 3, 28.) *fortium virorum, ambitiose tulit*, non firmitudinem animi militarem et Stoicorum ἀπάθειαν ostentans. „Non ita tulit, ut animi robur, dolori imperium ostentans, nulla humani affectus signa daret; ut is, qui nuntiata morte filii nihil motus, *Sciebam*, inquit, *me genuisse mortalem.* Eiusmodi ambitionem Aeschines obiecit Demostheni, huiusque factum defendit Plut. in vita eius. Verum hic, ut in omni re, liquet modum esse optimum." *Vird.* Cf. Ann. 4, 8. de Tiberio; *Bip.* *Viri fortes* sunt militares, qui

fere *ambitiosi* in talibus rebus, h. e. ostentant patientiam et nimis volunt constanter ferre incommoda videri contra humanitatis communis rationem; *Ern.* Cf. ad H. 1, 88, 5. — *rursus*, v. ad Ann. 1, 80, 2. — *et in luctu bellum inter remedia erat*, cf. ad c. 16. n. 3. *Remedia*, quibus discuteretur luctus et prohiberetur, ne animus nimis indulgeret ei et succumberet. „Sic Tiberius negotia publica pro solatiis accepit, (v. ad Ann. 4, 8. 4, 13. pr.) et Cicero moerens obitu Tulliae filiae passim in Epistolis queritur, se non habere ubi acquiescat, quia non amicorum neque publicis negotiis impediantur cogitationes suae." *Vird.*

3. *Igitur praemissa classe, quae pluribus locis praedata*, (ad oras aestuario Frith of Tay adiacentes) *terrorem faceret*, cf. Ind. III. v. *Participia Perf. depon.* cet. — *magnum et incertum terrorem faceret:* quod enim classis *pluribus* et diversis *locis praedaretur* et, quo esset appulsura, ignorarent, quisque eam sibi imminere existimabat; *Eng.* — *expedito cum exercitu*, v. ad H. 3, 2, 10. et G. 40. n. 9. De ipso exercitu v. cap. 35. — *ad montem Grampium*, Scot. *Grantzbain* h. e. mons incurvus, qui mediam Scotiam dividit in australem s. superiorem et in borealem s. inferiorem; *Vird.* Si Cambdeno fides habenda, mons ille nunc dicitur *Grampian* s. *Grampianhills*, procurrens a Dumbarton usque ad Aberdeenshire, et ad radices eius iacet Grantsboin s. *Grantzbaine*, qui tamen locus frustra in mappis geogr. quaeritur; si Gordono, (itiner. septentr. p. 35. 37.) Gilpino (Reise durch Schottland T. II. p. 171.) et Arztio ad h. l., pugnae et castrorum loca hodie dicuntur Strathern, non longe a Kirck of Comerie, Strageth, Galgachan Rossmoor, Ardoch et Innerpeffery, quibus etiam nunc vestigia trium castrorum Rom. et quidem duorum in longa valle, quam Erne et Ruchel amnes perfluunt, cum duplici vallo et fossa reperiuntur. *Graupium* c. Vat. 3429. — *quem iam hostes insederant:* in Put. 1. *hostes insederat* et in c. Vat. 3429. *hostis insederat*, quod a nonnullis receptum est. Cf. ad G. 6. n. 5. Sed ita aures offenduntur, quia non nisi Substantiva num. sing. praecedunt; *Walch.*

4. *nihil fracti*, cf. Ind. II. v. *nihil* et ad cap. 38. n. 1. — *pugnae prioris eventu*, cf. cap. 26. — *commune periculum concordia propulsandum:* „O verba aurea! utinam imbibamus! Nempe hoc est, quod Hermocrates ille Syracusanus pulcherrime monuit ap. Thucyd. 4, 64. *Τοὺς δὲ ἀλλοφύλους ἐπελθόντας ἀθρόοι, ἢν σωφρονῶμεν, ἀμυνούμεθα, εἴπερ καὶ καθ' ἑκάστους βλαπτόμενοι, ξύμπαντες κινδυνεύομεν.*" *Lips.* Cui vero non nota pestifera illa Graecorum et veterum et recentiorum discordia? aut verba Sall. Iug. 10. *concordia parvae res crescunt*, (symbolum Belgarum, numis impressum) *discordia maximae dilabuntur*, et prov. Germ. *Friede ernährt, Unfriede verzehrt?* Cf. ad c. 12. n. 2. et 3. ad c. 30. n. 1. ad c. 32. n. 2. ad Ann. 4, 49. G. 33. n. 7. — *legationibus et foederibus* per *ἓν διὰ δυοῖν* dictum pro *foederibus per legationes factis; Roth* p. 54. Cf. Ind. III. v. *Hendiadyoin*. *Iamque super t. m. a. aspiciebantur*, conspiciebantur, erant. Cf. Ind.

5. *et adhuc affluebat omnis iuventus*, v. ad Ann. 2, 76, 1. — *quibus cruda ac viridis senectus* ex Virg. Aen. 6, 304. ubi Heyne iam comparavit Gr. *ὠμὸν γῆρας, ὠμογέρων*. Cf. ad Ann. 1, 8, 13. et H. 2, 10, 4. *Crudi* poetis fere dicuntur iuvenes aut puellae nuptiis nondum maturae; *Dr.* et, quos laudavit, intpp. Hor. Od. 3, 11, 11. Gron. ad Sen. Oed. 167. Drak. ad Sil. 5, 569. Schaef. ad Plin. ep. 1, 12, 5. — *et sua quisque decora gestantes*, insignia honorum et virtutis. Sic milites Rom. in triumphis dona gestantes militaria (v. Appian.) et H. 2, 89, 3. Vitelliani; *Vird. Decora* praemia ob virtutem bellicam accepta, torques, armillas cet.; *Ern.* et *Brot.* Magis Caledoniis conveniunt tropaea, (manubiae, spolia, vestes et arma) ut Gallis teste Diodoro 5, 29. *Τὰ σκῦλα τοῖς θεράπουσι παραδόντες ᾑμαγμένα λαφυραγωγοῦσι, ἐπιπαιανίζοντες· καὶ τὰ*

ἀφροδίσια ταῦτα ταῖς οἰκίαις προσηλοῦσιν, *Walch.* et edd. vet. *ac* edd. Rhen. 2. 3. et rec. tantum non omnes.

6. *Calgacus* c. Vat. 3429. a m. sec, 4498. edd. Put. tres Riv. Ber. Brot. Ern. et rec. *Galgacus* c. Vat. 3429. a m. pr. edd. Rhen. tres et cet. ante Brot. *Galauc* apud Liennauc in fabuloso Triadum libro et inter tres Britanniae heroes appellatur; *Cambden.* Fortasse scrib. *Calgarus*, qualis in Ossiani carminibus occurrit; *Beck.* — *in hunc modum locutus fertur:* hac oratione, moriar, si quid meo sensu prudentius, disertius, argutius est in omni Romana lingua; *Lips.* „Nihil quoque praestantius habet Graeca antiquitas. Omnes dominationis Rom. artes, vitia omnia mira arte ac brevitate explicat Tacitus." *Brot.* Antinapoleonina vere dici possit; *Klein.* Aliena quidem est a modo loquendi et ingenio ducis militumque barbarorum, sed congrua eorum sensibus neque dissimilis Livianis non paucis, quibus, quae homines inculti et rudes cogitasse videri possunt, insigni arte et ornatu adumbrantur.

CAPUT XXX.

Quotiens causas belli et necessitatem nostram intueor, magnus mihi animus est, hodiernum diem consensumque vestrum initium libertatis totius Britanniae fore. Nam et universi servitutis expertes, et nullae ultra terrae, ac ne mare quidem securum, imminente nobis classe Romana. Ita proelium atque arma, quae fortibus honesta, eadem etiam ignavis tutissima sunt. Priores pugnae, quibus adversus Romanos varia fortuna certatum est, spem ac subsidium in nostris manibus habebant, quia nobilissimi totius Britanniae eoque in ipsis penetralibus siti, nec servientium litora aspicientes, oculos quoque a contactu dominationis inviolatos habebamus. Nos, terrarum ac libertatis extremos, recessus ipse ac sinus famae in hunc diem defendit. Nunc terminus Britanniae patet. Atqui omne ignotum pro magnifico est. Sed nulla iam ultra gens; nihil nisi fluctus et saxa et infestiores Romani, quorum superbiam frustra per obsequium et modestiam effugeris. Raptores orbis, postquam cuncta vastantibus defuere terrae, et mare scrutantur. Si locuples hostis est, avari; si pauper, ambitiosi: quos non Oriens, non Occidens satiaverit. Soli omnium opes atque inopiam pari affectu concupiscunt. Auferre, trucidare rapere, falsis nominibus imperium, *atque, ubi solitudinem faciunt*, pacem *appellant.*

1. *Quotiens*, ut *totiens*, *formonsus*, *vicensimus*, *aquonsus* et similia in lapidd. MSS. et edd. vet. In iisdem tamen et *quoties*, *toties* cet. reperiuntur, illam vero scripturam inde profectam putant, quod veteres Romani apicem sive lineolam superscripserint longis syllabis s. vocalibus, quod ineptissimum esse dicit Quintil. J. O. 1, 7. Cf. quae Dronk. ad h. l. et Hess. ad G. 15 pr. iam laudarunt, Tac. Ann. 3, 6. 33. 34. 65. 14, 20. 64. H. 1, 24. 37. 3, 51. Agr. 1. O. 23. Manut. ad Cic. ep. ad fam. 1, 7. pr. (a quo non probatur *quotiens*) Cellar. orthogr. lat. ed. Harl. T. I. p. 336. Cannegiet. ad Avian. p. 173. Add. A. Manut. orthogr. p. 99. Osann. ad O. 23. et Grotef. Gram. T. II. p. 5. ed. IV. — *necessitatem nostram*, belli nostri, a nobis gerendi, vel potius inopiam, angustias, Germ. *Noth.* — *intueor*, contemplor, considero. — *magnus mihi animus est*, magna spes et persuasio. *Animus amplior est* ap. Sall. Cat. 40. ubi v. Corte; *Walch.* — *consensumque vestrum*, v. ad cap. 29. n. 4.

2. *nam et universi servitutis expertes* sumus. „Eodem sensu c. 31 extr. dicitur *nos integri et indomiti.* Ante *universi* intell. *nos*, ut ap Liv. 32, 21. *Achaei arma Rom. sustinebimus*, (ubi v. Gron. et Drak. 30, 29. *Annibal peto pacem.*" *Walch.* — *et nullae ultra terrae* sunt, *ac n mare quidem securum* est. — *ac ne mare quidem securum* est a Romanis nobis securitatem praestat. Cf. cap. 18. n. 6. et cap. 25. n. 3. — *imminente nobis classe Romana*, v. ad H. 2, 58, 3. — *Ita*, itaque, (v. ad H. 1, 45, 4.) *proelium atque arma*, (synon.) *quae fortibus honesta*, hono et decori sunt, *eadem etiam ignavis tutissima sunt*, maximum praesidium Cf. cap. 15 extr.

3. *Priores pugnae — spem in nostris manibus habebant*, pro vul *earum spes in n. man. sita erat*, neque audiendus Freinsh. qui *pugnae* delendum censebat; *Walch.* Haud concinna tamen repetitio verbi *habe* Cf. Ind. III. v. *Verba eadem repetita.* — *nobilissimi totius Britanni eoque* (v. ad Ann. 1, 16, 1.) *in ipsis penetralibus siti:* „nam nobilissim hominibus rebusve debetur locus interior et occultus; unde ap. Ho κειμήλια ἐν τοῖς μυχοῖς κείμενα et ap. Cic. Verr. 4, 45. *intima sacrar* Praeterea huc referenda verba Caes. b. G. 5, 12. *Interior pars ab iis litur, quos natos in insula ipsa memoriae proditur.*" *Walch.* Ceteri Br populi in vestibulo quasi, nos in medio aedium, loco sanctiori; *Ar* Cf. nota 4. 5. et ad Ann. 2, 10, 2. — *servientium litora*, Gallorum Britannorum, Romanorum imperio subiectorum. — *a contactu domi tionis*, v. ad Ann. 1, 43, 3. *contactu* edd. rec. ex emend. Rhen. *conti ctu* edd. vet.

4. *Nos, terrarum ac libertatis extremos*, qui incolimus extremas B tanniae terras, Romanorum ditioni nondum subiectas. Cf. intpp. Hor od. 1, 35, 10. Virg. Ecl. 1, 67. Sit. 3, 228. Lucan. 7, 541. — *nos re sus ipse ac sinus famae in hunc diem defendit* mirifice dictum pro: defen nos, quod longinqui, occulti et vix fama noti, in *sinu famae* quasi c diti fuimus; *Lips.* Immo *recessus ac sinus* est locus maxime remo orae habitabilis et pars secreta, ultima et extrema velut lacinia, ubi mines nulli nec *fama*, quae hominum ore seritur; *Gron.* obss. 1, 4. ad Ann. 6, 45. 13, 55. ad G. 1. n. 2. cap. 29. n. 11. cap. 35. n. 1. 37. n. 1. „Nihil vero opus est ea *fama*, quae in isto recessu vulget opus est ea, quae ex illo ad Romanos iam pertingat: et *famae* (dat. c *defendit nos* dictum pro *a f. d. nos.* Quum enim dicatur *defendere ab aliquid* et *aliquem ab aliquo*, facile erat delabi ad formulam *defendere cui rei.*" *Drück.* Ita etiam Roth. (v. ad Ann. 1, 12, 4.) et Peerlk. a laudatur simill. *senium defendere famae* ap. Stat. Theb. 9, 318. nisi leg. *fama*, ut et h. l. cum Rhen. qui tamen accepit pro *per fam* „Graecis saltem et poetis saepissime dicitur *defendere*, *prohibere*, *pel arcere aliquem* vel *aliquid alicui rei*, ἀμύνειν νηυσὶ πῦρ, ἀρὴν ἑτάροισιν, θράσι λοιγὸν cet. ap. Hom. Jl. 1, 435. 12, 334. 15, 736. Odyss. 8, ἀρῆξαι φόνον τέκνοις ap. Eurip. in Med. ut et κωλύειν et εἴργειν τινά unde h. l. *famae* etiam casu sec. dictum videri et ex *defendit* pen potest. Cf. intpp. Hor. od. 1, 17, 3. Virg. Ecl. 7, 47. Plaut. Mos 2, 20. Sil. 5, 490. 6, 27. 7, 170. 9, 370. 13, 99. Heins. ad Ovid. 5, 16. et ad Claud. cons. Stil. 3, 171." Graeca quidem haec sunt et tica, (v. Vechner. Hellenol. 1, 2. 25. et Bangius obss. philol. p. 1 sed talia amat Tacitus, ut et insolita, v. c. Ann. 1, 12." *Wch.* „*Famae* est potius Genit. eique *recessus ac sinus* συνωνύμως tribu propr. terrae ac mari. Omnes autem intpp. hic fefellit vis p quod, sicut nostrum *selbst*, saepe denotat *etiam*, *vel*, *adeo*, Ger *sogar*, ut cap. 3. et 32. Sententia verborum *nos terrarum* — est: nos non solum regionis, sed ipsius famae, nominis, long obscuritasque defendit." Selling. p. 25. 26. „Enimvero notio lo

tatis iam inest in verbis *extremos terrarum*, et famae potius vis designatur. Fama crescit eundo, et quo longius abest quod vulgat, eo magis id auget. *Nos defendit recessus famae*, quae Britanniam per totam longitudinem pervagata in remotissimas eius partes recedit. *Recessus famae*, ut *recessus speluncae* et *maris* pro *spelunca* et *mare alto recessu*. Recessui nonnunquam iungitur *sinus*, v. c. *sinus maris alto recessu*. *Sinus* autem maris, ut Gr. *κόλπος* et Ital. *golfo*, est terra in ora maris recedens et curvata ac veluti sinum praebens aquis incurrentibus. Ita Forcell. Hinc verba Taciti sic explicanda: Nos ultimos terrarum ac libertatis nomen nostrum, e conspectu Britannorum in remotissimas terras recedens et quasi sinum sermonibus praebens, ad hunc usque diem defendit." *Walch.* Ingeniosa haec, sed et alte petita videri possint. Praeferenda fortasse Brückii explicatio; sed *ipse*, cuius pronominis nulla ratio habetur ab editoribus et magna tamen vis est, dictum pro *solus*, ut c. 34. *ipso agminis sono*, ap. Liv. 1, 10. *per se ipsum*, et Gr. *αὐτός* pro *μόνος*. Ita sensus h. l. est: Nos quidem extremi sumus Britannorum et ultimi, qui libertate fruuntur; sed solus *recessus et sinus*, haec longinquitas sola nos *famae* vel *fama defendit*, unica est causa, cur nondum ex hoc recessu fama pervenerit ad Romanos.

5. *Nunc terminus Britanniae patet* „sc. Romanis: ergo longinquitas non amplius nos defendit. *Atqui omne ignotum pro magnifico est*, iam vero id tantum magnificum et maius, quam est, esse censetur, quod non e propinquo cognitum est; ut ap. Liv. 28, 24. *Ad hoc maior ignotarum rerum est terror. Bona malaque hostium ex propinquo ingressus fines aspicias.* Omnino *atqui* leg. cum Rhen. et Gesnero. *Ignotum* vero eo sensu dictum, quo *incognitas ad id tempus insulas* cap. 10. ubi v. not." *Walch.* *atque* legitur in MSS. Vat. omnibusque edd. sed male defenditur, vel servato verborum ordine, vel mutato. Minus tamen displiceret, si, quod Glück. suadet, verba *atque omne i. p. m. est. Sed posueris ... offendit. pro magnifico est*, cf. Ind. II. v. *pro* et ad G. 34. n. 8.

6. *Sed nulla iam ultra gens* cet. „Ante haec verba intellige: Dicat fortasse aliquis, ulteriores gentes nobis opem laturas esse. *Sed nulla iam ultra gens, nihil nisi fluctus et saxa* infesta, *et* ante nos, ex altera parte in austrum versa, *infestiores* his *Romani*." *Walch.* *et infestiores Romani* recte c. Vat. 3429. edd. Brot. Ern. Bip. Ob. Dr. al. *et inferiores R.* al. vet. *et interiores R.* (v. ad G. 5. n. 10.) edd. Lips. et cet. ante Brot. *inter ea R.* c. Mirand. *eo infestiores R.* coni. Rhen. *et iis feriores R.* ... *et infestiora Romanis* (casu sexto) Gron.

7. *Raptores orbis* cet. bene comparantur a Walch. verba Vell. 2, 27. ... *Italicae libertatis lupos*, Mithridatis ap. Iustin. 38, 6. *Ut ipsi ... conditores suos lupae uberibus altos; sic omnem illum populum luporum animos inexplebiles sanguinis atque imperii divitiarumque avidos ac ieiunos habere*, et eiusdem Mithridatis ap. Sall. fragm. hist. 4, 8. *Romanis ... nationibus, populis, regibus cunctis una et ea vetus causa bellandi est ... profunda imperii et divitiarum. — An ignoras, Romanos, post... ad occidentem pergentibus finem Oceanus fecit, arma huc convertisse? ... quicquam a principio nisi raptum habere, domum, coniuges, agros, ...m? convenas olim sine patria, sine parentibus, pesti conditos orbis ...; quibus non humana ulla neque divina obstant, quin socios, amicos, ...l, iuxta sitos, inopes potentesque trahant, excidant, omniaque ... — hostilia ducant.* Cf. etiam Liv. 3, 66. Sic et Sen. de ben. ...andrum incessit; Vird. — *postquam cuncta vastantibus defuere* ... rec. ex emend. Rhen. *cuncta — terram* c. Vat. 3429. *cuncts —* ... 1. *cunctis — terram* Put. 2. 3. Riv. Ber. Rhen. 1. — *et mare* ... Britanniam ac maxime Caledoniam petentes *Brot.* Etiam loca ... adeunt; *Ern.* Alio sensu dixit haec Iuvenal. 5, 95. — *am-*

36.) *a dominis aluntur*, quot mensibus demensum accipiunt; *Vird.* - *Britannia servitutem suam quotidie emit*, tributis pendendis, *quotidie* p *scit*, frumento praebendo: nam his rebus alebatur exercitus Rom., p quem in servitute Britanni continebantur; *Vird.* Similiter Liv. 29, 1 *Quotidie capitur urbs nostra, quotidie diripitur*, et Hor. epist. 1, 18, 3 *numos alienos pascet*; *Walch.* Cf. nota 2. *pascit*, ut nostrum *fütter* cum indignatione dictum; *Hert.* — *et conservis:* in c. Vat. 3429. ed. Bec Hert. al. *etiam conservis*, quod glossema est et interpret. — *nos* tanqua *novi et viles*, per apposit., ut H. 2, 71. *sed mitem et iniuriam segni laturum* H. 2, 71. et *nos suspecti sumus aemuli et in tempore vindices futuri* Sall. fragm. p. 989.; *Walch.* — *in excidium petimur*, ut per del ctus e patria rapti vitam pro alieno dominatu profundamus; *Eng.*

4. *Neque enim arva* fertilia et gleba ubere *nobis aut metalla* su quae in Britannia quidem, (v. cap. 12.) non in Caledonia erant tu temporis; *Lips.* Pars magna Scotiae montibus horrida; *Brot.* *Interio plerique frumenta non serunt, sed lacte et carne vivunt* Caes. b. G. 5, et Zonaras; *Walch.* *arva* c. Vat. 3429. ed. Rhen. 2. 3. et rec. *arma* e ante Rhen. 2. — *quibus exercendis* (in usum Romanorum) *reservem* nam servi *arva* colere et *metalla* ferri, argenti et auri effodere soleba (cf. cap. 32. n. 9.) unde *damnari in metallum* vel *ad metalla condemn* Plin. ep. 2, 11, 8. 10, 66. Suet. Cal. 27. al. *quibus exercendis*, si ad *tus* refertur, dictum ut *navem exercere* pro: portus, quorum reditibus dimendis reservemur; *Walch.* Cf. ad Ann. 2, 20, 2. 11, 7.

5. *Virtus porro* (v. ad cap. 15. n. 6.) *ac ferocia subiectorum*, v. Ann. 4, 21, 1. — *longinquitas ac secretum ipsum*, v. ad cap. 25. n — *Ita*, v. ad H. 1, 45, 4.

6. *Brigantes* c. Vat. 3429. et omnes edd. vet. *Trinobantes* ex 14, 31. et Dione 62, 1 seq. corrigebat Cambdenus, idque receperunt E Ern. et edd. rec. Sed lectionem vet. bene defenderunt Doed. Dronk Walch. Duce Boudicea, quae Icenorum potius quam Trinobantum gina fuit, *universi* Britanni *sumpsere bellum*, (cap. 16.) et *Brigantu vitas* tum *numerosissima provinciae totius*, (cap. 17.) tum Caledoniis pior fuit et cupidissima certandi, unde et *Brigantes*, praedones, r res, dicti creduntur. Cf. Ann. 12, 32. — *femina duce* contemptim tur. Cf. cap. 16. et Ann. 14, 31. — *coloniam*, ut c. 14. et 16. C *lodunum.* v. ad Ann. 12, 32. — *nisi felicitas* eorum vel iis *in* socor *vertisset*, v. ad Ann. 4, 41. et G. 31. n. 1. — *exuere iugum*, v. ad n. 4. et Ind. II. v. *exuere.*

7. *Nos integri* adhuc a dominatu Rom. v. ad Ann. 6, 34. libertatem sine ullo iugo illibatam habemus; *Lips.* — *et indomiti*, dum victi; *Ern.* — *et libertatem non in praesentia* (v. Drak. ad L 26, 8. et 7, 37.) *laturi* ed. Ven. 1517. Rhen. 2. 3. et rec. *et in lib.* *praesentiam laturi* edd. vet. ante Rhen. 2. *et libertatem non in poe tiam laturi* c. Vat. 3429. Haec ex eo enotavit Maggior., sed *et in tatem* Brot. *at lib. in praesentia non laturi* c. Mirand. Lectio no Vird. exponitur: *libertatem* non nunc primum *laturi*, proelio in quaesituri vel adepturi; illa vero codicis Vat. a Dahlio: ne in pos poeniteat nos amissae libertatis, quam in poenitentiam usque a tempus nullo modo servavimus. Sed plerisque nihil horum satis nec mirum. *et lib. non in praesentia illaturi* coni. Rhen. *et lib.* *praesenti ablaturi* et *illaturi* Lips. *et lib. non in praesens etiam r* et *daturi* Harl. *et ii lib. non in praesens tantum laturi* Bip. *et ii l in praesentia laturi* Klein. *et lib. non in praesentiam*, (ut Brigante que inferioris Britanniae populi, qui libertatem, in quam se vind rant, brevi amiserunt, sed in aeternum) *laturi* Dronke. *et lib.* *praesens vindicaturi* Dahl. *et in libertatem non in P. R. servitiu*

Mur. *et in libertatem, non in praedam certaturi* (ut ap. Sen. Theb. 1, 298.) Brot. *et in lib., non in praedam arma laturi* Mohr. *et libertatem* (bonum sanctum, a maioribus hereditate acceptum) *non in praesentia laturi* Steuber in Seeb. bibl. crit. a. 1822. p. 177. *et lib. denuo in Britanniam illaturi* Wagner in Seebod. Archiv für Philol. I, 2. p. 391. *et in lib. proni, in praesenti arma laturi* Cannegiet. obss. iur. Rom. p. 115. „Aliis emendationibus non, ut his, eadem fere sententia, quae in verbis *nos integri et indomiti* inest, eiusve amplificatio, sed contraria, vel progressio a minori ad maius exprimitur, et hae illis praeferendae." *Walch.* Huc pertinent *et lib. nunc demum periclitaturi* et *lib. omnem in procinctu laturi* (ut *clementiam in procinctu habeo* ap. Sen. de clem. I, 1.) Gron. *et lib. in praemium* vel *in praemio laturi* Ern. *et libertati novissima praesidia laturi* vel *et libertatem non in praeceps iam daturi* Arzt. *et libertatem* vel *et illibatum nomen* (ut *gloria* virtutis libertatisque *illibata*, nullo servitio dehonestata Ann. 2, 46.) *in praecipitem aleam daturi* (ut ap. Liv. 37, 36. ubi v. Drak. Liv. 42, 59. et *periculosae plenum opus aleae* ap. H. od. 2, 1, 6.) Walch. *et lib. non impune tentatam laturi* Peerlk. quod minime recedit a lect. c. Vat. Plerique intpp. retinent *libertatem laturi* et *ferre* vel proprio sensu dictum putant, ut *ferre personam alienam, fortunam* et *nomen suum* ap. Liv. 3, 36. Hor. epist. 1, 8, 17. Cic. off. 3, 18. (ita V. D. in Ephem. lit. Jen. a. 1809. sc. 23.) vel pro *inferre*, (in rerum nostrarum conditionem, ut Schel. ad Hygin. p. 41.) vel pro *referre*, auferre, accipere, reportare, ut *ferre repulsam, palmam, fortunam, damna* cet. Cf. Gron. diatr. in Stat. Silv. 1, 1. p. 9. ed. Hand. et Walch. ad h. l. ubi comparavit c. 44. (n. 8.) Ann. 6, 4. extr. H. 3, 19, 3. Virg. Ecl. 5, 34. *postquam te fata tulerunt,* Thuc. 1, 12. οἰόμενοι δόξαν ἐς ἀμφότερα τῶν ἀποβαινόντων, Theocr. 1, 5. σὺ δὲ πῦρον ἀποίσῃ, Soph. Phil. 117. φέρῃ δύο δωρήματα. *In praesentiam laturi* vulgo exponunt: in hoc vel breve tempus laturi, Germ. *für die Gegenwart, für den Augenblick*, et Hertel: non ita accepturi, quasi nunc primum praesens sit nobis vel eam antea nondum habuissemus. Nonnulli *in praesentiā* positum censent pro *in pr. tempora.* „Sed Latini hoc sensu semper *in praesens*, ut contra *in futurum, in perpetuum,* dicunt; *in praesentia* autem (substant.) triplici ratione, primum pro *nunc*, (ut ap. Nep. Themist. 8.) deinde pro Germ. *vor der Hand,* (quo sensu *in perpetuum* et *in futurum* et *postmodo* Liv. 7, 37. 33, 27. Cic. ad fam. 10, 33, 2. opponitur; v. Drak. ad Liv. 6, 62.) denique ita ut spectetur vel tempus absolute praesens, vel praesens tempus relatum ad futurum aut perpetuum, quo continuatio s. emendatio s. mutatio rei differri ac produci putatur, (*von jetzt an*) vel praeteritum tempus, quum res non antea fuisse intelligitur, quo fit, ut *non in praesentia* sit fere id qd. *iam diu, nostrum erst jetzt.*" *Hand.* ad Gron. Antidiatr. in Statii Silv. p. 261. Verum veram lectionem nondum quisquam e corruptis elicuisse videtur. — *primo statim congressu non ostendamus — seposuerit?* Ita edd. Rch. Ern. al. *primo st. congressu ostendamus* Vat. 3429. (non *concursu,* quod vitiose scriptum a Dronk. et receptum est a Beck. Hert. al.) *pr. st. congressu unde ostendamus* edd. vet. ante Pich. Viri docti pro *unde* coniecere *unde unde,* (undecunque) *abunde,* (ita c. Mirand.) *mundo, inde,* primo congressu exordiente, Gron. diatr. ad Stat. Silv. p. 269. ed. Hand. usus exemplis parum idoneis) *vivido, cuncti, uno die.* „Immo cum codd. scrib. *non:* nam *unde* per comp. olim scriptum *uñ*, ut c. 10. in ed. Ald., et ita *non,* pro *nonne* dictum, obtinet locum suum in oratione concitata, ut ap. Cic. Verr. 4, 7. (*venire non vidimus?*) et Virg. Aen. 9, 144. Cf. Cort. ad Sall. Iug. 31, 17. et Heusing. ad Cic. off. 3, 19. *nonne* coni. Lips. et Gron. quod tamen ante *primo* ponendum erat. *non primo* … *ostendemus* coni. Ern. Sed neutra mutatio est necessaria, etiamsi

h. l. sit argumentatio a minori ad maius." *Walch.* *prima et congressione ostendamus* coni. Lips. — *quos sibi Caledonia viros seposuerit*, reservaverit; (ut Ann. 6, 19. et 13, 14.) quales adhuc ibi superstites sint in recessu locisque remotissimis Britanniae. Cf. c. 30.

CAPUT XXXII.

An eandem Romanis in bello virtutem, quam in pace la sciviam adesse creditis? Nostris illi discessionibus ac discordii clari vitia hostium in gloriam exercitus sui vertunt: quem, con tractum ex diversissimis gentibus, ut secundae res tenent, it adversae dissolvent; nisi si Gallos et Germanos et (pudet dictu Britannorum plerosque, licet dominationi alienae sanguine commodent, diutius, tamen hostes quam servos, fide et affect teneri putatis. Metus et terror est, infirma vincula caritati quae ubi removeris, qui timere desierint, odisse incipient. O mnia victoriae incitamenta pro nobis sunt. Nullae Romanos co iuges accendunt, nulli parentes fugam exprobraturi sunt. A nulla plerisque patria, aut alia est. Paucos numero, circu trepidos ignorantia, coelum ipsum ac mare et silvas, ignota omn circumspectantes clausos quodammodo ac vinctos dii nobis trad derunt. Ne terreat vanus aspectus et auri fulgor atque argen quod neque tegit, neque vulnerat. In ipsa hostium acie inveniem nostras manus. Agnoscent Britanni suam causam: recordabu tur Galli priorem libertatem: deserent illos ceteri Germani, ta quam nuper Usipii reliquerunt. Nec quicquam ultra formidin Vacua castella, senum coloniae, inter male parentes et iniu imperantes, aegra municipia et discordantia. Hic dux, hic ex citus: ibi tributa et metalla et ceterae servientium poenae, qu in aeternum perferre, aut statim ulcisci, in hoc campo e Proinde ituri in aciem et maiores vestros et posteros cogitate.

1. *An eandem Romanis — creditis?* Haec verba ad cap. 31 retu runt Bip. quos secuti sunt Ob. Dr. aliique. Sed ita potius hi arcte c iuncta distraxisse videntur. Quod enim metuere quis poterat aut c tori obvertere, hic diluit verbis, quae proxime illis subiunguntur. *sciviam*, ut c. 5. v. ad G. 44. n. 7. — *adesse*, v. ad Ann. 4, 15.

2. *Nostris illi discessionibus* (in partes et factiones) *ac discordiis* c edd. vet. ante Pich. ut et Bip. Ob. Seeb. Lün. *dissensionibus ac discor* (ut O. 40.) c. Urs. et Vat. 3429. quod recepere Pich. Brot. Ern. al. cf. ad cap. 12. n. 2. 3. et ad cap. 29. n. 4. — *vitia hostium*, sc. Brita rum. *vitia nostra* corr. Mur. Sed eodem modo *hostium agminibus* (manorum, respectu ad Britannos habito) c. 36. dictum; *Dahl.* „Sic c que Ann. 2, 15. *infensis hostibus*, Germanis, quorum dux loqu Liv. 3, 63. *Sabini fusi castra hosti*, Romanis, *ad praedam relinqu* Similis autem est sententia Planci in Cic. ep. ad div. 10, 4. *ne i aliena vitia hae gentes nostra mala suam putent occasionem.*" Peerl *contractum ex diversissimis gentibus*, ex Britannis, Batavis, Tungris, lis, Italis. v. cap. 13. 32. 36. H. 2, 100, 3. „Id valde periculosu Veget. 3, 4. et Polyb. 1, 67. qui non immerito miratur Hannib quod talem exercitum tanta prudentia rexerit, ut per XVI annos n nec inter ipsos nec adversus ducem seditio exstiterit." *Vird.* — *secu res tenent*, continent, cui opp. *dissolvent*. — *Nisi si:* „Pleonasmu

Ellipsi ortus, ut Gr. εἰ μὴ εἴ τις ap. Plat. Symp. p. 205. *E.* et εἰ μὴ εἴ τι ap. Thucyd. 1, 17. Cf. Abresch. dilucid. Thucyd. p. 27. qui exponit per pleon. ὅ, τι, et Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 79. Ellipsis firmatur similibus dictionibus *nisi quod* cap. 26. et Ann. 14, 4. *nisi forte* Ann. 2, 33. Sall. Cat. 20. et fragm. hist. 3, 8. *nisi quia* Sall. Iug. 68. *nisi tamen* Sall. Iug. 24. et Plin. pan. 7. Sic et *nisi si* ap. Liv. 6, 26. ubi v. Drak." *Walch.* „In verbis *nisi si* et εἰ μὴ εἰ non abundat *si* et εἰ, neque iis affirmatur aliquid re vera esse, sed an sit, in dubio relinquitur; id tantum dicitur, aliquid esse posse. Ubi indicatur aliquid re vera esse, *si* post *nisi* constanter omittitur, ut Ann. 1, 2. 3. 7. Hinc Ann. 6, 25. *nisi si negatis* — *finis* dicta pro: nisi, si forte non voluntate extincta est, assimulatus est finis; Ann. 15, 53. *nisi si cupido* cet. pro: nisi, si tamen Antonia inani spei nomen et periculum commodavit cet., cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior est, h. e. nisi forte cet. Eodem modo explicandum *ne si* Ann. 2, 63. et *non si* Ann. 13, 57." *Walth.* ad Ann. 2, 63. Cf. ad c. 6. n. 2. ad G. 2. n. 4. ad O. 21. n. 6. Ramshorn. Gram. p. 593. Boett. Lex. Tac. p. LXLIV. — *pudet dictu:* usitatius foret: *pudet dicere;* hoc accipe ut: pudet, dum dico. Non admodum dissimile illud Val. Max. 9, 13, 2. *dictu fastidienda sunt; Ern.* Sic et Plaut. Bacch. 3, 1, 12. *Neque mei neque tui intus puditum est factis, quae facis; Brot. Dictu* Substant. verbale, ut *opus factu; Walch.* Cf. Ruddim. inst. Gram. T. II. p. 261. Ramshorn. Gram. p. 452. Gernhardi comm. Graec. part. V. p. 5. — *plerosqae, licet dominationi alienae sanguinem commodent* c. Vat. 3429. edd. vet. ante Rhen. 2. et rec. Ern. Brot. Bip. Ob. al. nisi quod *commendent* legitur in c. Vat. et *licet* omissum est in Put. 3. Riv. Ber. Rhen. 1. et Seeb. incuria fortasse operarum. Inde tamen *plerosque dominationi a. s. commodantes* effinxit Rhen. idque retinuerunt cet. edd. ante Ern. — *hostes quam servos* ex emend. Rhen. *hostes servos* edd. vet. *servos hostes* Vat. 3429. quod male defendunt Beck. et Hert. (ut et *commendent*) rati *servos hostes* esse homines, qui, etiamsi serviant, hostes tamen nunquam esse desierint, et convenire Horatianum *servum pecus.* — *fide et affectu* amoris *teneri* sc. in fide et officio.

3. *Metus et terror est,* scil. quo tenentur. *Metus et terror sunt infirma vincula caritatis* ed. Ber. et Rhen. 1. *vincla* Vat. 3429. Ante *metus* supple *Nolite credere* vel *immo potius,* ut ap. Liv. 30, 44. et Cic. in oratione vividiori; *Walch.* — *quae ubi removeris* edd. Riv. Rhen. tres et rec. *qua ubi r.* Put. tres et Ber. — *qui timere desierint, odisse incipient:* non praeferenda emend. Lips. *quos timere* cet. Verba *timere* et *odisse* absolute poni solent., ut et alia." *Walch.* Cf. Ind. III. v. *Verba absolute posita.*

4. *Nullae Romanos coniuges accendunt* ad fortiter pugnandum, ut Germanos. v. ad G. 7, n. 7. „Caelibes vulgo erant milites Rom. et in eorum castris nullus feminis locus. Contra apud Caledonios Germanorum mos." *Vird.* et *Brot. accendunt* c. Vat. 3429. Put. 1. 2. Riv. Rhen. 2. 3. et deinceps omnes. *accedunt* Put. 3. Ber. Rhen. 1. quod male defendit Doed. — *nulli parentes fugam exprobraturi sunt,* cf. ad G. 6. n. 16. et c. 7. n. 8. *exprobraturi* Ber. Rhen. tres et rec. *exprobaturi* Put. et Riv. — *aut nulla plerisque patria est,* quia obscuri sunt et vulgo concepti ex scortis militaribus, in expeditionibus, in viis nati, *aut alia* quam Britannia; *Huet.* et *Brot.* Alii putant designari milites Romanorum, ex diversissimis gentibus contractos, (cf. nota 2.) quorum plerique, fera militum vita, non patriae amore ducti, perpetuo pugnent, quasi nulla iis sit patria, aut alia quam Roma. „Sed omnibus his patria saltem fuit. Sententia h. l. est potius: Plerique aut patriae sunt proditores, sc. Britanni, in

exercitu Rom. militantes, aut in patria non pugnant, Batavi, Tungri Galli aliique. Cf. Ann. 4, 48 extr." *Walch.*

5. *Paucos numero*, paucos, qui sunt in *numero* aliquo, h. e. honore pretio excellunt; *Bip. Eng.* et *Dr.* Eo vero sensu non dicitur simpl *numero esse*, sed *numero aliquo* vel *in numero aliquo esse*, *numero aliqu putari*, *numerum aliquem obtinere* et contra *nullo numero esse.* v. Cort ad Cic. ep. ad div. 1, 10. Gesneri Thes. et Forcell. Omnia quoque ill *paucos* — *tradiderunt* referenda ad universum Agricolae exercitum. Ora tor enim de industria eius et numerum imminuit, et ancipitem aug casum, in quem fortuna illum detruserit, ut animum suis addat. — *ci cum trepidos*, circum trepidantes, (ut ap. Phaedr. 4, 5, 3; *Dahl.*) trepid circumvagantes, *ignorantia* locorum. Sed dura est haec ellipsis, ne satis placet *circum*, quod multi deleverunt, rati hoc irrepsisse e vers et verbo seq. *circumspectantes.* „Fortasse ante *circum* excidit *locorum* v *regionum* vel *viarum*, nisi cum Anquetil. p. 453. pro *circum* leg. *locorum* Notitia autem locorum magno usui est ducibus. Cf. cap. 33. n. 6. V get. 3, 6. Dio 62, 5. Sall. fragm. 3. hist. p. 262. ed. Bip." *Walch.* Hi et *ignota omnia.* Minus probabilis emend. Lipsii *paucos numeros* (coho tes; v. ad Ann. 2, 80, 1.) *circum tr. i.* (quod recepere Pich. et Ern.) Ernestii *paucos numeros civium tr. i.* quia cohortes e civibus Rom. co positae. — *coelum ipsum ac mare et silvas* cet. v. ad c. 30. n. 4. — c *cumspectantes*, more hominum, quibus *ignota omnia.* — *circum spectan* scribendum censet Doed. Quae emendatio cur ingeniosa videatur Be et Hert., vix assequaris. — *vinctos dii nobis tradiderunt* edd. rec. ex eg gia emend. Lips. *vinctos* ed. Riv. *victos* cet. edd. vet. In omnibus v pro *dii* perperam *alii*, quod defendunt Rhen. et Dr. quia *alii* sint pr res Britanni et in *nobis* insit sententiae vis. In Vat. 3429. lectio dul *Dii tradiderunt*, ut *dii dederunt* ap. Liv. 30, 12, 12. 30, 30, 22. et ali *Walch.*

6. *Ne terreat vanus aspectus et auri fulgor a. armorum*, cf. S Caes. c. 67. (ubi v. Casaub.) Veget. 1, 13. Iuvenal. 11, 108; *Vird. quod neque tegit, neque vulnerat:* „Bene, et barbaro dignum. Ornat sed non melius, Liv. 10, 39. *Non cristas vulnera facere, et per picta que aurata scuta transire Romanum pilum et candore tunicarum fulgen aciem, ubi res ferro geratur, cruentari; Brot.* Cf. intpp. Iustini 11, et Curt. 3, 11.; *Peerlk.*

7. *nostras manus*, Britannos milites non paucos, *unsre Mannsc ten.* — *agnoscent Britanni suam causam*, v. ad Ann. 2, 46, 2. — r *dabuntur* ex emend. Rhen. In edd. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *recordal* v. Priscian. p. 380. et Lexica. — *tanquam* (v. ad H. 1, 6, 5.) *nuper pii* (v. ad G. 32. n. 2.) *reliquerunt;* ut c. 28 dictum; *Brot.* *relinque* edd. vet. ante Rhen. 1.

8. *vacua castella*, v. ad Ann. 1, 3, 1. et 2. 2, 46, 1. — *senum loniae*, v. ad c. 5. n. 3. et cap. 15. n. 3. Per contemptum *senes* v tur veterani et emeriti, in *coloniis* fere collocati: (cf. ad Ann. 14, *aegra municipia*, quae ambiguam fidem habent; *Ern.* Similiter V ap. Non. *distractione civium elanguescit bonum proprium civitatis aegrotare incipit et consenescit*, Demosth. αἱ δὲ πόλεις ἐνόσουν, Isocrat σήματα πόλεων factionum seditionumque auctores; *Vird.* „Sic et Jo b. Jud. 1, 2. Ῥωμαίοις μὲν ἐνόσει τὰ οἰκεῖα, Soph. Elect. 1070. τὰ δ'ἐ μων νοσεῖ, Eurip. Med. 17. καὶ νοσεῖ τὰ φίλτατα. Cognatum *insani* seditione. v. Ruhnk. ad Vell. 2, 25." *Walch.* Cf. ad c. 15. n. 3. 2, 86, 8. *aegra municipia* c. Vat. 3429. ed. Rhen. 2. 3. et rec. *er* edd. vet. *tetra mancipia* in marg. c. Vat. 3429.

9. *ibi* (apud Romanos) *tributa et metalla et ceterae servientiun nae*, cf. ad cap. 31. n. 1. 2. 4. ad G. 29. n. 3. *Servientium poena*

seriae, *quas* victi ferunt a victoribus. Cf. Iustin. 3, 5. ibique Gron." Peerlk. — *quas* (poenas) *in aeternum perferre, aut statim ulcisci, in hoc campo est*, exitu pugnae nunc conserendae decernetur, utrum tales poenas in perpetuum perferre malimus, an statim ultionem petere earum, quas in hunc diem sustinuimus. *perferre* c. Vat. 3429. et edd. rec. *proferre* edd. vet. ante Bip. quod est propagare; *Ern.* *In hoc campo est*, ut Gr. ἐν σοί ἐστι, *Walch.* Minus probabilis est sententia eorum, qui iungenda censent *ulcisci in hoc campo est*, ut *est videre* et similia. v. ad G. 5. n. 9.

10. *maiores vestros cogitate*, qui felici libertate fruebantur, *et posteros*, quos ignavia nostra damnabit perpetuae servitutis et miserrimae ignominiae; *Savil.*

CAPUT XXXIII.

Excepere orationem alacres et barbari moris cantu, fremitu et clamoribus dissonis. Iamque agmina et armorum fulgores audentissimi cuiusque procursu: simul instruebatur acies, quum Agricola quanquam laetum et vix munimentis coercitum militem adhortatus ita disseruit: *Octavus annus est, commilitones, ex quo virtute et auspiciis imperii Romani, fide atque opera vestra Britanniam vicistis. Tot expeditionibus, tot proeliis seu fortitudine adversus hostes, seu patientia ac labore paene adversus ipsam rerum naturam opus fuit; neque me militum, neque vos ducis poenituit. Ergo egressi, ego veterum legatorum, vos priorum exercituum terminos, finem Britanniae non fama nec rumore, sed castris et armis tenemus. Inventa Britannia et subacta. Equidem saepe in agmine, quum vos paludes montesve et flumina fatigarent, fortissimi cuiusque voces audiebam:* Quando dabitur hostis, quando acies? *Veniunt, e latebris suis extrusi; et vota virtusque in aperto, omniaque prona victoribus atque eadem victis adversa. Nam ut superasse tantum itineris, silvas evasisse, transisse aestuaria, pulchrum ac decorum in frontem; ita fugientibus periculosissima, quae hodie prosperrima sunt. Neque enim nobis aut locorum eadem notitia, aut commeatuum eadem abundantia; sed manus et arma et in his omnia. Quod ad me attinet, iam pridem mihi decretum est, neque exercitus neque ducis terga tuta esse. Proinde et honesta mors turpi vita potior, et incolumitas ac decus eodem loco sita sunt: nec inglorium fuerit, in ipso terrarum ac naturae fine cecidisse.*

1. *Excepere orationem* milites (v. ad H. 3, 32, 6.) *alacres*, laeti et animati, (ut Ann. 4, 49 pr.) *et barbari moris cantu, fremitu et clamoribus dissonis*, v. ad H. 2, 22, 3. *ut barbaris moris* (sc. est) Vat. 3429. quod recepere Beck. Hert. Peerlk. quia Tacitus sic dixerit cap. 39. 42. G. 13. et 21. *cantu, fremitu et clamoribus* edd. vet. ante Rhen. 2. quod revocarunt Dr. et Walch. *cantu et fr. clamoribusque* edd. Rhen. 2. 3. et rec. Cf. ad G. 1. n. 1.

2. *Iamque agmina et armorum fulgores* apparebant, (conspiciebantur) *audentissimi cuiusque procursu*, audentissimis procurrentibus; *Walch.* Cf. ad c. 17. n. 1. et Ind. III. *Ellipsis: verba sensuum.* Male *fulgores, a. c. procursus* coni. V. D. in Ephem. lit. Jen. a. 1815. Suppl. sc. 94. *Fulgo-*

res armorum capio, ut ap. Liv. 1, 25. de vibratione armorum in pri cipio pugnae; *Ern.* — *simul instruebatur acies* MSS. Vat. 3429. et 449 edd. Walch. Beck. Hert. *instruebantur* edd. cet. et vet. et rec. Sed pr mum instructa acies Caledoniorum, serius Romanorum. v. cap. 35 p „Dicere quidem possis, *acies* cum *instruebantur* iungi, tanquam appos tionem subiecti, ut ap. Liv. 8, 10. et 28, 15., vel acies tres (*Schlach haufen*) designari, primam, mediam, ultimam. Illa vero ratio vix a mittenda, haec non firmari poterit usu loquendi et exemplo num. plur *Walch.* *instituebantur* vel *instituebatur* c. Vat. 3429. in marg. — *et v munimentis coercitum*, castris, quibus miles prae aviditate pugnandi vi coerceri poterat. Sic *munimenta* Ann. 13, 36. 15, 15. Liv. 30, 16. *munitiones* Caes. b. G. 2, 33. „Exercitus Rom. non pernoctabat alicub neque in aciem prodibat, nisi castris positis et communitis, in quae tu tus iis esset receptus. Cf. Ann. 1, 63. 4, 47. Liv. 44, 39. Veget. 3, Polyb. 3, 42. 43." *Walch.* ad h. l. et Emendat. Liv. p. 23. *munimentis* Urs. MS. Vat. 4498. et in marg. Vat. 3429. quod restituere Brot. Bi Ob. Dr. aliique. *monitis* Vat. 3429. edd. vet. et quaedam rec. *et suis m nitis coercendum* c. Mirand. ex interpret. Nam *coercitum* est id. qd. coe cendum, qui coerceri poterat. v. Ind. III. v. *Participia Praet. pass. pr Adiectivis in* ilis *terminatis.* — *militem adhortatus* recte, opinor, r c suere plerique editores rec. Cf. Ind. III. v. *Participia Praet. Verboru depon. pro Part. Praes.* *militem adhuc ratus* edd. vet. ante Brot. et Bi quod male defendit Doed. *militem accendendum adhuc ratus* ut H. 1 36. c. Urs. et Vat. 3429. edd. Brot. Dr. Beck. Hert. Peerlk. *cohortan dum, incitandum* aliudve excidisse putabat Lips. *militem adhortaturu* coni. Gron. et *m. adhuc adhortatus* Grot.

3. *Octavus annus est:* numerat ab introitu suo in provinciam et a res suas aptat; *Lips.* „Erat quidem aestas septima, ex quo in Britan niam venerat Agricola. v. cap. 28. At quum anno ante quam venire fuisset consul et statim post consulatum Britanniae praepositus, (c. 9. hic fortasse annus numeratus est octavus. Nempe consul fuit et Britan niae praepositus a. U. 830. Ad montem Grampium pervenit et pugnavi a. U. 837. Fortasse tamen scriptum olim *septimus.* (VII.)" *Brot.* Iden suspicabantur Acid. Arzt. et alii. — *auspiciis imperii Rom.*, non *ausp meis*, quia non Imperator erat, sed eius legatus; *Vird.* Sed nec *auspi ciis Imperatoris*, etsi forsan hoc tum non periculosum fuerit dicere: nam Domitianus auspicatior τῇ κλινοπάλῃ quam bello; *Gron.* Cf. ad Ann 2, 41, 1. — *fide atque opera vestra*, v. ad c. 19. n. 2. et Ind. III. v *Hendiadyoin.* — *neque me militum, neque vos ducis poenituit*, v. ad H. 2 19, 6. — *Ergo egressi* cet. „*Veteres legati* (c. 14 — 17.) et *priores exer citus* in Britannia bellaverant: at Agricola eiusque exercitus, hos *termi nos egressi*, Caledoniam tenebant." *Brot.* — *finem Britanniae*, ultimas eius regiones, *non fama nec rumore* de nobis dilato, *sed castris et armis tenemus*, ipso nostro exercitu implevimus; vel, quod voluit Moellerus quem non fando accepimus sc. esse finem Britanniae, sed quem ipsi *ar mis tenemus;* Bloch. *Fama* et *rumore* sunt synon. ut *castris et armis.*

4. *Inventa Britannia*, cognita, tota peragrata; Ern. — *saepe*, in edd. vet. omissum, e c. Vat. 3429. restituerunt editores rec. Iidem ex illo MS. *voces* revocarunt. *voce* Put. tres et Riv. *vocem* Ber. Rhen. tres et cet. ante Brot. ut Ann. 2, 29. 3, 11. H. 4, 72. unde non plane repudiandum; *Walch.* — *montesque* malebat Barclaius.

5. *Quando dabitur hostis, quando acies?* edd. rec. ex emend. Rhen. *quando animus* Put. tres, Riv. Ber. Rhen. 1. prob. Selling. qui haec annotavit: „Sententia est: quando licebit nobis (quo sensu *dari* dicitur Ann. 2, 13. 53. 58. 3, 67. 4, 6. 60. 6, 8. 19. 12, 11. 12. 23. 16, 16. 33.) hostem vincere, profligare? quando animum explere, ostendere? Ad

prius *quando dabitur hostis* respondetur *veniunt e latebris suis extrusi*, ad posterius *quando animus* aptissime *vota virtusque in aperto*, h. e. vota, ut virtutem ostendere possitis, vel virtus, cuius ostendendae copiam in votis habebatis." — *Veniunt*: „post hoc verbum, quod valde acuendum est, distinguendum, et ante illud intell. *en* s. *ecce*, ut ante *stabat* Ann. 1, 25. et 14, 4." *Walch.* — *e latebris* tres et Put. et Rhen. al. nec non Brot. Ern. et rec. *a lat.* Lips. Bern. al. — *et vota virtusque in aperto*, v. ad cap. 1. not. 2. Quem antea dari vobis hostem optastis, iam in conspectu est: licet cum illo conserere manum et virtutem ostendere; *Eng.* *Voti* compotes facti habetis, ubi virtutem exserere possitis; *Bloch.* *Wunsch und Kraft haben offenes Feld*; Doed. Cf. ad H. 3, 56, 6. *Vota virtusque* pro *vota virtutis*. v. ad c. 46. n. 4. et Ind. III. v. *Hendiadyoin*. *Gelübde der Tapferkeit liegen vor euch*; *Walch.* *en vota* malebat Mur. — *omniaque prona victoribus*, — *adversa*, ut ap. Sall. Cat. 58. Cf. ad H. 3, 64, 1. — *superasse* ex emend. Rhen. *superesse* edd. vet. — *transisse aestuaria*, cf. cap. 20. 22. 23. — *pulchrum ac decorum in frontem*, in speciem, specie; *Lips.* ad Sen. cons. ad Helv. c. 5. Recte, et sic ap. Phaedr. 4, 1, 6. (et Quintil. 1, 4, 5. 12, 7, 8.) *prima frons*; *Ern.* Gall. *en apparence*; Brot. „Immo *frons* h. l. est acies, quae adversus hostem spectat, (Veget. 3, 14.) et fugientibus opponitur. *Pulchrum in frontem* pro *p. fronti*, vel *frontem ostendenti*. Sensum iam alii recte ceperunt, sed male suppleverunt *proficiscentibus*, *progredientibus nobis*, Germ. *da wir vorwärts rückten gegen den Feind*; quod et arbitrarium est et barbarum." *Walch.* Cf. ad Ann. 1, 76, 3. et Ind. III. v. *Adiectivorum structura insolentior*. — *ita* ex emend. Rhen. *item* c. Vat. 3429. et edd. vet. quod recepere Dr. et alii. „*Item* antiquius pro *ita*, ut ap. Cic. pro Quintil. 21. Or. 1, 26. (*sicut in foro - item in theatro*) Sall. Iug. 51. et aliis utriusque locis." *Beck.* „Sic et post *ut*, *sicut*, *quemadmodum* in conseq. reperiuntur *similiter*, (Cic. Brut. 55.) *perinde*, *pariter*, *non minus*, *non aliter*. Sed tum in his latet omissum *ita* et ante ea supplendum, quod ab h. l. alienum est, ubi dici quidem poterat *sic contra*, non vero *ita item*." *Walch.* p. 417. Conf. Ramshorn. Gram. p. 673. et Tursell. de partic. — *hodie*, nunc; *Weik.* Ad hunc diem; Bronk. *hostibus* verum videtur; nam et sequentia id desiderant, et *eatum*, quo referatur, alias non habebit; *Ern.* *hosti* leg. potius; *Woltm.* sed nil mutandum.

6. *Neque enim nobis aut locorum eadem notitia*, cf. ad c. 32. n. 5. — *sed manus et arma, et in his omnia* scil. subsidia nostra continentur, omnis salus nobis sita est. Sic ferme Liv. 5, 42. *Arma tantum ferrumque in dextris, velut solas reliquias spei suae, intuentes*; *Brot.* *Manus et arma* synon. c. 25. et H. 3, 53. nec tamen h. l. synonyma esse dixerim; Roth. p. 9. v. Ind. III. v. *Hendiadyoin*.

7. *iam pridem mihi decretum est*, certum ac persuasum, ut *decernere* passim dicitur pro *putare*. v. Ern. clav. Cic. — *neque exercitus neque duci terga tuta esse*, propr. fugam. „Xenoph. Cyrop. 1. 3. μωρὸν γὰρ τὸ κρατεῖν βουλομένους τὰ τυφλὰ τοῦ σώματος καὶ ἄοπλα καὶ ἄχειρα, ταῦτα ἐναντία τάττειν τοῖς πολεμίοις φεύγοντας. Quae ad verbum reddens Sallustius: in fuga salutem sperare, quum arma, queis corpus tegitur, ab hostibus averteris, ea vero dementia est." *Vird.* Cf. ad H. 5, 18, 3. — *incolumitas et decus e. l. s. T.* quae necessaria et salutaria, eadem et gloriosa nobis sunt; *Vird.* — *in ipso terrarum ac naturae fine*, cf. cap. 30. et ad G. 45. not. 4. „Eadem adhortatio in oratione Paulini ap. Dion. 62, 11. Ἢ οὖν κρατήσωμεθα αὐτῶν, ἢ ἐνταῦθα ἀποθάνωμεν, καλὸν τὸ μνημεῖον τὴν Βρεττανίαν ἕξομεν. Iustin. 2, 11. *Nusquam victores honestius quam in hostium castris perituros.*" *Peerlk.*

CAPUT XXXIV.

Si novae gentes atque ignota acies constitisset, aliorum exercituum exemplis vos hortarer. Nunc vestra decora recensete, vestros oculos interrogate. Ii sunt, quos proximo anno unam legionem furto noctis aggressos clamore debellastis: ii ceterorum Britannorum fugacissimi ideoque tam diu superstites. Quomodo silvas saltusque penetrantibus fortissimum quodque animal robore, pavida et inertia ipso agminis sono pelluntur; sic acerrimi Britannorum iam pridem ceciderunt. Reliquus est numerus ignavorum et metuentium: quos quod tandem invenistis, non restiterunt, sed deprehensi sunt novissimi. Ideo extremo metu corpora defixere in his vestigiis, in quibus pulchram et spectabilem victoriam ederetis. Transigite cum expeditionibus: imponite quinquaginta annis magnum diem: approbate rei publicae nunquam exercitui imputari potuisse aut moras belli, aut causas rebellandi.

1. *Si novae gentes atque ignota acies constitisset*, v. ad Ann. 12, 4! — *Nunc vestra decora recensete*, res a vobis praeclare gestas, victori ab iisdem hostibus iam reportatas. Cf. Ind.

2. *Ii sunt, quos proximo anno — debellastis*, cf. cap. 26. et ad ca 29. n. 1. — *furto noctis*, clam et noctu, ut ap. Curt. 4, 13, 9. et *frau noctis* Virg. Aen. 9, 397., *Bip.* Sic et *furtum insidiarum* et *diei* di Liv. 9, 31. 26, 51. *f. belli*, Sall. fragm. hist. p. 954. (ubi v. Corte) Gr. κλοπὴ μάχης. *Furtum* dicitur, quicquid furtim s. clam fit, et *fura* ut κλέπτειν, clam aliis quid facere. — *ii ceterorum Britannorum fugac simi*, ut Thucyd. ἀξιολογώτατος τῶν προτέρων πολέμων, mixtis duabus co struct. *ceteris Britannis fugaciores* et *omnium Britannorum fugacissin Doed.* vers. p. 49. „Sic et Macrob. Sat. 7, 8. *Aegyptum regionum al rum calidissimam*, Plin. 34, 10. *Ostracitis tota nigra et ceterarum sor dissima* et Cic. Brut. c. 9. *eruditissimus ille horum omnium*, quae, ab curia ipsorum auctorum profecta, non imitanda censebat Perizon. Sanct. Min. p. 240." *Ruddim.* inst. Gram. T. II. p. 83. 84. Cf. ad T Ann. 1, 53, 1. et Ramshorn. Gram. p. 321. Iidem a Calgaco c. 30. cuntur *nobilissimi totius Britanniae*, quia soli servitutem effugera *Bip.* *hi* pro *ii* Vat. 3429. edd. Beck. Hert. Peerlk. — *superstites*, n dum victi; *Ern.*

3. *Quomodo* (v. ad O. 36.) a *silvas saltusque penetrantibus* (v. I III. v. *Ablativi* cet.) *fortissimum quodque animal*, egregie in Sing., contra *pavida et inertia* (animalia) in plur. quia illud, licet unic venatorem aggreditur, confidens *robori*, horum autem *agmina* quc vano terrore *pelluntur*; *V. D.* in Ephem. lit. Ien. a. 1815. et *Klein.* h. l. est *fortissimum quodque animal*, et neque *robore*, neque *agn* ad animalia referendum. *penetrantibus* (venatoribus) *contra ruere* (c dictum putant pro ruit vel ruere solet *contra penetrantes*, ut fere *contra itum* Ann. 11, 10. aut *contra nobis* Plaut. Stich. 5, 7, 5.) ex Vat. 3429. revocarunt Brot. Bip. Ob. alii. *ruere* etiam in edd. vet. Rhen. sed omisso *contra*. Enimvero particulae copulativae *quomodo sicut, quemadmodum — ita* non iunguntur Infinitivis; *Walch.* Rhenanus tacite, sed bene reposuit *robore*: Tacitus enim non dix *ruere*, sed *ruit*, et *robore* recte opponitur *agminis sono*; *Pich.* Id pere ceteri editores et in his Lünem. cuius nota est: „Vim simili nis non recte percepisse videntur rec. interpretes. Nam et fortia e

vida animalia a venatoribus capiuntur, sed illa non nisi maiori robori cedunt, haec ipso venantium sono pelluntur. Itaque non opponuntur *contra ruere* et *pelli*, nam utraque pelluntur, sed *fortes* et *ignavi*. At fortissimi Britannorum frustra restiterant Romanis: hinc spes erat fore, ut et reliquus numerus ignavorum facile vinceretur." *fortissimum quodque animal robore* sc. caeditur s. caeduntur. Est h. l. Zeugma; *Walch.* Cf. ad Ann. 2, 20, 2. — *ipso sono agminis* sc. venantium, equorum, canum; *Ern.* „Vel militum, ut ap. Curt. 3, 8, 10. *Delituisse inter angustias saltus ignobilium ferarum ritu, quae, strepitu praetereuntium audito, silvarum latebris se occuluerunt.*" *Walch.* — *ipso*, solo. v. ad c. 30. n. 4.

4. *Reliquus est numerus ignavorum et metuentium, quos quod tandem invenistis, non restiterunt,* (nobis obstiterunt) *sed deprehensi sunt novissimi: ideo extremo metu corpora defixere in his vestigiis* cet. „Ita h. l. et interpungenda sunt verba, et legenda, non, ut in edd. vet. ante Rhen. 2. *quos quod* (*q* in Put. 2.) *tandem invenistis, non restiterunt, sed deprehensi sunt: novissime id et extremo metu c. def. aciem in his vest.* cet. Ita et Vat. 3429. nisi quod in eo *res et* pro *id et*, cui *id est* substituendum censebat Rhen. sed rectius *ideo* Pich. Idem tamen Rhen. egregie suspicabatur, reponendum esse *novissimi*, et *aciem* videri glossam voci *corpora* adscriptam. *Quos quod t. invenistis* cet. Graecorum more dictum pro: *qui, quod invenistis eos, non restiterunt, sed deprehensi sunt, quod novissimi sunt* vel *ut novissimi.* Hunc relativi usum exemplis illustravi in Emend. Liv. p. 80. Nota sunt illa *Eunuchum quem dedisti, quas turbas dedit*, et *Urbem quam statuistis, vestra est.* His add. Tac. Ann. 15, 52, 1. Cic. Verr. 1, 9. (*qui, quamobrem arcesserentur, quum intelligerent, non venisse*) de N. D. 3, 14. (*Qui quoniam, quid diceret, intelligi noluit, omittamus*, ubi cf. Wopkens. Lectt. Tull. p. 217.) Horat. Serm. 2, 2, 58. al." *Walch.* *sed depr. s. novissimi, ac velut extremo metu* (quum esset velut extremus metus et ante oculos certa mors) *corpora defixere in his v.* corr. Boett. *Novissimo id est extremo metu corpora d. i. h. v.* olim scriptum fuisse et verba *id est extremo* ex marg. irrepsisse non male suspicatur Selling. Aliorum coniecturas praetermitto. *deprehensi sunt*, v. ad c. 7. n. 2. *corpora defixere* statuarum instar et machinarum. — *in his vestigiis*, in hoc loco, ubi stant, ut Cic. Cat. 4, 6. Liv. 22, 49. al. — *spectabilem victoriam*, v. ad Ann. 1, 4, 4.

5. *Transigite cum expeditionibus* in Britanniam, h. e. finite eas, quod sumptum e re pecuniaria et forensi: nam finita est controversia, ubi cum litigatore, debitore, creditore transegimus; *Ern.* Cf. ad Ann. 12, 19. et G. 19. n. 12. „Sic et *pulchre fuerit cum materia tumultu et clamore transactum* ap. Quinctil. I. O. 7, 1, 44. *Transigite c. exp., imponite L. annis magnum diem* reddas Germ. *Schliesst ab mit den Feldzügen, krönet die fünfzig Jahre mit einem grossen Tag*, vel *setzt euren Thaten den Kranz auf;* nam duplex h. l. metaphora iungitur, ut H. 1, 16 pr. 1, 52, 10. O. 33. n. 1. Cic. or. 55. (*numerus quasi quandam palaestram et extrema lineamenta orationi attulit*) Hor. Serm. 1, 4, 11. *Dies* autem h. l. qd. *acta diei*, rectius quodcunque dies affert et ostendit. v. Ruhnk. ad Vell. 2, 35." *Walch.* Cf. ad Ann. 6, 20. *Magnum diem* vocant Latini, quo res in ultimum discrimen adducitur, res maxime clara patratur; *Ern.* Cf. quos laudant, Gron. ad Iustin. 9, 3. Corte ad Cic. ep. 2, 12. Burm. ad Ovid. am. 3, 9, 27. ad Lucan. 7, 90. Duk. ad Flor. 2, 6, 58. — *quinquaginta annis*, numero rotundo. „A. Plautius et mox ipse Imp. Claudius a. U. 796. Britannicam expeditionem suscepere, ac proinde ad hunc a. U. 838. numerantur tantum XLII anni. Ergo *L annis* est idem ac *ferme L. annis.*" *Brot.* — *imputari:* in Vat. 3429. *imputare.* — *aut moras belli aut causas rebellandi;* per vos aut ignaviam vestram minus

debellatum, nec rebellatum per proterviam sive eandem ignaviam, quae visa hostes animavit et excitavit; *Lips.* Probate, *moras belli* ex locorum difficultate, *causas rebellandi* ex incolarum indole fuisse profectas; *Brot. debellandi* ed. Rhen. 2. 3. et cet. ante Pich. qui haec annotavit: „Ita potius dicendum erat *causas non debellandi*: scilicet non debellatae provinciae. Duo imputabantur iis, qui Britanniam ante rexerant: mora belli, et quod propter iniurias acerbitatesque adversus Britannos causam illis praebuissent rebellandi contra Romanos." *Debellandi* error operarum, (nam Rhen. in castig. *rebellandi* explicat) qui notam Lipsii peperit; *Ern.*

CAPUT XXXV.

Et alloquente adhuc Agricola militum ardor eminebat, et finem orationis ingens alacritas consecuta est; statimque ad arma discursum. Instinctos ruentesque ita disposuit, ut peditum auxilia, quae octo millia erant, mediam aciem firmarent, equitum tria millia cornibus affunderentur. Legiones pro vallo stetere, ingens victoriae decus citra Romanum sanguinem bellanti et auxilium, si pellerentur. Britannorum acies in speciem simul ac terrorem editioribus locis constiterat ita, ut primum agmen aequo, ceteri per acclive iugum connexi velut insurgerent: media campi covinarius et eques strepitu ac discursu complebat. Tum Agricola, superante hostium multitudine, veritus, ne simul in frontem simul et latera suorum pugnaretur, diductis ordinibus (quanquam porrectior acies futura erat et arcessendas plerique legiones admonebant) promptior in spem et firmus adversis, dimisso equo, pedes ante vexilla constitit.

1. *Et alloquente* eos; v. ad Ann. 2, 37, 1. — *militum ardor eminebat*, praenuntius victoriae; *Vird.* coll. Veget. 3, 12. *emicabat* corr. Arzt. Utrumque verbum ardori et studio proprium est; *Dr.* „Sic *emicant inter fumum scintillae* (sie blitzen schnell auf) ap. Quintil. 8, 5, 29. et metaph. *terror emicabat* Ann. 13, 16. Sed militibus minus congruit ardor subitus, quam continuus. Ita *eminere* ap. Liv. 2, 5. 21, 35. Sen. de ira 1, 2. Quintil. 11, 1, 56." *Walch.* — *ingens alacritas*, alacer clamor; *Ern.* Cf. ad Ann. 2, 6, 1. — *statimque ad arma discursum*, ut ap. Hom. Od. 24, 465. *αἶψα δ' ἔπειτ' ἐπὶ τεύχεα ἐσσεύοντο*, *Walch.*

2. *Instinctos*: Lipsius malebat *Instructos;* sed milites nondum instructi erant: ideo sequitur *disposuit*, h. e. instruxit ita instinctos; *Pich.* Cf. ad H. 4, 24, 6. — *peditum auxilia*, auxiliares pedites, de quibus v. ad cap. 32. n. 4. — *octo millia:* in c. Vat. 3429. *octo milium*, in edd. Beck. Hert. Reerlk. *octo millium.* — *mediam aciem* Tacitus dixisse videtur universam peditum, quia *equitum tria millia cornibus affusa;* non eo sensu, quo acies Romanorum triplex erat s. tripartito, in tres ordines, Hastatorum, Principum (*media acies*) et Triariorum divisa; *quos* Marius in duos redegit: nam Agricola sociorum tantum auxiliis usus est et legiones pro vallo disposuit, ut *auxilium* essent, si pellerentur socii. „*octo millia* duarum legionum. v. Veget. 3, 1. *mediam aciem firmarent*, firmando formarent, ut ap. Liv. 22, 46. 23, 29. De spatio, quod acies occupabat, v. Veget. 3, 14. *Singuli armati in directum ternos pedes inter se occupare consueverunt, h. e. in mille passibus DCLXVI pedites ordinantur in longum, ita ut nec acies interluceat et spatium sit arma tractandi. Walch.* — *equitum tria millia cornibus*, MD equites dextro et totidem si-

nistro cornu, *affunderentur*, v. ad Ann. 1, 23, 1. *equitum* auxilia, *tria millia*, c. *aff.*; *Boett.*

3. *Legiones tres pro vallo stetere*, iussae ante vallum stare, ut essent *ingens victoriae decus citra Rom. sanguinem* (v. ad Ann. 14, 23. et G. 16. n. 5. et cap. 33. n. 4.) *bellanti* Agricolae, (ingens imperatoris in victoria decus, si bellaret cet., *Walch.*) ut victoriae gloria longe maior videri posset, si eam reportaturus esset sine earum ope, auxiliaribus tantum copiis usus, *et auxilium*, utque auxilio essent, (*Reservecorps*) *si pellerentur* sc. auxilia legionum; nisi leg. *si pelleretur* sc. Agricola, quod Gesnerus suspicatus est. Ad rem conf. Iustin. 6, 2. et Veget. 3, 17. *bellanti* tacite et recte emend. Rhen. idque recepere editt. rec. *bellandi* c. Vat. 3429. et edd. vet. quod revocarunt Dr. Beck. Hert. Peerlk. Ecquis vero dicat *decus victoriae bellandi?*

4. *Britannorum acies in speciem simul ac terrorem*, (v. ad Ann. 2, 6, 1.) *editioribus locis*, per acclive montis Grampii iugum, *constiterat*, *et primum agmen aequo* campo. „Locus pugnae fuit in provincia *Strathern*, prope locum, qui nunc dicitur *Kirk of Comerie*. Ibi exstant adhuc duo castra Romana, quae exhibet Gordon in Itiner. septentr. Tab. V. Neque est quod obiiciant, castra illa minora esse, quam ut exercitui Rom. sufficere potuerint. Alia retro et vicina erant castra, quae ante pugnam obtinebat Rom. exercitus. v. Gordon. l. l. Insigne autem victoriae monumentum fuit ipsa urbs Victoria, nunc *Abernethy*. Haec non in ipso proelii campo, sed, quod commodius et tutius, ad Taum aestuarium (*Frith of Tay*) in eadem provincia *Strathern* condita est." *Brot.* *constiterat* c. Vat. 3429. Brot. Ern. Bip. Ob. al. *constiterant* edd. vet. *Acies* in plurali recte dicitur, sed ut deinde sit *prima acies*, non *primum agmen*, ut pars aciei; *Ern.* Cf. ad c. 33. n. 2. — *ita ut primum agmen aequo*, (in aequo loco s. campo; v. ad Ann. 2, 80, 2.) *ceteri* cet. tacite et egregie correxit Rhen. *primum agmine quo ceteri* c. Vat. 3429. et edd. vet. *ita ut primum agmen* sc. consisteret; *Walch.* Cf. ad Ann. 2, 9, 2. — *aequo*, in aequo, in summis et planis collium partibus. Cf. cap. 37. pr. et ad Ann. 2, 80, 2. — *connexi;* in c. Vat. 3429. *convexi*, quod recepere Beck. Peerlk. et Hert. cui id admodum graphice dictum videtur eoque sensu, quo ap. Claudian. de VI cons. Honorii v. 614. *vulgus convexum gradibus* in theatro, ut h. l. Britanni in montis ascensu. Sed ibi leg. *connexum* (densum) et *convexa* quidem dicuntur cornua, montes, coelum aliaeve res, non vero homines.

5. *media campi*, campum inter Caledoniorum et Rom. aciem medium, non inter Caledonios in aequo stantes et per iuga velut connexos: nam ita Tacitus *medii inter hos* dixisset; *Walch.* Cf. ad Ann. 2, 1, 2. *media campi covinarius et eques strepitu ac discursu complebat*, pro pr. *complebant*. Sed v. Ind. III. v. *Praedicatorum atque Subiectorum numeri et genera diversa.* *Covinarius* aut *covinnarius* (ita Vat. 3429.) Tacito dicitur, qui aliis *covinus* aut *covinnus* et *essedarius* sc. miles et auriga, Germ. *Wagenlenker*, sic appellatus a *covinis* seu *essedis*, vehiculis ...ibus, agilibus et facile flectendis, quorum axes falcati erant vel in modum falcis recurvi, et e quibus pugnare solebant primum Belgae, inde Britanni. Iisdem et Romani, delicatiores potissimum, utebantur, ... tamen in bello. Cf. ad c. 12. n. 2. Dio 76, 12. intpp. Prop. 2, 1, ... Virg. Ge. 3, 204. Sil. 17, 417. Iuvenal. 4, 126. Lucan. 1, 426. Martial. 12, 24, 1. Scheff. de re veh. 1, 11. 2, 22. 23. Du Cange Gloss. med. Lat. Loca class. sunt Mel. 3, 6, 60. *Dimicant non equitatu modo ... pedite, verum et bigis et curribus Gallice armati: covinos vocant, quorum falcatis axibus utuntur;* Caes. b. G. 4, 24. et 5, 9. *praemisso equitatu et essedariis, quo plerumque genere in proeliis uti consuerunt;* et ... cap. 33. *Genus hoc est ex essedis pugnae: primo per omnes partes per-*

equitant et tela coniiciunt atque ipso terrore equorum et strepitu rotaru ordines plerumque perturbant et, quum se inter equitum turmas insinuave rint, ex essedis desiliunt et pedibus proeliantur. Aurigae interim paulatin ex proelio excedunt atque ita currus collocant, ut, si illi a multitudine ho stium premantur, expeditum ad suos receptum habeant. Ita mobilitaten equitum, stabilitatem peditum in proeliis praestant ac tantum usu quoti diano et exercitatione efficiunt, uti in declivi ac praecipiti loco incitato equos sustinere et brevi moderari ac flectere et per temonem percurrere et i iugo insistere et inde se in currus citissime recipere consuerint. Quantu ex his verbis iudicare licet, *covinus* vel esseda fuit currus bellicus, si milis fortasse bigis et quadrigis circensibus, qui nihil nisi rotis impos tam sellam (δίφρον) habuit, in qua miles et auriga sederent; *Oberl.* a Caes. in Ind. Lat. *covinarius et eques* edd. rec. ex emend. Rhen. *cov narius* (adiect.) *eques* edd. vet. idque defendit Walch. qui copiose sup hac re disputavit p. 367 — 380. et 439 — 446. „Contendit enim, apu veteres scriptores nullum inter equitatum atque essedarios discrimen i tercedere, et minus patere ea quae Mela de hac re, ut de omnib rebus Britannicis, non satis accurate et perspicue tradiderit; ubi ve ap. Caes. b. G. 4, 24. et 5, 9. *equitatus et essedarii* commemorentu figuram ἓν διὰ δυοῖν adhibendam esse ad eius locutionis explicatione Sed omnes cum Mela consentiunt scriptores, dum aliud militum gen essedarios s. covinarios, aliud equites statuunt, licet, aurigis except qui in essedis remanebant, illos quoque *equites* dixeris. Cf. Caes. 4, Figura autem ἓν διὰ δυοῖν nullo prorsus modo adhiberi potest inf. c 36. et quibusdam Caesaris locis, ut 4, 32. *simul equitatu atque esse circumdederant reliquos.* Sed is maximus est viri doctissimi error, qu inf. cap. 36. (*interim equitum turmae fugere, covinarii peditum se pro miscuere*) *equitum turmas* de Romanorum, non de Britannorum equit accipit, nullam aliam ob causam, quam quod praeiudicatam sequi opinionem, nullum esse inter equites et covinarios discrimen: nam q *equitum turmas* de Romanis tantum dici contendit, refellitur loco T Ann. 14, 34. quem ipse contulit, (*Britannorum copiae passim per ca vas et turmas exsultabant*) et in illo loco Agr. 36. de Britannorum eq tibus agi, inde iam patet, quod covinarii una cum equitum turmis c memorantur, propterea quod utrumque hoc militum genus coniun viribus impetum facere solebat in adversam aciem. Nihil vero Walchius, quum dicit, *Britannorum* vocem addi debuisse, si ad ba rum equitatum referendae essent *equitum turmae*, quum de Britanno clade versu proxime praecedente agatur." *Boetticher* in Lex. Tac. 134. — *strepitu ac discursu* brevi, non continuo; *Walch.* Cf. verba C 4, 33. modo laudata et Ind. III. v. *Hendiadyoin.*

6. *superante hostium multitudine* sc. multitudinem suorum, aut tius abundante. v. ad H. 1, 51, 4. — *simul in frontem simul et la* v. ad Ann. 6, 51. — *diductis ordinibus:* „Quoties periculum erat, ne stes producto altero aut etiam utroque suae aciei cornu circumveni aciem, (quod ὑπερκερᾶν et ὑπερφαλαγγεῖν dicitur) vel ipsi etiam suos stes volebant ὑπερκεράσαι, tum necesse erat διπλασιάζεσθαι τὸ μῆκος φάλαγγος, *diduci ordines*, duplicari aciei longitudinem; iubebantque ἐπιστάτας μεταβαίνειν εἰς παραστάτην, h. e. ut, qui prius pone seque tur et essent ἐπιστάται, transirent ad latus τῶν πρωτοστατῶν et fie παραστάται. Sic crescebat τὸ μῆκος τῆς φάλαγγος. v. Casaub. ad Poly 2, 10, 4. Veget. 3, 20. Onosand. Strat. c. 21." *Vird.* „Cf. et Duk. Liv. 5, 28. Sed fortasse leg. *deductis.*" *Walch.* — *porrectior acies*, *acies* (nimis) *extenuata* ap. Sall. Iug. 49. Res illustratur verbis Veg 15. *Si acies nimium fuerit tenuata, cito ab adversariis facta impres perrumpitur* et Liv. 25, 21. *In longitudinem porrecta acies, claman*

tribunis, *nihil introrsus roboris ac virium esse et, quacunque impetum de-dissent hostes, perrupturos." Walch.* — *promptior in spem*, immo *pronior*; *Ern.* Sed v. ad Ann. 4, 60. — *firmus adversis*, v. ad Ann. 2, 14, 2. — *dimisso equo pedes ante vexilla constitit*, cf. ad c. 18. n. 4. „In dextro cornu inter equites peditesque dux stare solebat. v. Veget. 3, 18." *Walch.* *Vexilla* sociorum, ut aquilae legionum: nam socii pugnabant soli.

CAPUT XXXVI.

Ac primo congressu eminus certabatur. Simul constantia, simul arte Britanni ingentibus gladiis et brevibus caetris missilia nostrorum vitare vel excutere atque ipsi magnam vim telorum superfundere, donec Agricola tres Batavorum cohortes ac Tungrorum duas cohortatus est, ut rem ad mucrones ac manus adducerent; quod et ipsis vetustate militiae exercitatum, et hostibus inhabile, parva scuta et enormes gladios gerentibus. Nam Britannorum gladii sine mucrone complexum armorum et in arcto pugnam non tolerabant. Igitur ut Batavi miscere ictus, ferire umbonibus, ora foedare et stratis, qui in aequo obstiterant, erigere in colles aciem coepere, ceterae cohortes, aemulatione et impetu commixtae, proximos quosque caedere, ac plerique semineces aut integri festinatione victoriae relinquebantur. *Interim* equitum turmae fugere, covinarii peditum se proelio miscuere: et quanquam recentem terrorem intulerant, densis tamen hostium agminibus et inaequalibus locis haerebant, minimeque equestris ea nunc pugnae facies erat, quum aegre clivo instantes simul equorum corporibus impellerentur; ac saepe vagi currus, exterriti sine rectoribus equi, ut quemque formido tulerat, transversos aut obvios incursabant.

1. *Simul constantia:* in c. Vat. 3429. *simulque* c. quod recepere ..k. Hert. Peerlk. — *ingentibus gladiis et brevibus caetris*, cf. Dio 76, .. Haec verba glossam redolere censent Woltm. et Peerlk. quia *parva ..ta et enormes gladii* paulo post et aptius memorentur neque intelliga-.., quid huc faciant *ingentes gladii.* Neutra ratio magni est momenti. ..rba enim eiusdem sententiae utrique loco satis conveniunt et missilia ..cuti poterant ingentibus gladiis. Languet tamen epitheton *brevibus*, .. non ad Pleonasmum, (v. Ind. III.) sed ad augendam brevitatis no-..em referendum est: nam omnes *caetrae* sunt *brevia* s. parva scuta, .., quibus etiam Hispani Afrique utebantur, similia *peltis*, inpr. ..zonum, formam mediae vel corniculatae lunae referentibus: unde ..ati et *peltastae*, levis armaturae milites, ut gravis *clipeati*, *aglaspi-* .. *chalcaspides.* v. intpp. Liv. 21, 21. 28, 5. 31, 36. Sil. 2, 76. 3, .. 9, 231. Virg. Aen. 7, 732. Cf. tamen Ind. III. v. *Pleonasmus. cae-* ..ed. Riv. quae scriptura ceteris praeferenda videtur. v. iidem intpp. ..efeb. ad Sil. 3, 278. qui putabat, voc. Punicum esse et propr. *cethra* ..endum. *coetris* c. Vat. 3429. *caeteris* edd. Put. tres. *cetris* edd. Ber. ..a tres et rec. — „*missilia vitare* et *excutere*, ut ap. Veget. 1, 4. ..um *prudenter evitare* et *obliquis ictibus venientia tela deflectere* de ti-..m exercitiis. Caledonii autem, gladios dextris, caetras sinistris ma-..s tenentes, primum *missilia* Romanorum *vitasse vel excussisse*, deinde *magnam vim telorum* hostibus *superfudisse* videntur." *Walch.* — *su-..ndere*, ut *fundere*, *effundere*, χέειν, χεύειν, καταχεύειν, ἐπιχεύειν δού-

ρατα et *βέλεα* ap. Hom. Jl. 5, 618. 12, 158. 15, 590. spargere *magna telorum vim* s. multitudinem. — *tres Batavorum cohortes*, H. 2, 27. 6 4, 12. In edd. vet. *per B. c.* quod tacite correxit Rhen. In c. Va 3429. numerus desideratur, quanquam Brot. eum vidit; *Dronk.* — *du Tungrorum* cohortes. „Harum plurima manent in Britannia monument in quibus COH. TUNGR. vel COH. I. TUNGROR. MIL. v. Gordon. Iti Sept. tab. 35 sq." *Brot.* *Tongrorum* edd. vet. ante Rhen. 2. — *ut re ad mucrones* (usum gladiorum acutorum) *ac manus adducerent*, v. Ann. 2, 14, 1. et 2, 80, 2. *Mucrones* dicuntur gladii Romanorum, H spanis similes, ancipites et acuti, quibus et caesim et punctim pugn batur. Contra *Britannorum gladii sine mucrone* erant, quibus caesi tantum, non et punctim peti poterant hostes. *rē* ed. Riv. *rem* Rhen. 3. et rec. *rō* Put. 1. 2. *ratio* Put. 3. Ber. Rhen. 1. — *vetustate militi exercitatum*, v. ad Ann. 14, 2. *vetustate militiae*, quod diu apud Rom nos militaverant; *Hert.* — *hostibus inhabile*, v. ad Ann. 2, 6, 1. „*Par scuta* non tegebant corpus et *enormes gladii* nulli erant usui comin pugnantibus. v. Gell. 9, 13. et inpr. Polyb. 2, 33." *Walch.*

2. *Nam Britannorum gladii sine mucrone*, ut Gallorum ap. Liv. 46. *Gallis praelongi gladii ac sine mucronibus; Hispano, punctim ma quam caesim assueto petere hostem, brevitate habiles et cum mucronib* Cf. nota 3. — *complexum armorum*, ubi vicissim gladii sese complect tur; *Hert.* Pugnam, quae fit cominus conserendis manibus; *Ern.* G *la mêlée*, quum collato gradu hostis petitur; *Brot.* „Sed ita non diff a *pugna in arcto*, s. cominus; et ut *pugna in arcto* spectat ad pr *manus*, sic *complexus armorum* ad *mucrones*. Hinc potius *complexus morum* est ictus eorum, Gr. *διάληψις*, *διαλαμβάνειν*, et *complexum ar rum non tolerare* id. qd. *complexum non ferre* ap. Caes. B. C. 3, 8. Ve et praec. *hostibus inhabile — gerentibus*, et haec lucebunt coll. Polyb 33. Ἅμα δὲ τῷ, πρὸς τὰ δόρατα ταῖς πρώταις καταφοραῖς χρωμένων τῶν λατῶν, ἀχρειωθῆναι τὰς μαχαίρας, συνδραμόντες (οἱ Ῥωμαῖοι) εἰς τὰς χε τοὺς μὲν Κελτοὺς ἀπράκτους ἐποίησαν, ἀφελόμενοι τὴν ἐκ διάρσεως α μάχην, ὅπερ ἴδιόν ἐστι Γαλατικῆς χρείας, διὰ τὸ μηδαμῶς κέντημα τὸ ξ ἔχειν. — Αὐτοὶ δ' (οἱ Ῥωμαῖοι) οὐκ ἐκ καταφορᾶς, ἀλλ' ἐκ διαλήψεως ὀρ χρώμενοι ταῖς μαχαίραις, πρακτικοῦ τοῦ κεντήματος περὶ αὐτὰς ὑπάρχο τύπτοντες εἰς τὰ στέρνα καὶ τὰ πρόσωπα καὶ πληγὴν ἐπὶ πληγῇ φέροντες, φθεῖραν τοὺς πλείστους τῶν παραταξαμένων. Cf. intpp. Polyb. T. 5. p. ed. Schweigh. Rationem huius rei affert Veget. 1, 12. *Caesa pl quocunque impetu veniat, non frequenter interficit; at puncta, duas u adacta, mortalis est.* — *in arcto pugnam* recte corr. Fr. Medicis. *aperto p.* edd. vet. et rec. Sed APTO factum ex ARTO: nam *primo gressu eminus certabatur*, deinde *res ad mucrones ac manus adducta* et *pugnam in aperto* (Liv. 9, 19. 31, 36. 38, 41.) exceperat *pugn arcto* (loco) s. cominus, (ut ap. Liv. 28, 33.) ut al. *pugna ex occult insidiis, locis inopportunis inter virgulta, vepres, arbores ab hoste p* Male intpp. *pugnam in aperto* vel pro pugna in arcto, cominus, contra, quae fiat ex longinquo et quasi ex occulto) vel eo sensu di censent quo *apertum latus* gladiatorum, de quo v. ad H. 5, 11 *Walch.* *in operto* (sub armis scutisque) et *in opertos* coni. Lips *aperta* (nuda corporis loca, ut al. *in frontem, in latera*) Schel. ad gin. p. 140. *inoperti* de la Bleterie. *non ut* (minus quam) *in apert gnam t.* Beck. Sed emendatio *in arcto* recte ceteris praelata est a Gesn. Brot. Ern. „De Britannorum belli gerendi ratione cf. Caes. 4, 33. 5, 15. 16. Dio 76, 12. Sed id mirum est, quod Dio eosdem tannos pugionibus tantum brevibusque hastis armatos esse tradit." B

3. *miscere ictus*, v. ad Ann. 2, 15, 2. — *ferire umbonibus*, in

lere; *Ern.* v. ad H. 2, 42, 5. — *ora foedare*, „ut *verberibus foedatus* (Gr. τραύμασι αἰκισθεὶς) H. 3, 77. et *foedare* pro cruentare, crudeliter lacerare, ap. Plaut. Amph. 1, 1, 90. (ubi v. Taubm.) Virg. Aen. 2, 55. 286. Cf. Drak. ad Liv. 8, 10, 6. *fodere* coni. Gesner. in Enchir. p. 128. quod usitatius est, sed synon. Sic Ann. 2, 21. Liv. 8, 10. al. *ora foede recti* Vat. 3429." *Walch.* — *stratis* ex emend. Ern. receptum a Bip. Ob. Seeb. Dr. et aliis. *tratis* Vat. 4498. et in marg. Vat. 3429. *tractis* Vat. 3429. et edd. vet. ante Bip. „Recte: iis, qui in planitie obstiterant, una veluti ruina prostratis. *Trahere* enim continuationem quandam sive tenorem, ant. protelam, significat: unde *trahere ruinam.*" *Vird.* Id vero ab usu loquendi et h. l. alienum, nec nisi de militibus, qui in clivis locisve editis stant, nonnunquam adhibetur; *Walch.* *fractis*, coni. Mur. Acid. Gesn. *prostratis* Brot. *transactis* Arzt. coll. Ann. 2, 68. 14, 9. — *qui in aequo obstiterant* iis, Batavis. Cf. ad Ann. 2, 80. *adstiterant* Vat. 3429. quod non displicuit Ern. receptumque est a Beck. et Hert. Sed amici *assistere*, hostes *obsistere*, *obvertere*, *obequitare* solent; *Walch.* — *erigere in colles aciem*, v. ad c. 18. n. 4. — *commixtae*, „ut *se miscebant* H. 3, 17. *commistae* edd. pleraeque et vet. et rec. Sed v. ad cap. 4. n. 4. *plerique*, multi, (v. ad Ann. 3, 28.) *semineces aut integri*, non vulnerati. *festinatione victoriae* vel *festinante victoria*, vel *militibus victoriam festinantibus*. Sed a Tacito *festinatio* et Neutra *festinare* ac *properare* activo sensu adhiberi solent, ut *festinatio* Ann. 13, 17. H. 3, 25." *Walch.* Cf. Ind. III. v. *Oratio praegnans*.

4. *Interim equitum turmae fugere, covinarii peditum se proelio miscuere — minimeque equestris ea* cet. Verba a librariis foede corrupta. *Interim equitum turmae fugere; covinarii peditum se proelio miscuere* perperam legitur in MSS. Vat. et edd. et vet. et rec. Deinde *minimeque equestres. ea enim pugnae facies erat, quum aegra diu aut stante simul equorum corporibus impellerentur* Vat. 3429. et edd. vet. ante Rhen. 2. nisi quod *ẹ́a* in Vat. pro *ea* et *n.* pro *enim* in Put. 1. 2. *minimeque equestris ea pugnae f. erat, quum in gradu stantes* (quod de peditibus quidem, non de equitibus dici potest; v. ad O. 26.) *simul equorum corporibus* (equis, ut H. 2, 11. et G. 4.) *impellerentur* Rhen. 2. 3. et cet. ante Brot. prob. D. Naudet. Walchius haec fere disputavit. „Ratio pugnae ad Grampium montem commissae haec fuit. *Primo congressu cominus certabatur.* Deinde *tres Batavorum cohortes ac Tungrorum duae*, e media Romanorum acie in hostes progressae, *proximos quosque caedere et erigere in colles aciem coepere;* quod exemplum imitatae sunt *ceterae cohortes* sociorum Rom. *Interim* in utriusque aciei cornibus orta est pugna inter *turmas equitum* Rom. et *covinarios*, equitatum Caledoniorum. His fusis, (unde *vagi currus*) rediere equites Rom. et *peditum* Romanorum Caledoniorumque *se proelio miscuere*, impetu in hostes facto per intervalla cohortium. *Quanquam* vero *recentem* ita iis *terrorem* intulerant, *densis tamen hostium agminibus* (nam eorum super triginta, sociorum Rom. octo tantum millia erant, cap. 29. et 35.) *et inaequalibus locis* collium acclivium *haerebant*, frustra irrumpere conati et perrumpere. (Sic *haerere* Ann. 1, 68. Liv. 6, 12. 29, 33. translatione ab ... sumpta, si fides habenda Donato ad Terent. Adelph. 3, 3, 49.) Hinc *minime equestris ea pugnae facies erat, quum aegre dum in arduo ... in declivi stantes* (ita legendum videtur: *als sie kaum noch an der Anhöhe Fuss fassend*) *simul equorum corporibus* (una cum equis suis; v. ad Ann. 3, 64.) *impellerentur*, repellerentur, deorsum pellerentur: (v. ad ... 2, 43, 10.) *ac saepe vagi currus* covinariorum, ab equitibus Rom. ... disiectorum, et *exterriti*, consternati, *sine rectoribus equi, ut quemque eorum formido tulerat*, huc et illuc egerat, *transversos*, a lateribus, ... *obvios*, a fronte et deorsum, *incursabant* hos equites. Cf. Liv. 37,

41. et Curt. 4, 15, 16 sq. Quae quum ita sint, saltem scribendum: *Interim covinarii fugere, equitum turmae peditum proelio se miscuere*, aut *Interim equitum turmae fugare covinarios peditumque se proelio miscuere.* Res vero tanti momenti non tam breviter expressae videntur, sed quaedam excidisse crediderim, ita fortasse supplenda: *Interim equitum turmae protentis hastis in covinarios pro cornibus invehi; perruptisque impetu ordinibus, postquam diffugere covinarii, peditum se proelio miscuere.* Quaenam vero sit *facies equestris pugnae*, altioris est indaginis. A scriptoribus Rom. duplex memoratur equitum impetus, vel in equites, vel in pedites. Ille fuit, qualis etiam nunc esse solet; quod patet e Sall. Iug. 59. *Neque diutius Numidae equites resistere quivissent, ni pedites cum equitibus permixti magnam in congressu cladem facerent: quibus* (peditibus) *illi freti non, ut equestri proelio solet, sequi, dein cedere, sed adversis equis concurrere, implicare ac perturbare aciem.* Clarius id intelligitur ex Liv. 22, 47. *Laevum cornu* Carthaginiensium equitum cum dextro Rom. concurrit, *minime equestris more pugnae: frontibus enim adversis concurrendum erat, quia nullo circa ad evagandum relicto spatio, hinc amnis, hinc peditum acies claudebat in directum utrinque nitentes. Stantibus ac confertis postremo turba equis, vir virum amplexus trahebat equo.* Sall. fragm. p. 285. ed. Bip. *More equestris proelii sumptis tergis atque redditis, egressi ad faciliores ictus loco cedebant.* Tac. Ann. 6, 35 *Modo equestris proelii more frontis et tergi vices, aliquando ut conserta acies pellerent ac pellerentur.* Hinc ap. Veget. 1, 27. *Equites quoque divisi per turmas armatique similiter tantum itineris peragebant, ita ut ad equestrem meditationem interdum sequerentur, interdum cederent et recursu quodam repedarent.* Alius fuit impetus equitum in pedites, de quo h. l. sermo est, et quidem equitum Romanorum, non Caledoniorum sive covinariorum, etsi his apprime convenirent verba haec et seqq. in aliorum structura. (v. ad cap. 35. n. 4. et 5.) Hic describitur a Liv. 6, 12. *Tu, T. Quincti, equitem intentus ad primum initium moti certaminis teneas. Ubi haerere iam aciem collato pede videris, tum terrorem equestrem occupatis alio pavore infer invectusque ordines pugnantium dissipa.* 6, 13. *Et suum terrorem intulit eques. Rupti inde multis locis ordines motaque omnis ac fluctuanti similis acies.* 6, 32. *Aliquamdiu aequa virtute fortunaque Latinae legiones restabant. Eques immissus ordines turbavit: turbatis signa peditum illata.* 10, 5. *Emissus eques libero cursu in hostem invehitur incompositisque adversus equestrem procellam subitum pavorem offudit.* Planissime a Tac. Ann. 14, 37. *Et eques protentis hastis perfringit quod obvium et validum erat.* Id tamen non semper succedebat. Liv. 7. *Primo stetit ambigua spe pugna, nequicquam saepe conatis equitibus Rom. impetu turbare hostium aciem. Postquam equestris pugna effectu quam conatu vanior erat, equites, relictis equis, clamore ingenti provolant ante signa et novam integrant pugnam.* 7, 33. *Equites nequicquam tumultuantes in spatio exiguo volvere turmas vidit nec posse aperire in hostes viam.* Inde temerarium nonnunquam consilium captum. Liv. 8, 30. *Eques qui aliquoties impetu capto perrumpere non poterat hostium agmen, detractis frenos equis atque ita concitatos calcaribus permisit, ut sustinere eos nulla vis posset. Per arma, per viros late stragem dedere. Secutus pedes impetum equitum turbatis hostibus intulit signa.* Saepius et equorum pa[illegible] vanum equestre proelium fecit. v. Liv. 30, 18. Tacitus vero h. l. tra[illegible] equites *densis hostium agminibus et inaequalibus locis haesisse.*" Ita W[illegible] chius; sed nodos nexuit potius quam expedivit. v. ad cap. 35. n[illegible] Alii alia coniecerunt. *equitum turmae effudere* aut potius *effusae et* [co]*vinarii* cet. legendum putavit Lipsius, *equitum t. erupere* (ad impe[tum] faciendum) Ern. Drück. et Lamall. *eq. t. effundere — miscere* Arzt. [illegible] *erumpere — miscere* Schlüt. — *repentem dolorem* Woltm. et alii. — [illegible]

tamen nostrorum agminibus Mur. et Gron. *densis t. cohortium a.* Ern. ne Romani *hostes* appellentur a Tacito. — *minimeque pedestris* Pich. *m. aequalis* Bip. *m. equestris (ea enim pugna) facies erat* Doed. *m. equestris ea iam pugnae f. e.* Beck. *m. equestris ea tum pugnae f. e.* Bip. Eng. Seeb. — *quum aegre diu stantes* Brot. Bip. Ern. Ob. Dr. al. *quum aegre diu adstantes* Seeb. *quum aegre aut diu stantes* Doed. *quum aegre dum adstantes* Beck. *quum aegre dimicantes* Boett. *minime eq. ea interim p. f. erat, quum aegre clivo stantes* Trill. obss. crit. 4, 19. p. 424. Si locum class. Caes. b. G. 4, 33. contuleris, et respexeris, quae cap. 35. de acie Britannorum dicta sunt, Taciti verba sic intelligenda et emendanda videntur: *Igitur ut Batavi miscere ictus — et stratis* equitibus covinariisque Britannorum, *qui in aequo*, medio campo, iis *obstiterant, erigere in colles aciem coepere, ceterae cohortes* sociorum Rom. *commixtae* Batavis *proximos quosque* equitum covinariorumque Brit. *caedere* cet. Quo facto *equitum* Britan. *turmae fugere, covinarii* autem *peditum* Rom. et Britan. *se proelio miscuere* per acclive iugum. Hi *quanquam recentem* ita *terrorem intulerant* sociis Rom., *densis tamen hostium* suorum, Romanorum, nisi leg. *cohortium agminibus* (nam ceterae cohortes sociorum Rom. iam Batavis erant commixtae) *et inaequalibus locis*, per acclive iugum, *haerebant, minimeque equestris ea nunc* (in Put. 1. 2. *n.* quo et *nunc* et *enim* significatur) *pugnae facies erat, quum aegre clivo stantes* vel *instantes* (ut *per acclive iugum* c. 35. *in declivi loco et in iugo insistere* ap. Caes. l. l. *iugis instare* ap. Virg. Aen. 11, 529.) *simul equorum corporibus impellerentur* covinarii cet. Ita quoque aptissima verba *recentem terrorem intulerant* et *densis hostium agminibus*, etsi *porrectior acies* Rom. cap. 35. quod scrupulum iniecit Walchio.

CAPUT XXXVII.

Et Britanni, qui adhuc pugnae expertes summa collium insederant et paucitatem nostrorum vacui spernebant, degredi paulatim et circumire terga vincentium coeperant, ni id ipsum veritus Agricola quatuor equitum alas, ad subita belli retentas, venientibus opposuisset, quantoque ferocius accurrerant, tanto acrius pulsos in fugam disiecisset. Ita consilium Britannorum in ipsos versum; transvectaeque praecepto ducis a fronte pugnantium alae aversam hostium aciem invasere. Tum vero patentibus locis grande et atrox spectaculum: sequi, vulnerare, capere atque eosdem, oblatis aliis, trucidare. Iam hostium, prout cuique ingenium erat, catervae armatorum paucioribus terga praestare; quidam inermes ultro ruere ac se morti offerre. Passim arma et corpora et laceri artus et cruenta humus. Est aliquando etiam victis ira virtusque. Postquam silvis appropinquarunt, collecti primos sequentium, incautos et locorum ignaros, circumveniebant. Quod ni frequens ubique Agricola validas et expeditas cohortes indaginis modo et, sicubi artiora erant, partem equitum, dimissis equis, simul rariores silvas equitem persultare iussisset, acceptum aliquod vulnus per nimiam fiduciam foret. Ceterum ubi compositos firmis ordinibus sequi rursus videre, in fugam versi, non agminibus, ut prius, nec alius alium respectantes, rari et vitabundi invicem longinqua atque avia petiere. Finis sequendi nox et satietas fuit. Caesa

hostium ad decem millia: nostrorum trecenti sexaginta cecidere in quis Aulus Atticus, praefectus cohortis, iuvenili ardore ferocia equi hostibus illatus.

1. *Et Britanni*, tum Britanni, videntes impetum equitum haud pr spere succedere. — *qui adhuc pugnae expertes summa collium insederan* cf. cap. 35 med. *summam* c. Vat. 3429. Sed v. Ind. III. v. *Adiectii neutra sing. et plur. num. pro Subst.* Sic et paulo post *subita beli* — *vacui* sc. pugna, id. qd. *pugnae expertes*, vel otiosi, socordes. ad H. 4, 17, 6. — *degredi* omnes paene edd. post, et *digredi* omn ante Pich. v. ad Ann. 4, 74. — *circumire terga vincentium coeperant*, *Agricola — opposuisset*, v. ad Ann. 1, 35, 3. — *ad subita belli*, pugna v. ad Ann. 2, 52, 2. et H. 2, 69, 2. *ad subita belli retentas*, ut H. 5, 1 *dux sibi delectos retinuerat ad improvisa; Dr.* Ad rem cf. Veget. 3, 1 et Onosand. Strat. c. 27; *Vird.* — *accurrerant:* in Vat. 3429. et ed. D *accucurrerant*. Tacitus non nisi *decucurrit* Ann. 2, 7. dixit, et quide necessitate coactus; *Walch.* Sed *accucurrisse* Cic. ad Att. 12, 18. *dec currit* Caes. b. G. 2, 21. Suet. Ner. 11, 5. *decucurrerunt* Liv. 22, Caes. b. G. 2, 19. ut iidem et alii *discucurrit*, *excucurrerunt*, *incucurr runt*, *occucurri*, *percucurri*, *procucurrerunt*, quae vel retinent geminati nem vel abiiciunt, quam *antecurro*, *circumcurro*, *recurro*, *succurro*, *tran curro* vix admisisse videntur. v. ad H. 3, 12, 3. Ruddim. inst. Gra T. I. p. 208. 209. ed. Stallb. et quos Dr. laudavit Priscian. 10, 8. p. 50 ed. Kr. Drak. ad Liv. 1, 12, 8. Seyfert. Gram. §. 1708. — *in ipsos* Br tannos. — *alae* equitum Rom. — *aversam*, a tergo.

2. *Tum vero patentibus locis* (v. ad H. 3, 23, 3.) *grande — cruen humus:* haec sumpta e Sall. Iug. c. 101. *Tum spectaculum horribile can pis patentibus: sequi, fugere, occidi, capi, equi, viri afflicti; ac mult vulneribus acceptis, neque fugere posse, neque quietem pati: niti modo, statim concidere: postremo omnia, qua visus erat, constrata telis, arm cadaveribus; et inter ea humus infecta sanguine; Lips.* — *atque eosde* qui capti erant. — *oblatis aliis*, in manum traditis, vel casu obvia factis, ut H. 3, 25, 5. *ablatis* edd. vet. ante Rhen. 2.

3. *prout cuique ingenium erat*, ut ap. Sall. *uti cuiusque ingenium er* et Iug. 57. *pro ingenio quisque; Peerlk.* — *terga praestare* (ut al. *da paucioribus* Romanis. — *ultro ruere* in hostes, Romanos.

4. *Passim arma et corpora — humus;* haec verba post *trucidare* p nenda et tum *sed aliquando etiam victis ira virtusque* legendum putab Dahl, quod probatur in Ephem. lit. Ien. a. 1809. pl. 23. et a Klei „Sed ita turbatur potius sententiarum series. *Iam hostium catervae offerre* et *Est aliquando e. v. ira virtusque* sunt opposita et utrique su iungitur consequens, illi *Passim arma — humus*, huic *Postquam silvis circumveniebant*. Hinc vero pro vulg. *et aliquando* cet. haud dubie sc bendum *Est aliquando etiam victis ira virtusque*. Idem suadet tum loc Virg. Aen. 2, 367. ex quo haec sumpta sunt idque iam collegerat Bosi in epist. ad Reinesium: *Quondam etiam victis redit in praecordia virt* tum usus vulgaris verbi *est*. Sic G. 10. 29. 39. Veget. 2, 3. et al *Walch.* Verba seq. in MS. Vat. 3429. corrupta: *appropinguaverunt*, *nt primos sequentium collecti et locorum ignari*. Ex his vera fortasse lect elicienda *appropinquarunt*, *tum primos* cet., *Peerlk.*

5. *Quod ni*, quodsi non, ut c. 26. — *frequens ubique*, qui ubiq et frequenter, saepius, aderat. Cf. ad c. 20. n. 2. et Ann. 4, 55, 1. *expeditas cohortes*, v. ad H. 3, 2, 10. — *indaginis modo:* v. ad Ann. 1 42. — *sicubi*, si alicubi, *arctiora erant*, densiora sc. loca, (Walddickio

quibus *rariores silvae* opponuntur *dünnere, lichtere Waldungen.* Conf. ad
Ann. 2, 80, 2. „Sicubi, si qua parte, ut ap. Liv. 3, 63. 41, 26. 42,
50. Sall. Iug. 56. ubi v. Teller. Idem ad tempus refertur ap. Terent.
Eun. 3, 1, 13. ubi ei respondet *si quando.*" *Walch.* Emend. Liv. p. 252.
— *silvas equitem persultare iussisset,* v. ad Ann. 11, 9, 1. *equitem persul-
tare* Vat. 3429. edd. Rhen. 2. 3. et rec. *equitem persultari* Put. 1. *equite
persultari* Put. 2. 3. Riv. Ber. Rhen. 1. — *acceptum aliquod vulnus,*
damnum, clades. Cf. ad H. 3, 56, 4. *aliquid* Put. 3. „Frequenter au-
tem iam fusa acies dispersos ac passim sequentes reparatis viribus inter-
emit. v. Veget. 3, 25." *Vird.*

6. *compositos firmis ordinibus,* Doed. et Klein. *Geordnete in geschlos-
senen Reihen, Gliedern.* Cf. ad H. 2, 89, 1. — *nec alius alium respectan-
tes,* quia quisque sibi tantum et saluti suae prospiciebat; (*alius alium
respectantes* id. qd. *alii alios resp.,* ut *alius super alium corruerunt,* de
duobus, ap. Liv. 1, 25.) sed (v. ad Ann. 3, 19, 2.) *rari,* pauci, singuli,
longinqua atque avia petiere, v. ad Ann. 2, 80, 2. Male Acid. coni. *sed
alius alium* et Bip. *sed rari.*

7. *ad decem millia:* in ed. Walch. *ad sex m.* errore, opinor, typo-
rum. — *trecenti sexaginta* MSS. Vat. 3429. 4498. et edd. rec. tantum non
omnes. *t. quadraginta* edd. vet. „In numeris XL et LX facile errare
potuit Puteol. cuius error ad ceteros pervulgatus. Ceterum in inscript.
ap. Gordon. tab. 35, 2. memoratur *Q. Florus Maternus.*" *Brot.*

CAPUT XXXVIII.

Et nox quidem gaudio praedaque laeta victoribus. Bri-
anni palantes, mixtoque virorum mulierumque ploratu, tra-
here vulneratos, vocare integros, deserere domos ac per
ram ultro incendere; eligere latebras et statim relinquere; mi-
cere invicem consilia aliqua, dein separare; aliquando frangi
spectu pignerum suorum, saepius concitari. Satisque consta-
at, saevisse quosdam in coniuges ac liberos, tanquam misere-
entur. Proximus dies faciem victoriae latius aperuit. Vastum
bique silentium, secreti colles, fumantia procul tecta, nemo
xploratoribus obvius. Quibus in omnem partem dimissis, ubi
certa fugae vestigia, neque usquam conglobari hostes comper-
m, et exacta iam aestate spargi bellum nequibat, in fines
orestorum exercitum deducit. Ibi acceptis obsidibus, praefe-
o classis circumvehi Britanniam praecepit. Datae ad id vi-
s, et praecesserat terror. Ipse peditem atque equites lento
inere, quo novarum gentium animi ipsa transitus mora terre-
ntur, in hibernis locavit. Et simul classis secunda tempestate
t fama Trutulensem portum tenuit, unde proximo latere Bri-
nniae lecto omni redierat.

1. *Britanni palantes:* in Vat. 3429. *Britannique p.* Egregie effectus
gnae adumbrantur, et aptissimi h. l. Infinitivi. v. ad Ann. 1, 4, 3. —
iscere invicem consilia aliqua, dein separare Vat. 3429. edd. Brot. et cet.
rare edd. vet. et *desperare* malebant Grot. et Grut. „Sed leg. *sepa-
re,* quoniam tota hac periodo ornatum ex oppositis quaesivit. Ali-
ando, inquit, cum aliis, aliquando rursus secum deliberabant." *Lips.*
eliberant cum aliis, qui et quamdiu spes alunt, non, qui et ubi eas abie-
erunt: desperatio autem paulo post adumbratur; *Walch.* *aliqua* consi-
a: nam nullum iis satis placebat; *Hert.* — *aliquando frangi aspectu pigne-

rum suorum, de iis, quorum animus, ira, ferocia, vis imminuitur emollitur, ut contra *saepius concitari*. cf. ad H. 2, 44 extr. Sic *frang* cap. 29. Ann. 14, 31. H. 2, 44. al. *ἐπιγνάμπτειν κῆρ* Hom. Jl. 1, 569 *ἐνικλᾶν νόημα* id. Jl. 8, 408. *στρατηγοὺς κλαστήσεις* Aristoph. Equit. *pigne rum suorum*, v. ad G. 7. n. 7. — *saevisse quosdam in coniuges* cet. Cf Flor. 3, 3, 17. de Germanis; *Brot.*

2. *Proximus dies faciem victoriae* (v. ad Ann. 13, 38.) *latius aperuit* ut H. 4, 29. et Liv. 3, 15. — *Vastum ubique silentium*, v. ad Ann. 4 50. — *secreti colles*, antea vivis hominibus obtecti et oppleti, cf. cap 35 med.) nunc desolati, *einsame, verödete Hügel; Doed.* „Similiter *lon ginquitas ac secretum* c. 31. *secretum maris* c. 25. (ubi v. nota 3.) et *se creta*, non tam remota aut occulta, quam solitaria et deserta. ut contr *celebria, frequentia*. v. Forcell. Hinc frustra coni. Ern. *deserti*, ante habitati et ab hominibus frequentati; pessime Bip. et Oberl. *secreti calle* coll. Virg. Aen. 6, 443. 9, 383." *Walch.*

3. *spargi bellum*, v. ad Ann. 3, 21. — *fines Horestorum*, si Cambdenc fides habenda, supra Itunam fl. et isthmum prope Edinburgam, in Escia et Annia; (Eskdale et Annadale) si Mannerto in Britan. p. 239. circa Taum (v. ad cap. 22. n. 1.) in Fifeshire, ubi (*Orrea* opp. ap. Ptol. ad fl. *Orewater*) si Brot. et Arztio, in Angushire inter Pertshire, Strathern et Mearnshire ad septentr. litus Tai aestuarii, Frith of Tay. Populus nobis ignotus, ut locus hibernorum; *Walch.* „Agricola rediisse videtur ad hiberna in loco praesidiis firmata cis Bodotriam. v. cap. 23. In Horestorum finibus si permansisset, non accepisset hospites. Ceterum Baxterus corr. *Horescorum* hosque ita dictos putat a *Gor wisc*, h. e. supra Iscam, s. Tuiscam, Tuaesin, flumen." *Peerlk. Borestorum* Vat. 3429. 4498. edd. Beck. Hert. Peerlk. — *praefecto classis circumvehi Britanniam praecepit*, v. ad cap. 10. n. 5. et ad Ann. 11, 1. *Circumvehi Brit.* ab oriente ad occidentem, insulae non tam explorandae, quam expugnandae causa, quo verba *datae ad id vires* cet. spectare videntur; *Walch.*

4. *Datae ad id vires*, v. ad Ann. 11, 9, 1. — *peditem*, v. ad G. 6. n. 5. — *novarum gentium*, recens subactarum; *Ern.* — *transitus* exercitus Rom. per fines earum.

5. *Et simul classis*, de qua v. cap. 10. et 25. — *Trutulensem portum tenuit*, v. ad H. 2, 9, 1. *Trutulensem* in marg. c. Vat. 3429. et Beck. qui Plymouthum vel Portsmouthum designari putat. *Rutupensem* edd. omnibus. *trutulens est* Vat. 4498. *Trucculensem* Vat. 3429. et ed. emend. Rhen. Pancir. Pich. Lips. Cambdenus. „Portus ille passim *Rutupensis* aut *Rutupinus*, ut Iuvenal. 4, 141. et Ptol. 2, 3. *'Ρουτουπίαι*, nunc *Sandwich* appellatur et ad eum b. Augustinus, Britanniae apostolus, appulit. v. Beda hist. eccles. 1, 25." *Brot.* Idem dicit, se a docto Anglo audivisse, portum opp. Richborough circa Sandovicum in Cantio a Romanis fortasse appellatum *Trutulensem*, quod abundet copia truttorum, Gall. *les truites*. Sed incerta haec, nec nomen semel memoratum propterea mutandum; *Walch.* — *unde proximo latere Britanniae lecto omni redierat:* „Haec dicta pro: *quo redierat, inde lecto proximo omni Britanniae latere*. Nam Adverbiis relativis loci nonnunquam et continentur Pronomina Demonstrat. cognata et supplenda. Sic *unde plures erant*, (ibi) *omnes fuere* H. 1, 56, 3. *Unde clamor acciderat*, (eo) *circumagere corpora* H. 4, 29, 3. *Iamque ad urbem Ancyram perventum erat, ubi numero copiarum inito Paphlagoniam intrat* Curt. 3, 1, 22. *Fuge, quo descendere gestis, non erit emisso tibi reditus* Horat. epist. 1, 20, 5. *Μὴ ἀγάγοι, ὅθεν οὐχ' οἷόν τε ἔσται ἐξελθεῖν* Xenoph. Anab. 1, 3, 17. *Μετοίκησις τῆς ψυχῆς τοῦ τόπου τοῦ ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον* Plat. Apol. p. 40. c. *Παῖδας καὶ γυναῖκας — διεκομίζοντο εὐθὺς ὅθεν ὑπεξέθεντο* (pro ἐκεῖθεν ὅπου) Thucyd. 1, 89. Huc pertinent etiam verba Tac. Ann. 1, 22. *Dic, Blaese, ubi cada-*

ver abieceris pro: *ubi locus est s. sit, quo c. a.* Plane sic *Σκοπεῖ κλύων Τὰ σέμν' ἵν' ἥκει τοῦ θεοῦ μαντεύματα* Soph. Oed. Tyr. 952. *Ὁρᾷς ἵν' ἥκεις ἀγαθὸς ὢν γνώμην ἀνήρ;* v. 687. *Τοῦτ' οὖν μέμνησό μοι τὸν λόγον, ὡς ὁ μὲν ποιητὴς ἡμῖν τῆς σκηνῆς πόῤῥω ποι κάθηται* Lucian. Nigr. 9. ubi non est quod *κου* legas cum Hemsterh. *Latus proximum* et *omne* est ora maris portui proxima et non modo universa versus orientem, sed etiam pars septentrionalis et occidentalis, quam circumvecta classis cognoverat, insulam esse Britanniam. v. cap. 10." *Walch.* Minus probabiles aliorum et explicationes et coniecturae, ut Pich. *omnis*, Rhen. *redierat* et aliae, ne dignae quidem quae recenseantur. Malim tamen *proximo* non ad *portum*, sed ad *Britanniam* referre. In marg. Vat. 3429. legitur: Al. *praelecto.* Id ex Taciti potius quam librariorum ingenio profectum videri possit. v. ad Ann. 6, 1, 1.

CAPUT XXXIX.

Hunc rerum cursum, quanquam nulla verborum iactantia epistolis Agricolae auctum, ut Domitiano moris erat, fronte laetus, pectore anxius excepit. Inerat conscientia, derisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum, emptis per commercia, quorum habitus et crines in captivorum speciem formarentur; ac nunc veram magnamque victoriam, tot millibus hostium caesis, ingenti fama celebrari. Id sibi maxime formidolosum, privati hominis nomen supra Principis attolli; frustra studia fori et civilium artium decus in silentium acta, si militarem gloriam alius occuparet, et cetera utcunque facilius dissimulari, ducis boni imperatoriam virtutem esse. Talibus curis exercitus, quodque saevae cogitationis indicium erat, secreto suo satiatus, optimum in praesentia statuit, reponere odium, donec impetus famae et favor exercitus languesceret: nam etiam tum Agricola Britanniam obtinebat.

1. *Hunc rerum cursum*, v. ad H. 4, 34, 3. — *nulla verborum iactantia epistolis Agricolae*, ad Domitianum senatumque scriptis, *auctum*, v. ad c. 25. n. 2. et Ann. 1, 3, 2. *auctum* ex emend. Lips. recte receptum a Pich. et editt. rec. *actum* Vat. 3429. et edd. vet. quod male defenditur a Beck. et Hert. coll. locis Liv. 10, 31. et Cic. Verr. 2, 25. quibus res tractatae, non relatae significantur; *Walch.* *actum* pro *agitatum* (hervorgehoben) dictum censebat Doed. — *ut Domitiano moris erat*, (cf. cap. 42.) et est tyrannis, qui tum magnos viros odisse et metuere, tum laudes iis invidere, sed animi sensus recondere solent. *ut Domitiano moris erat* Vat. 3429. (in marg. *ut erat Domitiano moris*) edd. vet. ante Bip. et rec. tantum non omnes. v. ad H. 1, 15, 2. *ut Domitianus erat* Vat. 4498. et ex eo Bip. Ob. aliique. — *excepit*, ut Ann. 13, 14. al. *excipit* Vat. 3429.

2. *Inerat conscientia* sc. ei, quod additur H. 4, 41. Absolute ita dixit Liv. 9, 16. *praecipua pedum pernicitas inerat*, et Soph. Oed. T. 578. *Ἄρνησις οὐκ ἔνεστιν ὧν ἀνιστορεῖς*, *Walch.* — *derisui fuisse nuper falsum e Germania triumphum*, „et quidem primum de Chattis a. U. 837. ut recte animadvertit Scalig. ad Euseb. p. 204. nam alterum a. U. 838. de Dacis, Marcomanis et Quadis egit. Cf. cap. 41. H. 4, 15, 5. Suet. Dom. 6. Dio 67, 4. ubi v. Reimar. Zonaras p. 580. b. Plin. pan. 11. 14. 16. 20. Stat. Silv. 1, 1, 5 sq. Utrumque confundunt Dodwell. Ann. Quint. p. 120. Muratori Annali di Italia p. 255. et Moeser Osnabr. hist.

T. I. p. 169. *e Germania* pro *de G.* ut ap. Plut. Fab. 24. *θριάμβους ἐκ πολέμων μεγίστων ἐπιφανεστάτους καταγαγεῖν.* *emptis per commercia*, (v. ad G. 24. n. 9.) *quorum habitus et crines* cet. dato a Caligula exemplo. v. Suet. Cal. 47. *crinis* Vat. 3429." *Walch.* — *ac nunc* Vat. 3429. et edd. ante Rhen. omnes, quod restituere Seeb. Dr. et alii. *at nunc* substituere Rhen. aliique. v. ad Ann. 1, 13, 2. Mox *tot militibus* ed. Ber. et Rhen. 1. *tot milibus* Put. et Riv. *tot millibus* Rhen. 2. 3. et rec.

3. *Id sibi maxime formidolosum* „scil. *existimabat, reputabat*, quod suppl. ex *inerat conscientia*, ut ad verba *at nunc.* (cf. Ind. III. v. *Ellipsis verbi.*) *Formidolosum* passive dictum, ut ap. Sall. Cat. 7. et *ἀδεέστερον* ap. Thucyd. 1, 36." *Walch.* — *privati hominis nomen supra Principis* (nomen) *attolli*, v. ad H. 1, 49, 9. — *frustra studia fori et civilium artium decus*, eloquentiae et poeticae studium, quo olim praecelluisse, *in silentium acta*, in oblivionem a se adducta et abiecta. v. ad c. 3. n. 5. et 4. n. 4. „Domitianus quondam studium literarum, inpr. eloquentiae, et amorem carminum simulaverat, quo velaret animum et Titi fratris aemulationi subduceretur; mortuo autem fratre et imperii initio liberalia studia spreverat, et deinde, adulatoribus obsecutus, eandem aliquamdiu famam affectaverat, institutis in honorem Minervae Quinquatribus in Albano praedio, ut serius ludis Capitolinis. v. H. 4, 46. Suet. Dom. 2. 4. 20. Quintil. 4, 1, 3. Dodwell. Ann. Quint. p. 105. *Germanicum Augustum ab institutis studiis deflexit cura terrarum, parumque diis visum est, esse eum maximum poetarum* Quintil. 10, 1, 91. Quae *cura terrarum* non nisi ad famam militarem referri potest, quam affectabat suscepto bello primum adversus Chattos, deinde, motus fortasse aemulatione rerum ab Agricola gestarum, adversus Dacos, Marcomanos et Quados. Mireris, nugas vel Lipsii vel Schefferi multis arrisisse. Ille verba *frustra studia* — *occuparet* ad Agricolam quoque referri posse putabat et legi *in silentium altius* vel *arctius acta;* deinde, veriora assecutus, *in silentium agere* perperam exposuit *negligere.* Hic *studia fori* intellexit de philosophia et *in silentium acta* de philosophis in exsilium actis, de quo v. ad cap. 2. n. 3." *Walch.* — *et cetera utcunque facilius dissimulari*, occultari. Cf. ad Ann. 4, 19. „*Utcunque*, si ad *dissimulari* refertur, dictum pro *utcunque sit*, Germ. *wie misslich es auch sei.* Sed *utcunque* etiam ad Substant. et Adiect. refertur vel absolute ponitur, ut nostrum *wie immer auch.* Sic ap. Liv. 32, 3. Quintil. I. O. 2, 3, 4. 4, 1, 21. Eumen. pan. Const. 15." *Walch.* Cf. Ind. II. et Drak. ad Liv. 7, 13, 7. — *ducis boni virtutem* esse *imperatoriam*, Imperatori propriam. Cf. Ind. III. v. *Praedicatum Subiecto praepositum.* „Hanc *στρατηγικὴν σύνεσιν* et *τὴν κατὰ πόλεμον ἐμπειρίαν* etiam Quintil. 7, 10. *imperatoriam virtutem, στρατηγικὴν ἀρετήν*, appellat. Sed requiritur praeterea *sapientia pacis*, ut cum Sulpicia poetria loquar. *Imperatoriam maiestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, ut utrumque tempus et bellorum et pacis recte possit gubernari*, Iustinian. in prooem. Inst. Nam, ut ait Cic. off. 1., *parvi sunt foris arma, nisi sit consilium domi.*" *Vird. Feldherrngrösse sei eine Kaisertugend; Doed. Tapferm Feldherrn sei Kaiserkraft; Walch.*

4. *Talibus curis exercitus* dictio Virgil. Cf. ad Ann. 11, 7. et 14, 2. — *secreto suo satiatus*, solitudine sua. De hoc *secreto* v. ad c. 22. n. 7. H. 4, 86. quique iam ab Oberl. et Walch. laudati sunt, Suet. Dom. 3. Plin. pan. c. 48. 49. Dio 66, 9. Aur. Victor de Caes. 11. et Scalig. ad Euseb. Chron. p. 202. ubi haec annotantur. „Dictum illud ap. Suet. *ne musca quidem* a causa prorsus huic diversa repetit Victor. Quia enim secretum petebat Domitianus ad exercendam foedam palaestram, quam excogitarat, (*κλινοπάλην* vocabat) sciscitanti cuidam, an quisquam in palatio esset, responsum, *ne musca quidem nisi in palaestra.*

Nam palaestrae, ubi exercentur iuvenes, infestabantur a muscis propter oleum et unctiones. Hic vero iocus est ex ambiguo a palaestra foeda Domitiani in palaestram γυμναστικήν. Praeterea proverbium est de loco deserto et vacuae solitudinis, ibi ne muscam quidem esse." — *optimum in praesentia statuit*, v. ad cap. 31. n. 7. — *reponere odium*, recondere, et differre, *donec impetus famae et favor exercitus languesceret*, v. ad Ann. 2, 77, 1. — *etiam tum*, leg. *etiamnum; Ern.* Sed v. ad Ann. 1, 3, 2.

CAPUT XL.

Igitur triumphalia ornamenta et illustris statuae honorem, et quicquid pro triumpho datur, multo verborum honore cumulata decerni in senatu iubet; addique insuper opinionem, Syriam provinciam Agricolae destinari, vacuam tum morte Atilii Rufi consularis et maioribus reservatam. Credidere plerique, libertum ex secretioribus ministeriis, missum ad Agricolam, codicillos, quibus ei Syria dabatur, tulisse cum praecepto, ut, si in Britannia foret, traderentur, eumque libertum in ipso freto Oceani obvium Agricolae, ne appellato quidem eo, ad Domitianum remeasse; sive verum istud, sive ex ingenio Principis fictum ac compositum est. Tradiderat interim Agricola successori suo provinciam quietam tutamque: ac ne notabilis celebritate et frequentia occurrentium introitus esset, vitato amicorum officio, noctu in Urbem, noctu in palatium, ita ut praeceptum erat, venit; exceptusque brevi osculo et nullo sermone turbae servientium immixtus est. Ceterum ut militare nomen, grave inter otiosos, aliis virtutibus temperaret, tranquillitatem atque otium penitus auxit, cultu modicus, sermone facilis, uno aut altero amicorum comitatus; adeo ut plerique, quibus magnos viros per ambitionem aestimare mos est, viso aspectoque Agricola, quaererent famam, pauci interpretarentur.

1. *triumphalia ornamenta et illustris statuae honorem* cet., v. ad Ann. 1, 72, 1. et 4, 23, 1. *statutae* edd. ante Rhen. 2. — *quicquid pro triumpho datur*, supplicationes et sacrificia, ducis nomine oblata; *Walch.* coll. Dione 54, 24. Malim *quicquid* referre ad omnia, quae ducibus pro iusto triumpho decerni solebant. v. ad Ann. 1, 72, 1. — *multo verborum honore*, verbis multis iisque honorificis. Cf. ad H. 2, 100. 1. — *decerni iubet*, quod etiam tradit Dio 66, 20. ubi ex emend. Casaub. leg. τὰς ἐπινικίους τιμὰς παρ' αὐτοῦ τούτου (sc. Δομιτιανοῦ) λαβεῖν pro παρὰ τοῦ Τίτου, *Arzt.* et *Dr.* *addique insuper opinionem;* leg. *additque; Mur. Acid. Bip. Ob.* aliique. „Bene, nam opinio non in SCtum inferri iussa, sed eam ipse sparsit, fecit, ut homines opinarentur. Potest tamen vulgatum intelligi: iussit insuper spargi opinionem." *Ern.* Immo, ut sensa mentis occultaret, *iubet* verbis quidem, sed ambiguis, annuendo et assentiendo decretis senatus, ut passim *iubere* et κελεύειν, *Walch.* Qui omnia simulat et dissimulat, iubet potius addi opinionem, ab aliis spargi, quam ipse addit; *Peerlk.* — *Syriam provinciam, vacuam* (v. ad Ann. 1, 3, 1. et 2.) *morte Atilii Rufi consularis;* v. ad Ann. 1, 74, 1. *Atili* Vat. 3429. *Rufi* Ber. Rhen. 1. et rec. *Ruffi* Put. Pres et Riv. — *maioribus reservatam*, viris magis dignitate, meritis ac Principis gratia conspicuis, illustribus nobilibusque. v. ad Ann. 15, 20, 1.

2. *Credidere plerique*, v. ad Ann. 3, 28. — *libertum ex secretioribus*

ministeriis, unum ex ministris secretorum Principis participibus. Cf. a Ann. 2, 13, 2. et 4, 23. — *codicillos*, v. ad Ann. 1, 6, 6. — *si in Bri tannia foret;* in c. Vat. 3429. *in Britanniam*. Cf. ad H. 1, 87, 3. — *n appellato quidem eo*, ut passim *appellare* pro compellare et alloqui. Agri cola non amplius in Britannia erat, et hinc libertus confestim ad Do mitianum remeat, qui eum miserat cum mandato honorifico, ut Agricol sponte Romam veniret praemio illectus, nec novas res moliretur. D qua arte v. ad Ann. 2, 26, 2. — *in ipso freto Oceani:* „ubi Oceanus i fauces cogitur, sic ut inter Europae continentem Galliamve et Britar niam non amplius XXX m. passuum intersit. Hae angustiae nostro *fr tum oceani* dicitur, Solino *fretum Gallicum*, Ammiano *oceanus fretali* Gratio poetae *freta Morinum dubio refluentia Ponto.*" *Vird.* — *ex ingen Principis*, ad illud apte et convenienter; *Brot.* — *fictum ac compositur* synon. iuncta, ut Sen. Consol. ad Helv. 16. et Liv. 40, 12. ubi v. Dral Cf. ad Tac. H. 1, 34, 4. et 4, 64, 5. „*Sive — sive*, ut c. 43. et verb rum iunctura, ut H. 1, 9. 2, 99. Herodot. 1, 19. neque praeferenda i terpunctio Acid. et Gesneri *remeasse*. *Sive verum — est: tradiderat* cet *Walch.*

3. *Tradiderat interim Agricola* re vera *provinciam successori suo*, fo tasse Sallustio Lucullo, paulo post interempto; *Brot.* coll. Suet. Dom. 1 „De provincia successori tradenda v. Dio 53, 15. et Dig. de off. Pro 10. ex Ulpiano et §. 4." *Walch.* — *notabilis*, insignis, *auffallend; He* Cf. Ind. II. et quos Dr. laudavit, Rhen. thes. locutt. p. 52. et Gesn. Plin. ep. 3, 11, 2. 9, 13, 10. — *noctu in Urbem, noctu in palatiu* quod Augustus ap. Suet. c. 53. modestiae causa fecit et ne quem offi causa inquietaret; *Barcl.* — *celebritate et frequentia* synon. ut paulo p *tranquillitatem atque otium*. *frequentia occurrentium*, v. ad H. 4, 7, 5. *vitato amicorum officio*, v. ad Ann. 2, 42, 1. — *exceptusque brevi oscu* raptim impertito; *Buchner.* *Mit einem flüchtigen Kusse empfangen; Er* et *Klein.* *Begrüsst mit kaltem Kusse; Walch.* Cf. ad Ann. 13, 18. et hoc more Lips. Elect. 2, 5. 6. — *immixtus* Ber. Rhen. 1. et rec. i *mixtum* Put. et Riv. — *turbae servientium immixtus est*, salutantium n non libertorum servorumque. Cf. verba Dionis in nota 8. ad cap. adscripta.

4. *ut militare nomen*, v. ad G. 13. n. 10. *uti mil. n.* Vat. 3429. *grave inter otiosos*, qualis etiam Domitianus fuit. Cf. ad c. 39. n. 4. Suet. Dom. 3. — *tranquillitatem atque otium penitus auxit;* scrib. *perit* ut sapiens vir atque prudens; *Klein.* Id dedit Seeb. „Sed *penitus* h. est fere id. qd. prorsus, omnino, valde, ut ap. Cic. off. 2, 8." *Bo* in Lex. Tac. Cf. Ind. II. — *cultu modicus*, v. ad Ann. 1, 10, 11. et 30. — *sermone facilis*, v. ad Ann. 6, 15. — *comitatus*, v. Ind. III. *Participia Praet. Depon. passivo sensu.* — *uno aut altero amicorum com tatus*, contra morem nobilium. Signum summae modestiae, ut ap. A pian. B. C. 5, 76. Ἔξοδοι ἦσαν ἄνευ σημείων σὺν δύο φίλοις de Anton *Peerlk.* — *magnos viros per ambitionem aestimare*, e specie externa, spl dore cultus externi et vitae, frequentia deducentium etc.; *Ern.* Cf. Ann. 13, 17. et H. 1, 88, 5. — *ut plerique quaererent famam*, ut ple que desiderarent in eo splendorem, quem tanta fama postularet, crederent, hunc esse illum tantum tamque celebratum virum, *pauci terpretarentur*, causas tantae modestiae requirerent, propter quas ita demiserit et ad illas angustias se redegerit, aut intelligerent, id in diae effugiendae causa factum; *Ern.* „*Viele vermissten den äusseren Gl welchen der Ruf von Agricola's Grösse erwarten liess: Wenige (Tie schauende) verstanden, begriffen ihn.* Nam *interpretari* est animo percip *mit dem Verstand entwickeln*, ut contra *intelligere* mente percipere, *dem Gefühl auffassen, merken.*" *Walch.* Immo *intelligere* etiam ad

num refertur. Cf. ad H. 2, 39; 2. et Burm. ad Quintil. 12, 11, 2. *famam* sc. eius, Agricolae. v. ad cap. 10. n. 4. *paucis* Put. 1.

CAPUT XLI.

Crebro per eos dies apud Domitianum absens accusatus, absens absolutus est. Causa periculi non crimen ullum aut querela laesi cuiusquam, sed infensus virtutibus Princeps et gloria viri ac pessimum inimicorum genus - laudantes. Et ea insecuta sunt rei publicae tempora, quae sileri Agricolam non sinerent. Tot exercitus in Moesia Daciaque et Germania et Pannonia temeritate aut per ignaviam ducum amissi: tot militares viri cum tot cohortibus expugnati et capti: nec iam de limite imperii et ripa, sed de hibernis legionum et possessione dubitatum. Ita quum damna damnis continuarentur atque omnis annus funeribus et cladibus insigniretur, poscebatur ore vulgi dux Agricola, comparantibus cunctis vigorem, constantiam et expertum bellis animum cum inertia et formidine reorum. Quibus sermonibus satis constat Domitiani quoque aures verberatas, dum optimus quisque libertorum amore et fide, pessimi malignitate et livore pronum deterioribus Principem exstimulabant. Sic Agricola simul suis virtutibus, simul vitiis aliorum in ipsam gloriam praeceps agebatur.

1. *absens accusatus, absens absolutus est* a Domitiano, qui sentiebat, quam turpes essent hae *accusationes*, calumniae clandestinae; *Walch.* — *infensus virtutibus Princeps*, v. ad Ann. 1, 8, 13. — *ac pessimum inimicorum genus, laudantes:* gnome ex ipsis adytis humanae vitae, cui interpres Mamertin. pan. ad Iulian. c. 4. ubi de aulicis dicitur: *callido nocendi artificio accusatoriam diritatem laudum titulis peragebant, in omnibus conventiculis quasi per benevolentiam illa iactantes: Iulianus Alemannos domuit, Iulianus urbes Galliae excitavit*, et cap. 5. *Hae voces fuerunt ad inflammanda odia probris omnibus potentiores. Si enim commissi aliqua flagitia tentassent, facile ipso splendore laudis et gloriae retardarentur: invenerunt accusandi genus, quod nullus refelleret; Lips.* Hinc ipse Iulianus in ep. 12. ad Basil. *Σύνεσμεν γὰρ ἀλλήλοις οὐ μετὰ τῆς ... ὑποκρίσεως μόνης, ἧς οἶμαί σε μέχρι τοῦ δεῦρο πεπειρᾶσθαι· καθ' ἣν ...οῦντες μισοῦσι τηλικοῦτον μῖσος, ἡλίκον οὐδὲ τοὺς πολεμιωτάτους, Brot.* ad H. 1, 64, 8. Theophr. Char. II. et Plut. de discr. amici et adulatoris.

2. *sileri Agricolam*, res ab eo praeclare in Britannia gestas et spem ...norum, quae in Moesia aliisque terris accepta essent, restituendorum ... ponendam. — *tot exercitus in Moesia* cet. sc. in bellis adversus ...os, (quorum rex Decebalus) Marcomanos et Quados a. U. 839—844. ...tis. v. ad cap. 39. n. 2. G. 37. n. 18. Suet. Dom. 6. Dio 67. 6. 7. ...bol. Iuvenal. 4, 112. Jornandes de reb. Get. 13. Eutrop. 7, 15. Oros. 10. et Engel in comment. de Traiani expedit. ad Danub. p. 136— ... *in Misia* Vat. 3429. Ex eodem recepi *et Pannonia* pro vulg. *Pannoniaque*, ut Beck. Walch. Hert. Cf. ad G. 1. n. 1. — *temeritate aut per ...viam ducum*, v. ad Ann. 1, 7, 8. — *tot militares viri*, veteres militiae bellique experti, duces, legati, tribuni, praefecti, centuriones, *Beck.* ... Ind. II. Liv. 35, 26. Cort. ad Sall. Cat. 45. 59. Dictio *viri expugnati* insolita. Hinc *tot militares numeri*, Romani, cum *tot cohortibus*

socialibus, coni. Lips. *tot mil. vici* Gron. obss. 2, 20. coll. Ann. 12, 38. 14, 30. H. 5, 20. *tot limitares vici* V. D. in Ephem. lit. Jen. a. 1816 sc. 128. *tot mil. viri c. t. c. trucidati* Arzt. Enimvero *expugnari* non tantum loca et res, sed etiam homines dicuntur Liv. 23, 30. 33, 18. 37, 25. Iustin. 3, 4, 11. Lucret. 4, 107. 1008. Curt. 6, 6, 25. 9, 4. quod iam annotarunt Brot. Dahl. Dr. V. D. in Ephem. schol. Darmst. a. 1825 (paedag. philol. p. 350.) quique ab hoc laudantur, Schneid. obss. in Tac. et Sall. p. 16. et Cort. ad Iul. Exsuper. c. 8. „Ita quoque βίᾳ ὑπ' Ἀθηναίων ἐκπολιορκηθεὶς dixit Thucyd. 1, 131. et 1, 134. ἔνδον ὄντα τηρήσαντες αὐτὸν καὶ ἀπολαβόντες εἴσω ἀπῳκοδόμησαν, προςκαθεζόμενοί τε ἐξεπολιόρκησαν λιμῷ. Recte Forcell. *proprie est pugnando vinco aut capio.* Quod non nemo dixit, *primum significat ex pugna removere, dein vincere et aliquid in potestatem redigere*, id non firmatur usu loquendi: nam *ex* ubivis habet vim intensivam." *Walch.* — *de limite imperii et ripa*, v. ad Ann. 1, 50, 1. G. 17. n. 4. et H. 4, 26, 2. „*Limes imp.* inter Petrivaradinum (Peterwardein) et Becs ad Tibiscum. v. Mannerts Norden der Erde p. 170. *Ripa* Danubii dextra, usque ad Quados et Marcomanos. *Hiberna* fortasse limiti huic proxima." *Walch.* — *dubitatum* cum periculo, ambigue pugnatum; *Ern.* Cf. ad Ann. 2, 80, 2. — *funeribus* virorum militarium *et cladibus* cohortium.

3. *expertum bellis animum* sc. Agricolae. v. ad Ann. 12, 2. et H. 1, 8, 1. — *cum inertia et formidine:* in marg. c. Vat. 3429. „Al. *inertiae et formidini.*" *reorum* „sc. ducum, Appii Sabini et Corn. Fusci. *Reus* h. l. non sensu vulgari et forensi, quo accusatori, petitori, actori opponitur, sed latiori dictus, ut Ann. 2, 66. 11, 35. H. 4, 6. O. 36. Liv. 6, 24." *Walch. reorum* substitui ex emend. ingeniosa Walch. pro vulg. *eorum*, quod ad *duces*, subiectum nimis remotum, refertur. Minus probabiles aliorum correctiones, *illorum, istorum, horum, aliorum, ceterorum, caesorum, priorum.*

4. *Quibus sermonibus s. c. D. aures verberatas*, ut Plaut. Amph. 1, 1, 177. Cic. ad div. 16, 26. 27. al. Cf. ad O. 15. n. 3. — *dum optimus quisque libertorum — exstimulabant*, v. ad Ann. 12, 68, 1. et H. 2, 2, 5. — *amore et fide — malignitate et livore*, v. ad Ann. 15, 28. O. 15. n. 2. et Ind. III. v. *Hendiadyoin* et *Synonyma.*

5. *in ipsam gloriam praeceps agebatur*, sc. sibi periculosam, unde c. 42. *fama fatumque; Bip.* Mirum loquendi genus, quo significatur Agricolam his quidem rebus gloriam maximam consecutum, sed sibi exitialem, ut, qui *praecipites aguntur*, in exitium suum ruunt; *Vird.* Hoc peperit acuminis captatio: alii praecipites aguntur in perniciem, ipse in gloriam: quum se ipse ad otium et silentium redigeret omni modo, invitus attollebatur cum summo periculo; *Ern.* Breve potius et forte genus dicendi est, ut diffusior: Sic virtutibus suis, quae livore et malignitate hominum attollebantur, invito gloria aucta, simulque pernicies accelerata; *Walch.*

CAPUT XLII.

Aderat iam annus, quo proconsulatum Asiae et Africae sortiretur; et occiso Civica nuper, nec Agricolae consilium deerat, nec Domitiano exemplum. Accessere quidam cogitationum Principis periti, qui, iturusne esset in provinciam, ultro Agricolam interrogarent. Ac primo occultius quietem et otium laudare, mox operam suam in approbanda excusatione offerre, postremo non iam obscuri, suadentes simul terrentesque pertraxere ad Domitianum. Qui paratus simulatione, in arrogantiam compositus, et audiit preces excusantis, et, quum annuerit

set, agi sibi gratias passus est, nec erubuit beneficii invidia; salarium tamen, proconsulari solitum offerri et quibusdam a se ipso concessum, Agricolae non dedit, sive offensus, non petitum, sive ex conscientia, ne, quod vetuerat, videretur emisse. Proprium humani ingenii est, odisse, quem laeseris; Domitiani vero natura praeceps in iram et, quo obscurior, eo irrevocabilior. Moderatione tamen prudentiaque Agricolae leniebatur, quia non contumacia neque inani iactatione libertatis famam fatumque provocabat. Sciant, quibus moris est, illicita mirari, posse etiam sub malis Principibus magnos viros esse; obsequiumque ac modestiam, si industria ac vigor adsint, eo laudis excedere, quo plerique per abrupta, sed in nullum rei publicae usum, ambitiosa morte inclaruerunt.

1. *quo proconsulatum Asiae et Africae sortiretur:* immo *Asiae aut Africae; Lips.* Id non damnandum, etsi utraque provincia in sortem coniecta: duas enim provincias consules quidem sortiuntur, non solus Agricola; *Walch.* An leg. *sortirentur?* Cf. ad Ann. 3, 32. et 11, 21. 2. *Annum* hunc fuisse V. c. 843. quintum post Agricolae reditum, ex Dione 53, 14. colligas; *Walch.* — *occiso Civica* Cereale *nuper* iussu Domitiani in ipso Asiae proconsulatu. Ita Suet. Dom. 10. — *nec Agricolae consilium deerat* provinciam recusandi, ut iram Principis effugeret, *nec Domitiano exemplum* ad audendum; *Eng. Dronk. Klein.* Non *deerat Domitiano exemplum*, Agricolam occidendi, si in provinciam profectus esset; *Pich.* Nec Agricola nesciebat, quomodo periculum effugeret, nec Domitianus, quomodo eum sorte depelleret, quum exemplum ante oculos haberet, quod ipse edidisset in Civica; *Ern. exemplum*, ut virtutem innocentis opprimeret; *Brot.*

2. *Ac primo occultius* Rhen. 2. 3. et rec. *occultus* edd. vet. *quietem et otium*, v. ad G. 40. n. 11. — *in approbanda excusatione*, v. ad H. 1, 27, 3. — *non iam obscuri* edd. rec. ex emend. Rhen. Sic *non iam* Ann. 11, 28. et Liv. 2, 23; *Peerlk. non tam* o. Vat. 3429. et edd. vet. quod revocarunt Dr. Beck. Hert. „Sed ita potius dicendum erat *non ita obscuri*, et *non iam* (amplius) magis congruit post *primo* — *laudare* et mox — *offerre.*" *Walch. Obscuri*, v. ad Ann. 4, 1.

3. *paratus simulatione:* „res, qua quis *paratus* instructusque est, sexto casu effertur, ut ap. Cic. ad Att. 9, 13. et Suet. Claud. 42. Hinc non leg. cum Ern. *parata sim.*, nec cum Bip. *paratus simulationi*, quod est *paratus ad simulationem*, ut *paratus sceleribus* Ann. 12, 47. et hoc minus aptum h. l. (*gerüstet zur Verstellung*) quam vulgatum: *ausgerüstet mit V.*" *Walch.* In marg. Vat. 3429: *simulationis.* — *in arrogantiam composi:us*, v. ad cap. 9. n. 4. et H. 1, 54, 2. — *audiit preces excusantis*, v. ad O. 5. n. 1. — *agi sibi gratias passus est, nec erubuit beneficii invidia*, invidiosis sermonibus, quos tale beneficium concitaturum esset; *Ern.* Aptiores explicationes Brot. et Pich. Non erubuit, quum gratiae sibi agerentur pro beneficio tam invidioso; *Brot. Ob. Dr.* „Non erubuit permittere, ut insignem iniuriam Agricola tanquam beneficium agnosceret acciperetque. Illustratur hic locus a Sen. ben. 4, 17. *Quis est, qui non beneficus videri velit? qui non inter scelera et iniurias opinionem bonitatis affectet? qui non ipsis, quae impotentissime fecit, speciem aliquam induat? velit quoque iis videri beneficium dedisse, quos laeserit? Gratias itaque agi sibi ab his, quos afflixere, patiuntur.*" *Pich.* Bene: et *invidia* saepe pro re invidiosa; *Walch.* ad h. l. et in Emend. Liv. p. 228. v. ad H. 1, 82, 5. et cf. Ann. 6, 23. 14, 56. H. 2, 71, 4.

et loca Senecae, a Brot. laudata, de ira, 2, 23. *Notissima vox est eius, qui in cultu regum consenuerat. Quum illum quidam interrogaret, quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset, senectutem: iniurias, inquit, accipiendo et gratias agendo;* de ben. 4, 14. *Caio agebant gratias et quorum liberi occisi, et quorum bona ablata erant.* Sic et diis gratiae actae et laetitia simulata. v. Ann. 15, 58. et 71 pr. *iniuria* coni. Ern. ut ὀξύμωρον sit. — *salarium tamen — Agricolae non dedit,* „τὸ διδόμενον εἰς τροφήν, σιτηρέσιον, ὀψώνιον: unde Cuiacius etymon huius vocis petitum dicit, quod scil. salaria percipientes inde se alant. Sed rectius a *sale* deducamus, ut sit pecunia ad salem, sicut *vasarium, congiarium, calcearium, vestiarium.* Appellatione *salis* συνεκδοχικῶς, quicquid ad victum, comprehendi puto. Sic enim Plautus *hodie nunquam apud me delinges salem,* ut alio loco *hodie apud me genium tuum meliorem non facies.* Et hinc *consalanei* in vet. Gloss. *commensales* vulgo dicti. *Salarium* igitur, quod pro sale dabatur magistratibus. *Parochi praebent ligna salemque, quae debent,* Hor. Sat. 1, 5, 46." *Vird.* „Salaria magistratibus primum data ab Augusto. v. Dio 52, 23. et Ranchini var. lect. 1, 16. p. 42." *Walch.* Cf. Dio 78, 22. ex quo videbis, salarium dari solitum: videbis, illud non acceptum: videbis et ipsam summam, XXV myriadas drachmarum, h. e. decies HS. sive XXV millia Philippicorum; *Lips.* Summa tamen haec arbitraria fuisse videtur, nec semper eadem; *Arzt. salarium t. proconsulare, solitum offerri* cet. malebat de la Bleterie, idque placebat Ern. — *ex conscientia, ne, quod clam vetuerat,* saltem noluerat sc. Agricolam sortiri et adire provinciam, *videretur emisse,* salario, ne vetitum videretur emptum; *Savil.* et *Walch.* Ne Agricolam pecunia data perpulisse videretur ut recusaret munus oblatum.

4. *Proprium humani ingenii est,* (v. ad G. 10. n. 4.) *odisse, quem laeseris:* id tamen tyrannorum magis esse solet et hominum malae, quam bonae indolis, aut eorum, de quibus Seneca loco, quem Lipsius laudavit de ira 2, 33. *Hoc habent pessimum animi magna fortuna insolentes: quos laeserunt, et oderunt.* — *quo obscurior,* tectior, (v. ad Ann. 4, 1.) *eo irrevocabilior,* implacabilior, hoc minus revocari ab ira et proposito perdendi poterat; *Ern. Irrevocabilior,* ἀμετάστρεπτος, metaph., quia paulo ante dictum *praeceps* in *iram; Walch.* „Obscura dissimulataque ira placari ac mitigari ab aliis non potest. Idem fere dictum Ann. 1, 13, 4. et 3, 53, 6." *Pich.* — *famam fatumque,* mortemque, *provocabat:* Doed. Walch. *Ruhm und Schicksal (Untergang) herausforderte.* Cf. nota 5. et cap. 46. n. 3. G. 35. n. 4. Id peccavere multi sub Nerone et Domitiano; *Brot.*

5. *Sciant, quibus moris est, illicita mirari* cet. v. ad c. 4. n. 8. c. 17. n. 4. *moris est* Vat. 3429. edd. Put. 1. 2. Brot. Ern. Dr. al. omissum in edd. Riv. Ber. Rhen. al. Cf. ad H. 1, 15, 2. *inclita* Patres. — *magnos viros esse,* cf. Ind. III v. *Praedicatum Subiecto praepositum* — *eo laudis excedere:* „Recte hoc dictum, neque ei substituendum *accedere, escendere, excellere.* Sic *quo ultra iram eius excessuram fuisse* Liv. 8, 33. *in hoc ira excessit* Vell. 2, 68. *Socrates ad clarissimum lumen gloriae excessit* Val. Max. 3, 4. ext. 1. et audacius illud *tanta excessit novitate et magnitudine clades* Tac. Ann. 2, 24. Similia sunt *huccine evasit beneficium* Sall. Iug. 14. *exire in iram* Lucan. 3, 112. ut ἐξιέναι εἰς ἀγανάκτησιν. Plura exempla dabunt Ruhnk. ad Rutil. Lup. 1, 13. p. 48. Vell. 2, 68. et Wopk. Act. Trai. 2. p. 52." *Walch.* „*Excedere* est id. q. superare Ann. 1, 14. 4, 40. Vell. 2, 51. et *excedere modum* ap. Liv. 19. 28, 5. Vell. 2, 22. dein absolute id. qd. praestare, eminere, ut h. l. et Ann. 2, 24. Vell. 2, 68. Liv. 3, 41, 6, 33. 33, 35. qui tamen l

magis pertinent ad priorem verbi significationem, quae arctissime cum hac cohaeret et ipsa latet h. l. ubi *eo laudis excedere* est brachylogia Taciti pro: ad eandem laudem pervenire atque etiam excedere, i. e. superare eam." *Boett.* ad h. l. et in Lex. Tac. p. 180. 181. *eo laudis exc.* v. ad Ann. 3, 73, 1. — *quo plerique* (v. ad Ann. 3, 28 extr.) *per abrupta — inclaruerunt:* „Id dictum pro *eo, quo clarescentes pervenerunt*, ut fere H. 2, 35 pr. *in quam* (insulam) *Germani nando praelabebantur* pro *praelabentes pervenerunt*, et plane ap. Sophocl. Elect. 140. *ἀλλ' ἀπὸ τῶν μετρίων ἐπ' ἀμήχανον ἄλγος ἀεὶ στενάχουσα διόλλυσαι*, intell. *ἐλθοῦσα* vel *πεσοῦσα*. *Abrupta* Germ. *schroffe Gefahren*, id. qd. *abrupta contumacia* (Trotz und Widersetzlichkeit gegen den Fürsten) Ann. 4, 20. ubi *deforme obsequium* opponitur. Similiter dictum H. 1, 48. *Galbae amicitia in abruptum tractus*, Vell. 2, 2. *in praeruptum et anceps periculum*, Ammian. Marcell. 16, 2. *abruptum discrimen* et Veget. 3, 9. *ultimum abruptum*. (Cf. ad cap. 4. n. 8. et ad Ann. 4, 30, 2.) — *in nullum rei publicae usum* c. Urs. edd. Pich. Brot. Ern. Bip. Ob. al. Recte, nam sensus est: *Obsequium ac modestia, si industria ac vigor adsint*, (wenn Fleiss und Thätigkeit beigesellt) eo gloriae perveniunt, quo multi pervenire solent per abruptam contumaciam *ambitiosam mortem* quaerentes, sed remp. nihil iuvantes. *in ullum rei post usum* Vat. 3429. *in nullum re p̄. usum* in eius marg. *in nullum rei post usum* omnes edd. vet. ante Pich. Quod nonnullis placuisse mireris, magis vero, Lipsium scripsisse una voce *postusum* et Gron. *rei* accepisse pro: accusati et damnati." *Walch.* Inepta lectio *rei post* orta ex male intell. comp. scripturae *R. P.* vel *r. p.* *ambitiosa morte*, qualem Helvidius, Thrasea aliique subierunt sibive consciverunt ambitionis causa, ut celebraretur ab hominibus eiusdem ingenii atque fortitudinis et constantiae gloria apud posteros sibi pararetur. Cf. ad c. 1. n. 8. ad c. 17. n. 4. et Ind. II.

CAPUT XLIII.

Finis vitae eius nobis luctuosus, amicis tristis, extraneis etiam ignotisque non sine cura fuit. Vulgus quoque et hic aliud agens populus et ventitavere ad domum, et per fora et circulos locuti sunt; nec quisquam audita morte Agricolae aut laetatus est, aut statim oblitus est. Augebat miserationem constans rumor, veneno interceptum nobis. Nihil comperti affirmare ausim. Ceterum per omnem valetudinem eius crebrius quam ex more principatus, per nuntios visentis, et libertorum primi, et medicorum intimi venere; sive cura illud, sive inquisitio erat. Supremo quidem die momenta deficientis per dispositos cursores nuntiata constabat, nullo credente, sic accelerari, quae tristis audiret. Speciem tamen doloris animo vultuque prae se tulit, securus iam odii et qui facilius dissimularet gaudium quam metum. Satis constabat, lecto testamento Agricolae, quo coheredem optimae uxori et piissimae filiae Domitianum scripsit, laetatum eum, velut honore iudicioque. Tam caeca et corrupta mens assiduis adulationibus erat, ut nesciret, a bono patre non scribi heredem, nisi malum, Principem.

1. *extraneis etiam ignotisque non sine cura*, miseratione, (*συμπαθείᾳ*, *Theilnahme*) non *ἀδιάφορος*, sed iis quoque curae cordique *fuit*; ut paulo post *sive cura illud fuit*. Ad hunc Agricolam vulgo referunt Antiphili Byzant. epigr. in Brunck. Anal. vet. poet. Gr. T. II. p. 180:

α. Κρηναῖαι λιβάδες, τί πεφεύγατε; ποῦ τόσον ὕδωρ;
Τίς φλὸξ ἀενάους ἔσβεσεν ἀελίου;
β. Δάκρυσιν Ἀγρικόλαο τετρύμεθα, πᾶν δ' ὅσον ἡμῖν
Ἦν ποτὸν, ἡ κείνου διψὰς ἔχει σποδιή.

Haec latine et bene reddidit Grotius: *Quo fontis latices, quo copia vest recessit? Perpetuas Solis quis calor hausit aquas? Agricolae luctu con mimur: illius ante Humida, nunc fiunt pulverulenta siti.*

2. *Vulgus quoque et hic aliud agens populus*, i. e. publicas res nil curans, sed suis negotiis intentus; *Pich.* Bene; *Ern.* „Immo male: n designatur plebs curans res aliorum vel a se alienas et nihil ad se per nentes. Recte Forcell. *Aliud agere et alias res agere est vel, de agitur, dissimulare, vel ad alias res animum advertere.* Hinc et perpen Buchner. huc retulit H. 1, 89 pr. (ubi v. nota 1.) et 2, 90, 2." *Wal* „*Aliud agens populus* non est nihil agens, (Walch. *die geschäftlose M ge*) sed qui subito ad alias res animum advertere solet. Ad veram s tentiam ducere poterat illud sermone tritum *hoc age!*" *Boett.* Cf. O. n. 3. Cic. Brut. 65. Ter. Eun. 2, 38. 56. *aliud* edd. Riv. Rhen. 2. 3. rec. Inepte *alius* edd. vet. et Croll. qui haec dicta putabat pro: hoc in loco alius videbatur, sed legendum potius *nec hoc alias ag* quod non minus absurdum est. — *per fora et circulos*, in locis, ubi c fluere solent homines, vel in conventibus eorum tam publicis quam p vatis et domesticis. *Fora* loca publica, quibus nundinae habentur et dicitur. De forma et usu eorum v. Vitruv. 5, 1. Donat. ad Liv. 19. et Festus; de *circulis* ad Ann. 3, 54, 1. — *locuti sunt* sc. de m Agricolae. — *aut laetatus est, aut statim oblitus est:* nonnulli poste *est* delendum censent, alii prius. Sed ita perit vis, quae repetiti inest; *Walch.* Cf. Ind. III. v. *Verba eadem repetita.*

3. *constans rumor, veneno interceptum:* Dio 66, 20. tradit, Agri lam ab Domitiano interfectum esse; *Ern.*

4. *Nobis nihil comperti affirmare ausim.* „Hoc insolenter dict nec pro *nihil comperti nobis aff. a.*, quod esset id. qd. *nobis nihil ex pertis rebus aff. a.*, non, quod sensus requirit, *ex incompertis rebus quam affirmare non ausim:* nam *nihil comperti*, ut *nihil mali, n. boni hil humanarum rerum*, semper negative dicitur pro *nihil ex comperti bus, malis* cet., nunquam positive pro *aliquid ex non compertis r* Acidalius bene coni. *Nobis nihil comperti, quod affirmare ausim.* vero addendum, non suppl. *est* post *comperti* et ante Pron. relat. Tacitum scripsisse crediderim: *Nobis nihil compertum, quod aff. a Nobis*, non *Romanis horum temporum* vel *aequalibus* rerum, particip (v. ad G. 8. n. 5.) sed *mihi*, vel *mihi meisque*, familiae meae: nam rali non semper inest notio multitudinis. Hinc h. l. *nobis — ausim* Ann. 3, 16. *neque tamen occulere debui narratum ab iis, qui nost ad iuventam duraverunt*, Ann. 14, 43. *quicquid hoc in nobis auctoritat — destruendum non existimabam*, Cic. ep. ad fam. 5, 12. *ardeo cupi incredibili, ut nomen nostrum scriptis illustretur tuis.* (ibid. 1, 9, *cut et meis temporibus scimus; Dronk.*) Cf. Hom. Odyss. 7, 300. 30 1, 29. Soph. Ant. 1194. et inpr. Plat. Sympos. p. 186. a. b. καθεωρα μοι δοκῶ ἐκ τῆς ἰατρικῆς, τῆς ἡμετέρας τέχνης, et ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῆ τρικῆς λέγων, ἵνα καὶ πρεσβεύωμεν τὴν τέχνην." *Walch.* *Nobis nihil co tum, affirmare ausim* non male corr. *Peerlk.* ut sensus sit: affirmar sim, nos id diligenter quidem inquisivisse, sed aliquid certi non po rescire, quamvis hoc plurimis mirum ac paene incredibile vid Sed nulla verborum mutatione opus esse videtur. Sensus est: co *rumor, veneno interceptum* fuisse Agricolam, necatum. v. ad Ann. 1. *Nihil comperti nobis*, mihi, h. e. nihil ex iis, quae comperi, (Ann. 1, 3, 6.) *affirmare ausim*, ut *pro certo affirmare* ap. Liv.

Malim tamen ita distinguere verba: *veneno interceptum nobis*, Agricolam, antum virum, *nobis*, Romanis et mihi meisque ereptum fuisse. *Nihil omperti*, ex iis quae comperi, *affirmare ausim*. Boetticher putat, Tacitum brevius dixisse idem quod eum scripsisse suspicatur Walch. Ceterum *nobis* edd. rec. ex emend. Rhen. *vobis* inepte edd. vet. et Gesner.

5. *per omnem valetudinem*, v. ad Ann. 2, 82, 1. et H. 2, 11, 4. — *r more principatus*: Urs. Mur. Acid. Bip. Lün. emend. *Principis*. Sed *principatus* exprimit etiam morem consuetum Principum, non Domitiani modo; *cheff.* et *Oberl.* Cf. ad Ann. 1, 6, 1. et 2, 13, 2. — *et libertorum primi, t medicorum intimi*; ad quae haec annotavit Ern. „Videtur epithetorum ermutatio facta esse. *Libertorum intimi* noti sunt, et sic Ammian. 15, 35. um *medicorum primi* aptius quam *intimi* dicuntur." Ei adstipulantur ag. Klein. et alii. Sed aptior vulgata lectio. Non modo *libertorum* lii aliis gratiosiores potentioresque erant in aula Impp. Rom. (v. Ann. 1, 29. Agr. 40. Suet. Claud. 28. al.) sed et *medicorum*: nec mirum, quoiam ex horum arte ac fide pendebat vita Principum. *Medicorum* vero *ntimi* h. l. haud dubie arcanorum Domitiani consiliorum participes et iutores, (v. Ann. 4, 3. 6, 50. 12, 67.) quorum ope Agricola *veneno interceptus* ac praeter omnium opinionem mors eius *accelerata*; iidemque *rebrius venere*, non *curae* causa, (cf. nota 1.) sed ut *inquirerent*, utrum s medicaminis suffectura, an a se, ut olim a Xenophonte, (v. Ann. 12, 1.) augenda esset. Talis Taciti suspicio non obscure significatur. — *sive ra illud, sive inquisitio erat*, cf. ad Ann. 2, 38, 3.

6. *momenta deficientis*, v. ad Ann. 6, 24. et H. 1, 50, 2. *ipsa est momenta* additum in Vat. 3429. edd. Beck. Hert. Peerlk. Sed est ossa, sine vi; *Walch.* — *per dispositos* variis locis *cursores* et nuntios. Cf. Liv. 40, 60. et de *cursoribus* intpp. Plin. ep. 7, 12. Principes per untios visebant aegrotantes, raro ipsi, ut Alex. Severus, de quo v. ampríd." *Peerlk.* Apparet autem, Domitianum non fuisse tum Romae, d in Albana villa aut alibi; *Rhen.* Cf. ad c. 45. n. 2. — *constabat* edd. ec. ex emend. Rhen. *constabant* edd. vet. quod perperam revocarunt r. Beck. Hert. Peerlk. Latine dicitur *nuntiata fuisse constat* et *nuntiata dicuntur*, non *nuntiata constant*; *Walch.* *constabat*: nam Tacitus ipse tum oma abfuit.

7. *Speciem tamen doloris animo vultuque prae se tulit* sc. Domitianus, h. e. speciem dolentis et animo et vultu palam ostendit; ut *vultu praeferens dolorem animi* Curt. 6, 9, 1. et contra *animi dolorem vultu tegere* ic. in Verr. Act. I. c. 8. et *animo magis quam vultu ea crimina accipiens* Liv. 40, 5. *Animo vultuque* ἓν διὰ δυοῖν et Ablat. instrumenti pro: dole animi, quae vultu exprimitur, proditur, *durch die Stimmung der eele, die sich im Blick ausspricht.* Cf. H. 1, 85, 3. 4, 31, 4. Horat. pist. 2, 1, 97. (*Suspendit picta vultum mentemque tabella*) Sall. Iug. 113. *ultu corporis pariter atque animo varius*) et infr. ad cap. 46. n. 3. uam bene haec Domitiano conveniant, docet Dio 67, 2. *tamen* edd. rec. x emend. tacita Rhen. *tantum* ed. Riv. *tum* Put. tres, Ber. Rhen. 1. „as particulas compendiaria scribendi ratione *tñ* et *tñ* centies permutari, post alios notat Ruhnk. ad Vell. p. 183." *Walch.* ad h. l. et in mend. Liv. p. 259. Haec depravarunt potius, quam emendarunt, qui niecere *amictu vultuque*, *habitu v.*, *mimo v.*, *sermone v.*, *omnino vultu, nimo vultuve* et alia. *prae se tulit.* v. ad Ann. 2, 53, 2. — *securus iam dii*, i. e. qui odium non curaret, facile iam deponeret, ut in mortuum: ideoque et doloris affectum facile induit; *Lips.* Odii causa metus virtutum: at mortuo Agricola evanuerat odium, successerat gaudium; *Pich.* f. ad H. 3, 41, 4. et G. 5. n. 4.

8. *lecto testamento Agricolae, quo coheredem optimae uxori et piissimae filiae Domitianum scripsit*, v. ad Ann. 2, 48, 1. *testamento* ed. Riv.

et edd. rec. *testimonio* tres Put. et Rhen. ut et Ber. Sed Rhen. iam *testamento* legendum censuisse, probabile fit ex eius explicatione in Cast gatt. „Intell. honorifica verba de Domitiano testamento inserta." Sa pius permutari a librariis T̄M̄ et T̄T̄M̄. (*testimonio* et *testamento*) Roev ad Fragm. V. I. de iur. spec. p. 14. docet; *Walch.* *piissimae*, quod Ci Phil. 13, 19. Latinum esse negat, usitatum fuisse, docent Lexica. (Ramsh. Gram. p. 67. — *honore iudicioque* per ἓν διὰ δυοῖν dictum puta pro *honorifico iudicio.* Sed plus valet et est fere id. qd. *laetatum esse re tanquam honore et iudicio honorifico; Boett.* in Lex. Tac. p. LXXI De iudiciis testamentorum et honore hinc redundante nota res e C Phil. 2, 42. et Suet. Aug. c. 101. *Ern.* Cf. ad Ann. 2, 48, 1. et In III. v. *Hendiadyoin.* Notum est, testamentum in libris iuris et apud al *supremum iudicium* dici, et causa est, quod, si unquam, homo tu certe ad iudicii lancem omnia exigit: de quo Sen. de ben. 4, 11. pr clare; *Vird.*

9. *a bono patre non heredem scribi Principem, nisi malum*, v. Ann. 2, 48, 1. et Ind. III. v. *Praedicatum Subiecto praepositum.*

CAPUT XLIV.

Natus erat Agricola, Caio Caesare tertium consule, Idib Iuniis: excessit sexto et quinquagesimo anno, decimo Kal. S ptembres, Collega Priscoque consulibus. Quod si habitum quoq eius posteri noscere velint, decentior quam sublimior fuit. N hil metus in vultu; gratia oris supererat. Bonum virum fac crederes, magnum libenter. Et ipse quidem, quanquam me in spatio integrae aetatis ereptus, quantum ad gloriam, long simum aevum peregit. Quippe et vera bona, quae in virtuti sita sunt, impleverat, et consularibus ac triumphalibus ornamen praedito quid aliud adstruere Fortuna poterat? Opibus nim non gaudebat; speciosae contigerant. Filia atque uxore sup stitibus, potest videri etiam beatus, incolumi dignitate, flore fama, salvis affinitatibus et amicitiis, futura effugisse. N sicuti durare in hac beatissimi saeculi luce ac Principem Tra num videre, quod augurio votisque apud nostras aures omi batur; ita festinatae mortis grande solatium tulit, evasisse stremum illud tempus, quo Domitianus non iam per interva ac spiramenta temporum, sed continuo et velut uno ictu r publicam exhausit.

1. *Natus erat Agricola Caio Caes. tertium cos. Idibus Iuniis*, ex *sit* (v. ad Ann. 2, 71, 1.) *sexto et quinquagesimo anno* aetatis cet. quod satis constat, *Collega et Priscus* consules fuere a. U. 846. et C *Caesar* s. Caligula *tertium consul* fuit a. U. 793. Agricola anno ae LIV mortuus est. Hinc nonnulli suspicantur, h. l. errorem calculi o psisse Tacito, alii vero eum scripsisse vel *LIV anno* pro *LVI a.* (q in Vat. 3429 reperitur) vel *Caio Caesare primum consule*, sc. a. U. (v. Dio 59, 6. et Ern. Exc. XIX ad Suet. Cal. 17.) Prima coniec minime, postrema maxime probabilis est. Cf. ad Ann. 11, 22. et H 50, 1. *ter* pro *tertium* edd. vet. ante Lips. quod ex comp. scrib. *ter.* *tert.* ortum censebat Dronk. coll. Gell. 10, 1. sed ex comp. *Im.* (*prim* Walch. — *Septembris* Dr. ex MS. Vat. 3429. — *Collega Priscoque*, F peio Collega et Corn. Prisco s. Priscino. v. Onufr. comm. in Fast.

2. *habitum quoque eius*, v. ad Ann. 1, 10, 11. — *decentior quam sublimior fuit habitus* corporis, venustior quam pulchrior, plus venustatis quam maiestatis ore praetulit; *Vird.* Mediocris, et vulgaris staturae, sed tamen congruentis; nam *decor habitus* est συμμετρία τοῦ σώματος, *Bark.* Haec explicatio illi praeferenda; et *gratia oris* paulo post memoratur: *seine Gestalt war mehr edel als grossartig; Walch. Mehr wohlgebildet als hochgestaltet; Doed. mehr anstandsvoll als grossgestaltet; Klein. Decens et formosa* Iuvenal. 6, 162. *decens et pulcher* Suet. Dom. 18 pr. *Decens* perpetuum Veneris et Gratiarum epitheton, designans cum perfectam totius corporis pulchritudinem, tum gratiam ei adiunctam; *Iani* ad Hor. od. 1, 18, 6.

3. *nihil metus in vultu*, nihil erat in vultu, quod metum excitaret vel incutere posset; *Jac. Gron. Metus* h. l. active dicitur, (*Schrecken, Schreckendes, Zurückschreckendes*) non passive; (*Furchtsamkeit*) *Walch. Drück.* et alii, qui iam contulere cap. 22 extr. Quintil. 6, 2, 21. (*Metum duplicem intelligi volo, quem patimur et quem facimus*) Plut. vit. Demetr. c. 2. (*Τὸ γὰρ πρόσωπον χάριν καὶ βάρος καὶ φόβον καὶ ὥραν εἶχε*) Gell. 9, 12. Hess. ad Tac. G. 2. extr. et Reiz. de ambig. p. 238. Cf. et Doederl. Synon. II. p. 191 sq. *Ἀταραξίαν*, perpetuam vultus tranquillitatem, expressit; *Ern.* Virdungus bene comparabat Ovid. Met. 2, 857. (*nullae in fronte minae nec formidabile lumen: Pacem vultus habet*) et tacite tangi putabat Domitianum, de quo Plin. pan. 48, 4. *ipse occursu quoque visuque terribilis: superbia in fronte, ira in oculis.* In marg. c. Vat. 3429. *nihil metus*, ut in edd. vet. et rec. ante Bip. *nihil impetus* id MS. prob. Klein. in animadv. crit. ut non solum benignitas atque clementia exprimatur, sed id quoque verbis seqq. *gratia oris supererat* respondeat. *nihil metus et impetus* MS. Vat. 4498. et ed. Beck. recepta utraque lectione. Enimvero *impetum* non tribuendum esse *vultui*, iam animadvertit Ern. *nihil motus* coni. Seeb. in Ephem. lit. Jen. 1814. p. 280. et deinde edidit. *nihil ineptum* (ἀνάρμοστον, *Unregelmässiges*) reposuere Bip. Eng. Schlüt. coll. Cic. orat. 18. extr. *Vultus, qui secundum vocem plurimum potest, quantam affert tum dignitatem tum venustatem? In quo quum effeceris, ne quid ineptum aut vultuosum sit, tum oculorum est quaedam magna moderatio.* Sed nil mutandum. — *gratia oris supererat*, abunde inerat, vel potius superabat, Germ. *des Mundes Anmuth war der herrschende, vorleuchtende Zug auf seinem Gesichte;* Weik. *Gratia*, χάρις, *Anmuth*, unde sic dictae *Χάριτες*, *Gratiae. Vultus* h. l. oculi et os reliqua facies; *Hert. supererat*, v. ad H. 1, 51, 4. *superat* Put. 3. — *bonum virum facile crederes, magnum libenter*, „probitas eius e primo statim aspectu elucebat: eundem si quis tibi virum magnum rebusque gestis clarum praedicaret, libenter assentire. Nam de viris bonis nihil tam magnificum commemorari potest, quin id libenter admittamus." *Vird.*

4. *Et ipse quidem*, fere Homer. αὐτός ex contrario explicandum, *sein edleres Selbst*, sensu Stoicorum, *medio in spatio integrae aetatis*, anno LVI, de quo v. O. 17. et Plin. 7, 48; *Walch.* Cf. ad Ann. 4, 6. 12, 2. — *quantum ad gloriam* attinet, pertinet, *longissimum aevum peregit:* „Non hinc abludunt dicta Cic. Phil. 1, 15 extr. *Mihi fere satis est, quod vixi, vel ad aetatem vel ad gloriam*, Alexandri M. ap. Curt. 9, 6. *Verum ego, qui non annos meos, sed victorias numero, si munera fortunae bene computo, diu vixi*, Posidonii ap. Sen. ep. 79. *unum diem hominum eruditorum plus patere, quam imperiti longissimam aetatem*, et plura in Cic. Tusc. qu. lib. 1. v. c. cap. 45. *Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectae perfecto functus est munere.*" *Barcl.* et *Vird.* Digna etiam quae comparentur loca praeclara Virg. Aen. 4, 653. 6, 660 sq. 10, 861. Plin. ep. 5, 5, 4. Albinov. eleg. 1, 447 sq.

5. *Quippe et vera bona, quae in virtutibus sita sunt impleverat*, plane

assecutus erat; *Ern.* v. ad H. 1, 16, 7. et conf. loca egregia Iuvenal 8, 83 sq. et 10, 346 — 366. — *consularibus ac triumphalibus ornament praedito*, cf. cap. 9. et 40. ad Ann. 1, 39, 2. 1, 72, 1. *consulari* c. Vi 3429. ed. Beck. Hert. Peerlk. *consularibus* edd. cet. et vet. et rec. *quid aliud adstruere Fortuna poterat*, v. ad H. 1, 78, 7.

6. *speciosae contigerant*. v. ad Ann. 3, 55. et 4, 6. *speciosae* c. emend. Rhen. et sic in marg. c. Vat. 3429. *speciosae non* c. MSS. Vi 3429. et 4498. non improb. Dr. Sed *nimiis opibus* opponuntur *specios* „Hinc etiam *ludos et inania honoris modo abundantiae duxit*, (c. 6.) n que *petiit salarium proconsulare*. (c. 42.) *Erravit Dio* 66, 20. Ὁ δὲ Ἀγ κόλας ἔν τε ἀτιμίᾳ τὸ λοιπὸν τοῦ βίου καὶ ἐν ἐνδείᾳ, ἅτε καὶ μείζονα ἢ κα στρατηγὸν κατακράξας, ἔζησε. Fortasse scriptores, e quibus haec haus fuere e *plerisque*, de quibus v. cap. 40 extr." *Walch. speciose contige* edd. vet. *speciosae contigerant filiae atque uxori superstitibus. Potest vid* cet. coni. Selling.

7. *potest videri etiam beatus* (v. Cic. Tusc. 5, 8. et 29.) — *effugit* quod effugerit. Alluditur ad sententiam illam: *nemo ante obitum beat* Arzt. — *incolumi dignitate*, ut *incolume imperium*, *nomen* cet. Liv. 3 pr. 9, 45. al. — *futura* mala, regnante Domitiano imminentia.

8. *Nam sicuti durare in hac beatissimi saeculi luce ac Principem Tr ianum videre, quod augurio* cet. Ita MSS. Vat. et edd. ante Rhen. Hinc nonnulli putant, post *sicuti durare* e seqq. supplendum esse *gra solatium fuisset*, vel *nobis gr. s. ferebat* vel *gr. s. fuit;* alii, e c Urs. post *sicuti* inserendum *magnae cuiusdam felicitatis est;* alii dele dum *quod*, vel pro eo substituendum *quodam;* alii, legendum vel c Ern. *Nam sicuti beatissimum, durare in hanc saeculi lucem* cet., vel c Dahlio *Non licuit ei durare*, sive *Nam sicut ei non licuit durare*. „Pla sunt omnia, si vel legeris *Traianum quandoque videre augurio* sive *T ianum videre augurioque votisque* cet., vel potius importunum illud *q* plane deleveris, ut sensus verborum sit: Etenim, quanquam vitam propagaturum esse in temporum horum felicitate atque Traianum gnantem visurum et auguriis ominabatur, et votis concupiscebat, *mo* tamen *festinatae* (h. e. quae hac felicitate eum privasse videri pos θάνατος ἄωρος) grande solatium tulit, quod evaserat cet. Nam *dur ac videre ominabatur* Graece dictum pro *se duraturum ac visurum ominabatur*, ut Ann. 14, 14. *ratusque dedecus amoliri*, Liv. 24, 18. *n quam eas* (pecunias) *tutius sanctiusque deponere credentibus, qui defereba* Curt. 4, 14, 23. *an creditis aequo animo iis servire*, Ammian. Marc. 2, 9. *arbitrabantur inopino occursu apposita quaeque vastare*. Qualia v *auguria* et *omina* h. l. designentur, patebit ex Dione 67, 12. et Pl pan. 5. 94. Traianus non modo filius consularis ac triumphatoris, tunc temporis iam legatus Germaniae erat et laureatus." *Walch.* Ni vero opus esse emendationibus et ex brevitate stili Syllepsique post *dere* intelligenda *solatium fert et ipsi quoque tulisset saevitiae priorum t porum*, monet Boett. in Lex. Tac. p. LXXIX. Similiter Brot. Doed. Dro et Klein. post *videre* e seqq. supplendum censent *grande nobis solati fert* et comparant loca G. 2 extr. et 36. Sed haec non satis congru nec facile concoquenda verborum structura, in qua, quod supplet non ad idem subiectum, ut in illis locis, sed ad aliud refertur. *durare*, v Ann. 3, 16. — *in hac beatissimi saeculi luce*, v. ad c. 3. n. 1. *luce*, ut ap. Liv 10 pr. Cic. Phil. 1, 2. 10, 6. et Gr. φῶς, φάος, φάνος. — *apud nos aures*, v. ad H. 1, 26, 4. — *festinatae mortis grande solatium tulit evas* v. ad c. 25. n. 4. „Tacitum ante oculos habuisse Cic. orat. 3, 2, 8. su catus est Matthiae in Friedem. et Seeb. Misc. crit. T. I. p. 682. et pridem Burm. ad Anthol. T. 2. p. 693." *Dronke.* — *intervalla ac sp menta* synon. *Spiramenta* ea momenta temporis, quibus spiritum du

Hert. — *continuo* Adverb., sine ulla intermissione. — *velut uno ictu:* allusum ad verba Caligulae ap. Suet. c. 30. *Utinam populus Rom. unam cervicem haberet!* De eodem Sen. de ira 3, 19. loco iam a Pich. laudato: *Homo, qui de toto senatu trucidando cogitabat; qui optabat, ut populus Rom. unam cervicem haberet, ut scelera sua, tot locis ac temporibus diducta, in unum ictum et unum diem cogeret.* — „*exhausit* pro *perdidit* et *ictus* pro *impetu*, ut H. 2, 38. *singulis velut ictibus transacta sunt bella,* nisi h. l. legendum *velut uno hiatu remp. exhausit*, ut ap. Plin. pan. 48. *quum immanissima belua* (Domitianus) *velut quodam specu inclusa nunc propinquorum sanguinem lamberet* cet." *Peerlk.* *eadem strage* cap. 45 pr.

CAPUT XLV.

Non vidit Agricola obsessam curiam et clausum armis senatum et eadem strage tot consularium caedes, tot nobilissimarum feminarum exsilia et fugas. Una adhuc victoria Carus Metius censebatur, et intra Albanam arcem sententia Messalini strepebat, et Massa Baebius iam tum reus erat. Mox nostrae duxere Helvidium in carcerem manus, nos Maurici Rusticique visus, nos innocenti sanguine Senecio perfudit. Nero tamen subtraxit oculos iussitque scelera, non spectavit. Praecipua sub Domitiano miseriarum pars erat, videre et aspici, quum suspiria nostra subscriberentur, quum denotandis tot hominum palloribus sufficeret saevus ille vultus et rubor, quo se contra pudorem muniebat.

Tu vero felix, Agricola, non vitae tantum claritate, sed etiam opportunitate mortis! Ut perhibent, qui interfuerunt novissimis sermonibus tuis, constans et libens fatum excepisti, tanquam pro virili portione innocentiam Principi donares. Sed mihi filiaeque, praeter acerbitatem parentis erepti, auget maestitiam, quod assidere valetudini, fovere deficientem, satiari vultu, complexu, non contigit. Excepissemus certe mandata vocesque, quas penitus animo figeremus. Noster hic dolor, nostrum vulnus: nobis tam longae absentiae conditione ante quadriennium amissus es. Omnia sine dubio, optime parentum, assidente amantissima uxore, superfuere honori tuo: paucioribus tamen lacrimis compositus es, et novissima in luce desideravere aliquid oculi tui.

1. *Non vidit Agricola* cet. Imitatio Cic. de or. 3, 2, 8.; *Buchn.* — *obsessam curiam et clausum armis senatum et eadem*, una eademque, *strage* cet. cf. Ann. 16, 27 pr. Suet. Dom. 10. 11. Plin. ep. 3, 11. 7, 19. Dio 67, 12. *clusum* Vat. 3429. v. ad G. 34. n. 1. — *tot consularium caedes,* v. Suet. Dom. 10. 15. — *feminarum*, v. Plin. et Dio ll. ll. *familiarum* conj. Burm. ad Anthol. T. 2. p. 693.

2. *Una adhuc victoria Carus Metius censebatur*, „nondum pluribus victoriis, quibus ille post Agricolae obitum carior Domitiano fuit. *Victoria* ex accusatione viri clari: sed quis ille reus fuerit, incognitum." *Lip.* *censebatur*, aestimabatur, famam contraxerat; *Hert.* „Postquam de uno tantum reo victoriam reportaverat, nondum quisquam tunc temporis divinabat, quot et quanta mox mala reip. importaturus esset. *Noch ward nach einem Siege Carus Metius geschätzt.*" *Walch.* v. ad Ann. 13, 17. — *Carus Metius* s. Mettius Carus delator famosus, de quo v. Plin. ep.

1, 5. 11. 4, 22. 7, 19. 27. Martial. 12, 25, 5. Suet. Dom. 3. Iuvenal. 1, 35. ibique Schol. *Carus Metius* ex emend. Rhen. v. ad Ann. 3, 75, 1. *Charus Mitius* c. Vat. 3429. *Charus Nutius* Put. 1. *charus* et *carus nuntius* Put. 2. 3. Riv. Ber. Rhen. 1. — *et intra Albanam arcem sententia Messalini strepebat*, ibi adhuc audiebatur calumniator ille, nondum in senatu et publico; *Lips.* Sensus est, dum adhuc viveret Agricola, nec permisisse Domitianum, neque Messalinum ausum fuisse publice quenquam accusare, quod postea fecit, sed tum secretius, nempe in Albano secessu; *Rhen.* „Recte; et languet emendatio Pichenae *nulla sententia M. str.* Redde: *nur innerhalb der Albaburg kreischten Messalinus's Bluturtheile.*" *Walch.* *Albanam arcem* (ut ap. Iuvenal. 4, 145.) codd. Vat. edd. Brot. Ob. Dr. al. *Alb. villam* Rhen. 2. 3. et cet. ante Bip. ut in marg. Vat. 3429. *Alb. arcem villam* edd. vet. ante Rhen. 2. Duae diversae lectiones, ut saepe, coniunctae, et fortasse fuit tantum *Albanum*, ut ap. Suet. Dom. 4., quod alii in marg. *arcem*, alii *villam* interpretati sunt, unde utrumque postea in textum illatum; *Ern.* *A. arcem solam* Bip. et Eng. Albanum s. villa Albana Domitiani, ad radices Albani montis et sub collibus Albae ab eo exstructa, quo secessu ita delectabatur, ut eam quasi domum et regiam vel *arcem*, (ὥσπερ τινὰ ἀκρόπολιν Dion. 67, 1.) immo et curiam haberet, quo saepissime evocaret Patres et pontifices. Ibidem collegium sacerdotum Minervae instituerat et tum certamina varii generis habere, tum feras conficere solebat. v. Iuvenal. 4, 60 seq. 145. Dio 67, 1. Suet. Dom. 4. et 19. Stat. Silv. 4, 2, 18 seq. 62 seq. Plin. ep. 4, 11, 6. (ubi cf. intpp.) 4, 22. et de ruderibus eius in summitate montis ubi Alba erat, et in Barberinorum Princ. hortis Corradini vetus Latium T. I. p. 195. T. II. p. 190. Scaliger anim. ad Euseb. Chron. p. 229. eam speciem fuisse Septizonii colligebat ex versu poetae, *Septenos pariter credas consurgere montes*, tot lapidum moles, alias aliis superstructas; *Vird.* De Catulli *Messalini* s. *Messallini*, famosi delatoris, caecitate, crudelitate et *sententiis* sanguinariis v. Plin. ep. 4, 22. pan. 48. 49. Iuvenal. 4, 113 —122. Aurel. Vict. epit. 12. (ubi *dispensator* pro *disceptator* leg. cense Walch.) Dio 67, 1. Joseph. b. Jud. p. 996. 997. — *Massa Baebius iam tum reus erat*, postquam Africae procurator fuerat. v. ad H. 4, 50, 2. e 3. *etiam tum* male coni. Gron.

3. *Mox nostrae duxere Helvidium in carcerem manus*, „nam in senatu accusatus et manus ibi ei iniectae sunt, maxime et primum a Certo. v. Plin. ep. 2, 12 extr. et 9, 13. Haec autem referenda ad Helvidium filium." *Lips.* v. ad H. 4, 5, 5. „Plinius ep. 9, 13. queritur: *Inter multa scelera multorum nullum atrocius videbatur, quam quod in senatu senator senatori, praetorius consulari, reo iudex manus intulisset.* Tacitus autem inde ab a. U. 841. praetorius fuit." *Walch.* — „*nos Maurici Rusticique fratrum visus*, aspectus, species, (ut ap. Liv. 8, 9. Cic. N. D. 1, 5. Plin. 22, 6. Vell. 2, 94. ubi v. Ruhnk., et *Thraseae venerabilis species* ap. Tac. Ann. 16, 29.) *nos innocenti sanguine Senecio*, aspectus Senecionis innocenter interempti vel sanguinis ab innocenti viro fusi, *perfudit*, perculit, miseratione et horrore implevit, ut *perfundere aliquem iudicio* dixit Cic. p. Rosc. Am. 29. *perfusum fletu* Liv. 40, 12. *verebar, ne vos festis diebus confunderem* Plin. ep. 3, 10. ὁ δὲ Οὐεσπασιανὸς συνεχύθη Dio 66, 12. Similes dictiones sunt Livii *cruore filii aspersi oculi paterni* et Plin. pan. 22. *oculos insolito spectaculo implevit*, quas nemo sensu proprio accipiet." *Walch.* Sed h. l. est potius Zeugma vel Syllepsis e post visus supplendum excruciavit, (ita Ern.) vel horrore perculit, quod docet Boetticher in Lex. Tac. p. LXXIX. Conf. Ind. III. v. *Syllepsis.* *nos Maurici R. visus* MSS. Vat. omnesque edd. *nos Mauricium Rusticumque divisimus* V. C. Ursini et in marg. c. Vat. 3429 quod glossema perperam defenderunt Brot. et Arzt. et interpretati sunt

fratres duos, sanguine, virtute, causa coniunctissimos, *divisimus*, sc. Mauricum exsilio, Rusticum morte mulctavimus. Neque probabiliores sunt aliorum coniecturae, quibus vera lectio depravatur potius quam emendatur. De *Maurico* v. ad H. 4, 40, 9. de *Rustico* ad Ann. 16, 26. de *Senecione* ad Agr. 2. n. 2. *Senetio* Put. 1. 2.

4. *Nero tamen subtraxit oculos* a talibus spectaculis nefandisque maiestatis iudiciis, quae iusserat. Cf. ad Ann. 3, 53, 1. et H. 3, 55, 5. *oculos suos* Vat. 3429. et hinc edd. Beck. Hert. Peerlk. Sed glossa haec vix latina: nam ubivis dicitur *oculum* s. *oculos adiicere*, *removere*, *subtrahere*, non *oculos suos*; Walch. Cf. ad c. 11. n. 4. — *iussitque scelera*: „ut *iubere legem*, *provinciam*, vel *prandium* ap. Spartian. vita Anton. Getae c. 5. ubi haec recentioris esse Latinitatis minus accurate scripsit Casaub. Cf. Burm. ad Petron. c. 71. et Ovid. Met. 8, 752." *Peerlk.* *iussitque scelera non spectari* coni. Doed. quod tamen repudiavit deinde, postquam a viro docto, quem consuluerat, hoc tulerat responsum: „Coniecturam tuam laudo, non probo. Omnis de *iudiciis maiestatis* sermo est, quae Nero absens regere solebat, Domitianus praesens exercere. Huius igitur formidolosius institutum atque tristius. Saevus Nero, at Domitianus saevior. Ille raro senatum ingressus est; auctor delationum atque cognitionum, non spectator fuit. Sub Domitiano praecipua miseriarum pars praesens tyrannus." Recte: illo quoque sensu dicendum erat *non iussit spectari*; *Walch.* — *praecipua sub Domitiano miseriarum pars erat videre et aspici*; idem *satis ad victoriam* esse dicitur Ann. 3, 45. *videre* recte, non *videri*, quod in edit. aliqua legi dicit Colerus. Hoc tamen praeferendum censet Doed. in notis ad vers. germ. p. 64. — *quum suspiria nostra subscriberentur* et *denotarentur tot hominum pallores*, non accusarentur, (ut Ann. 1, 74. ubi v. not. 1. quod quidem et ipsum factum: sed de eo hic nondum sermo) sed exciperentur, notarentur a male curiosis et speculantibus; *Ern.* Ab his clam notabantur, qui lacrimis vel gemitu suo saevitiam Principis quasi incusarent; *Bip. Eng. Dr.* coll. Ann. 6, 10. 19. et Suet. Aug. 27. (*subscribere quaedam curiosum ac speculatorem*, Germ. *Späher*, *Auflaurer*, *Spion*) ubi cf. Casaub. et Bremi. — *denotandis tot hominum palloribus sufficeret saevus ille vultus et rubor*, v. ad Ann. 3, 53, 1. et 3, 72. „Sensu praegnanti et iunctis duabus notionibus *denotare pallores alicuius* dicitur pro: denotare aliquem vultu, et ita quidem, ut hic ipse vultus pallore impleat eum, qui aspicitur. Ita opp. *sufficeret vultus* lucet. *Denotare* est id. qd. vultu significare, animadvertere. Conf. Ann. 3, 53. Vell. 2, 70. et Forcell." *Boett.* — *palloribus*, ut *cruores*, *timores*, *vigores* al. v. Ruddim. inst. Gram. T. I. p. 146. ed. Stallb. — *saevus ille vultus et rubor*, *quo se contra pudorem muniebat*, ut locis a Lipsio iam collatis Suet. Dom. 18. (*vultu ruboris pleno* cet.) Plin. pan. 48. (*ira in oculis*, *femineus pallor in corpore*, *in ore impudentia multo rubore suffusa*) et Sen. ep. 11. *Quidam nunquam magis*, *quam quum erubuerint*, *timendi sunt*, *quasi omnem verecundiam effuderint*. *Sulla tunc erat violentissimus*, *quum faciem eius sanguis invaserat*.) Luculentior est descriptio Philostrati in loco a Walch. laud., in vita Apoll. 7, 28. p. 308. *δεῖ δὲ καὶ πρὸς τὸ φθέγμα τοῦ βασίλεως παρεσκευάσθαι σε καὶ πρὸς τὸ δύστροπον τοῦ προσώπου. Φθέγγεται μὲν γὰρ βαρύ, κἂν πράως διαλέγηται· ἡ δὲ ὀφρὺς ἐπίκειται τῷ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἤθει· μεστὴ δ' ἡ παρειὰ χολῆς· ταυτὶ γὰρ μάλιστα ἐπιφαίνει.* Utroque dicto significatur, ruborem vultus in Domitiano non verecundiae, sed impudentiae notam fuisse et, quamvis puberet vultu, nullius tamen ipsum sceleris vel flagitii puduisse: immo tunc ipsum vel maxime omnem verecundiam effundere solitum, quum maxime vultum rubor occuparet; *Vird.* „Tacitus nihil aliud voluit dicere, quam *saevum vultum et ruborem*, cuti faciei insidentem, inserviisse Domitiano, ut nullum pudoris sensum proderet aliis, tametsi testibus sce-

lerum et flagitiorum eius, quorum re vera eum puderet ipsum: fui Princeps adeo nequam, ut confideret naturali vultus rubori, nec a pu dore coram aliis metueret: quod autem pudoris sensus nunquam hun intra animum affecerit, naturae repugnat humanae." *Buhle* obss. cri de Taciti stilo p. 41. *quo* ex emend. Lips. receptum a Brot. Ern. Bi Ob. et al. *a quo* c. Vat. 3429. et edd. vett. ante Rhen. qui hanc lec in castig. firmare studet exemplis parum idoneis; *Dr.* „Dictiones utiq prorsus dissimiles sunt *ab hostibus se munire, defendere ab hostibus* aliae. Sed *a quo se muniebat* fortasse dictum pro *a quo auxilium petens muniebat*, ut Ann. 16, 9. *a centurione caderet* pro *a cent. ictus cader* Ita Rhenanus comparare poterat Liv. 10, 5. *ira ab accepta nuper cla stimulabat*, et 2, 49. *pacis ab insita animi levitate poenituit*. Cf. intp Liv. 26, 1." *Walch.*

5. *Tu vero felix — mortis:* „Imitatio Cic. de or. 3, 3. *Ego vero Crasse, cum vitae flore, tum mortis opportunitate, divino consilio et ort et exstinctum arbitror.* Ea simul refellitur perversa verborum distinct in edd. Bip. Eng. Ob. Dr. *sed etiam opportunitate mortis (ut perhibe qui i. n. s. tuis) constans* cet." *Walch.* *perhiberent* Vat. 3429. — *novis mis sermonibus tuis*, v. ad Ann. 5, 7. — *tanquam pro virili portio* (v. ad H. 3, 20, 2.) *innocentiam Principi donares*, tanquam ea consta tia animique tranquillitate, in qua ne temere quidem quicquam, q Princeps offendi posset, ore tibi excidit, quantum in te esset, decla res, te non violenta morte obire, veneno interceptum, (v. cap. 43 p nec cuiquam irasci tanquam mortis tuae auctori, (ut contrario Ger nicus Ann. 2, 71. queritur) sed naturam tibi vivendi finem facere et D mitianum esse innocentem; *Vird.* et *Walch.*

6. *mihi filiaeque* ex emend. Rhen. Recte: sed addendum erat tu alias ambiguum est, utrum suam, an Agricolae filiam intelligat; Pi et *Ern.* Sufficit intelligi *tuae;* *Bip.* et *Ob.* v. ad c. 11. n. 4. *filio eius* c. Vat. 3429. et edd. vet. ante Rhen. 2. Sed filii erant mortui. cap. 6. et 29 pr. Hinc *filiaeque eius* emend. Scheff. et substituerunt Se Dr. Beck. Hert. — *assidere valetudini*, lecto aegrotantis; *Ern.* Cf. Ind. v. *valetudo.* — *fovere deficientem*, v. ad Ann. 6, 24. — *complexu:* in Vat. 3129. *complexuque*, quod male receptum a Beck. Hert. Peerlk. *contigit* edd. Ber. Rhen. et seqq. *contingit* Put. tres et Riv.

7. *Excepissemus* (v. ad H. 3, 32, 6.) *certe mandata vocesque* cet. q plane Homericum est; (Jl. 24, 744. 745.) *Lips.* *Excepisseaus* edd. ex emend. Pich. *Excepissem* edd. vet. quod contra decorum est; *Wa* — *figeremus*, infigeremus. *pingeremus* in marg. c. Vat. 3429.

8. *nostrum vulnus*, v. ad H. 3, 56, 4. — *nobis tam longae ab tiae conditione ante quadriennium amissus es*, tam diu iam nunc m ereptus; *Lips.* Immo: mihi et uxori, filiae tuae, perinde est, ac si quadriennio ante mortem obiisses, quoniam quatuor annis ante mor tuam Roma abiimus neque toto eo spatio unquam te vidimus; *Pich Ern.* „*Ante quadriennium* pro *quadriennio ante*. Nam *ante* et *post* verbia sunt, quae, a Tacito saltem, etiam ante Accusativos, temp notas, ponuntur, ita ut acuantur et brevem loquendi pausam ante cusat. facias. Sic Ann. 14, 9. *multos ante annos*, (non *ante multos an* sed *multis annis ante*) 14, 12. *multos post annos*, 1, 10. *post Antoni* Ita et Sall. Hist. 3. p. 983. *post Attalum*, et Homer. *δῆθα φίλων πήματα πάσχεις.* [cf. ad 11, 2. et Handii Tursell. T. I. p. 371.] Taci vero paulo ante soceri obitum Roma abfuisse, colligas etiam ex I ep. 7, 33. nam adfuit neci Senecionis a. U. 846. quo ex provincia p toria rediisse videtur, (cf. nota 3.) et narrationem extremorum Sen nis fatorum petierat a Plinio, ut eam Historiis insereret." *Walch.* Vat. 3429. *amissus es* ex emend. Rhen. *amissus est* et *ē.* edd. vet

optime parentum edd. Put. tres, Pich. et rec. *optima p.* edd. Ber. Riv. Rhen. tres et al. male, quasi Agricolae uxor hic tanquam optima mater et amantissima uxor laudetur; *Pich.*

9. *superfuere honori tuo omnia*, v. ad H. 1, 51, 4. — *paucioribus tamen lacrimis compositus es*, pauciores tuorum lacrimis prosecuti sunt exsequias tuas, filia, gener et neptis. *compositus* in marg. c. Vat. 3429. omnibusque edd. *comploratus* MSS. Vat. Absurda glossa; *Walch.* Recepta tamen a Beck. Hert. Peerlk. v. ad H. 1, 47, 3. — *novissima in luce*, v. ad Ann. 1, 65, 1. et 5, 7. — *desideravere aliquid oculi tui*, sc. filiam et generum.

CAPUT XLVI.

Si quis piorum manibus locus, si, ut sapientibus placet, non cum corpore exstinguuntur magnae animae; placide quiescas, nosque, domum tuam, ab infirmo desiderio et muliebribus lamentis ad contemplationem virtutum tuarum voces, quas neque lugeri, neque plangi fas est. Admiratione te potius et immortalibus laudibus et, si natura suppeditet, aemulatu decoremus. Is verus honos, ea coniunctissimi cuiusque pietas. Id filiae quoque uxorique praeceperim, sic patris, sic mariti memoriam venerari, ut omnia facta dictaque eius secum revolvant famamque ac figuram animi magis quam corporis complectantur: non quia intercedendum putem imaginibus, quae marmore aut aere finguntur; sed, ut vultus hominum, ita simulacra vultus imbecilla ac mortalia sunt, forma mentis aeterna, quam tenere et exprimere non per alienam materiam et artem, sed tuis ipse moribus possis. Quicquid ex Agricola amavimus, quicquid mirati sumus, manet mansurumque est in animis hominum, in aeternitate temporum, fama rerum. Nam multos veterum, velut inglorios et ignobiles, oblivio obruet: Agricola, posteritati narratus et traditus, superstes erit.

1. *Si quis piorum Manibus locus, si, ut sapientibus*, philosophis, (v. ad cap. 2. n. 3.) *placet, non cum corpore exstinguuntur magnae animae:* „Epicurei animos cum corpore exstingui docuere; Socratici et Platonici, eos immortales esse. Stoici, inter utrosque mediam viam ingressi, magnas quidem animas felices futuras et aeterna sortituras scripsere, sed labentibus saeculis, quum Deo visum omnia iterum moliri, et illas, parvam ruinae ingentis accessionem, in antiqua elementa vertendas esse." *Brot.* Cf. ad Ann. 16, 34. et G. 27. n. 7. Diog. Laert. 7, 156. 10, 80 sq. Sen. ep. 50. et de ira 1, 3. Cic. somn. Scip. 3. de sen. 22. et Tusc. qu. 1, 1—49. Eurip. Alc. 787 seq. Lucret. III. Ovid. Met. 15, 153. 154. (ubi Pythagoras loquitur) Iuvenal. 2, 149 seq. 13, 51. 59. Prop. 3, 5. Plin. 7, 55. Macrob. somn. Scip. 1, 14. Sen. cons. ad Marc. c. 19. de ira 2, 35. ep. 24. 83. et Troad. v. 369 seq. Plat. Phaedon, Lucian. dial. de luctu et al. — *nosque;* in Rhen. 3. *nos.* — *ab infirmo desiderio*, inutili et infirmi *muliebrisque* animi argumento, *et muliebribus lamentis — fas est*, v. ad G. 27. n. 7. — *neque lugeri, neque plangi fas est:* huc pertinent versus Ennii: *Nemo me lacrimis decoret nec funere fletum Faxit: cur? volito vivus per ora virum; Vird.*

2. *Admiratione te potius et immortalibus laudibus et, si natura suppeditet*, (nobis id, hanc facultatem) *aemulatu* (ut H. 3, 66.) *decoremus:*

sic corrigenda esse haec verba a librariis corrupta, optime docuit Walch. Cf. ad Ann. 3, 62. et H. 4, 32, 4. *Admir. te potius temporalibus laudibus: et si nat. supp. militum decoramus* MSS. Vat. et edd. omnes ante Ern. nisi quod *et temporalibus — decoramus* ed. Riv. *multum decoramus* Vat. 4498. *Adm. potius quam aemulatione decoremus* c. Urs. *ut admir. — tumulum decoremus* c. Mirand. Hinc alii alia tentarunt parum probabilia. Nonnulli retinuere *temporalibus laudibus*, (sc. in hac Agricolae vita) alii substituere *quam temporalibus l.*, h. e. brevibus verborum et cito transituris, ut *πάθος temporale* dixit Quintil. 6, 2, 10. et *omne, quod causa temporalis accendit, cito intercidit* Sen. nat. qu. 7, 23 pr. Sed quaerere possis, cur *laudes* tantum temporales sint, non vero *admiratio; Walch.* Praetermitto alia. Neque tamen diffiteor, a librariis vix permutari potuisse *immortalibus* et *temporalibus*.

3. *Id filiae quoque* eius *uxorique* meae. Cf. ad c. 11. n. 4. — *sic patris, sic mariti memoriam* cet. cf. Ann. 1, 71. — *famamque ac figuram animi — complectantur* mente. „Animo etiam, ut corpori, figura et forma (ut O. 1.) tribuitur; et *famam ac fig. an.* pro *famam figurae animi*, ut c. 16. *ira et victoria* pro *ira victoris*, c. 33. *vota virtusque* pro *vota virtutis*, Caes. b. G. 4, 16. *opinione et amicitia*, Cic. in Verr. 1, 9. *crimina causamque*, Plat. apol. p. 38. c. *ὄνομα καὶ αἰτίαν*, in Phaed. p. 107. c. *πλὴν τῆς παιδείας τε καὶ τροφῆς*, in Menex. p. 234. a. *παιδεύσεως καὶ φιλοσοφίας*." *Walch.* Cf. ad c. 43. n. 7. et Ind. III. v. *Hendiadyoin.* Languida et haud necessaria est coni. Mureti *formamque ac fig. an.* probata ab Acid. Brot. Ern. receptaque a Bip. Dronk. et aliis propter seqq.

4. *non quia intercedendum putem imaginibus*, improbandum, ut ponantur; *Ern. interdicendum* coni. Ursinus et *intercidendum* Acid. Sed venusta est metaphora, ab intercessione tribunorum pl. petita. — *imaginibus, quae marmore aut aere finguntur* aut cera; *Barcl.* coll. Plin. 35, 2. — *forma mentis* et simul menti impressa. — *per alienam materiam*, aliam et diversam, non mentis, sed corporum.

5. *manet mansurumque est in animis h.* ut O. 9. „Sollennis est formula haec, de qua v. Ruhnk. ad Vellei. 2, 66, 5." *Dronke.* Cf. etiam Bentl. ad Hor. od. 2, 2, 7. et Drak. ad Liv. 39, 40; *Hert.*

6. *Nam multos veterum* cet. cf. Theocrit. 16, 30 sq. 42 sq. et Hor. od. 4, 9, 25 sq. „*Nam ἐλλειπτικὸν*, quale in nostra lingua non exprimi potest et reddi. v. Oudend. ad Suet. Caes. 44 pr. et, qui meliora dat, Heusing. ad Cic. off. 3, 21, 13." *Walch.* Cf. ad Ann. 14, 44. et G. 14. n. 7. *Nam* etiam affirmative accipi possit. v. ad Ann. 2, 63, 1. — *superstes erit* per me: nam non vane hoc de scriptorum suorum perennitate praedicat; *Vird.* Immo per alios: nam propria laus sordet.

DIALOGUS DE ORATORIBUS

SIVE

DE CAUSIS CORRUPTAE ELOQUENTIAE.

BREVIARIUM.

Cap. 1. *Postquam* Iustus Fabius *saepe ex auctore dialogi requisiverat, cur non amplius vigeat eloquentiae studium, hic non suam proferre sententiam statuit, sed repetere sermonem hominum disertissimorum, quos eandem quaestionem pertractantes admodum iuvenis audivisset.* 2. 3. *Isti sunt* Curiatius Maternus, *ex oratore poeta,* M. Aper *et* Iulius Secundus, *celeberrima tum fori ingenia, qui mirantur, quod Maternus fastiditis orationum causarumque studiis omne nunc tempus circa tragoedias consumat, quarum tamen recitatione offendisse potentium animos dicatur.* 4. *Hic poesin a se nunc coli profitetur, quia sanctior haec et augustior sit eloquentia.*

5 — 7. *Hinc oritur disceptatio, utrum praestantior sit ars oratoria an poetica. Aper magnis laudibus praedicat oratoriae artis utilitatem, voluptatem, dignitatem,* 8. *ac provocat ad exempla Marcelli Eprii et Crispi Vibii.* 9. 10. *Poetarum contra nullam esse dignitatem dicit et utilitatem; voluptatem vero brevem, laudem inanem, infructuosam multisque recitationum molestiis ac sumptibus partam. Iis in solitudinem secedendum, si modo dignum aliquid elaborare velint, et mediocres nemini notos, bonos paucis; studium denique illorum non minus obnoxium offensae, quam oratorum. Itaque Materno, ad altiorem eloquentiam et summa nato, non subsistendum esse in levioribus, sed ab auditoriis et theatris in forum et ad causas veraque proelia redeundum.*

11 — 13. *Quae quum Aper dixisset acrius et intento ore, remissus et subridens respondet Maternus: poeticae studio maiorem parari securitatem et gloriam, quam forensi labore et strepitu litigantium aut comitatuum salutationumque frequentia; puriorem vero voluptatem securo et secreto secessu in nemora et lucos, quam lucrosa et sanguinante in foro eloquentia, quae non, ut poesis, aureo, sed ferreo saeculo et propter malos hominum mores in locum teli reperta sit. Dulcem esse poetarum vitam et curarum expertem, anxiam vero oratorum, qui semper vel timeant vel timeantur.*

14. *Colloquio supervenit* Vipstanus Messala, *admirator veterum temporum oratorumque, recentiorum contemptor.* 15 — 17. *Hinc Aper, saeculi sui novorumque rhetorum patronus, accuratius definiendum censet, quinam oratores vocandi sint* antiqui: *utrum Ulysses tantum et Nestor et Menenius Agrippa, an et iam Demosthenes et Hipperides, inter quorum et hoc aevum non multo plures quam CCCC anni intersint, aut Cicero, Caesar, Coelius, Calvus, Brutus, Asinius et Messala, qui vix unius hominis aetate sint priores.* 18. *Formas autem et genera dicendi cum temporibus ac diversitate aurium mutari monet, et vitio malignitatis humanae semper laudari vetera, praesentia fastidiri.* 19. 20. *Cassium Severum a multis velut terminum antiquitatis constitui primumque flexisse ab illa vetere atque directa*

dicendi vi, non infirmitate ingenii nec inscitia literarum, sed iudicio et in tellectu. Olim in honore fuisse longa principia et narrationes, divisionum argumentorumque multorum ostentationem et philosophica orationi inserta nunc ab oratore laetitiam et pulchritudinem orationis poeticumque decorem exigi. 21. 22. *In orationibus quoque Calvi, Coelii, Caesaris, Asinii, Corvini ipsiusque Ciceronis multa deprehendi antiquitatis vitia, sordes verborum, hiantem compositionem et sensus inconditos, quae tamen sola mirentur perversi imitatores.* 23. *Iniquos igitur iudices esse, qui antiqua tantum efferant laudibus rhetorumque recentiorum commentarios fastidiant Postremo Messalae, Materni et Secundi virtutes praedicat eosque ad illustrandum saeculum suum pulcherrimo dicendi genere exhortatur, quum videat eos, quae vera sit eloquentiae ars, laetissima quaeque antiquorum imitari ac gravitate sensuum nitorem cultumque verborum miscere.*

24. *Tum Maternus admonet Messalam, ut, missa antiquorum laudatione, qui ea non indigeant, memor potius promissi causas expromat, cur in tantum ab eloquentia eorum recesserit aetas recentior.* 25. *Hic primum docet, quinam* a n t i q u i *sint appellandi; plures etiam dicendi formas iisdem saeculis fuisse et singulares Calvi, Asinii aliorumque virtutes: quod vero invicem obtrectaverint, non esse oratorum vitium, sed hominum;* 26. *gravitatem denique et cultum oratorium impetumque veterum longe praeferendum esse verborum lasciviae, levitati sententiarum et compositionis licentia in quibus sibi placeant recentiores.*

27—29. *Materno iterum rogante Messala transit ad explicandas causas corruptae eloquentiae, primas vero et praecipuas putat desidiam iuventutis et negligentiam parentum et inscientiam praecipientium et moris antiqui oblivionem. Liberos enim non amplius educari in gremio ac sinu castae matris aut a propinqua maiore natu, sed Graeculae ancillae delegari et servis, a quibus teneri eorum animi fabulis, erroribus vitiisque imbuantur.* 30—32. *Eorundem ingenium non, ut quondam, severa disciplina infinito labore et quotidiana meditatione et in omni genere studiorum exercitationibus formari atque subigi, sed in pueritia et iuventute nihil discere quod usum habeat. Hinc antiquam eloquentiam ex omnium rerum scientia pluribusque artibus exundasse et oratorem potuisse de omni quaestione pulchre et ornate et copiose et varie et ad persuadendum apte dicere; horum vero temporum disertos, aridis rhetorum praeceptis artificiisque sordidissimis contentos, grammatices, legum et philosophiae ignaros esse.*

33—35. *Materno deinde hortante Messala progreditur ad aliam corruptae eloquentiae causam, ad eximiam antiquorum oratorum et perversam recentiorum exercitationem. Iuvenes dicit, imbutos iam domestica disciplina honestis studiis refertos ac bene praeparatos, a patre olim vel propinquo fuisse deductos ad principes oratorum, quos sectati in iudiciis, foro concionibusque pugnare in ipsa veluti arena et acie didicissent; at nunc educatione depravatos, inscios ac torpentes transire in rhetorum scholas, in quibus duo materiarum genera, suasoriae et controversiae, tractentur, nec facile dixeris, utrumne locus ipse, an genus studiorum, an condiscipuli plus mali ingeniis afferant.*

[Hic Messalae sermo mutilus est: eum vero vel duo alii, Secundi et Materni, excepisse videntur, vel unicus Materni, internis corruptae eloquentiae causis, ab amico in medium prolatis, externas annectere et quidem has:] 36. 37. *α) Uberiorem ad dicendum materiam fuisse oratoribus antiquis, splendorem rerum et magnitudinem causarum, leges rogandas et populare nomen, conciones magistratuum, accusationes potentium reorum et assignatas etiam domibus inimicitias, procerum factiones et assidua senatus adversus plebem certamina. β) Maiora iisdem praemia fuisse proposita, faciliores ad summos honores aditus eloquentia patefacientem, plus apud principes et magistratus provinciales gratiae, apud Patres a*

ritatis, apud plebem notitiae ac nominis, clientelas exterarum nationum, praeturas et consulatus. 38 — 40. γ) *Formam et consuetudinem veterum iudiciorum oratoribus favisse, causas in foro, non in auditoriis tabulariisve explicatas, liberum et dicendi et comperendinandi tempus, clamorem et plausum et studia certantis populi, reos concursu totius civitatis et accusatos et defensos, conciones assiduas et datum ius potentissimum quemque vexandi.* 40. 41. *Neque tamen propterea laudandam censet Maternus valentiorem eloquentiam, quod licentiae, quam stulti* l i b e r t a t e m *vocent, alumna sit et comes seditionum et effrenati populi incitamentum. Eam quidem vigere dicit in civitatibus, quae discordiis et partibus se ipsae conficiant, sed in quietis ac bene constitutis non opus esse tali eloquentia longisve in senatu sententiis et multis apud populum concionibus; multo minus in re publica, in qua non imperiti et multi deliberent, sed sapientissimus et unus. Melius esse, non queri, quam vindicari et, si inveniretur aliqua civitas, in qua nemo peccaret, supervacuum fore inter innocentes et mores bonos et in obsequium regentis paratos oratorem sicut inter sanos medicum. Itaque non laudandum, quod minor nunc oratorum obscuriorque gloria sit, sed utendum potius cuique bonis sui saeculi citra obtrectationem alterius.*

42. *Dissolvitur colloquium.*

Habitus est dialogus

FLAVIO VESPASIANO AUG. VI. TITO VESPASIANO CAESARE IV. COSS.

CAPUT I.

Saepe ex me requiris, Iuste Fabi, cur, quum priora saecula tot eminentium oratorum ingeniis gloriaque effloruerint, nostra potissimum aetas, deserta et laude orbata, vix nomen ipsum *oratoris* retineat. Neque enim ita appellamus, nisi antiquos; horum autem temporum diserti *causidici* et *advocati* et *patroni* et quidvis potius quam *oratores* vocantur. Cui percontationi tuae respondere et tam magnae quaestionis pondus excipere, ut aut de ingeniis nostris male existimandum sit, si idem assequi non possumus, aut de iudiciis, si nolumus, vix hercule auderem, si mea sententia proferenda ac non disertissimorum, ut, nostris temporibus, hominum sermo repetendus esset, quos eandem hanc quaestionem pertractantes iuvenis admodum audivi. Ita non ingenio, sed memoria ac recordatione opus est, ut, quae a praestantissimis viris et excogitata subtiliter et dicta graviter accepi, quum singuli diversas vel easdem, sed probabiles causas afferrent, dum formam sui quisque et animi et ingenii redderet, iisdem nunc numeris iisdemque rationibus persequar, servato ordine disputationis. Neque enim defuit, qui diversam quoque partem susciperet ac, multum vexata et irrisa vetustate, nostrorum temporum eloquentiam antiquorum ingeniis anteferret.

PERPETUA ANNOTATIO.

De indole atque auctore huius Dialogi et de exemplaribus eius, tam scriptis, quam editis, v. Prooemium nostrum de Taciti vita et scriptis in Vol. I. Opp. Taciti.

1. *Iuste Fabi*, propr. *Fabi Iuste*. v. ad Ann. 3, 75, 1. *Fabius Iustus*

Plinii min. amicus. v. Plin. ep. 1, 5. 11. 7, 2. In locum Vettii Rustic Bolani consul suffectus est a. U. c. 864. p. Chr. n. 111. regnante Tra iano; *Brot.* et *Nast.* p. 19. 20. — *nostra potissimum aetas*, *deserta*, scil ab *eminentium oratorum ingeniis*, et *laude orbata*, ut ante *gloria*; *Bip* et *Ob.* *eloquentiae* post *laude* additum in MSS. Vat. receptumque a Brot Sch. Dr. Os. Idem probavit Ern. ut et emendationem Schurzfl. et Brot *diserta*, *at laude orbata*, quia mox legatur *horum temporum diserti*; qua potius ratio ei adversatur. *defecta ea laude et orbata* coni. Gron. et *aeta pristina laude* Heum. „Sed hic omnis emendandi labor frustra sumitur et adiectio *eloquentiae* in MSS. Vatic. glossam olet, ut multa in iis *Deserta aetas* dicitur, ut locus a paucis cultus, comparatis *multorum oli oratorum ingeniis*; et *gloriae* redditur *aetas laude orbata*. Honore arti amisso, ait, cessere etiam qui artem tractarent, ita ut nunc ne artifici quidem nomen relictum sit." *Wolf.* in Miscell. (Vermischte Schriften p. 159. — *vix nomen ipsum oratoris retineat:* de differentia inter ora tores, *rhetores* et *sophistas* e iuris fontibus haec docuit Cramer ad Scho Iuvenalis 15, 112. „*Oratores* primum dicuntur *causarum patroni*, sive publ carum sive privatarum, v. c. in L. 1. §. 8. cod. de off. Praef. Praet. Afr., i Constit. *Dedit*, Pandectis §. 9. praemissa, et in L. 32. §. 1. Cod. de Epis et Cler. quibus locis referuntur esse in comitatu Praefecti praet. in cu ius auditorio etiam aliunde constat fuisse certum numerum *Advocatoru* qua voce sub Impp. indicantur, qui ante *patroni causarum*. Sed pos quam in maioribus civitatibus scholae constitutae sunt bonarum literaru publicae in iisque docere iussi grammatici et philosophi, ne concider facundia forensis et hoc cultu destituerentur causarum patroni, illis a iecti sunt eloquentiae magistri, qui huius artis praecepta traderent pe ficerentque dictata a grammaticis et philosophis. Atque hi ad exemplu priorum simpl. *oratores* vocati sunt, ut apparet e L. ult. §. ult. Di de muner. et hon., L. 2. et ult. Cod. Inst. eod. tit. Cf. et Paulus l L. 2. Dig. de Usurp. et Usuc. ubi, postquam docuit, usurpationem e usucapionis interruptionem, mox addit: *Oratores autem usurpationem* (s leg. pro *usucapionem*) *frequentem usum vocant*. Hic *oratores* non su patroni, sed dicendi magistri: neque enim potuisset in causa usucapi num vulgari sensu usurpationis vocabulum adhiberi citra calumniam culpam. Nec obstat id a Cic. in oratt. bis factum, quia factum est causis, quae nihil habebant cum usucapione commune. — *Rhetores* Constitutionibus quidem Graece, non vero Latine scriptis etiam *cau rum patroni* dicuntur; in his semper ea voce indicantur eloquentiae m gistri iidemque oratores. Ita in §. 15. Inst. de Excus. L. 15. et Cod. Th. extraord. sive sord. mun., L. 27. Dig. de donat., L. 6. §. Dig. de excus. quare etiam qui in L. 11. Cod. Th. de medic. et profe primum *oratores* dicuntur, mox *rhetores* audiunt. — *Sophistae* iidem *rhetores*, neque ita differunt, ut illi Graecam, hi Romanam eloquenti docuerint. v. L. un. Cod. de stud. liber. Urb. Rom. (ubi leg. *facun Graecitatis pollere dicuntur Sophistae quinque Urbis Romae*) L. 1. Cod. Profess. qui in Urbe Cpol. et Pand. L. 6. §. 1. de excus. — Alia, n e iuris rivulis hausta, dabunt Murator. Anecd. Graec. p. 2. Cresoll. Theatr. vet. Rhet. I, 1. et Ruhnk. Praef. ad Rutil. Lup. p. XXV Haec docte disputavit Cramer l. l. Ea tamen magis ad seriora qu ad haec Imperatorum tempora spectant. De *rhetoribus* et *scholasticis* ad c. 14. „Sententia Cic. de or. 1, 15. aut potius Crassi *is ora erit hoc tam gravi dignus nomine, qui, quaecunque res inciderit, quae dictione explicanda, prudenter et composite et ornate et memoriter di cum quadam etiam actionis dignitate*; et cap. 6. neminem esse posse c set oratorem plenum, perfectum et omni laude cumulatum, nisi omnium rerum magnarum atque artium scientiam consecutus. I

er

enim sufficit dicendi copia in causis forensibus, qua qui pollet, *disertus* haberi potest, qui inf. cap. 36. opponitur *elingui* tantum et *muto*, non item orator. v. Quintil. 12, 1. ubi etiam Ciceronem quaerere adhuc ait perfectum oratorem, et tantum imaginari ac fingere." *Schulz.* Cf. inf. cap. 15. (de Messala, qui contendere solebat, *neminem hoc tempore oratorem esse*, sc. sensu illo sublimiori) cap. 30 extr. ad c. 5. n. 3. et Quintil. 2, 15, 2—13. *Disertus* quomodo ab *oratore* et *eloquente* differat, docet Cic. de or. 1, 21. et in toto hoc libro, quae sit oratoris dignitas ac vis. — *appellamus* ed. Put. et deinceps omnes ante Dronk. qui e MSS. Vat. et ed. pr. substituit *appellemus*, quia auctor aliorum, non suam sententiam proferre voluerit, utrum iure an iniuria aequalibus nomen oratoris detrahatur. Sed h. l. est enuntiatio causalis cum *neque enim* in orat. obliqua, *V. D.* (*Walchius?*) in Ephem. lit. Hal. a. 1829. Supplem. p. 963. Propter seq. *vocantur* dicta haec esse non possunt ex mente Fabii; *Os.*

2. *causidici et advocati et patroni:* „Hi saepe nullo habito discrimine inter se confunduntur, etsi proprie differunt. Et quidem *causidicorum* munus abiectius est et quaestuarium, qui inani linguae volubilitate causas privatas, obolares fere, in iudiciis centumviralibus, mercede plerumque conducti modica, defendunt, rabulae et clamatores. v. Quintil. 12, 1, 25. *Advocati* vero proprie dicuntur ii, qui praesentes in subselliis causam eius, a quo *advocati* sunt, habitu, voce, nutu tuentur, vel amici reorum, qui iis adsunt, ut c. 34. Hi olim differebant a *patronis*; sequenti vero aevo *advocatus* pro *patrono* dicebatur et *advocatio* pro *patrocinio* vel accusatione, ut c. 10. et c. 4 pr. ubi *desidia advocationum* est desidia in suscipienda vel accusatione vel reorum defensione. *Patroni* denique vocabulum honestissimum erat et, quum patroni plerumque pro clientibus suis dicerent, in universum oratores, qui causas defendebant, vulgo vocabantur *patroni* (vel *patroni causarum*)." *Schulz.* Cf. ad Ann. 11, 5, 1. et, quos Dr. laudavit, Ascon. ad Cic. in Verr. 2, 1. (*Qui defendit alterum in iudicio, aut p a t r o n u s, si orator est, aut advocatus, si aut ius suggerit, aut praesentiam suam commodat amico, aut procurator, si negotium suscipit.*) Spald. et Buttm. ad Quintil. 4, 1, 7. 12., 1, 25. Burm. ad Petron. c. 46. et Ovid. Am. 1, 13, 21. Creuzer ad Cic. de leg. p. 27. et Ern. clav. Cic. Haec tamen magis ad tempora reip., quam Imperatorum referenda. Alio sensu dicebantur olim *...ti*, (Iurisconsulti s. Iureconsulti) prompte respondentes consultoribus, *prudentes*, *Verständige*, pro eo quod usitatius dicimus *Rechts-Verständige*; *Wolf.* in Miscell. (Verm. Schriften) p. 189. *ICti* olim dicebantur oratores seniores iurisque peritissimi, qui, domi in soliis sedentes, consulentibus de iure responsa dabant, ut hodie collegia ICtorum in academiis. v. Liv. epit. 54. Cic. de leg. 1, 3, 10. inpr. de or. 1, 45. et ... 1, 48 extr. Cf. inf. ad c. 32. n. 3.

3. *Cui percontationi* edd. pr. Put. Riv. Lips. Pich. Bip. Ob. Dr. Os. Or. *percunctationi* edd. Ber. Rhen. et cet. v. ad G. 11. n. 8. — *existimandum sit* MS. ... ed. Lips. et rec. *exist. habeam* cod. Rom. Lipsii. Hoc aptissimum videbatur Acidalio, quia auctor libri de se solo loquatur, et suffragatur ei Wolf. in Miscell. (*Vermischte Schriften*) p. 160. ubi haec annotavit: „Tuetur lectionem libri cetera boni auctoritas, estque multo aptior loco et doctior ... pro ingenio librarii: nam *habere dicendum, existimandum* cet. genus loquendi est Ciceronis saeculo prope ignotum, at huic nostro scriptori aequaevis eius valde adamatum." Cf. inf. cap. 8. 13. 19 extr. 31. 36. Tac. Ann. 4, 40. 14, 44. Plin. ep. 1, 7, 6. 1, 8, 14. 8, 14, 4. 10, ... et pan. 15 extr. Colum. 5, 5, 3. et alia ex Plin. mai., Suet. et Sen. congesta a Vorst. de latin. falso susp. c. 7. p. 54. 69. Ramshorn. Gramm. 461. Vulgatum defendit Dronk. his verbis: „Sententia ad ipsum libri

auctorem non restringenda. Tacitus ipse causas egit fuitque orator. Quodsi igitur *exist. habeam* scriberemus, scriptor arrogantius locutus esset, quum se ipsum eximere videretur, tanquam solus eloquentiae laudem attigisset. Corruptam vero esse eloquentiam, omnes illius aetatis homines docti credebant." Quarum rationum vim non multi capient; et *existimandum sit* arrogantius dictum videri potest quam *exist. habeam.* Quem tamen codicem Lipsius h. l. *Romanum* appellaverit, ignoramus, et *sit* legitur in cod. Farn. *habeam* vero insertum fortasse a sciolo, qui noverat, hanc dictionem auctori huius dialogi familiarem esse. In edd. ante Lips. vulgatis neque *sit*, neque *habeam* legitur, et *sit* a seq. *si* absorptum putabant Sch. et Ob., utramque vero vocem tanquam glossas reiecerunt Schurzfl. et Brot. — *vix hercule auderem*, ne scil. aequalium in me lacesserem invidiam odiumque; *Schulz.* Immo *vix auderem, si mea sententia proferenda* et *ingenio opus esset.* Modeste ita de se iudicat et loquitur. — *si mea sententia proferenda* c. Farn. Rhen. 2. 3. Lips. al. si *mihi mea s. p.* MSS. Vat. edd. primae, Brot. Ob. Bekk. Lün. Dr. Os. e Orell. — *ac* ante *non* delevit Heum. „Sed v. Handii Tursell. I. p. 171." *Orell.* — *ut nostris temporibus* c. Farn. edd. Lips. et rec. tantum no omnes. v. ad G. 2. n. 8. *ut* abest ab edd. vet. quod male probant Dr et Os. tanquam *ut* non consentaneum sit modestiae ipsique scriptoris iudicio, sive vero, sive simulato. „Eleganter *ut* h. l. explet sensum. S enim absolute laudabantur viri disertissimi horum temporum, quid opu erat queri de saeculo eloquentiae laude orbato?" *Sch.* Scriptor ipse an tiquos oratores anteponebat oratoribus sui temporis; *Orell.* Primum in sertum est *ut* a Lipsio, et haud dubie e MS. Farn. Ex eo, quod ips profitetur, quodque semel monuisse sufficiat, innumera tacite emend vit: diserte vero indicat, quae ab ipso correcta sunt. — *quaestionem pe tractantes*, v. ad G. 11. n. 3. — *iuvenis admodum*, v. ad Ann. 1, 3, 8. Agr. 7. n. 3. — *memoria ac recordatione* synonyma.

4. *dicta graviter accepi*, v. ad Ann. 1, 67, 1. — *diversas vel easde* id vero non probabile, ut in uno sermone *easdem* causas repetiverin *Lips.* Hinc ille et Mur. verba *vel easdem* delenda putabant. *easdem*, *diversas, sed probabiles* et *diversas nec easdem, sed pr.* coni. Orell. *qua singuli diversas, sed probabiles causas afferrent, vel easdem, dum formam redderet* (*dum*, dummodo vel ita ut in ea similitudine sententiarum qu que formam tantum et animi et ingenii sui exprimendam curaret) co Doederl. in Museo Rhen. 3, 1. p. 16. et *diversas nec eas improbabi* Heum. Cave quicquam mutes: Aper et Maternus *diversas*, Maternu Messala saepe *easdem causas* corruptae eloquentiae *afferunt; Brot. Bip. Ob.* Homines varii iudicii (*animi et ingenii*) eandem rem modo div sis, modo iisdem argumentis defendere et possunt et solent. — *dum f mam* (indolem) *sui quisque et animi et ingenii redderet*, exprimeret; v. ad Agr. 46. n. 3. *afferentes formam* coni. Heum. — *iisdem numeris p sequar* dicta, sub nominibus singulorum; *Ern.* Immo eadem concin tate orationis et dictionis, *Schulz. Numerus* non modo est ῥυθμός p tarum et gestus motusque certus et concinnus histrionum atque salt rum, sed etiam concinnitas oratorum. De illis numeris v. Ern. c Cic., de hoc Cic. or. 52. 57 — 61. de or. 3, 48. 49. 52. 58. 60. Quintil. 9, 4, 45 sq. et 10, 1, 70. Hinc *numerosior Asinius* c. 25. ad cap. 32. n. 2. — *iisdemque rationibus* edd. Lips. poster. Bern. G al. *iisdem rationibus* edd. Sch. Ob. Bekk. Lün. *iisdemque orationibus* Farn.) edd. vett. et Lips. priores. Hanc lect. tota sententia flagitat dice Dronk. Eandem propugnant Osan. et Orell. Hic *iisdem num iisdemque orationibus* dicta putat pro *eodem rhythmo et stilo* vel ge dicendi. Ille haec annotavit: „Poteratne vero Tacitus, quae a praes tissimis illis viris excogitata subtiliter acceperat, ea si iterum pers

turus erat, aliis *rationibus* enarrare, quam quibus illi usi fuissent?" Sed Moser in Annal. Heidelb. a. 1829. XXII, 9. p. 937. magis h. l. convenire arbitratur *rationibus*, et olim scriptum fuisse ISDEQRAOIBUS. „Recte: nam quemadmodum *iisdem numeris* referenda sunt ad *dicta graviter*, ita *iisdem rationibus* ad *excogitata subtiliter*." *V. D.* laudatus in nota 1. *iisdem nunc argumentis* coni. Peerlkamp. in Biblioth. crit. nova I, 1. p. 100 sq. Amst. 1829. — *servato ordine disputationis* cuiusque et disputantium. De forma dialogica male accepit Schulze; *Dr.*

5. *Neque enim defuit, qui diversam quoque partem susciperet,* qui contrarium defenderet, sc. Aper cap. 15—23. *diversam*, adversam, contrariam. v. ad Ann. 2, 60, 1. *Pars* vel potius *partes*, primae, secundae, tertiae, proprie vocantur personae, quas histriones in scena agendas suscipiunt, aliorum vultus, mores, sermones imitantes et reddentes, unde *partes sibi deferri, imponi, dari, deposcere, suscipere, excipere, subire, sustinere* dicuntur: nec non partes adversae in foro et iudiciis. — *multum vexata vetustate,* ut c. 40 pr. et de eodem Apro cap. 24. *antiquos vexavit — incessit — insectatus est. Vexari* proprie dicitur, *qui, sui non potens, fertur* (quasi *vehitur*) *et raptatur atque huc atque illuc distrahitur;* Gell. 2, 6. deinde qui vel vellicatur, accusatur et reprehenditur, vel contumeliose tractatur, *αἰκίζεται*. — *nostrorum temporum eloquentiam anteferret antiquorum ingeniis*, „eloquentiae. Vox *ingenium* quinquies hoc cap. et vario sensu, ut passim, occurrit, v. c. cap. 2. ubi primum denotat fere id. qd. *orator*, (*celeberrima tum ingenia fori nostri*) deinde *institutioni et literis* opponitur: *ingenium et vis naturae.*" *Schulze.* Sed v. ad Agr. 12. n. 5. *Ingenium* est utique vox *πολύσημος*, sed non alia significantius varias notiones animique dotes, ut fere Gall. *génie*, exprimit, quae Germ. dicuntur *Talent, Scharfsinn, natürliche Erfindungs- und Beurtheilungskraft, Denkart.* Cf. Ind. II. et Boetticher in Lex. Tac.

CAPUT II.

Nam postero die quam Curiatius Maternus Catonem recitaverat, quum offendisse potentium animos diceretur, tanquam in eo tragoediae argumento sui oblitus tantum Catonem cogitasset, eaque de re per Urbem frequens sermo haberetur, venerunt ad eum M. Aper et Iulius Secundus, celeberrima tum ingenia fori nostri. Quos ego in iudiciis non utrosque modo studiose audiebam, sed domi quoque et in publico assectabar mira studiorum cupiditate et quodam ardore iuvenili, ut fabulas quoque eorum et disputationes et arcana semotae dictionis penitus exciperem, quamvis maligne plerique opinarentur, nec Secundo promptum esse sermonem, et Aprum ingenio potius et vi naturae, quam institutione et literis famam eloquentiae consecutum. Nam et Secundo purus et pressus et, in quantum satis erat, profluens sermo non defuit, et Aper, communi eruditione imbutus, contemnebat potius literas quam nesciebat, tanquam maiorem industriae et laboris gloriam habiturus, si ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis inniti videretur.

1. *postero die quam — recitaverat*, ut ap. Cic. or. 2, 3. nam verbis *postero die* vis Comparativi inest, unde ea excipit *quam*, Germ. *einen Tag später als, den Tag nachher, als.* Cf. *V. D.* laudatus in nota 1. extr. —

Curiatius Maternus vir probus et doctus, in cuius cubiculo hi sermones collati; qui fastiditis et *omissis orationum studiis omne tempus* tum *consumebat* in fabulis et praecipue tragoediis scribendis, quarum argumenta non ex Graeca tantum et prisca, sed ex patria etiam et sui temporis historia erant deprompta et quibus *potentium animos* ita *offenderat*, ut tandem *παῤῥησίαν* morte lueret iussu Domitiani, si idem est, de quo Dio 67, 12. *Μάτερνον δὲ σοφιστὴν, ὅτι κατὰ τυράννων εἶπέ τι ἀσκῶν, ἀπέκτεινε,* (quod ex verbis extr. cap. 13. colligere possis) nec fortasse alius, (nam illum *ποιητὴν* potius quam *σοφιστὴν* dixisset) ut et ille, de quo Martial. 10, 37. *Iuris et aequarum cultor sanctissime legum, Veridico Latium qui regis ore forum.* Cf. cap. 2. 3. 11. 13 extr. quibus etiam tituli tragoediarum, ab eo compositarum, memorantur, *Thyestes*, *Medea*, *Cato*, *Domitius*. v. ad c. 3. n. 4. *Curiatius*, quod Lipsius coniecerat, ex MSS. Vat. recepere Ern. Bip. Ob. alii. *Curatius* c. Farn. ed. Gron. et Brot. *accuratius* edd. vet. et Lips. priores, quod perperam defendit Klossm. *curatius* dedit Lips. in edd. poster. v. ad Ann. 2, 27, 1. *A. Curiatius* coni. Osan. — *Catonem*, tragoediam ita inscriptam. Huius iactura pensatur quodam modo praestantissima Addisoni tragoedia *Cato of Utica*; *Schulz.* — *sui oblitus*, immemor odii et periculi, quod ita sibi crearetur. Cf. nota 1. *tantum Catonem cogitasset*, omnes cogitationes ad hunc tantum intendisset. *Catonem* minorem potius s. Uticensem, acerrimum libertatis vindicem, quam maiorem s. Censorium. — *M. Aper* fortasse pater M. Flavii Apri cos. a. U. 883, *Brot.* et *Ob.* De eo v. cap. 2. 7. 17. „Erat acrioris in dicendo impetus et scholasticorum more disputabat. De eo autem Iulioque Secundo loquitur noster verbis praeteritum plane tempus significantibus; quare et hic et ille iam diem obiisse videtur tunc temporis." *Schulz.* — *Iulius Secundus*, qui pauca tantum cap. 3. 5. et 14. dicit, et de quo v. cap. 23. et Quintil. 12, 10. inpr. 10, 1. (*Iulio Secundo si longior contigisset aetas, clarissimum profecto nomen oratoris apud posteros foret. Adiecisset enim atque adiiciebat ceteris virtutibus suis, quod desiderari potest: id est autem, ut esset multo magis pugnax et saepius ad curam rerum ab elocutione respiceret. Ceterum interceptus quoque magnum sibi vindicat locum. Ea est facundia, tanta in explicando, quod velit, gratia: tam candidum et lene et speciosum dicendi genus: tanta verborum, etiam quae assumpta sunt, proprietas: tanta in quibusdam ex periculo petitis significantia.*) et 10, 3. Iulius Secundus *vir mirae facundiae, infinitae tamen curae, qui non dissimulavit adolescens, tertium iam diem esse, ex quo omni labore materiae ad scribendum destinatae non inveniret exordium, quo sibi non praesens tantum dolor, sed etiam desperatio in posterum fieret.* Hinc *Secundo non promptum esse sermonem.* Eum morte immatura, saltem ante necem Domitiani, fuisse ereptum, recte colligitur ex Quintil. l. l. 10, 1, 120. — *celeberrima ingenia fori nostri*, v. ad cap. 1. n. 5.

2. *Quos ego — studiose audiebam*, assidue et attente; *Nast.* — *assectabar*, v. ad Ann. 11, 21, 1. *affectabar* Rhen. 1. — *fabulas quoque eorum*, confabulationes, *et disputationes*, colloquia cum viris doctis. v. ad. c. 3. n. 4. cap. 29. n. 2. et 3. Ann. 6, 5. „Cf. intpp. Phaedr. 1. Prol. 7. Drak. ad Liv. 1, 11, 8. Schaef. ad Plin. ep. 1, 13, 2." *Dr.* — *arcana semotae dictionis*, sermones domesticos ac familiares; *Ern.* In his apertius quis et audacius profert quid sentiat, nec metuit inter amicos malignorum calumnias; *Schulz.* *Arcana* sunt colloquia cum familiaribus, et *dictio semota*, scil. a vulgo et iis, qui audire cupiunt, quae in peius detorquere possint. *et arcanas etiam dictiones* scripsit Heum. — *penitus*, plane, exacte, *exciperem*, v. ad H. 3, 32, 6. — *plerique*, v. ad Ann. 3, 28. extr. — *nec Secundo promptum esse sermonem*, paratum, facilem, eum non expeditum esse ad dicendum, ut utar verbis Cic. Brut. 8. Cf. nota 1.

3. *purus — sermo*, qui nihil peregrini et barbari admixtum habet;

Dr. „Sermo *purus* et *puritas* sermonis sunt tantummodo latinitatis paulo serioris. v. Cellar. Antibarb. p. 131. cur. post. p. 154. Nolten. Lex. Cic. p. 1131. et Kraft. ad Mureti Delect. p. 281. Sermo autem *profluens* optime e loco Cic. de or. 2, 38, 159. explicatur. Est Gr. εὔροια, ut in Plat. Phaedr. p. 238. C. Cf. Valcken. diatr. in Eurip. fragm. p. 148. ed. Batav." G. *Jacob* laud. a Dronk. p. 243. — *pressus sermo*, concisus, *ein gedrängter Vortrag*. Sic *pressus Cicero* c. 18. *orator* Cic. Brut. 55. *pressi Attici* et *inflati Asiani* Quintil. 12, 10, 16. *pressa* et *presse dicta* non modo quae breviter quis et sine ornatu effatus est, sed etiam, quae subtiliter et accurate. v. Ern. clav. Cic. Eodem sensu dicitur *adstrictum et collectum dicendi genus* O. 31. (ubi ei opponitur *fusa oratio*, ut ap. Cic. de or. 2, 38. *non concisum ac minutum, sed fusum ac profluens*) *adstrictior Calvus* O. 25. *adstrictior oratio* et *numeris poeta* Cic. Brut. 31. 90. de or. 1, 16. *pressius et adstrictius scribere* Plin. ep. 3, 18, 10. *non minus non servat modum, qui infra rem, quam qui supra, qui adstrictius, quam qui effusius dicit* Plin. ep. 1, 20, 20. Similiter *adstrictus mos* Ann. 3, 55. *Pompeius adstrinxit* numerum dierum inf. cap. 38. (ubi v. not. 4.) *pænulis adstricti et velut inclusi* c. 39. Cf. ad G. 17. n. 2. quosque Dronk. laudavit, Ern. Lex. technol. Lat. rhet. p. 300 sq. Spald. ad Quintil. 4, 2, 117. Schaef. ad Plin. ep. 4, 14, 3. — *in quantum satis erat*, ut cap. 41. et *in tantum* c. 24. v. ad G. 45. n. 21. *in quantum* ex emend. Rhen. *in quem* edd. vett. — *communi eruditione imbutus*, cuius *ingenium nullis alienarum artium adminiculis innitebatur*. *Communis eruditio*, ut ap. Cic. de or. 2, 17, 72. *literae communes*, ἐγκύκλιος παιδεία, non eximia et inusitata, sed vulgaris, qua adolescentes ingenui, liberali institutione usi, vulgo imbuuntur. Heumannus exponit: quae plerisque contingit. *communi erud.* plurimae edd. rec. ex emend. Rhen. *cum* (nam comp. scr. est *cni*) *erud.* Vat. 1518. 1862. ed. pr. Put. Ber. Rhen. tres prob. Wiss. *omni erud.* Vat. 4498. quod praefert Orel. coll. Cic. Brut. §. 205. Idem male defendunt Dr. et Os. *imbutus* minus est quam c. 19. *instructus*, leviter tinctus, ei quasi initiatus; *Ern.* clav. Cic. et *Sch.* Cf. ad c. 19. n. 4. cap. 31 extr. 34 pr. et med. Iuvenal. 11, 144. 14, 124. Cic. or. 49. de or. 2, 39. al. — *contemnebat potius literas quam nesciebat*; cf. loc. simil. Cic. de orat. 2, 1, 4. de Crasso et Antonio; *Schel.* — *alienarum artium*, geometriae, musicae, grammaticae aliarumque, quarum cognitionem non negligendam esse oratori perfecto, ut de re quavis composite, ornate copioseque eloqui discat, docent Messala cap. 30—32. et Cic. de orat. 1, 14. 15. quae loca iam laudavit Schulz.

CAPUT III.

Igitur ut intravimus cubiculum Materni, sedentem ipsum et, quem pridie recitaverat, librum intra manus habentem deprehendimus.

Tum Secundus: Nilne te, inquit, Materne, fabulae malignorum terrent, quo minus offensas Catonis tui ames? An ideo librum istum reprehendisti, ut diligentius retractares et sublatis, si qua pravam interpretandi materiam dederunt, emitteres Catonem non quidem meliorem, sed tamen securiorem?

Tum ille: Leges, quod Maternus sibi debuerit, et agnosces, quae audisti. Quod si qua omisit Cato, sequenti recitatione Thyestes dicet. Hanc enim tragoediam disposui iam et intra me ipse formavi. Atque ideo maturare libri huius editionem

festino, ut, dimissa priore cura, novae cogitationi toto pectore incumbam.

Adeo te tragoediae istae non satiant, inquit Aper, quo minus, omissis orationum et curarum studiis, omne tempus modo circa Medeam, ecce nunc circa Thyestem consumas? quum tot amicorum causae, tot coloniarum et municipiorum clientelae in forum vocent, quibus vix sufficeres, etiamsi non novum tibi ipse negotium importasses, Domitium et Catonem, id est nostras quoque historias et Romana nomina, Graecorum fabulis aggregare.

1. *Igitur*, v. ad G. 28. n. 5. — *sedentem ipsum et quem* cet. Copulam ante *quem* ex vet. ed. Rom. recepit Lips. in edd. poster. et deinde omnes. Omissa in MSS. Vat. et edd. vet. prob. Osan. Hic apte contulit similem copulae ellipsin ap. Liv. 21. 25. *profectus in insidias praecipitatus — emersit*. Cf. Ind. III. v. *Asyndeta*. — *quem pridie recitaverat, librum*, cf. cap. 2 pr. et ad cap. 9. — *intra manus habentem* pro vulg. *in manibus h.* vel *inter manus h.* ut ap. Plin. ep. 5, 5, 7. quod dedit Seeb. „Sed *inter* et *intra*, ut *super* et *supra*, eodem modo et sensu adhibentur." *V. D.* laudatus in nota 1 extr. *deprehendimus*. *Dialogus*. *Tum* ed. pr. et Put. *deprehendimus*, v. ad Agr. 7. n. 2.

2. *Nilne te;* Heumannus corr. *Nil te* propter κακοφωνίαν, quam sibi ipse finxit; *Sch.* v. Wopken. obss. misc. T. VII, 3. p. 383; *Osann.* Cf. Ind. III. v. *Homoeoteleuta* et Cic. Cat. 1, 1 pr. — *fabulae malignorum*, ut ap. Cic. pro Deiot. c. 12. *urbani malevolorum sermunculi; Schulz.* Cf. ad c. 2. n. 2. — *quo minus offensas Catonis tui ames*, tragoediam tuam, quae offendit potentium animos. Cf. ad cap. 2. n. 1. et ad cap. 10. n. 6. et 7. Vigente imperio novaque Vespasiani domo, Cato, libertatis assertor, invidiosum erat tragoediae argumentum et offensis obnoxium; *Brot. ames* egregie ex c. Farn. edd. Lips. et rec. Cf. ad c. 1. n. 3. *aures* edd. vet. inepte. „Dronkius malebat *cures*, hoc sensu, credo: quo minus de offensis Catonis tui sollicitus sis. Sed hoc non est *offensas curare*." *Osann.* — *An ideo librum istum reprehendisti:* ita Pith. et Sch. ex emend. Modii et Lips. h. e. iterum prehendisti, ut ap. Suet. Calig. c. 45. et Vitell. 12. Plaut. Most. 4, 1, 6. *deprehendisti* ed. pr. Rom. Modii, Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Dr. Os. „Hoc revocatum a Seeb. sensu huius verbi bono et proprio: nam significatio iterationis iam inest verbo *retractares*, neque relinquenda vetus lectio, nisi *reprehendere* est id. qd. *deprehendere*, quod Wessel. obss. 1, 16. exemplis firmasse dicitur; *Dronke.* Nihil horum satisfacit, et alienum ab h. l. *deprehendere*, de quo v. ad Agr. 7. n. 2. *apprehendisti* edd. Franc. Col. Lips. Bern. Gron. Ob. Or. e coni. Rhen. *librum isthuncce prehendisti* corr. Schurzfl. et *e. istum perlustrasti* Heum. — *et diligentius retractares*, v. ad G. 22. n. 9. — *sublatis, si qua* (aliqua) — *dederunt*, pro *sublatis nonnullis, quae fortasse* cet. Sic *si quis* et *si quae*, vel potius *si qui* et *si qua*, pro *is qui* et *ea quae*, *quisquis, quicunque, quaecunque*, ut εἴτις et εἴτινα pro ὅςτις et ἅτινα. Huius dictionis immemor fuit Seeb. qui scripsit *sublatis iis quae*, et Heum. qui coni. *sublatis quae*. Sed *si qua* substitui pro vulg. *si quae*, idemque iam fecisse Osann. postea animadverti. Ita paulo post *quodsi qua omisit Cato*, et *si qua* c. 18. pr. et cap. 42. *nisi qua* c. 36. ubi v. nota 5. — *pravam interpretandi materiam* per hypallagen pro *prave i. m.* quod dedere Os. et Orel. quia sic unus codex, nescio quis, teste neque improb. Wopk. obss. misc. VII, 3. p. 381. — *emitteres Catonem*, tragoediam huius tituli, sc. e manibus in vulgus, in lucem, ut ap. Suet. Claud. 33. Cic. ep. ad

div. 7, 33. al. — *non quidem meliorem* cet. belle et modeste dicta. „*sed tamen securiorem*, potentium offensis et pravae interpretationi malignorum minus obnoxium, auctori suo minus periculosum. Cf. H. 1, 1. extr." *Schulz.* Locus H. 1, 1. hic nihil facit ad rem; *Dr.* Cur nihil?

3. *Leges, quod Maternus sibi debuerit:* si legeris hanc tragoediam meam, (nisi haec dicens Maternus eam tradidit Secundo) leges id quod, vel ea, quae moribus viri, qualis Maternus est, (moribus meis) et tam veracitati eius, quam integritati, te et me iudice, consentanea videri possint. „Respondet Maternus, Catonem a se in publicum utique emissum iri, correctis tamen non Catonis moribus, qui satis bene a se sint in fabula descripti, sed iis, quae se, Materno poeta, indigna videantur; ita tamen, ut, qui Catonem, quum recitaretur, audiverit, eundem etiam emendatum agniturus sit, h. e. nihil adeo a se invidiae Principum vitandae causa mutatum esse." *Rauchenst.* *Leges tu, quod M. s. debuerit* MS. Vat. 1518. et *quod* recepi, quia aptius h. l. quam *quid*, et utrumque in MSS. et edd. vet. *q.* vel *qd.* scribitur. *Leges, quid M. s. d.* c. Farn. ed. Os. Or. *Leges tu, quid M. sibi d.* MSS. Vat. 1862. 4498. edd. Oberl. Bekk. Lün. Dr. *Leges: tu quidem Maternus sibi debueris* ed. pr. unde *Leges tu quidem, quid M. s. debuerit* coni. Moser in Annal. Heidelb. a. 1829. XXII, 9. p. 937. Ego Codices sequendos arbitror, et ista ipsa oratio abrupta et praefractior egregie Materni indolem refert; *Orel.* *Leges tu quidem, si volueris, et agnosces, q. a.* edd. Put. Riv. Ber. Rhen. Lips. in ed. pr. Heum. Brot. Sch. al. quod damnavit Lips. in ed. a. 1674. *Leges tu quidem, si volueris, et agnosces, quid Mat. s. debuerit: quodsi qua* cet. coni. Mur. Non male. — *et agnosces, quae audisti:* facile deprehendes loca et dicta, quae potentibus displicuisse audisti; vel vera esse fateberis, quae audivisti, ut *agnoscere crimen* al. *agnosces*, recognosces s. recensebis; *Ern.* — *Cato, Thyestes — Medea, Domitius*, v. ad cap. 2. n. 1. — *sequenti recitatione*, cf. cap. 3 pr. cap. 11. et ad cap. 9. *recitatione*, quod Lips. in edd. poster. coniecerat, MSS. Vat. et edd. Brot. Ern. Bip. Ob. al. *tractatione* edd. vet. et rec. ante Brot. *Tractatio* est h. l. compositio, quam Aristot. πραγματείαν vocat; *Acid.* Sed *sequenti tractatione dicet* ineptum esse videtur. *actione* coni. Acid. — *maturare libri huius editionem festino*, ad maturitatem, perfectionem perducere; *Dr.* *gestio* corr. Gron. et *destino* (constitui, ut Plin. ep. 5, 8. Ovid. Met. 8, 157. Liv. 7, 33. Caes. b. civ. 1, 33. Nep. Eum. 2.) Heins. quod recepit Schulz. et probavit Ob. „Sed *maturare festino* dictum, ut *festino deproperare coronas* ap. Horat. od. 2, 7, 25. quod apposite contulit Oudend. ad Apul. Met. VIII. p. 558. Aptissima quoque eiusdem dictionis exempla attulere Cort. ad Sall. Iug. 79. Wopkens. obss. misc. T. VII. 3. p. 383. Schneider obss. in Tac. et Sall. Vimar. 1815. p. 4." *Osann.* Cf. Ind. III. s. *Pleonasmus.* Horatius tamen l. l. non dixit *festino*, sed *curat.* „De recta verbi *festinare* vi v. Doederl. Lat. Synon. II. p. 131. 134." *G. Jacob.* ind. a Dronk. p. 244.

4. *omissis orationum et curarum studiis: Orationes* διαλέξεις sophistarum et *curae* μελέται, eorum declamationes; *Schurzfl.* Verum Aper Maternum non ad rhetoricas declamationes, sed ad causas forenses (*vera proelia* c. 10.) exhortatur; *Schulz.* Legerem vel *rerum* vel *causarum* pro *curarum*, *Gron.* *causarum* recepere Pith. Pich. et alii. Sed ita eadem vox paulo post repeteretur, et *curarum* h. l. aptum. *Curae* non sunt clientelae, ut vult Osan., sed scriptiones severiores, oppositae magis poeticis; *Orel.* Cf. ad Ann. 3, 24. — *omne tempus modo circa Medeam, ecce nunc circa Thyestem consumas*, v. ad Ann. 11, 15. „*Ecce* h. l. belle dicitur de re inopinata et repentina. Mediae autem sententiae etiam a Cic. pro Caec. c. 10 extr. interponitur." *Sch.* *Thyestem* edd. vet. *Thyesten* quaedam rec. v. ad Ann. 11, 8. — *tot coloniarum et municipiorum*

clientelae in forum vocent sc. te, ut earum causam agas. *quum te tot* dedit Seeb. in ed. sec. Sed v. ad Ann. 3, 55. et Ind. III. v. *Ellipsis Pronom. Pers.* — *quibus vix sufficeres*, v. ad Ann. 16, 5. *suffeceris* ex MSS. Vat. dedit Dr. tanquam modestius. Sed neque modestius est, neque usui dicendi consentaneum. Idem tamen recepere Os. et Or. — *etiamsi non novum tibi ipse negotium importasses*, imposuisses, iniunxisses, (ut ap. Cic. or. 1, 9. ep. ad div. 16, 21. et Tusc. 4, 15. Liv. 24, 22. 39, 14. al. unde non est corr. *imposuisses* vel *imperasses*, quale substituendum censebat Acid.) *Domitium et Catonem*, tragoedias tuas, (v. ad cap. 2. n. 1.) — *Graecorum fabulis aggregare:* nam Infinitivum saepe iunctum reperimus substantivis *negotium*, (v. c. Liv. 3, 4 extr. Cic. Tusc. 1, 6. et ad Att. 5, 12 pr.) *studium* et similibus. v. Ind. III. v. *Infinitivi insolenter iuncti Substantivis.* — *Catonem i.* (id est) *nostras* ed. pr. Put. Dr. *aggregare* edd. Schulz. Ob. Bekk. Lün. Or. ex emend. Pith. et Mur. *aggregares* edd. cet. et vett. et rec. Sensus utriusque lectionis idem est: itaque nihil mutandum; *Dronk.* Sed inusitata est haec verborum structura. *aggregans* non male corr. Heum. — *Domitium*, tragoediam Materni, cui hic nomen *Domitii* inscripsit: sed cuiusnam? In gente enim Domitia claruerunt tum duae familiae, Calvinorum et Aënobarborum, tum viri complures, in primis *Cn. Domitius Aënob.* consul cum Cassio Longino a. U. 657. et censor cum L. Crasso oratore a. U. 661. Caesari infestissimus, qui acie Pharsalica occubuit quemque Brot. Oberl. et alii h. l. significari non male suspicantur, (v. Suet. Ner. 2. et Ern. clav. Cic.) *Cn. Domitius Aënob.* e Caesaris percussoribus, qui Catonem Uticensem avunculum habuit, (v. Suet. Ner. 3. et Ern. l. l.) *L. Domitius Aënob.* consul cum Appio Claudio Pulchro a. U. 699. (v. Suet. Ner. 4. Caesar b. civ. 3, 99. et Ern. l. c.) *L. Domitius Nero*, (Tac. Ann. 11, 11.) Imperator. Hunc in scenam a Materno fuisse productum, non multis, opinor, persuasum erit: nec tamen defuere, qui coll. cap. 11. *Domitium* et *Neronem* vel duas tragoedias a Materno scriptas, vel unam eandemque fuisse crederent. — *Graecorum fabulis* deorum heroumque facta et dicta, tam vera quam ficta, adumbrari solebant; unde iis *historiae Romanae* opponuntur. *Fabulae*, ut μῦθοι, narrationes seu verae seu falsae et commentitiae; deinde argumenta ludorum scenicorum et comoediae tragoediaeque. Fictionum causa *Graecorum fabulae*, ut *Graeca* et *Graecula*, contemptui coeperunt esse Romanis et irrisui. v. Iuvenal. 3, 61 sq. *Graeculorum* MSS. Vat. cui formae hic nullus locus; *Dr.* Eam tamen recepit Osann. ratus, Aprum id levi aliqua cavillatione dixisse et de re a maiestate populi Rom. aliena. Eandem substituit Orel. quia Florus 2, 7, 9. ausus sit dicere *Graeculo ferro.*

CAPUT IV.

Et Maternus: Perturbarer hac tua severitate, nisi frequens ac assidua nobis contentio iam prope in consuetudinem vertisset. Nam nec tu agitare et insequi poetas intermittis, et ego, cui desidiam advocationum obiicis, quotidianum hoc patrocinium defendendae adversus te poeticae exerceo. Quo laetor magis, oblatum nobis iudicem, qui me vel in futurum vetet versus facere, vel, quod iam pridem opto, sua quoque auctoritate compellat, ut omissis forensium Musarum angustiis, in quibus satis mihi superque sudatum est, sanctiorem istam et augustiorem eloquentiam colam.

1. *Et Maternus*, tum, deinde M., ut passim *et* initio orationis. Germ. *Da, Darauf sagte Maternus.* Cf. cap. 16. 28. 33. et ad Ann. 2, 37, 1. *At M.* malebat Heum. quod h. l. aptius videri potest. — *ac assidua*, corr. *atque assidua; Ern.* Ita Lün. Dr. Os. Or. Cf. ad Ann. 12, 12. 1. *nisi frequens ac prope assidua nobis cont. iam in cons. v.* coni. V. D. (Walchius) in Ephem. lit. Hal. a. 1829. Suppl. p. 969. „Sed nemo, in hoc praesertim scriptore homonymiis referto, haerere potest in *frequens atque assidua*, et verba *in consuetudinem vertisset* sine mitigandi particula *prope* nescio quid rustici ac putidi habent; verborum autem transpositiones plerumque a criticis frustra commendantur." *Orel.* — *vertisset* se. v. ad Ann. 4, 41. et G. 31. n. 1.

2. *Nam nec tu — et ego* cet. v. ad G. 2. n. 2. — *agitare*, exagitare, vexare, vituperare, perstringere, ut c. 25 extr. Sic et *insequi*, insectari, reprehendere, ut cap. 21 fin. et 34 extr. *persequi* et Gr. διώκειν de accusatore, (Eurip. Orest. 1534. Xenoph. H. Gr. 7, 3, 6. et apol. 21. Plut. de educ. puer. 14, 13. al.) ut φεύγειν de reo. „*Agitare* priscis dici pro *exagitare* docuere Wopkens. obss. misc. VII. 3. p. 382. quique ab eo laudantur intpp. Flor. 1, 8, 7. et Sall. Cat. c. 38 extr." *Osann.* — *cui desidiam advocationum obiicis*, v. ad cap. 1. n. 1. Haec ex MS. Farnesiane restituit Lips. ut et mox *defendendae adversus te poeticae.* In edd. vet. mutilatae et corruptae lectiones: *cui desidiam advocamur quotidianam hoc patr. defendens adv. te poetice.*

3. *oblatum nobis*, Apro et mihi, *iudicem*, sc. Secundum, qui cum pro ad Maternum venerat. Cf. cap. 2. et cap. 5 pr. — *forensium Musarum*, ut *agrestiores Musae, quibus forenses causas reliquerunt philosophi,* contra *Musae mansuetiores* philosophorum, (v. Cic. or. 3. et ep. ad Div. 1, 9, 67. quae loca iam laudata video a Bip. Ob. et Schellero in ex. Lat.) *Musa silvestris, pedestris, crassior, rustica, pastoralis:* (Virg. Ecl. 1, 2. Hor. Sat. 2, 16. 17. Quintil. 1, 10, 28. 10, 19, 55.) nam Musae omnium artium praesides omnisque *eloquentiae*, quae non modo *oratoria* est, (v. cap. 5. 6. 8.) sed etiam poetica, (quae mox *sanctior et augustior eloquentia* vocatur) philosophica, forensis s. causidicorum cet. v. ad cap. 5. n. 3. „Maternus laxioribus *eloquentiae* terminis poëticen quoque comprehendit et *sanctiorem istam et augustiorem eloquentiam*, h. e. artem poeticam, (Germ. *die heilige und hehre Poesie,* de qua v. cap. 12 med.) *forensi* et vulgari opponit, ut cap. 12. carmina, *eloquentiae primordia, lucrosae et sanguinanti eloquentiae*, i. e. forensi; eodemque sensu infer cap. 10. *omnem eloquentiam omnesque eius partes sacras et venerabiles* praedicat, omnia scil. poematum genera, ut ex seqq. apparet. Musae itaque eloquentiae generatim sumptae praesides dici possunt, et *Musae forenses* facete ac poetica quadam irrisione, quae *fori*, formularum, causarum et iudicum subinde fastidiosorum *angustiis* circumscribuntur. Hae enim mentem liberius agi et spiritu elatiori evolare non sinunt. Viliores quoque sunt iis Musis, quae *sanctiorem istam et augustiorem eloquentiam*, h. e. poesin, tuentur vatibusque adsunt." *Schulz.* Hic ita disputat adversus Burm. ad Petron. c. 5. Ern. et Heins. qui *Martem*, (ut Ovid. ex P. 4, 4, 41.) non *Musas forenses* et *angustias Musarum* bene dici putabant. Iis adstipulatur Orell. p. LV. ubi haec annotavit: „Haud satis animadvertit, duo ista translata sic iuncta *Musarum angustiae* minime coire ac paene ridicula esse, quamvis per se fortasse *forenses Musas* qui dicat, extra reprehensionem positus sit, certe quod ad declamatorum Latinitatem pertinet. Tamen ne *forenses* quidem *literae* in Schützii ed. min. Cic. or. §. 148. tolerandae erant. Rectum autem *forensium causarum*, ut cap. 8. idque satis firmatur a MSS. Vatic. Minus bene Heins. *curarum* vel *tricarum*." *forensium causarum* MSS. Vat. quod recepere Brot. Ern. Bip. Ob. Lün. Dr. Os. Or. ut his codd. suus esset honos.

Eorum tamen non magna est auctoritas; multo maior Farnes. ex quo Lipsius tacite emendavit permulta et h. l. nihil enotavit. v. ad c. 1. n. 3. Praeterea lectio nostra reperitur in omnibus edd. ante Brot., et illa potius emendationem redolet quam haec, quae Materni quoque ingenio studiisque apprime congruit. „Per lusum sibi respondent *forenses Musae* et *sanctior eloquentia*, *angustiae* et *augustior eloquentia*." *Lang.* in diss. qua Dialogus de orat. Tacito vindicatur. — *sanctiorem* et *augustiorem* etiam Cic. Tusc. qu. 5, 13, 36. de N. D. 1, 42. aliique coniunxere; Dr *angustiorem* ed. pr. et Junt.

CAPUT V.

Ego vero, inquit Secundus, antequam me iudicem Ape recuset, faciam, quod probi et modesti iudices solent, ut in hi cognitionibus excusent, in quibus manifestum est, alteram apu eos partem gratia praevalere. Quis enim nescit, neminem mil coniunctiorem esse et usu amicitiae, et assiduitate contuberni quam Saleium Bassum, cum optimum virum, tum absolutissi mum poetam? Porro, si poetica accusatur, non alium vide reum locupletiorem.

Securus sit, inquit Aper, et Saleius Bassus, et quisqu alius studium poeticae et carminum gloriam fovet, quum caus agere non possit. [Et] ego enim, quatenus arbitrum litis huiu inveni, non patiar, Maternum societate plurium defendi: se et ipsum solum apud vos arguam, quod natus ad eloquentia virilem et oratoriam, qua parare simul et tueri amicitias, asc scere nationes, complecti provincias possit, amittit studium, q non aliud in civitate nostra vel ad utilitatem fructuosius, v ad dignitatem amplius, vel ad Urbis famam pulchrius, vel totius imperii atque omnium gentium notitiam illustrius excog tari potest. Nam si ad utilitatem vitae omnia consilia factaq nostra dirigenda sunt; quid erit tutius, quam eam exerce artem, qua semper armatus praesidium amicis, opem alien salutem periclitantibus, invidis vero et inimicis metum et te rorem ultro feras, ipse securus et velut quadam perpetua p tentia ac potestate munitus? Cuius vis et utilitas, rebus pr spere fluentibus, aliorum praesidio et tutela intelligitur. S proprium periculum increpuit, non hercule lorica aut glad in acie firmius munimentum, quam reo et periclitanti eloqu tia, praesidium simul et telum, quo propugnare pariter et cessere vel in iudicio, sive in senatu, sive apud Princip possis. Quid aliud infestis Patribus nuper Eprius Marcell quam eloquentiam suam, opposuit? qua accinctus et minax sertam quidem, sed inexercitatam et eiusmodi certaminum dem, Helvidii sapientiam elusit. Plura de utilitate non d cui parti minime contradicturum Maternum meum arbit

1. *modesti iudices solent* sc. facere. In MS. Vat. 1862. *modera* — *ut in his cognitionibus excusent*, sc. *se*, ut vulgo putant. Id facil l. excidere potuit et antiqua manu additum in ed. pr. teste Brot. I illud inseruere Pith. Heum. Brot. et deinde omnes. Sed *excusare* si

dicitur pro: causas praetendere et afferre, cur aliquid facere (ut h. l. *iudicium* ad nos delatum *cognitionemque* causae suscipere) recusemus, excusationem promere vel praetexere. Cf. ad Ann. 1, 59, 2. et Agr. 42. n. 3. *in iis cognitionibus — in quibus* (ut c. 34. et in Ald. ed. c. 14. et 41.) dedit Orell. Sed *hic qui* saepius id. qd. *is qui*. Heumannus malebat: *ut his cognit.* se *excusent*. „Non male. Certum exemplum v. c. est in meis Inscript. Lat. N. 1170. *Hic sorte procos. factus provinciae Asiae se excusavit.*" *Orel.* — *gratia praevalere* edd. rec. ex emend. Lips. *gratiae* edd. vet.

2. *assiduitate contubernii*, quum in iisdem fortasse aedibus iam diu habitarent; *Schulz.* Cf. ad Agr. 5. n. 1. — *Saleium Bassum, cum optimum virum, tum absolutissimum poetam*, sed pauperem, de quo v. cap. 9. 10. Quintil. 10, 1, 90. Iuvenal. 7, 80. Martial. 3, 47. 58. 5, 24. 54. 7, 95. 8, 10. Wernsdorf. poet. lat. min. T. IV. p. 41—48. 276. ubi ei, non Lucano, paneg. ad C. Calpurn. Pisonem tribuitur. „Cf. etiam Sarpii Quaest. philol. Rost. 1819. Sect. 2. et Langii vindic. trag. Rom. p. 49." *G. Jacob.* laud. a Dronk. p. 244. Verba haec auribus ingrata. Cf. Ind. III. v. *Homoeoteleuta*. *tum optimum* ed. Par. — *si poetica accusatur*, (ut c. 9. 10. ab Apro) *non alium video reum locupletiorem*, quam Saleium, egregium quidem poetam, sed pauperrimum: nam *Serrano tenuique Saleio Gloria quantalibet quid erit, si gloria tantum est?* Ita Iuvenal. l. l. Hinc aliena ab h. l. explicatio Polleti: (in hist. fori Rom. 4, 6.) *reum locupletiorem*, omni defensionum genere instructiorem et quasi invictum; et Dronkii: magis idoneum, qui se remque suam i. e. poeticam defendat. Aptior illa Schulzii: ad quem magis ista accusatio pertineat, qui magis prematur his criminationibus, *den die Klage, der Vorwurf stärker träfe.* „Quemadmodum improprie *locuples testis* dicitur idoneus, sc. propter censum et facultates, ita et *reus*, criminationibus cuiusvis generis obnoxius, in colloquio familiari, *ein vollgültiger, vollwichtiger Beklagter.*" *V. D.* laudatus ad c. 1. n. 1 extr. *Locupletes* fidem habent, quia solvere possunt. Hinc *testes locupletes* sunt fide digni, idonei, et *rei locupletes* ap. Liv. 9, 9. qui fidem cautionemque praestare et possunt et volunt, sc. deditione spontanea. Lepide vero *si poetica accusatur, non alius locupletior reus* dicitur, quam Saleius, qui simul pauperrimus fuit.

3. *Securus sit* ab obiurgatione mea; *Schulz.* Mox ed. pr. *studium poetice et c. gloria infovet.* — *Ego enim, quatenus* (quando, quoniam) *arbitrum litis huius inveni, non patiar, Maternum societate plurium defendi;* cf. ad H. 4, 41, 5. Ita hunc locum egregie constituit Pithoeus. *Et ego enim, quatenus arbitrium litis huius inveniri non patiar, Maternum solicite plurimum defendi* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Lips. Ita et MS. Farn. in quo tamen *societate plurium*. *Et ego enim* pro *etenim ego* dicunt putant. Ineptum potius est et vix in hodiernis exercitiis stili ferendum iudice V. D. de quo v. ad c. 1. n. 1. Passovius tamen ad G. 38. praeter alia annotavit haec: Copulam et h. l. et paulo post (*sed et ipsum*) debitur observatio Tursell. de partic. p. 222. *Ego enim* dedere Pith. n. al. *Etenim ego* corr. Orel. *At enim ego* male Bip. „Mirum in modum languet illud *quatenus*. Esse id *quoniam, quandoquidem*, nemo nescit. Ita iam Horat. Serm. 1, 1, 64. ubi iunge *libenter quatenus*. (v. Ann. 3, 16.) Sed requiritur h. l. pronomen personae. Amplectamur ergo Mureti correctionem: *quando te nunc arbitrum — inveni.* Codicum compendia et ductus literarum qui norit, hoc ipsum per vulgaris scripturae vestigia agnoverit." *Wolf.* in Miscell. (*Vermischte Schriften*) p. l. Recte, opinor, nisi lenior medicina est *qui* vel *quia te nunc arbitrum l. h. i.*, aut verba *arbitrum litis* (sc. Secundum) δεικτικῶς dicta sunt. Vulgatum longe elegantius videtur Orellio. *quando nunc arb.* coni. ... *Arbiter litis* idem, qui c. 4. et c. 5. pr. *iudex* dicitur, etsi pro-

prie differunt. v. ad G. 11. n. 3. — *Maternum societate plurium defendi*, cf. ad H. 2, 52, 5. — *sed et ipsum* edd. vet. et Lips. al. ut et cod. Farn. Cf. ad c. 1. n. 3. *sed id ipsum* coni. Rhen. et *sed ipsum* Mur. Illud receptum a Francof. Colon. Seeb., hoc ab Ern. Sch. Ob. Dr. Os. Or. *sed et ipsum et solum* coni. Gutm. — *apud vos arguam*, v. ad Ann. 3, 72. *apud vos* edd. Lips. poster. et rec. v. ad c. 1. n. 3. *apud eos* edd. vet. Lips. al. *apud te eo* (ideo) *arguam* non male corr. Mur. „Id probat Acid., quum tres tantum adsint collocutores, Aper, qui accuset, Maternus, quem arguat, ideoque unus tantum relinquatur arbiter et iudex, Secundus, apud quem Maternus possit incusari. Sed oblitus erat, tum etiam quartum affuisse, scriptorem Dialogi. v. cap. 3. et 42." *Dronke*. Enimvero hic non suam protulit sententiam, sed illorum sermonem repetiit. v. cap. 1. Eo autem facilius excidere potuit *te*, quia vetus scriptura est *aput*. — *natus ad eloquentiam virilem et oratoriam*, h. e. forensem, quia in foro *oratur*, *peroratur* causa; *Nast. Oratoria eloq.* h. l. distinguitur a *facundia* recentiorum, neque ita vocatur, quod *oratoris* propria est, sed opponitur *eloquentiae* illi *sanctiori atque augustiori* c. 4. extr., i. e. facundiae poeticae; *Dronke*. Probabiliora disputavit Walch. in Emend. Liv. p. 204. et quidem haec: „*Oratio* speciatim est elocutio oratoria, quae ornamenta suppeditat oranti et *loqui* Ciceroni dicitur Or. 27. Hinc explicandus Cic. de or. 1, 54. Socrates repudians Lysiae orationem, *Ut, si mihi*, dicit, *calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis habiles essent et apti ad pedem, quia non essent viriles; sic illam orationem sibi oratoriam videri, fortem et virilem non videri.* Aut fallor aut hoc ipsum *oratio oratoria*, i. e. figuris verborum sententiarumque ornata, respicit λόγους κεκαλλιεπημένους καὶ κεκοσμημένους ῥήμασι καὶ ὀνόμασι, quorum quantus artifex fuerit Lysias, et aliunde et e Phaedro Platonis constat. Eo fortasse respiciens Tacitus dicit *eloquentiam virilem et oratoriam* O. 5. 6. 8." Cf. ad c. 26. n. 2. et ad H. 4, 64, 2. Quae de huius eloquentiae dignitate dicuntur, deprompta sunt e Cic. de or. 1, 8. et Brut. 84. sed arti oratoriae, non rhetoricae, conveniunt. — *parere* MSS. Vat. et ed. pr. Dr. Os. Or. Sic *parere gloriam, eloquentiam, gratiam, auctoritatem, cognomen*, diciturque *paratum*, quod facile atque ad manum est, *partum*, quod labore et sudore constat; *Dronke*. Vix crediderim. *Amicitiam sibi parere* Nepos Alcib. 7. et *amicitiam partam* Fronto p. 5. ed. Rom. dixit; *Or. parare* ed. Put. et cet. — *simul et*, ut Agr. 6. 24. 35. et al.; *Dr.* — *asciscere nationes* sc. in clientelam, et *complecti provincias* sc. patrocinio; *Schulz*. Cf. c. 3. extr. et c. 36. ad Ann. 3, 55. et H. 2, 5, 6. *adsciscere necessitates* Vat. 1862. *a. necessitudines* Vat. 1518. et 4498. quod non improb. Dr. et recepit Os. Male. — *amittit studium*, omittit, dimittit. v. ad Ann. 13, 46. *omittit* corr. Rhen. et alii, in his quoque Wolf. in Miscell. (Verm. Schriften) p. 161. ubi haec annotavit: Sane dicitur *spem amittere*, dicuntur similia: *amittere studium* an Latinum sit, admodum dubitamus. *possit amitti st.* et *in civitate vestra* ed. pr. — *vel ad dignitatem amplius*, ad ampliorem dignitatem consequendam accommodatius. Ante haec verba excidisse *vel ad voluptatem honestius*, ex cap. 6 pr. colligebat Schurzfl. Sed utilitas eloquentiae hoc cap. adumbratur, voluptas c. 6. — „*ad Urbis famam — et notitiam*, sc. sibi comparandam in Urbe cet. *Notitia* huius aevi scriptoribus est fama et nominis celebritas, ut cap. 11. 13. 36." *Schulz*.

4. *factaque nostra* e cod. (ed.) Rom. a Lipsio in edd. post. prolatum dedere edd. rec. *facta nostra* edd. pr. Put. Ber. Rhen. tres, Francof. Colon. Lips. Pith. *factaque per nostra* MSS. Vat. 1518. et 4498. unde *factaque perinde n.* coni. Osann. *consilia, dicta, facta n.* Pith. — *quid erit tutius* ed. Put. et deinde paene omnes. *quid enim t.* ed. pr. et Ald. *quid est t.* MSS. Vat. ed. Dr. Os. Or. *quid erit utilius* corr. Acid. idque sub-

stituit Heum. et probavit Ern. quia mox mentio utilitatis, cuius pars securitas. Sed omnis fere utilitas, quam Aper h. l. commemorat, consistit in securitate; *Schulz.* Ingrata etiam foret repetitio vocis *ad utilitatem — utilius*, et cum seqq. magis concordat *tutius; Oberl.* — *qua* arte *armatus*, ut c. 32. Alia exempla dedit Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 71.; *Dr.* — *ultro feras*, v. ad Ann. 3, 36. *feras* edd. Lips. et rec. *ferat* MSS. Vat. edd. vet. ut et Dr. et Os. „*Aliquis* aliudve pronomen indefinitum mente supplendum. Ita *velit* ap. Cic. de or. 1, 8, 30. v. Heusing. praef. ad Cic. de off. p. 45. Hotting. ad Cic. de div. 1, 29. Beier. ad Cic. de off. T. I. p. 256. T. II. p. 76." *Dr.* Sed *ferat* penderet potius ex *qua semper armatus*, qua qui semper armatus est, et *feras* tacite a Lipsio receptum e c. Farn. v. ad c. 1. n. 3. — *potentia ac potestate*, voces quidem diversae significationis, (v. ad H. 1, 1, 3.) sed h. l. συνωνύμως iunctae, ut permultae in oratione Apri, rhetorum et scholasticorum more disputantis. v. cap. 6—10. et 15 sq. Nonnulla tamen synonyma etiam in Messalae et Materni sermonibus reperiuntur, ut c. 25. 26. 40. al. Cf. Ind. III. v. *Synonyma.*

5. *rebus prospere fluentibus* MSS. Vat. edd. Riv. et rec. v. ad Ann. 15, 5. *prope* edd. vet. *pro spe* (e sententia, ad votum) corr. Schurzfl. et *rebus probe fl. aliorum, praesidio* Pith. Bern. Gron. non improb. Wopk. obss. misc. VII, 3. p. 383. — *aliorum praesidio* edd. vet. et rec. *al. perfugio* Vat. 1518. 4498. edd. Dr. Os. Or. *al. profugio* Vat. 1862. — *tutela* in Put. *tutella.* — *Sin* (si vero) *proprium periculum increpuit*, „ut Cic. Catil. 1, 7. et Liv. 4, 43." *Lips.* Cf. ad G. 37. n. 11. *increpuit* e c. Farnes. revocavit Lips. *irrepat* edd. vet. — *lorica aut gladius* pleraeque edd. rec. ex emend. Rhen. *loricae gladius* — *munimentum* (sc. est) MSS. Vat. et edd. vet. non improb. Schurzfl. ut *gladius* dicatur *loricae munimentum. lorica et gladius* scripsere Seeb. Dr. Os. Or. — *reo et periclitanti:* copulam deleverunt Heum. et Schulz. quod suaserat Acid. — *eloquentia, praesidium simul* (*quo propugnare possis*) *et telum*, (*quo incessere possis*) *vel in iudicio* cet. locus ex simill. Cic. de or. 1, 8. adumbratus; *Schulz.* Conf. ad c. 12. n. 3. *eloquentia* ex edd. vet. recepere Brot. Ern. Bip. Ob. al. *eloquentiae* edd. vet. Lips. 1. *eloquentiae praesidium* edd. Lips. post. (mendose) et aliae. — *vel in iudicio* centumvirorum, de quo v. cap. 7. *sive in iud.* malebant Mur. et Acid. quod recepere Heum. et Bekk. „Dicitur plerumque *sive* — *vel* et *sive* — *aut* (ut H. 5, 7.) et *seu* — *aut* (ut ap. Virg. Aen. 12, 685.) *sive an* et *seu an* Ann. 11, 26. 14, 59. nonnunquam vero *vel* — *sive* et *aut* — *sive* et *vel* — *aut.* v. Spald. ad Quintil. 9, 2, 18. et Oudend. ad Apul. Met. V. p. 373." *Osann. Orel.* et *Dronk.* in Ephem. schol. Darmst. a. 1828. sc. 81. p. 664. Plura exempla dabunt Gesner. Scheller. et Forcell. in Lex. et noster Ind. II. „Sed cf. Duk. ad Flor. 4, 2, 79." *Wopk.*

6. *Eprius Marcellus* cet. cf. Ind. et cap. 8. H. 4, 5 — 10. 40 — 44. *nuper prius Marcellus* ed. pr. — *opposuit* edd. Rhen. tres et rec. *apposuit* ed. pr. Put. Riv. Ber. — *qua accinctus* (ut paulo ante *artem, qua armatus*) ex emend. Acid. et Ursini pro *qui a.* substituere editores rec. Verum tamen videtur *qui*, quoniam *minax* cum *qua* coniungi non potest; *Rauchenst.* Neque id opus est. — *Helvidii sapientiam elusit*, cf. H. 4, 5 — 10. *sapientiam*, interiorem philosophiae cognitionem, qua anteibat adversarium, non eloquentia; *Schulz. elusit*, v. ad H. 1, 26, 4.

7. *cui parti minime contradicturum Maternum meum arbitror*, ut c. 25. *ne illi quidem parti sermonis eius repugno; Gron. cui parti* MSS. Vat. vetus liber Lips. et edd. Lips. Gron. Brot. Ern. al. *cui partim* ed. pr. *cum praesertim* edd. Put. et cet. ante Lips. nec non Pich. et Heum. *arbitror* edd. vet. et rec. nisi quod *arbitrer* Rhen. 2. 3. et aliae ante Schulz.

CAPUT VI.

Ad voluptatem oratoriae eloquentiae transeo, cuius iucu ditas non uno aliove momento, sed omnibus prope diebus prope omnibus horis contingit. Quid enim dulcius libero et i genuo animo et ad voluptates honestas nato, quam videre pl nam semper et frequentem domum concursu splendidissimoru hominum? idque scire non pecuniae, non orbitati, neque offic alicuius administrationi, sed sibi ipsi dari? illos quin immo orb et locupletes et potentes venire plerumque ad iuvenem et pauperen ut aut sua aut amicorum discrimina commendent. Ullane tan ingentium opum ac magnae potentiae voluptas, quam specta homines veteres et senes et totius Urbis gratia subnixos, summa omnium rerum abundantia confitentes, id quod op mum sit, se non habere? Iam vero qui togatorum comitat et egressus! quae in publico species! quae in iudiciis venerati quod gaudium consurgendi assistendique inter tacentes, in unu conversos! coire populum et circumfundi coronam et accipe affectum, quemcunque orator induerit! Vulgata dicentium ga dia et imperitorum quoque oculis exposita percenseo. Illa cretiora et tantum ipsis orantibus nota maiora sunt. Sive curatam meditatamque affert orationem; est quoddam, si ipsius dictionis, ita gaudii pondus et constantia: sive novam recentem curam non sine aliqua trepidatione animi attuler ipsa sollicitudo commendat eventum et lenocinatur voluptati. S extemporalis audaciae atque ipsius temeritatis vel praecipua cunditas est. Nam in ingenio quoque, sicut in agro, quanqu alia diu serantur atque elaborentur, gratiora tamen, quae sponte nascuntur.

1. *oratoriae eloquentiae*, v. ad cap. 5. n. 3. — *uno aliove* (alte ve) *momento* (temporis) edd. omnes ante Ern. quod in ordinem re cavi. Cf. Wopkens. obss. misc. VII, 3. p. 383. *uno aliquo m.* MSS. quod recepere Ern. Brot. Bip. et deinde omnes. *Unus aliquis* H. 1, 6 13. et a Cic. Phil. 10, 1. de fin. 3, 19, 64. Verr. IV. et alibi sae iungitur; *Sch.* et *Dr.* *uno alterove*, ut c. 9. *intra unum aut alte diem*, legendum putabat Gron. Sic et Ann. 4, 17. H. 1, 83. G. 6, *Dr.* — *contingit:* in ed. pr. *contigit.*

2. *ad voluptates honestas nato*, v. ad c. 5. n. 3. et ad H. 4, 64 *Voluptates concessae* Ann. 13, 2. 14, 21. dicuntur; *Dr.* — *domum:* e c Vat. *suam* addidere Brot. Dr. Os. Sed est glossa. Cf. Ind. III. v. *Elli pronom. possess.* — *non pecuniae, non orbitati*, ut mox *orbos et locupl* v. ad Ann. 3, 25. 13, 42. H. 1, 73, 4. — *neque officii alicuius adn strationi*, muneris, honoris, ut ap. Caes. B. C. 3, 5. et 39. unde se ori aevo *officialis* dictus; *Sch.* „Sic et *officia* Agr. 19. et Suet. Ti Sed h. l. *officium* est potius, quicquid faciendum est ex lege, de vo tate populi, amicitiae, honoris alicuius causa. v. Gesneri Thes." *Dr.* ad Ann. 2, 42, 1. *neque officii a. administrationi* edd. Lips. et rec *officii a. administrationis* c. Farn. *non officii* Vat. 1862. *neque off alicuius administrandis* edd. vet. quod perperam revocarunt Seeb. in 1. et Osann. — *sed sibi ipsi dari id*, id fieri sui et virtutum sua causa. v. ad Ann. 1, 7, 8. *tibi ipsi* coni. Gron. et dedit Schulz. — *quin immo*, cf. Ind. II. *istos* Vat. 1518. 1862. ed. Dr. — *orbos et loc*

tes et potentes, ut supra *non pecuniae*, *non orbitati* cet. Verba *et potentes* absunt ab edd. vet. et addita e c. Farnes. a Lips. Ern. Bip. Ob. al. *depontanos* (sexagenarios et aetate provectiores) corr. Acid. qui senectutis mentionem desiderabat. Sed antea fit mentio *pecuniae*, *orbitatis* et *officii* s. muneris publici: hinc recte nunc commemorantur *locupletes*, *orbi* et *potentes*; *Schulz*. — *aut sua aut amicorum discrimina*, causas et accusationes periculi plenas; *Schulz*.

3. *Ullane tanta — voluptas, quam*, propr. *quanta*, sed saepius iungi *tantus — quam* et *tantus — qui* pro *quantus*, demonstrant exempla a Tursell. p. 1286. cet. ed. Schwarz. collecta; *Schulz*. v. et Burm. ad Quintil. p. 2. *Wopk*. „Cf. Heusing. ad Plin. ep. 3, 19, 16. intpp. Liv. 26, 1, 3. Ruhnk. ad Terent. Hecyr. 3, 4, 3." *Dr*. — *homines veteres et senes* synon. Cf. n. 5. et ad c. 5. n. 4. — *totius Urbis gratia subnixos*, utentes, gaudentes; *Ern*. Cf. ad Ann. 4, 12. *Urbis* receptum ex emend. Pith. a Pich. Bern. et al. *orbis* MSS. Vat. et edd. vet. Dr. Os. et Or. Sed nimium est. — *id quod optimum sit*, eloquentiam. *id quod apud te sit* malebat Gron.

4. *Iam vero qui togatorum comitatus et egressus*, ut c. 11. et ap. Cic. in Pis. c. 13. *si minus frequentia sua vestrum egressum ornando atque celebrando* cet. Patroni et oratores magno comitatus fastu in forum deducebantur et acta causa reducebantur, ut hodie apud Anglos, qui in comitiis urbicis egerunt cum populo; *Schulz*. Cf. ad cap. 9. n. 4. — *togatorum*, patronorum, oratorum; *Dr*. Immo civium, inpr. honestiorum, ut *tunicati* Cic. Agr. 2, 34. et Hor. epist. 1, 7. homines de infima plebe: nam illi toga, hi tunica tantum utebantur. Cf. ad c. 7. n. 4. et ad H. 2, 20, 1. Liv. 3, 52. (*non pudet, lictorum vestrorum maiorem prope numerum in foro conspici, quam togatorum aliorumque*) et Lips. Elect. 1, 23. — *quae in publico species*, v. ad Ann. 4, 6, 1. — *quod gaudium consurgendi assistendique inter tacentes*, *in unum* oratorem, patronum, *conversos*: nam *surgunt* dicturi, oratores patronique causam orantes, et *stant* dicentes, at *sedent* iudices, advocati et auditores, ut et senatores ac magistratus. „Stantes dicebant patroni, ut vultu erectiori et gestu elatiori agere possent." *Schulz*. *quod id gaudium* MSS. Vat. *dicendique inter tacentes* coni. Ern. — *coire populum*, cet. cf. ad Agr. 25. n. 4. Similiter cap. 23. *quos populus non audit* et cap. 20. *vulgus assistentium et affluens et vagus auditor*. — *circumfundi coronam*: edd. omnes ante Ern. *circ. coram*, quod revocarunt Dr. et Os. ut sensus sit, populum, quantum proxime possit, ad oratorem accedere et confertim circumdare eum, quo melius verba ipsius excipiat. „Sed *coram* est ἀντικρύς, non *quam proxime*, et sensus postulat *coram et a tergo*, quod est *coronam*." *V. D.* de quo v. ad c. 1. n. 1. Leg. vel *coronam* cum Acid. et Schel. vel *corona* cum Heins. Cf. ad c. 19. n. 4. et ad H. 3, 27, 1. Ex *corām* factum *coram*. — *et accipere affectum*, Germ. *Gemüthsstimmung*, sensum, animum; *Schulz*. *et accipe affectum*. *Quacunque* ed. pr. — *quemcunque orator induerit* sc. ipse, vel inspiraverit populo, ut *induere alicui spiritus hostiles* H. 4, 57. Cf. Ind. II. v. *induere* et ad Ann. 4, 12, 1. *quemcunque or. induerit* edd. rec. quod defendit Oudend. ad Apul. Met. II. p. 168. *quacunque* (ratione) *orator induxerit* edd. vet. ante Lips. quod revocavit Os. probantque Dr. et, qui ab eo p. 244. laudatur G. Jacob: qui hanc dictionem firmant loco Quintil. 11, 3, 58. (*recedere ab his affectibus, in quos inducendus est iudex*) aliisque, allatis a G. C. Falbio in diss. de grammat. et crit. studio recte dirigendo Starg. 1821. p. 7. Herzog. et Held. ad Caes. b. G. 2, 21. Tum hoc dictum pro *quacunque* ratione (v. ad H. 3, 8, 4.) *orator induxerit* sc. affectum in populum. Sed ita potius leg. *in quemcunque* affectum *or. induxerit* populum, ut ap. Quintil. 1, 1.

vel *quemcunque or. ind.* ut ap. Cic. de amic. 16. *ut amici iacentem animum excitet inducatque spem cogitationemque meliorem.*

5. *Vulgata dicentium gaudia*, vulgo nota; *Schulz.* Opponuntur *secretiora et tantum ipsis orantibus* causam, patronis, oratoribus, *nota.* — *percenseo* c. Farn. ed. pr. Put. Riv. Lips. et al. *parva censeo* Ber. Rhen. tres, Franc. Col. Seeb. 1. Os. Hoc praeferendum propter antithesin *illa maiora sunt*; *Sch.* Praeterea *percensui* exspectaveris; *Dr.* Sed *percensee* eodem sensu capiendum. — *affert orationem*, sc. orator. Suspicari possis *afferunt* et mox *attulerint* scil. *orantes*, h. e. oratores, vel *ipsi orant. nota.* Sed fit saepe, ut inter scribendum argumento intenti aberrent scriptores a grammatices subtilitate; *Schulz.* *affert* omnes edd. et vet. e rec. ante Dr. Os. et Or. qui ex MS. Vat. 1862. recepere *profert*, qui paulo post dictum *attulerit*, quae ratio est infirma. *proferre* Vat. 1518 *fert* Vat. 4498. *affert curam — et recentem orationem* coni. Peerlk de quo v. ad cap. 1. n. 4. — *est quoddam sicut ipsius dictionis, ita gaudii pondus et constantia*, gaudium oratoris non minus magnum est et diuturnum, quam vis et effectus eorum, quae dixit. — *orationem. Est quidam* ed. pr. — *novam et recentem* synon. ut c. 8. pr et H. 4, 65. v. ad c. 5. n. 4. et c. 15. n. 1. „Proprie *recens* est, quod nuper, *novum*, quod nunc primum habemus, et *recens* ad tempus, *novum* ad rem refertur; recenti vero rei opponitur *vetus*, novae *antiqua*" *Manut.* ad Cic. ep. ad div. 11, 21. *Nova et recens cura* parum meditationis habet: hinc bene opponitur *accuratae et meditatae orationi*, nequ cum Ern. leg. *nova et repens*, repentina, subita; *Oberl. curam* id. qd *orationem.* v. ad c. 3. n. 4. et Ann. 3, 24. — *ipsa sollicitudo* ante habit *commendat eventum*, prosperum, gratiorem reddit, *et lenocinatur voluptati* ex hoc eventu; *Ern.* „*lenocinatur voluptati* Germ. *giebt seinem Vergnügen mehr Reiz*, ut ap. Quintil. 5, 12. *mancipiorum negotiatores formae puerorum lenocinantur*, Germ. *suchen ihre Schönheit zu heben.*" *Schulz* Cf. ad G. 43. n. 13. — *extemporalis audaciae atque ipsius temeritatis*, cf Quintil. 10, 6, 6. et 10, 7, 1.; *Dr.* — *in ingenio* edd. rec. ex emend Pith. *in* omissum in edd. vet. — *quanquam alia diu serantur — nascuntur*, cf. ad c. 40. n. 6. Grata negligentia haec dicta pro: gratiora sunt quae sua sponte nascuntur, quam alia, quae diu seruntur atque elaborantur; *Orel.* Verba *quanquam alia serantur* non sana videbantur Ernestio et Peerlkampio, (de quo v. ad c. 1. n. 4.) tanquam non satis respondentia sequentibus, *gratiora tamen.* Hic coni. *q. solidiora serantur diuque elaborentur*, ille *quanquam utilia* vel *utiliora, quae serantur.* „Sed aptissima sunt verba: nam ea indicantur, quae sunt longe alius generis quam quae sponte nascuntur. De hoc usu vocis *alius* et Gr. ἄλλος v Walch. emend. Liv. p. 58 sq. Heindorf. ad Plat. Phaedr. p. 234. Stallbaum. ad Plat. Phileb. p. 107. Herman. in censura Medeae Elmsleiana ad v. 291. in Diar. class. a. 1820. m. Iun. *elaborentur* cum Accus. v G. 45. Quintil. 12, 6, 5." *G. Jacob.* in ed. Dronk. p. 245. „De divers vi verborum *laborare* et *elaborare* accuratissime egerunt Gernhard. a Cic. Cat. p. 46. Frotscher ad Quintil. 10, 4, 4. Ellendt ad Cic. Brut. 2 26. Doederl. synon. lat. T. I. p. 116. Nunquam tamen scriptores melioris aetatis, nisi poetae, dixerunt *elaborare aliquid*, sed *elab. in aliqua re* in Pass. *rem elaboratam*; et de labore agricolarum Cic. Cat. 7, 24. de agr. 2, 15, 67." *Dronke. elaborentur*, labore, cura et arte multa excolantur, perficiantur.

CAPUT VII.

Equidem, ut de me ipse fatear, non eum diem laetiorem egi, quo mihi latus clavus oblatus est, vel quo homo novus
i

in civitate minime favorabili natus quaesturam aut tribunatum aut praeturam accepi, quam eos, quibus mihi, pro mediocritate huius quantulaecunque in dicendo facultatis, aut reum prospere defendere, aut apud centumviros causam aliquam feliciter orare, aut apud Principem ipsos illos libertos et procuratores Principum tueri et defendere datur. Tum mihi supra tribunatus et praeturas et consulatus ascendere videor, tum habere, quod, si non in animo oritur, nec [in] codicillis datur, nec cum gratia venit. Quae fama et laus cuiusvis artis cum oratorum gloria comparanda est, qui non illustres in Urbe solum apud negotiosos et rebus intentos, sed etiam apud iuvenes et adolescentes, quibus modo recta [et] indoles est et bona spes sui? Quorum nomina prius parentes liberis suis ingerunt? Quos saepius vulgus imperitum et tunicatus hic populus transeuntes nomine vocat et digito demonstrat? Advenae quoque et peregrini iam in municipiis et coloniis suis auditos, quum primum Urbem attigerunt, requirunt ac vultus agnoscere concupiscunt.

1. *ut de me ipse fatear* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *ut de me ipso f.* MSS. Vat. edd. Rhen. 2. 3. Ald. Editores rec. pari paene numero alterutrum recepere. Sed illud huic praeferendum. v. Ramshorn. Gram. p. 335. — *latus clavus* senatoria dignitas, cuius insigne latus clavus h. e. tunica distincta latis ex purpura fasciis, plagis; *Brot.* Senatores *lato clavo* utebantur, Equites *angusto.* Cf. ad Ann. 1, 73, 1. — *homo novus,* v. ad Ann. 3, 55. — *in civitate*, fortasse Britannica, (in Britannia certe iuvenem aliquamdiu moratum esse, e cap. 17 colligitur) et *minime favorabili,* apta ad favorem conciliandum: sensu activo, ut ap. Terent. Phorm. 1, 4, 49. *causa vincibilis,* quae facile victrix fieri possit; *Schulz.* Cf. Ind. III. v. *Enallage.* „Ita etiam Lud. G. Crome in progr. de legendo dial. de orat. Luneb. 1790. ex cap. 17. coniicit, Aprum fuisse Britannum. Sed obstat, quod cap. 10. diserte dicit *ne quid de Gallis nostris loquamur.* Maternus, Secundus et Aper fuere Galli, et tum omnis *favor* penes Romanos. Cf. Ammian. 14, 5." *Brot.* et *Ob.* „*Favorabilis* apud Ciceronem non legitur. v. Spald. et Frotsch. ad Quintil. 4, 1, 20. 10, 5, 21. Unde ducta sint Adiectiva in *bilis,* docuit Goerenz ad Cic. Acad. 1, 11, 41." *Dronke.* — *natus:* in ed. Put. Riv. Ber. Rhen. Franc. Colon. *nactus.* — *quaesturam aut tribunatum* (plebis, ut Agr. 6.; *Brot.*) *aut praeturam:* hi erant primi ante consulatum gradus magistratuum; sed aedilitas etiam geri solebat. — *quam eos* sc. dies. — *apud centumviros causam aliquam feliciter orare;* sed *causae centumvirales* pleraeque erant parvae et exiles, inpr. hereditariae, nec nisi privatae *usucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum aut ratorum ceterarumque rerum innumerabilium iura,* quae sunt verba Cic. de or. 1, 38, 173. Cf. c. 38. Plin. ep. 2, 14. 5, 21. 6, 33. Cic. p. Caecin. 7. 18. 24. *Centumviri* assessores iudicii centumviralis, proprie CV, ex XXXV tribubus et quidem terni ex qualibet delecti, sed CLXXX temporibus Imperatorum, quibus nonnunquam in una basilica Iulia quatuor simul iudicia et totidem tribunalia erant. v. Nast. ad h. l. Plin. ep. 1, 5, 4. 1, 18, 3. inpr. 2, 14. et 6, 33. Quintil. 12, 5, 6. Sigon. de iudic. 1, 22. Ern. clav. Cic. Sibrandi Tetardi Siccamae libellus de iudicio centumv. cura Püttmanni rec. Hal. 1725. inpr. Bethmann — Holweg in *Zeitschrift für geschichtl. Rechtswiss. herausg. von Savigny, Eichhorn und Göschen* V, 11. et Ephem. lit. Jen. a. 1829. Suppl. 84. p. 282 sq. —

libertos et procuratores Principum, qui, etsi maxime valere solent gratia Principum, interdum tamen praesidio eloquentiae et oratoris egent; *Schulz.* De *libertis* v. ad Ann. 4, 23. de *procuratoribus* ad Ann. 4, 15. — *tueri et defendere* synon. „ut G. 14. ap. Cic. ep. ad fam. 13, 64. 66. de or. 1, 38. ap. Minuc. Fel. Oct. 28." *Wopkens.* Cf. ad c. 5. n. 4. Glossema h. l. videri possit *et defendere*, quia *defendere* modo praecessit. Cf. tamen Ind. III. v. *Verba eadem repetita.* — *datur*, v. ad Ann. 12, 23.

2. *Tum mihi supra tribunatus — ascendere videor*, felicior esse, quam quum et si summos honores consecutus essem. Cf. ad G. 25. n. 7. — *tum habere, quod, si non in animo* (in edd. vet. *alio*, quod ex *aio*, animo, ortum videri potest) *oritur* cet. haec est emendatio Freinsh. ab Ol Bekk. Lün. Dr. Os. recepta, quae non omnibus satisfaciet. *tum abire quod si non in alio oritur* edd. omnes ante Brot. qui dedit, quod Huetius coniecerat *tum habere, quod in se, non in alio oritur*, tanquam ad commodatissimum moribus huius saeculi, quo Stoica viguerint placita *tum habere, quod, si non in ipso oritur* corr. Ern. *tum habere, quod non indoles largitur* Orel. *tum h., quod sc.* (scilicet) *non in atrio oritur* Lips. *tum h., quod, non in aula* o. Nodell. obss. crit. Campis 1781. p. 7 *tum ambire, quod si non in animo* o. Rauchenst. Aliorum commenta d bunt Sch. Dr. Os. et Gurlitt. animadv. ad auctt. vet. Hamb. 1806. Spe III. p. 6. 7. Quis vero meliora iis substituet et veriora? — *nec codicillis datur*, v. ad Ann. 1, 6, 6. Eodem sensu cap. 8. dicitur *quod non Principe acceperint, nec accipi possit. nec codicillis* MSS. Vat. edd. Pit Brot. al. *nec in cod.* edd. pr. Put. Riv. Rhen. tres, Ald. Lips. — *c gratia venit*, gratiosum est. *cum gratia*, favore senatus, dignitatem quaedam honorum ornamenta tribuentis; *Sch.* Haec vero tum nec se tus dabat, nec populus, sed Princeps.

3. *Quae fama et laus* c. Farn. edd. Lips. Pith. et rec. *Quid fa et l.* edd. pr. Put. Ber. Rhen. tres, Ald. Franc. Col. *cuiusvis arti* Farn. edd. Ber. Rhen. tres, Lips. et rec. *cuius artis* ed. pr. Put. F *Quae fama et laus cuius artis* ed. Orel. *Quid? fama et laus cuius a* dedere Dr. et Os. „Sed ita dicendum fuisset *Quid? cuius artis fam laus.*" *Orel.* — *qui non illustres in Urbe solum* (sc. sunt) edd. Put. I et deinceps omnes. *qui non illustres et non solum* Vat. 1518. *qui ill. et non in urbe solum* Vat. 1862. et 4498. *qui non illustris et in solum* ed. pr. *qui non illustri sunt nomine in Urbe solum* corr. O offensus omissione verbi *sunt*, ut Orel. Sed v. Ind. III. v. *Ellipsis substant. comparanda est? Quinam illustriores in Urbe et non s apud negotiosos* coni. Orell. ut verborum *in Urbe* oppositio sit in *Advenae quoque et peregrini.* Idem putat, verba *in Urbe* nihil habere quod referantur, ut et Dronkius, qui ea censet delenda. Sed no quod in iis haereamus. Haud iungenda *non in Urbe solum*, sed vul verborum ordo fuisset hic. *qui in Urbe illustres* (sunt) *non solum negotiosos* cet. — *quibus modo recta et indoles est et bona spes sui* Vat. ed. Brot. Ob. Lün. Os. Sic et Bekk. et Dr. sed deleto *et* ante *les*, quod ab Orel. nobisque uncis inclusum est. *modo*, ut c. 10. e Cic. de div. 1, 86. et Quintil. inst. or. 6, 3. pro *quidem*; *Brot.* *maior indoles est* ed. Rom. Lipsii et ed. Heum. Recte *maior*, sc. vulgo et plebi; *Sch.* „De qua ellipsi v. Heusing. et Beier ad Ci off. 1, 14. Kapp. ad Tac. G. 10. Roth de Tac. synon. p. 41." *Dr.* *bus morum et indoles est* ed. pr. Put. et cet. ante Brot. nisi quod *et* verunt Lips. Bern. al. Hoc defendit Gron. obss. 1, 24. ubi dicit, κατ' ἐξοχὴν esse bonos mores, (v. ad H. 3, 72, 1.) et *indolem moru i. industriae* et *virtutis* ap. Plaut. Trinum. 2, 2, 42. Nep. Eum. 1. I 29, 1. Sed h. l. ingenii dotes respiciuntur, non boni mores iuve Cf. ad Ann. 12, 26.

4. *Quorum nomina prius parentes liberis suis ingerunt,* crebro inculcant, quam oratorum, tanquam hominum insignium, praestantiorum et venerabilium? *„Ingeri* dicuntur, quae cum vi offeruntur vel obtruduntur." *Dr.* Sed v. ad Ann. 4, 42, 1. — *tunicatus hic populus,* ut *tunicatus popellus* Hor. epist. 1, 7, 65. et *tunicati* Cic. Agr. 2, 34. homines de infima plebe, ut *togati* cives honestiores, quoniam hi toga, illi sola tunica uti eaque induti in publicum quoque prodire solebant. Caesarum tamen temporis etiam illi *togati* vel *togatuli* erant et dicebantur. Cf. ad c. 6. n. 4. Lips. Elect., 1, 13. Ferrar. de re vest. 1, 33. et Ern. clav. Cic. v. *togatus.* — *populus transeuntes nomine vocat et digito demonstrat,* captus admiratione celebris viri atque eo praetereunte dicens *hic est! οὗτος ἐκεῖνος!* Cf. Hor. od. 4, 3, 22. Pers. 1, 28. Martial. 5, 13. 9, 98, 4. Cic. Tusc. 5, 36. Plin. ep. 9, 23. Lucian. in Harmon. c. 1. in Somnio c. 11. — *auditos,* de quibus audiverunt; *Schulz.* Sic ap. Cic. Cat. 1, 10. Liv. 6, 2. Virg. Aen. 7, 196. al. Sed designari potius videntur ii, quorum orationes *iam in municipiis et coloniis audiverant. nomine vetat* ed. pr. — *vultus agnoscere* ed. Put. et deinde omnes. *urbem attingerent, requirunt ac vult cognoscere concupiscunt* ed. pr. unde *vultus cognoscere* coni. Dr.

CAPUT VIII.

Ausim contendere, Marcellum hunc Eprium, de quo modo locutus sum, et Crispum Vibium (libentius enim novis et recentibus quam remotis et obliteratis exemplis utor) non minus nosci in extremis partibus terrarum, quam Capuae aut Vercellis, ubi nati dicuntur. Nec hoc illis alterius ter millies sestertium praestat, (quanquam ad has ipsas opes possunt videri eloquentiae beneficio venisse) [sed] ipsa eloquentia, cuius numen et caelestis vis multa quidem omnibus saeculis exempla edidit, ad quantam usque fortunam homines ingenii viribus pervenerint. Sed haec, ut supra dixi, proxima et quae non auditu cognoscenda, sed oculis spectanda haberemus. Nam quo sordidius et abiectius nati sunt quoque notabilior paupertas et angustia rerum nascentes eos circumsteterunt, eo clariora et ad demonstrandam oratoriae eloquentiae utilitatem illustriora exempla sunt, quod sine commendatione natalium, sine substantia facultatum, — neuter moribus egregius, alter habitu quoque corporis contemptus, per multos iam annos potentissimi [sunt] civitatis ac, donec libuit, principes fori, nunc principes in Caesaris amicitia — agunt feruntque cuncta atque ab ipso Principe cum quadam reverentia diliguntur; quia Vespasianus, venerabilis senex et patientissimus veri, bene intelligit, ceteros quidem amicos suos niti iis, quae ab ipso acceperint quaeque ipsi accumulare et in alios congerere promptum est, Marcellum autem et Crispum attulisse ad amicitiam suam, quod non a Principe acceperint, nec accipi possit. Minimum inter tot ac tanta locum obtinent imagines ac tituli et statuae, quae neque ipsa tamen negliguntur, tam hercule quam divitiae et opes, quas facilius invenies, qui vituperet, quam qui fastidiat. His igitur et honoribus et ornamentis et facultatibus refertas domos

38, 1. — *ac tituli*, indices honorum rerumque in quovis magistratu gestarum, inscripti basibus statuarum, sepulcris et epistyliis aedium. v. Petisci Lex. antiq. T. III. p. 606. *ac tituli* restituit Lips. ex MS. Farnes. *Attali* edd. vet. — *tam hercule quam*, ut cap. 21. pro *aeque ac*; *Sch.* — *divitiae et opes* iunguntur etiam ap. Iustin. 1, 7. Flor. 3, 12. et *opes* praeter divitias denotant quoque potentiam; *Schulz.* Synonyma tamen amat Noster. v. ad cap. 5. n. 4. — *quam qui fastidiat* ex MSS. Vat. recepere Ern. Brot. al. *quam fastidiat* edd. vet. et Heum.

CAPUT IX.

Nam carmina et versus, quibus totam vitam Maternus in sumere optat, (inde enim omnis fluxit oratio) neque dignitaten ullam auctoribus suis conciliant, neque utilitates alunt; volupta tem autem brevem, laudem inanem et infructuosam consequun tur. Licet haec ipsa et quae deinde dicturus sum aures tuae o Materne, respuant; cui bono est, si apud te Agamemno aut Iason diserte loquitur? Quis ideo domum defensus et til obligatus redit? Quis Saleium nostrum, egregium poetam, ve si hoc honorificentius est, praeclarissimum vatem deducit au salutat aut prosequitur? Nempe si amicus eius, si propinquu si denique ipse in aliquod negotium inciderit, ad hunc Secu dum recurret aut ad te, Materne, non quia poeta es, neq ut pro eo versus facias. Hi enim Basso domi nascuntur, pu chri quidem et iucundi, quorum tamen hic exitus est, ut, qui toto anno, per omnes dies, magna noctium parte unum libri excudit et elucubravit, rogare ultro et ambire cogatur, ut si qui dignentur audire, et ne id quidem gratis: nam et dom mutuatur, et auditorium exstruit, et subsellia conducit, et bellos dispergit: et ut beatissimus recitationem eius eventus p sequatur, omnis illa laus, intra unum aut alterum diem ve in herba vel flore praecepta, ad nullam certam et solidam p venit frugem; nec aut amicitiam inde refert aut clientelam mansurum in animo cuiusquam beneficium, sed clamorem vag et voces inanes et gaudium volucre. Laudavimus nuper, miram et eximiam, Vespasiani liberalitatem, quod quing sestertia Basso donasset. Pulchrum id quidem, indulgent Principis ingenio mereri: quanto tamen pulchrius, si ita familiaris exigat, se ipsum colere, suum genium propiti suam experiri liberalitatem! Adiice, quod poetis, si modo gnum aliquid elaborare et efficere velint, relinquenda conve tio amicorum et iucunditas urbis, deserenda cetera officia que ipsi dicunt, in nemora et lucos, id est in solitudinem cedendum est.

1. *utilitates alunt*, commoda (ut ap. Cic. ad Att. 7, 5. ad di 5. Quintil. 3, 5.) pariunt, augent; *Schulz.* et *Orell.* *utilitates adducunt* bat Gutman. et *utilitate* se *alunt* Barth. Advers. p. 2038. qui haec i ponit: auctori tantum praemii et mercedis referunt, ut sumptus i sos exaequent et vitam inde tolerare queat, Germ. *sich verinteressi*

2. *Licet haec ipsa aures tuae respuant*, (tu ea audire nolis, re

ut ap. Cic. p. Sulla c. 24. p. Planc. 18, 44. partit. 5. et Quintil. 11, 1, 61.; *Sch.* et *Dr.* *Licet* proprie et ubivis est verbum impersonale. v. Ramshorn. Gram. p. 596. — *deinde:* MS. Vat. 1862. *deinceps.* — *o Materne* edd. vet. mediae et rec. omnes, nisi quod *Materne* edd. Bip. Ob. Sch. — *cui bono est, si* ex MS. Farn. restituit Lips. Cf. ad c. 1. n. 3. *repugnant. Crebro est, si* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *Crebro etsi* Rhen. 2. 3. Ald. Franc. Col. Seeb. 1. *cui prodest si* coni. Osann. — *apud te Agamemnon aut Iason diserte loquitur*, in tragoediis, in scriptis tuis, ut Cic. de sen. c. 22. *apud Xenophontem Cyrus haec dicit; Schulz.* Sic et Cic. fin. 5, 10. leg. 2, 26. et div. 1, 26. — *tibi obligatus*, ut passim ap. Cic. et Plin. in pan.; *Schulz.* Copula ante *tibi* male omissa in edd. Bip. Ob. Sch. Lün. — *Saleium nostrum, egregium poetam;* male *Saleium, nostrorum egr. poetam* edd. Ern. Bip. Sch. quod vitium notavit Wolf. in Miscell. (Vermischte Schriften) p. 163. De Saleio v. ad cap. 5. n. 2. — *vatem:* „ex h. l. apparet, vocab. *vatis* honorificentius et ambitiosius fuisse quam *poetae*. *Vates* vero dicebantur cum adulatione quadam, quoniam poetae quasi divino quodam spiritu afflantur, quum cetera studia et doctrina et praeceptis et arte constent. Cf. Cic. p. Arch. c. 8. et Ovid. Am. 3, 8, 17. 18." *Sch.* — *quis poetam vel — vatem* honoris causa *deducit* in forum et inde domum, *aut salutat* euntem occurrentemve, et quovis manè invisit, (*matutinum ave portat* Martial. 1, 56.) *aut prosequitur*, comitatur et sectatur; quae propr. *officia* dicuntur, patronis et magistratibus, ditioribus nobilibusque praestanda a clientibus et amicis. Cf. ad c. 6. n. 2. ad Ann. 2, 42, 1. Agr. 18. n. 7.

3. *Nempe si amicus eius — si denique ipse in aliquod n. i.* c. Farn. edd. Lips. et rec. *eius* omisere edd. vet. Seeb. 1. Dr. Os. et *ipse* ed. pr. *si denique aliquis in aliquod* ed. Put. Riv. Rhen. Ald. Franc. Col. *in aliquod negotium*, controversiam forensem causamve in iudicio agendam, *inciderit*, vel res et negotia, emptio, venditio et similia ei cum aliquo contrahenda sint, *ad hunc* (δεικτικῶς dictum) *Secundum*, disertissimum causarum patronum, *recurret*, veniet et confugiet, ut eum consulat opemque illius imploret, *aut ad te, Materne*, non minus disertum, sed, ut causam eius agas, *non, quia poeta es, neque ut pro eo versus facias*, in quibus scribendis nunc omne tempus consumis. Cf. ad c. 2. n. 1. — *recurret*, curret, confugiet, ut ap. Quintil. 1. prooem. §. 17. 1, 6, 13. al. Wopkens. obss. misc. VII, 3. p. 386. *decurret* corr. Gron. ut ap. Iustin. 16, 3. 4. Curt. 6, 7. 7, 1. Immo *recurret* tanquam miles ab hoste fugatus, qui *retro currit*, se recipit intra munimenta; *Dr.* — *aut ad te, Materne, non quia p. es* c. Farn. ed. pr. Lips. et rec. *non ad te, Materne, quia poeta es* edd. Put. Riv. Ber. Rhen. tres Ald. Pith. Ob.

4. *Hi enim* Saleio *Basso domi nascuntur*, ut ap. Cic. ep. ad div. 9, et de off. 1, 31. ubi v. Heusing. De Saleio Basso v. ad c. 5. n. 2. Nodum in scirpo quaesivit Oberl. ratus, nimis abruptum esse transitum ad Bassum et saltem *etiam* leg. pro *enim.* — *excudit* c. Farn. teste Lipsio in ed. pr. ubi haec annotavit: „Divinans dedi *extudit*, quum in libri (c. Farn.) esset *excudit*. Vulgo *extulit*." Sed *excudit* restituendum esse non dubitabant Pith. et Heum. „Et ego minime dubito. *Excudit*, i. e. cum meditatione et accurate effinxit, (ut ap. Cic. ad Att. 15, 12. fin. ep. 1, 3. et alios) longe urbanius est quam *extudit*, vix atque aegre multo cum labore ac molestia elucubravit." *Orel.* *extudit* cet. edd. e coni. Lipsii. Id non alienum est ab h. l. et utriusque verbi eadem fere vis. Proprie significant *excudendo* et *extundendo* fingere; hinc magno labore perficere. Cf. Spald. ad Quintil. 1, 3, 6. Sed maxima est codicis Farn. auctoritas. *extulit* edd. vet. Sed hoc est evulgare, quod h. l. non convenit. — *elucubravit* tacite ex MS. Farn. revocavit Lipsius. v. ad cap. 1. n. 3. *lucubravit* edd. vet. et Dr. — *rogare ultro*

et ambire cogatur — *gaudium volucre:* locus insignis de veteri recitationum instituto et more illo, qui, a Graecorum *ἐπιδείξεσι* sive *ἀκροάσεσι* desumptus, ab Augusti aevo invaluit, (nam ante illud mentionem eius fieri non memini) et duravit usque ad finem Saeculi a nato Christo sexti; *Schulz.* coll. Fortunati carm. 3, 23. Scilicet Romae his-temporibus poetae, historici et oratores, quaecunque scripserant, ante quam ea vulgarent, vel domi paucis amicis convocatis, vel in aedibus et quidem in atriis plerumque porticibusve earum laxis magnisque, quae tenuioribus commodabantur a ditioribus nobilibusque, vel denique publicis locis, in magna hominum corona, recitare solebant. Quod institutum initio praeclarum fuit et excolendis ingeniis librisque emendandis utilissimum: pauci enim iique subacti iudicii viri invitabantur, ut libere, quid sentirent quaeque sibi parum probanda viderentur, expromerent. Verum consuetudo ista sensim contemptui esse coepit. Nam recitatores non precibus tantum vel gratia et auctoritate sua, sed praemiis quoque propositis clientes aliorumve hominum et imperitorum turbam ad audiendum eliciebant eo consilio, ut singula ore pleniore laudarent vel incondito exciperent clamore ac plausu; unde *clamor vagus et voces inanes*, acclamationes illae *ὀρθῶς*, *καλῶς*, *σοφῶς*, *θείως*, *εὖ*, *εὖγε*, *ὑπέρευ*, *euge*, *bene*, *pulchre*, *belle*, *recte!* Praeterea *ne id quidem gratis: nam* recitator *et domum mutuatur*, aedes ruinosas et omni supellectile carentes, *et auditoria exstruit*, *et subsellia conducit*, quae afferenda sunt et reportanda, *et libellos*, scripta brevia, quibus auditores invitantur, *dispergit*, distribuit. Cf. cap. 15. n. 3. Plin. ep. 1, 13. 2, 7. 14. 3, 18. 5, 3. 13. 6, 17. 7, 17. 8, 12. Iuvenal. 1, 1 — 13. 7, 39 — 47. 13, 32. 33. Horat. epist. 1, 19, 35 seq. et art. poet. 419 seq. 474 seq. Pers. 1, 15 — 28. 50 — 62. Plut. *περὶ τοῦ ἀκούειν*, Theophr. char. 2, 3. Lips. ep. ad Belgas 2, 48. Petisci Lex. Antiq. Rom. T. III. p. 239. Scheffer de stilo c. 9. p. 69 sq. 102. 104. Spald. ad Quintil. 4, 2, 37. „Add. Heinrich. comm. I. ad Iuvenal. p. 18. Weichert. de vita et scriptis Apollonii Rhodii p. 18. n. 24. p. 51. n. 67. et Langii vindic. trag. Rom. p. 24. n. 35." *G. Jacob.* in ed. Dronk. p. 246. *cogantur* ed. pr. *auditorium*, v. ad cap. 10. n. 6. *auditorium* ed. pr. Rhen. 2. 3. et rec. *adiutorium* ed. Put. Riv. Ber. Rhen. 1.

5. *et ut* (utut, quanquam, si vel maxime, *gesetzt dass auch*) *beatissimus recitationem eius eventus prosequatur;* unde tales recitationes *rarissimae* dicuntur cap. 10 pr. in magna earum frequentia; *Sch.* Ante *omnis* suppl. *tamen.* v. ad Agr. 5. n. 4. *dispergit: et ut beatissimus* cet. c. Farn. edd. Lips. et rec. Copula abest ab edd. vet. et deleta est a Dr. et Os. *recitationem* edd. Rhen. 2. 3. et rec. *recitatione* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. omissa lineola, accusativi indice; *Ob. recitationum* vitiose edd. Lips. — *omnis illa laus* edd. vet. et rec. paene omnes. *omnis ista laus* Vat. 1862. edd. Seeb. Dr. Os. — *intra unum aut alterum diem*, v. ad c. 21. n. 2. — *velut in herba vel flore praecepta* c. Farn. edd. Lips. et rec. h. e. ante capta. v. ad Ann. 1, 55, 1. *percepta* edd. vet. quod haud damnandum videtur. *intercepta* malebat Peerlk. de quo v. ad c. 1. n. 4. *praecerpta* coni. Schel. Sic ap. Cic. Verr. 4, 37. Plin. ep. 5, 20, 8. pan. 58, 5. Liv. 45, 1. pr. sed minus apte h. l. — *nec aut amicitiam inde refert*, tanquam fructum et praemium, scil. recitator. — *aut clientelam*, v. ad Ann. 3, 55. *aut* omisit ed. Iunt. — *aut mansurum in animo c. b.* v. ad Agr. 46. n. 5. — *sed clamorem vagum et voces inanes*, cf. nota 4. — *gaudium volucre:* in ed. Put. *g. voluere.*

6. *Vespasiani liberalitatem*, qualis etiam praedicatur a Suet. c. 17. 18. — *indulgentiam Principis ingenio mereri:* „hac aetate Caesaris gratia et favor dicebatur *indulgentia*, ut Plin. ep. 10, 2, 3. 10, 3, 1. Iuvenal. 7, 21. *Mereri est* consequi, impetrare. v. Spald. ad Quintil. 4, 2, 39.

10, 1, 72. Frotscher ad Quintil. 10, 1, 94." *Dronke*. Cf. ad H. 2, 37, 1. — *si ita res familiaris exigat* verba non satis apta h. l. et, ni fallor, post *mereri* ponenda, ut sensus sit: *pulchrum quidem est, indulgentiam Principis ingenio mereri, si quis rei familiaris* angustia cogatur, ad eiusmodi opem liberalitatemque confugere et gratiam Principis captare, ut Saleius Bassus poeta: (de quo v. ad cap. 5. n. 2.) *quanto tamen pulchrius*, tali paupertatis remedio non indigere et *se ipsum*, non Principem, *colere*, ex se ipso et fortuna meritisque suis, non ex Principe eiusque gratia pendere. — *se ipsum colere, suum genium propitiare:* haec verba ab edd. vet. absunt glossamque olere videbantur Broterio; sed aptissima sunt et leguntur in MS. Farn. et tribus Vat. nisi quod in Vat. 4498. est *sive ingenium*, (ortum ex *suum genium*) in Farn. et Vat. 1518. 1862. *suum ingenium*. Hinc Lipsius et addidit ea et correxit. — *se ipsum colere, suum genium propitiare*, quum alii e contrario toti pendeant ab indulgentia Imperatoris, eam captent omni cultuš et obsequii modo, Genium Principis sibi propitium precentur, per illum iurent eique sacrificent; *Schulz*. „*Genium suum propitiare* dicitur de eo, qui proprio Marte ad summa quaeque enititur, simulque tacite opponitur *Genius Principis*, per quem iurare et quem alii invocare sibique propitiare solebant." *Orel*. *Genius* est perpetuus cuiusque hominis custos et comes, qui eum amat, tuetur et hilarem felicemque esse cupit; quam ob causam, qui laetitiae se dat ac voluptati, *Genio indulgere* et *obsequi*, *Genium curare* et (quia numen est) *placare, propitiare, piare* dicitur, ut contra *defraudare*, qui nihil dat voluptati. De Geniis et hominum et Imperatorum v. Censorin. de die nat., Drak. ad Sil. 2, 584 seq. Spanh. de usu et pr. num. diss. III. p. 173. 192. Seguin. diss. de Agathodaem. et in Sel. Num. p. 85. Gorius ad Donii Inscr. ant. p. 44. et al. *suum ingenium propitiare* e MSS. Vat. recepere Seeb. Dr. Os. quod tamen neque eodem, neque alio sensu quisquam dixit. — *liberalitatem* tacite revocavit Lipsius ex MS. Farn. (v. ad cap. 1. n. 3.) et recte. *Suam experiri liberalitatem*, non, ut supra dictum, *Vespasiani liberalitatem, qui quingenta sestertia Basso donavit*. Male *libertatem* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. Ald. Dr.

7. *Adiice quod*, ut *adde quod* ap. Quintil. 12, 1, 4. qui etiam 6, 1, 29. et 10, 2, 9. *adiicere* absolute dixit; *Dr*. — „*Conversatio* non aureae, sed argenteae aetatis scriptoribus dicitur consuetudo ususque familiaris. v. Ruhnk. ad Vell. 2, 102, 3. et Spald. ad Quintil. 6, 3, 17." *Sch*. et *Dr*. — *deserenda:* in ed. Put. *deservanda;* unde *desertanda* coni. Schurzfl. — *officia*, cf. nota 2. — *utque:* in ed. pr. *ut quae*. — *in nemora et lucos, i. e. in solitudinem, recedendum est* poetis, qui nemora, antra, fontes, rus, umbras et amoenos solitariosque montium recessus amant, quia ingenium illis alitur, phantasia inflammatur et excelsiores gignuntur sensus: unde et talia loca Musis sacra, inpr. Helicon, Olympus, Pieria, Aganippe, Hippocrene. Cf. ad cap. 12. n. 1. Spald. ad Quintil. 10, 3, 22. intpp. Hor. od. 1, 1, 30. 1, 12, 5. 2, 1, 39. 3, 4, 5. 6. 4, 3, 10 sq. et epist. 2, 2, 77. 78. *in nemora et lucos*, cf. c. 12 pr. et ad G. 9. n. 7. Profecto respexit Aper ad poetae cuiusdam versus, qui aetatem non tulerunt; *Dronke*. Immo ad poetarum consuetudinem agendi, iudicandi et dicendi. Ex h. l. et Plin. ep. (ad Tac.) 9, 10. (*poemata, quae tu inter nemora et lucos commodissime perfici putas*) colligitur, Tacitum fuisse auctorem huius Dialogi. Cf. Prooemium nostrum in Vol. I. huius edit. *id est in solitudinem:* haec verba de glossemate suspecta videntur Langio in diss. de huius dialogi auctore. Is vero adiecit haec non tanquam iis, quibuscum colloquitur, explicaturus, quae ipsi intellexerint, sed quemadmodum inter colloquendum fieri solet, ut saepius verbosi simus atque ambagibus utamur; *Dronke*. *lucos i. in solit*. Put. et Riv. ut c. 3. nam in MSS. et edd. antiquiss. *i.* scribi solebat pro *i. e.* vel *id est*.

— *recedendum est* a frequentia hominum. *secedendum est* legendum pu tabant Brot. Schel. Ern. Heum. Sch. Ob. Dr. coll. cap. 12. 13. Ann 15, 45. H. 3, 63. (ubi v. not. 3.) Quintil. 10, 1, 91. 3, 23. 5, 16. Ovid Trist. 1, 1, 41. Plin. ep. 1, 9. 2, 10. Sed *recedere* et *recessus* eoden sensu dicuntur Agr. 30. Hor. Sat. 1, 1, 31. et al. Cf. Wopkens. obs misc. VII, 3. p. 387. *cedendum* ed. Iunt.

CAPUT X.

Nec opinio quidem et fama, cui soli serviunt et quo unum esse pretium omnis sui laboris fatentur, aeque poeta quam oratores sequitur, quoniam mediocres poetas nemo novi bonos pauci. Quando enim rarissimarum recitationum fama i totam Urbem penetrat? nedum ut per tot provincias innotesca Quotus quisque, quum ex Hispania vel Asia (ne quid de Ga lis nostris loquamur) in Urbem venit, Saleium Bassum requiri Atque adeo si quis requirit, ut semel vidit, transit et conte tus est, ut si picturam aliquam vel statuam vidisset. Neq hunc meum sermonem sic accipi volo, tanquam eos, quibus n tura sua oratorium ingenium denegavit, deterream a carmin bus, si modo in hac studiorum parte oblectare otium et nom inserere possunt famae. Ego vero omnem eloquentiam omne que eius partes sacras et venerabiles puto; nec solum cothu num vestrum aut heroici carminis sonum, sed lyricorum qu que iucunditatem et elegorum lascivias et iamborum amaritu nem et epigrammatum lusus et quamcunque aliam speciem e quentia habeat, anteponendam ceteris aliarum artium stud credo. Sed tecum mihi, Materne, res est, quod, quum natu tua in ipsam arcem eloquentiae ferat, errare mavis et sum adepturus in levioribus subsistis. Ut, si in Graecia natus ess ubi ludicras quoque artes exercere honestum est, ac tibi Ni strati robur ac vires dii dedissent, non paterer, immanes il et ad pugnam natos lacertos levitate iaculi aut iactu disci va scere: sic nunc te ab auditoriis et theatris in forum et ad c sas et ad vera proelia voco; quum praesertim ne ad id quid confugere possis, quod plerisque patrocinatur, tanquam mi obnoxium sit offendere poetarum quam oratorum studium. fervescit enim vis pulcherrimae naturae tuae, nec pro am aliquo, sed, quod periculosius est, pro Catone offendis. I excusatur offensa necessitudine officii aut fide advocationis fortuitae et subitae dictionis impetu. Tu meditatus videris gisse personam notabilem et cum auctoritate dicturam.

Sentio, quid responderi possit: hinc ingentis exciri as sus, haec in ipsis auditoriis praecipue laudari et mox omn sermonibus ferri. Tolle igitur quietis et securitatis excusa nem, quum tibi sumas adversarium superiorem. Nobis s sit, privatas et nostri saeculi controversias tueri, in qu expressis si quando necesse sit, pro periclitante amico pote rum aures offendere, et probata sit fides, et libertas excusa

1. *Nec opinio quidem* edd. pr. Put. Ber. Rhen. tres, Ald. Franc. Col. Lips. Pith. Bern. Gron. Dr. Os. Or. *Ne o. quidem* edd. cet. v. ad H. 2, 76, 10. „*Opinio* de existimatione sive fama bona hac demum aetate dicebatur. Cf. Vorst. in Sulpic. Sever. p. 138. Spald. ad Quintil. 2, 12, 5. et Frotscher ad Quintil. l. X. p. 170." *Dronke.* Add. quae dedit Held. ad Caes. b. G. 5, 54.; *G. Iacob.* Bona tamen hominum opinio Ciceroni aliisque aureae aetatis scriptoribus simpl. *opinio* et saepissime dicitur. — *cui soli serviunt* cet. „Sic Ovidius: *Quid petitur sacris tantum nisi fama poetis? Hoc votum nostri summa laboris habet*, et Statius de se: *nos otia vitae Solamur cantu ventosaque gaudia famae Quaerimus.*" *Schulze.* — *omnis sui laboris* cet. Vitiose ed. pr. *omnes sui labores fatentur, ad quae poetas.* — *aeque quam*, ut Ann. 2, 52. 14, 38. „Non est Tullianum. Cf. Horat. Turs. c. 14. cui Schaefer. addidit Plin. ep. 2, 15, 1." *Dronke.* — *sequitur:* „nam *sequi gloria, non appeti debet* Plin. ep. 1, 8. Cf. Gerlach. comm. in Sall. Cat. p. 145" *Dr.* — *mediocres poetas nemo novit*, cf. Horat. A. P. v. 372; *Pich.*

2. *rarissimarum recitationum*, v. ad cap. 9. n. 5. *recitationum* primus dedit Ber. *narrationum* ed. pr. et Put. — *penetrat? nedum* edd. Ald. et rec. ex emend. Lips. *penetrat medium* MS. Farn. *p. metrum* edd. vet. et Iunt. — *de Gallis nostris:* nam Aper natione erat Gallus. v. ad c. 7. n. 1. Sed recte Schulting. correxit *de Galliis nostris*, h. e. civitatem per Claudium adeptis; *Orel.* Quod praeferendum videtur. — *Saleium Bassum*, v. ad cap. 5. n. 2. — *atque adeo*, „ut c. 14. v. Drak. ad Liv. 10, 5, 14. et Schaefer. ad Plin. ep. 4, 1, 2." *Dr.* Paulo post ex Acidal. coni. *et semel vidit* receptum a nobis ut ab Heum. Sch. Ob. Bekk. Lün. Or. pro vulg. *et s. v.*

3. *oratorium ingenium*, v. ad c. 5. n. 3. *oratorium* c. Farn. edd. Lips. et rec. *oratorum* edd. vet. — *si modo*, quidem, *in hac studiorum parte* cet., cf. ad cap. 7. n. 3. — *nomen suum inserere possunt famae*, v. ad H. 2, 61, 2. *fame* ed. Put.

4. *Ego vero omnem eloquentiam eiusque partes sacras et ven. puto*, v. ad c. 4. n. 3. — *cothurnum vestrum.* c. Farn. edd. Lips. et rec. (cf. ad c. 1. n. 3.) h. e. tragicam poesin, quam tu colis et tanti facis, Materne; *Sch.* et *Ob. coth. nostrum* edd. vet. quod male revocarunt Dr. et Os. nam alienum est ab ingenio Apri. *Cothurni* calceamenta sublimiora subere conserta, quibus multi utebantur, ut grandiores fierent, in primis tragoedi, (ut comoedi soccis) augustam referentes deorum heroumque speciem: unde etiam stilus tragicus, grande dicendi genus ipsaque tragoedia *cothurni*, comoediae *socci* dicuntur Iuvenali 6, 634. 7, 72. 15, 29. Horat. A. P. 80. et al. *Cothurnum vestrum — anteponendum ceteris aliarum artium studiis*, v. ad Agr. 12. n. 5. — *heroici carminis sonum, — et elegorum lasciviam et iamborum* (in Satiris Graec. ac Rom.) *amaritudinem*, cf. Horat. Sat. 1, 4, 44. et ei. A. P. v. 73—79. 274. 280. Animadverte h. l. concinnitatem et elegantiam in delectu verborum, carminis cuiusque genus et praecipuam virtutem significantium; *Schulz.* — *et epigrammatum lusus:* copulam primus inseruit Acid. *epigrammata* ed. pr. Paulo post *habet* corr. Heum. „Sed Coniunctivum requirit oratio obliqua, et Virum doctum, qui in Supplem. Act. Erud. Lips. T. X. p. 229. Dialogum suspicatus est ab aliquo homine ignoto ante tria fere saecula conscriptum esse, et inter soloecismos numerat, quod *quicquid* et *quodcunque* cum Indicativo coniungantur, meliora docuit Burm. ad Virg. Aen. 2, 49." *Dr.* Cf. Wopkens. obss. misc. VII, 3. p. 387. Punctum in primis edd. post *anteponendam* positum delevit Rhen.

5. *quum natura tua*, ingenii praestantia, *in ipsam arcem eloquentiae ferat* scil. *te*, ut putant: unde id quoque addiderunt Acid. Ob. Seeb. Coniicere etiam possis *te* pro *tua.* Sed *ferat* h. l. absolute dictum pro

ferat se, *feratur*, *tendat*, ut Ann. 2, 23. (postquam *aestus mutabat* sc. *se*, *mutabatur*, ut μεταβάλλειν pro μεταβάλλεσθαι, de quo v. Lexica, *eodemque quo ventus ferebat* sc. *se*, *ferebatur*, ut saepissime φέρειν pro φέρεσθαι) Ann. 3, 15. H. 2, 44. Nep. Dat. 4. Frontin. Strat. 2, 2, 12. Curt. et al. Cf. Ind. III. v. *Verba activa passive et absolute dicta*, et Wopkens. l. l. ubi etiam suspicabatur, Nostrum respexisse ad Lucret. 2, 7. sq. *arcem eloquentiae*, summum eius fastigium summamque laudem; *Sch.* Cf. ad Ann. 14, 31. *arcem* edd. rec. ex emend. Rhen. *artem* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. — *errare mavis*, circumvagari extra seu infra arcem, in humilioribus; *Sch.* et *Ob.* Opponitur *subsistere*, et *errare* id. qd. vagari, v. c. Virg. ecl. 1, 9. 2, 21. 6, 40. ei. Ge. 3, 14. Cic. or. 1, 48. al. *haerere* coni. Schel. *terram* Schurzfl. (ut *arx terrae* opponatur, quemadmodum *summa levioribus*) *reperè* Schulz. *maius* pro *mavis* ed. Put. — *adepturus* pro vulg. *adeptus* ex emend. Acidalii receptum ab Orellio nobisque. Idem probavit Wopkens. l. l. p. 388. coll. Plin. ep. 5, 9. *summa consecuturus, si virtutes eius maturuissent.* Aper non dicere voluit, Maternum iam *summa adeptum* esse, sed eum summa adipisci posse et operam dare, ut ea adipisceretur.

6. *in Graecia ludicras artes*, gymnasticas ac palaestricas, nec non saltandi et canendi voce tibiisve, (quae ad oblectationem tantum et, ut verbis Sen. ep. 88. utar, *ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt*) *exercere honestum* et in iis excellere, eximiae laudi et publicae ostentationi fuit: at Romae eas colere non nisi per otium et lusus causa honeste licuit; *Sch.* Cf. Ann. 14, 16. 21. Nepotis Praef. et Epamin. 1. Cic. p. Mur. c. 6. et Qu. Tusc. 1, 2. Macrob. Sat. 2, 10. — *ac tibi* ex MS. Farn. tacite primus recepit Lipsius. v. ad c. 1. n. 3. *ac* omissum in edd. vet. unde Dronk. coni. *honestum, et tibi*, offensus haud dubie repetitione copulae *ac*. Sed cf. Ind. III. v. *Verba s. vocabula eadem repetita.* „Sic *Orphea ac Linum ac* cet. cap. 12. *uni M. Porcio me dedicavi atque despondi atque delegavi* M. Aurel. ad Frontonem p. 61. ed. Rom. *cum studio atque cura atque vigilia atque multa memoria* Fronto ipse ed. Rom. p. 96. *atque eius pietas ac dignitas postulabat* Cic. ad fam. 14, 11. ubi *ac* post *atque* similitudinis est." *Orel.* — *Nicostrati robur ac vires*, v. ad cap. 6. n. 5. „*Nicostratus*, Cilix, pancratiastes et palaestrita clarissimus et robore eximio insignis Saec. I. p. Chr. n. luctando pugnandoque invictus et utroque certamine coronatus iisdem diebus. v. Quintil. 2, 8, 14. Pausan. 5, 21. Iac. Nic. Loensis epiphyll. 9, 5. et Salmas. obss. ad Hieron. chron. in Schurzfl. iun. Notitia bibl. Vinar. p. 67 sq." *Lips.* et *Sch.* Cf. etiam Spald. ad Quintil. l. l. et Lucian. in libello: quomodo historia sit scribenda. — *et ad pugnam natos lacertos*, v. ad H. 4, 64, 2. „*Lacerti* sunt virium sedes. v. Gesner. ad Quintil. VIII. prooem. 19. et Platz in Seebodii Promptuar. philol. T. I. p. 394 sq." *Dr.* De admirandis lacertis viribusque Milonis Crotoniatae, athletae, similia tradunt Pausan. 6, 14. Strab. 6. p. 403. aliique, quos laudavi ad Iuvenal. 10, 10. — *vanescere*, robur amittere, (ut *vinum vetustate evanescit* ap. Cic. divin. 2, 27.) vel potius vires eorum parum honeste effundi. — *sic nunc:* in ed. pr. *sicut nunc.* — *ab auditoriis et theatris*, ubi et recitari et declamari solebat: unde *auditoria etiam* h. l. *foro* et *veris causis* opponuntur, ut a Plin. et Quintil. quorum loca Perizon. de praetorio p. 202. collegit; *Ern.* Cf. ad cap. 9. n. 4. et ad cap. 39. n. 2. — *in forum et ad causas et ad vera proelia voco;* sic cap. 37. extr. et a Iuven. 7, 168 seq. aliisque verae causae in foro (in *media luce* c. 34.) a patronis perorandae, opponuntur fictis, quae a declamatoribus pertractantur, ut et horum illorumque *proelia*. Hinc *Mars forensis* dicitur Ovid. ex Ponto 4, 6, 29. Similiter *ferro, non rudibus dimicantes* cap. 34. et *scenae scholasticorum* cap. 35. pr. — *ad id:* MSS. Vat. *ad illud*, quod recepere Dr.

Os. Or. *consurgere* pro *confugere* scripserunt Lips. in edd. poster. Haur. Seeb. — *tanquam minus obnoxium sit offendere poetarum quam oratorum studium*, cf. ad c. 3. n. 2. *obnoxium sicut offendere* ed. pr. *obnoxium sit offendere* edd. Put. Riv. Ber. Lips. e c. Farn. Bern. Gron. Seeb. Dr. Os. Or. quod bene se habere contendunt Wopk. l. l. et Wasse ad Sall. Cat. 24. Non bene vero id defendit Dronk. qui haec annotavit: „Graece dictum, ut *peritus obsequi*, *facilis corrumpi* et alia, (!) pro *obnoxium ad offendendum*, ut bene Rhen. interpretatus est." *obnoxium offensis* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Pith. et *obnoxium offensae* edd. Heum. Sch. Ob. Bekk. Lün. ex emend. Acid. non male: saltem *offensae* facilius in *offendere* mutari potuit quam *offensis*. Paulo post *nec excusatur offensa*. *offendini* (ut *offendo* pro *offensio* ap. Non. 2. n. 602.) reposuere Bip.

7. *Effervescit* incautius, ut Ann. 1, 74. et, ut mox dicitur, *fortuitae et subitae dictionis impetu*. — *pro Catone offendis* sc. alios eosque potentiores; *Sch.* v. ad c. 3. n. 2. *offendes* MSS. Vat. et ed. pr. *offendis* ed. Put. et deinceps omnes. „Hoc ex c. 2. frustra defenditur; illud unice verum: non enim de solo Materni Catone sermo est, sed simul de omnibus, quas non sine potentium offensa scripturus est, tragoediis. Cf. c. 3." *Osann.* Praetuli *offendes*, in qua lectione *pro Catone* significat: pro personis tragicis, cuiusmodi est Cato tuus, pro quo te offendisse tute scis; *Orel.* Immo *offendis*, quo diuturnus rei effectus designatur; *V. D.* de quo v. ad c. 1. n. 1. — *excusatur* est a Rhen. *accusatur* edd. primae. — *necessitudine officii*, v. ad Ann. 1, 9, 4. et 2, 42, 1. — *aut fide advocationis*, v. ad cap. 1. n. 2. — *fortuitae et subitae*, ut G. 11. „*Fortuita et subita dictio* est oratio extemporalis, sine praevia meditatione repente effusa, Gr. αὐτοσχεδιάζειν, ἐκ τοῦ παρατυχόντος λέγειν. v. Ernesti Lex. technol. lat. rhet. p. 377." *Dronke.* — *Tu* ante *meditatus* inserui exemplo Seeb. in ed. 2. quod etiam probarunt Os. et Moser in Annal. Heidelb. a. 1829. XXII, 9. p. 939. quia *tu* facile excidere potuit post *impetu* et propter veterem script. IMPETU. Hinc *tu* omissum in ed. pr. Lips. Pith. al. *at tu* dedere Put. Riv. Ber. al. *et tu* malebat Schurzfl. *meditatus videris aut elegisse* ed. pr. — *personam notabilem et c. a. d.* qualis Cato fuit.

8. *hinc ingentis exciri assensus*, *haec* dedi tanquam probabiliora aliis pro vulg. *hinc ingentis ex his assensus*, *hinc* cet. „Totus locus, dubitari licebit, an hodie satis integer legatur, et hiat quodammodo *Tolle igitur*. Sed de hoc genere plura insunt libello, vix sine locupletioris codicis ope sanabilia." *Fr. Aug. Wolf* Miscell. (Vermischte Schriften u. Aufs.) p. 164. Propterea asteriscum ante *hinc* poni volebant Lips. et Pith. Broterius autem, quae desunt, sic putabat supplenda: *Sentio, quid responderi possit: placere haec argumenta: hinc ingentes — ferri. Fateor. At quanto plus celebritatis, tanto plus offensae; tanto ruina certior. Tolle igitur quietis* cet. Vulgata lectio haud ferenda: nam alterum *hinc* ab h. l. alienum, neque probanda ratio Oberl. qui post *hinc in ipsis a. p. laudari* intelligendum censebat: poetam s. vatem ipsum, non opus; prius vero *hinc* est id. qd. *ex his*. Inde alterutrum, tanquam glossema, delendum esse suspicabantur Gesnerus et Wopkens. sed tale gloss. nimis absurdum. *hic—hic* MSS. Vat. prob. Ern. *hinc ingentes exsistere assensus* coni. Mur. et Acid. quod recepere Gron. Heum. Bip. al. *hinc i. excitari a.* Schel. *hinc i. exciri a.* Wolf. l. l. quod substitutum est a Bekk. Dr. nobisque. *hinc ingentem esse his* (tragoediis) *assensum* Schulting. *haec in ipsis auditoriis pr. laudari* probabilis est coniectura Gron. Heum. et Wopkens. obss. misc. VII, 3. p. 388. recepta a Sch. et Orellio, quos secutus sum. — *omnium sermonibus ferri*, v. ad Ann. 15, 46. *ferri* ed. Put. et deinceps omnes. *fieri* ed. pr. — *Tolle igitur* hanc *quietis et securitatis excusationem*, scil. offensae minus obnoxium esse poetarum, quam ora-

torum studium, *quum* ipse *tibi sumas adversarium superiorem* ac Principes offendas; *Brot.* Noli praetendere, te ideo colere poesin, quod sit securior quam oratorum studium, *quum tibi sumas adversarium superiorem*, potentiorem, sc. Principem, quem maxime offendere debet Catonis tui tragici (v. ad cap. 2. n. 1.) in vituperanda unius dominatione παῤῥησία et in oppressae libertatis scelus tyrannidisque vitia invehentis auctoritas; *Schulz.*

9. *Nobis satis sit* cet. In ed. Iunt. *N. satis sic.* Nos oratores *privatas* tantum, privatorum, (v. Ind. II. et ad H. 1, 49, 9.) et recentiores res tractamus, et παῤῥησίᾳ quoque nostra potentiores nonnunquam offendere audemus, sed gravissimas tantum ob causas, *si quando*, aliquando, *necesse sit*, (ut paulo ante *necessitudine officii aut fide advocationis*) et inpr. *periclitante amico*, quare et *fides* nostra *probanda est*, et *excusanda libertas:* vos autem poetae praeterita in memoriam revocatis et Principes ipsos offenditis nulla necessitate cogente. — *in quibus expressis*, expositis; *Oberl.* coll. Cic. p. Arch. c. 9. *Bei Darlegung derselben;* Woltm. In causis, quas non elegimus, sed pietate vel officii vel necessitudinis iniunctas suscepimus; *Dräck.* qui non satis apte comparavit Ann. 1, 19 extr. An *expressa* sunt perspicua et manifesta? Sic ap. Quintil. 1, 1, 2. extr. 1, 11, 4. *expressis* plane deleverunt Heum. et Schulz. ortum quippe ex *controversiis*, quod in marg. voci *quibus* adscriptum fuisset. *in quibus, expressit si quando necessitas* coni. Lipsius in ed. postr. a. 1607. *et professis* Schulting. *expressius* (acrius) — *offendere* de la Monnoye et Lamal. *in quibus* (nobis) *expertis*, (ubi experti atque ausi simus) *si quando necesse sit*, *pro* cet. *Orel.* „Pro *expressis* exspectaverim *explicandis* aut *expediendis*, quanquam neutrum satis placet. Fortasse inest aliquis Dativus pendens a *necesse sit*, qui referri possit ad *causidicos.*" *Rauchenst.* — *probata sit fides*, eleganter pro *erit; Heum.* et *Sch.*

CAPUT XI.

Quae quum dixisset Aper acrius, ut solebat, et intento ore; remissus et subridens Maternus, Paravi, inquit, me, non minus diu accusare oratores, quam Aper laudavit. Fore enim arbitrabar, ut a laudatione eorum digressus detractaret poetas atque carminum studium prosterneret: arte quadam mitigavit concedendo his, qui causas agere non possent, ut versus facerent. Ego autem sicut in causis agendis efficere aliquid et eniti fortasse possum, ita recitatione tragoediarum ingredi famam auspicatus sum, tum quidem, quum in Neroneo improbam et studiorum quoque sacra profanantem Vatinii potentiam fregi: et hodie si quid in nobis notitiae ac nominis est, magis arbitror carminum quam orationum gloria partum. Ac iam me seiungere a forensi labore constitui, nec comitatus istos et egressus aut frequentiam salutationum concupisco, non magis quam aera et imagines, quae etiam me nolente in domum meam irruperunt. Nam statum cuiusque ac securitatem melius innocentia tuetur quam eloquentia; nec vereor, ne mihi unquam verba in senatu nisi pro alterius discrimine facienda sint.

1. *intento ore*, ut ap. Virg. Aen. 2, 1. *defixis* in adversarium ocu-

lis; *Sch.* Similiter Cic. p. Flacco 11, 26. *ut totam causam quam maxime intentis oculis, ut aiunt, acerrime contemplemini; Dronk.* „Vultu immobili et ad rigorem constantiamque composito, ut *intentos vultus tenebamus* ap. Minuc. Fel. Oct. 39." *Wopkens.* l. l. *intentore* ed. Put. *intentior* malebat Acid. — *remissus* opponitur *acri*, lenis, *gelassen*, *sanft*, ut ap. Quintil. 12, 10, 19. *lenti ac remissi* oratores; *Sch.* Cf. Gerlach. comm. in Sall. p. 299; *Dr.* *remissius* coni. Heum. — *Paravi, inquit, me non minus diu accusare oratores* edd. Rhen. 2. 3. et deinceps omnes. *Maternus parat. quid enim me non minus diu a. o.* edd. pr. Put. Ber. Rhen. 1. *Maternus parat. Quid enim refert me non minus diu a. o.* ed. Riv. *Maternus parant* MSS. Vat. Deinde *quam Aper laudavit* ex emend. Acid. dedere Heum. Sch. Ob. Bekk. Lün. Dr. Os. Or. *q. A. laudat* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. Lips. Pith. Bern. Gron. Seeb. *q. A. laudaverat* MSS. Vat. *laudare* corr. Lips. in marg. ed. a. 1607. et Brot. *Paraveram inquit, me — laudaret* coni. Schulting. Vulgatam vero lectionem nemini paene displicuisse mireris nisi Orellio, qui bene haec annotavit: „Latine dicimus aut *paro accusare Titium*, aut *paro me ad accusandum T.*, non *paro me accusare T.* Praeterea absurdum *non minus diu:* non enim in diuturnitate accusationis positus est eventus iudicii, neque in seqq. sermo fit de tempore in accusationem insumpto aut ad defensionem necessario. Hoc dicit Maternus: quia Aper mitius quam pro mea exspectatione tractavit poetas, ego quoque modestius acturus sum cum oratoribus. Hinc rectum et urbanum mihi certe videtur hoc: *Par est, inquit, me non minus modice accusare oratores, quam Aper laudavit* vel *laudaverat.*" Aptissima coni. *modice*, sed paulo audacior; et in lectionibus primarum edd. hoc latere crediderim: *Par est* (s. *sit* s. *erit*) *quidem*, (sane, utique; v. Ind. II.) *me non minus* cet. — *accusare* id. qd. *detrectare* s. *detractare* et contr. *laudare.* — *detractaret poetas*, obtrectaret; *Sch.* deprimeret; *Ern.* *detractaret* edd. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Lips. Pith. Dr. *detrectaret* edd. Bern. Gron. et cet. v. ad Ann. 14, 52, 2. — *carminum studium prosterneret*, extenuaret tanquam omnium vilissimum, *herabwürdigte; Sch.* *prosterneret: arte* cet. non satis cohaerere orationem, sed leviter hiare putant multi et post *prosternere* excidisse *id* vel *sed* vel *at.* Talia vero supplenda potius, et *mitigavit* absolute dictum. v. ad Agr. 4. n. 8. *prosterneret; at quaedam* coni. Wopkens. obss. misc. VII, 3. p. 389. *Quod fore enim arbitrabar — id arte quadam* Heum. *arte quidem* Os. Sed nihil mutandum. — *arte quadam*, callide, astute; *Sch.*

2. *Ego autem sicut in causis agendis — auspicatus sum*, universus hic locus est a meo libro (c. Farn.) nec de bonitate eius dubitari a sano homine potest; *Lips.* in ed. 1. et 2. *sicuti causis a.* edd. Heum. Schulz. *efficere ut* ed. pr. *sicut in causis agendi niti fortasse possum, ita recit. trag. et ingredi et efficere famam* edd. Put. Ber. Riv. Rhen. Ald. „*Eniti aliquid* a partu difficiliore ductum esse observat Ern. ad Cic. ep. ad Att. 13, 25. nam et *gignere* et *parere* de scribentibus dicitur." *Dr.* *In quo ego quid eniti aut quid efficere possim* Cic. p. Caec. c. 8.; *Schulz.* Sic et inf. c. 21, 10. 32, 10. Quintil. inst. or. 1, 5. quibus locis *efficere* est progressum facere; *Wopk.* Cf. Cic. de am. 16, 56. ibique Gernh.; *Dr.* *possum*, fortasse *potuissem; Orel.* — *ingredi famam*, incipere, inire; *Schulz.* Cf. Gesneri et Schelleri Lex. Lat. *et ingredi* MSS. Vat. ed. pr. Put. Ber. Rhen. Ald. *ingredi* glossam olet, quia *auspicari* est idem; *Ern.* Sed pleonasmus talis non infrequens est, v. c. Iustin. 26, 2. 27, 1. *auspicia belli* et *regni a parricidio incipientes* et *coepit*, Suet. Cal. 54. *initium auspicaretur; Schulz.* Cf. Ind. III. v. *Pleonasmus.* — *tum quidem quum* edd. Put. Ber. Rhen. et rec. *cum quidem* ed. pr. *tum quidam cum* ed. Riv. unde Schurzfl. suspicabatur, librarium in marg. notasse *quidam* (sc.

scripsit) *cum*, et sic utrumque in textum irrepsisse. — *quam in Ner neo improbam — Vatinii potentiam fregi*, verba obscura, tacente hist ria. *in Nerone improbam — vaticinii potentiam fregi* omnes edd. ar Heum. *in Nerone*, tragoedia Materni; *interpres Gall.* et *Nast.* p. 1(Sed v. ad cap. 3. n. 4. *in Nerone* pro *sub N.* dictum putabat Drä p. 28. 29. ubi tamen fatetur, nusquam satis certa inveniri exempla, n fortasse ap. Cic. ep. ad div. 7, 16. *in Britannia*, (quae Germ. red *während der Britannischen Angelegenheit*, quia Trebatium in Britan nunquam fuisse pateat ex ep. 7, 10.) et Graecum ἐν τούτοις τοῖς νομοί ταις Demosth. Olynth. 3, 3. *in Nerone improbatam* (ab omnibus bo reprehensam) *et st. q. s. prof. Vatinii pot. fregi* emend. Gron. obss. 3, ubi suspicatur, Vatinium, sutorem, scurram et detorti corporis hor nem, (v. Ann. 15, 34.) Neroniis, agone musico, *studiorum sacra pr nasse*, Musas quasi polluisse immundo suo contactu, et recitatis trag diis, ab ipso et a Materno compositis, huic palmam fuisse a iudici datam, *potentiam* vero illius eo ita *fractam*, imminutam, ut solus r omnia posse videretur. Ingeniosa haec et probabiliora certe, quam q commenti sunt alii. Sed eo sensu vel scribendum videtur *in Neron* quod dedere Os. et Or., vel, quod substitui, *in Neroneo*, sc. agone s certamine, quod *Neronium* dicitur Suet. Ner. 12. sed rectius *Neron* Suet. Ner. 21. et Vit. 4. ut Gr. Νερώνειον et *Neroneus mensis* Ann. 16, Suet. Ner. 55. De hoc agone v. ad Ann. 14, 20. Editores rec. ded *in Nerone improbatam* et *ipsi Neroni improbatam* et *etiam Neroni im batam*. Sed *improbam* bene h. l. convenit; non *vaticinii*, quod leg in edd. vet. et quo poesin designari putabant Sigras. et Lamall.

3. *et hodie* liber Rom. teste Lips. et edd. rec. Copula omiss edd. vet. et Lips. Os. Or. Sed ita hiat oratio; *V. D.* de quo v. ad 1. n. 1. *in* ante *nobis* delendum videbatur Acid. et Heum. — *noti* v. ad c. 5. n. 3. — *ac iam me seiungere* c. Farn. edd. Lips. et re ad c. 1. n. 3. *ac me deiungere* MSS. Vat. edd. pr. Put. Ber. Riv. R tres, Ald. Franc. Colon. Dr. et Os. — *nec comitatus istos et egressus* His refelluntur ea, quae Aper dixerat cap. 6. med. *Iam vero qui t torum comitatus et egressus* cet. Cf. ibi nota 4. — *frequentiam salut num* cf. ad c. 29. n. 3. et ad H. 2, 92, 3. *salutantium* frustra Schel. et Schurzfl. — *non magis quam aera, et imagines* cet. haec ctant ad verba Apri cap. 8 extr. ubi cf. nota 3. *aera*, statuas aenea tabulas hospitalitatis; *Brot.* Statuas aeneas, ornamenta aedium et s splendoris; *Schulz.* *Aera* dici aereas imagines, Weichert. in epist. de vers. Virgilii et Val. Fl. spuriis p. 18. exemplis probavit; G. J laud. a Dronkio p. 247. *quam ceras et imagines* non male coni. C h. e. imagines maiorum cereas. v. ad Ann. 11, 35. — *etiam iam m lente* edd. vet. ante Lips. a. 1607. in qua *iam* deletum.

4. *Nam statum cuiusque ac securitatem melius innocentia tuetur*, *eloquentia*: his refelluntur dicta Apri cap. 5 med. *Nam si ad utilit vitae* cet. *Iam* corr. Heum. „Hoc inservit transitioni, sed *nam* oc tioni, ut aiunt Grammatici. v. Tursell. de partic. p. 653. ed. Schw *Sch.* Cf. ad Ann. 2, 1. *statum*, v. ad Ann. 3, 28. *tuetur* pro *tueor* leg. putabat Pich. et *statum hucusque — tueor* Lips. Hoc rece a plurimis, illud ab Heum. Orel. nobisque. Ita sensus est: Alii vi bunt eloquentia mea, si innocentes erunt; (nec lubet mihi nocent ut cap. 12 med. dicitur, *male admissa defendere*) ipse vero, eade nocentia fretus, non vereor, ne meum ipsius *discrimen*, periculum quam ea arte sit propulsandum. *cuiusque* MSS. Vat. et Farn. ut e vet. ante Lips. quod sic aptissimum est. *ac securitatem* c. Farn. Lips. et rec. v. ad c. 1. n. 3. *ad sec.* edd. vet. quod perperam tuere Dr. et Os.

CAP

CAPUT XII.

Nemora vero et luci et secretum ipsum, quod Aper increpabat, tantam mihi afferunt voluptatem, ut inter praecipuos carminum fructus numerem, quod nec in strepitu, nec sedente ante ostium litigatore, nec inter sordes ac lacrimas reorum componuntur, sed secedit animus in loca pura atque innocentia fruiturque sedibus sacris. Haec eloquentiae primordia, haec penetralia: hoc primum habitu cultuque commendata mortalibus in illa casta et nullis contacta vitiis pectora influxit: sic oracula loquebantur. Nam lucrosae huius et sanguinantis eloquentiae usus recens et malis moribus natus atque, ut tu dicebas, Aper, in locum teli repertus. Ceterum felix illud et, ut more nostro loquar, aureum saeculum, et oratorum et criminum inops, poetis et vatibus abundabat, qui bene facta canerent, non qui male admissa defenderent. Nec ullis aut gloria maior, aut augustior honor, primum apud deos, quorum proferre responsa et interesse epulis ferebantur, deinde apud illos diis genitos sacrosque reges, inter quos neminem causidicorum, sed Orphea ac Linum ac, si introspicere altius velis, ipsum Apollinem accepimus: vel si haec fabulosa nimis et composita videntur, illud certe mihi concedis, Aper, non minorem honorem Homero quam Demostheni apud posteros, nec angustioribus terminis famam Euripidis aut Sophoclis quam Lysiae aut Hyperidis includi. Plures hodie reperies, qui Ciceronis gloriam, quam qui Virgilii detractent. Nec ullus Asinii aut Messalae liber tam illustris est, quam Medea Ovidii aut Varii Thyestes.

1. *Nemora et luci et secretum ipsum, quod Aper increpabat* cap. 9 extr. Cf. ad Ann. 1, 39, 4. — *sedente ante ostium litigatore*, nam *sub galli cantum consultor ostia pulsat*, (Hor. Sat. 1, 1, 10.) *Sch.* *hostium* Put. et Rhen. 1. *litigatorie* Put. — *inter sordes ac lacrimas reorum*, ut ap. Cic. post red. ad Quir. c. 3. et ep. ad div. 14, 2., *Sch.* et *Dr.* Cf. ad Ann. 4, 52. — *secedit animus in loca pura atque innocentia* ruris, ubi purior est aer et innocentius vivitur, quam in Urbe, *fruiturque* (v. ad Ann. 2, 13, 1.) *sedibus sacris* Musarum, ut cap. 13 extr. *illa sacra illosque fontes*. Cf. ad cap. 9. n. 7. *frueturque* ed. pr.

2. *Haec eloquentiae primordia:* nam antiquissimo tempore laudes deorum, res gestae heroum, primae leges et instituta sapientum versibus canebantur, et exstabant cum apud Graecos tum apud Romanos vates et poetae prius, quam scriptores solutae orationis; *Schulz.* Cf. ad cap. 4. n. 3. — *haec penetralia eloquentiae*, ut fere *sacrarium* poetarum c. 20. *Penetrale* propr. dicitur pars media, interior sanctiorque aedium, templorum, urbium, ubi focus, arae et simulacra posita. — *hoc primum habitu cultuque*, v. ad Ann. 1, 10, 11. et G. 46. n. 3. *hoc* c. Farn. edd. Lips. et rec. Cf. ad c. 1. n. 3. *haec* edd. vet. *hic* (in his sedibus sacris locisque desertis) *primum* — *hic oracula loquebantur* coni. Schulting. — *commendata mortalibus* ex emend. Mur. receptum ab Or. nobisque pro vulg. lect. *commoda m.*, quae ab Ern. exponitur apta, iucunda, a Bip. et Ob. utilis, opportuna. *compta* vel *commodata* (homini data coelitus utenda) coni. Lips. et Freinsh. *commota* (ut ap. Cic. Brut. 11. *ab his primis commota est historia* et Plut. in Sol. *τὴν τραγῳδίαν κινεῖν*) Schel. „Totus locus graviter affectus est: multis enim modis vel a sententia

vel a verbis laborat." *Osann.* Vellem rationes adiecisset. — *sic oracula loquebantur*, versibus, quibus antiquissima oraculorum responsa continebantur, ut vel ex Herodoto apparet; *Schulz.*

3. *lucrosae huius et sanguinantis eloquentiae*, sc. delatorum, qui illa ad pericula et perniciem aliorum utuntur; *Gesner.* in Thes. et *Oberl.* Quae pecuniis ex clientum marsupio elicitis abundat et quasi sanguine manat; *Forcell.* „Adumbratur eloquentia, quae non innocentibus patrocinium praebet, sed qua delatores, avaritia et crudelitate ducti, utuntur, ut reis periculum capitis inferant lucrumque inde captent: nam *sanguinare*, *αἱμάσσειν*, non solum est sanguinem emittere, quod Lipsius autumabat, (ut *artus sanguinantes* et *vulnera sanguinantia* ap. Quintil. declam. 10, 9. et 18.) sed etiam sanguineum colorem et animum prae se ferre, quo sensu Solin. in Pontico v. 6. dixit *sanguinat unda* et Apul. Met. V. med. p. 160, 20. ed. Elmenh. *serpentem veneno noxio colla sanguinantem.*" *Schulz.* Talis fuit eloquentia sanguisuga Eprii et Vibii, de quibus v. cap. 5. 8. et Ind. Cf. ad cap. 4. n. 3. *sanguinariae* non male coni. Salin. et Bip. ut ap. Plin. ep. 4, 22. *sanguinariae sententiae* Catulli Messalini et ep. Plin. H. N. 19, 53. *sanguinarium responsum* Tarquinii Superbi. Sed Tacitus etiam novas voces effingere solet. *sanguine manantis* corr. Schel. et *saginantis* Lips. ut utrumque epitheton ad commodum lucrumve referatur. „Id legitur in ed. Iunt. et recte. Sic *rei publicae sanguine saginantur* ap. Cic. Sestiana §. 78. ubi tamen *sanguinantur* duo codd. Bern. et optimi." *Orell.* Ita *saginari* saepius dicitur, non vero simpliciter. — *malis moribus natus*, v. ad H. 4, 64, 2. — *ut tu dicebas, Aper, in locum teli repertus*, conf. ad cap. 5. n. 5. et ad Ann. 16, 27.

4. *ut more nostro loquar*, more poetarum, qui celebrant carminibus aureum saeculum; *Schulz.* — *criminum inops* tacite Lips. ex MS. Farn. Cf. ad c. 1. n. 3. *cr. impos* edd. vet. — *poetis et vatibus abundabat:* ita MSS. Vat. et edd. Brot. Ern. Bip. al. *poetis* exciderat in ed. pr. *abundat* edd. vet. et Lips. — *bene facta* legas, non *benefacta*, beneficia; *Schulz.* Praeclara facinora, ut ap. Sall. Cat. 9. et Prop. 2, 1, 4., *Dr.* Sic et *male admissa*, de quo v. ad Ann. 11, 4.

5. *Nec ullis aut gloria maior aut augustior honor* edd. rec. ex emend. Lips. *gloria more aut augustior honor* c. Farn. *gloria in ore* MSS. Vat. in quibus post haec verba duorum triumve verborum lacuna est. Sic et in edd. vet. *defenderent. ne aut illud clamore . . . aut angustiae honor.* Hinc post *gloria maior* excidisse *unquam contigit* suspicabatur Brot. et *esse potuit* Osann. qui olim scriptum fuisse putat GLĀ MOR E . . . h. e. *gloria maior e . . .* Sed vacuum spatium inde ortum videri potest, quod post verba corrupta *in ore* excidisse nonnulla crederent librarii; *Orell.* — *ferebantur*, quod defendit Wopkens. obss. misc. VII, 3. p. 390. *dignarentur* coni. Heum. sensu passivo. Post *deinde* in edd. vet. ante Lips. insertum *q.* et *quod.* — *diis genitos sacrosque reges*, ut διογενεῖς, διοτρεφεῖς et ἱεροί. *dii* ed. pr. — *si introspicere altius*, v. ad Ann. 3, 25. *si introspicere* ed. Ber. Rhen. et rec. *se intr.* ed. pr. Put. Riv. — *ipsum Apollinem* fuisse *accepimus*, v. ad Ann. 1, 67, 1. — *fabulosa nimis*, v. Ind. III. v. *Anastrophe.* — *composita*, ingeniose conficta; *Sch.* v. ad H. 1, 34, 5. — *illud certe mihi concedis:* MS. Vat. 1862. et ed. Dr. *istud c. m. c.* Acidalius, Heum. et Or. malebant *concedes*, ut cap. 33. — *Lysiae aut Hyperidis*, oratorum Atheniensium: illius orationes XXXIV supersunt adhuc, huius una tantum; *Schulz.* De utroque v. Ind. et Quintil. 10, 1, 78. Cic. or. 26. 31. de or. 1, 13. 54. 2, 22. 3, 7. et Brut. 7. Plut. vitae X oratorum T. II. p. 835. 848.

6. *Plures hodie reperies, qui Ciceronis gloriam, quam qui Virgilii de-*

tractent, de illis (C. Asinio Pollione, C. Asinio Gallo, eius filio, Licinio Largo et aliis) v. cap. 18. 22. 23. ad Ann. 1, 12, 2. Quintil. 9, 4, 1. (ubi v. Gesn. et Spald.) 11, 1. 12, 1, 22. inpr. 12, 10, 1. et 12. Gell. 2, 1. 17, 1, 1. Plin. ep. 7, 4. Iuvenal. 7, 214. Suet. Claud. 41. Sen. de ira 3, 37. et declam. III. Ammian. Marcell. 22, 16, 16. de his Quintil. 8, 3, 27. 28. Donati vita Virg. §. 16. Drückii comm. de virtutibus ac vitiis Homeri ac Virgilii ex utriusque saec. aestimandis, Stutg. 1783. Praecipue et maiori iure irridebatur Ciceronis poesis et prosa Virgilii. Carmina, ab illo in iuvenili, non in virili aetate scripta, languida et ostentationis plena. Cf. cap. 21. Cic. de leg. 1, 1. div. 1, 47. 2, 30. de nat. deor. 2, 41. off. 1, 22. Plut. Cic. 2. Iuvenal. 10, 122—126. Quintil. 11, 1, 24. *qui* ante *Virgilii* e MSS. Vat. addiderunt Brot. Ern. al. Cf. ad cap. 8. n. 3. *detractent;* vulg. *detrectent*. v. ad Ann. 14, 52. — C. *Asinii* Pollionis, v. ad Ann. 1, 12, 2. M. Valerii *Messalae* Corvini, v. ad Ann. 2, 32, 1. *Mesallae* Put. *Messalae* Ber. Rhen. et rec. *Messallae* edd. Lips. Bern. Lün. — *Medea Ovidii*, de qua Quintil. 10, 1, 98. *ea videtur mihi ostendere, quantum vir ille praestare potuerit, si ingenio suo temperare quam indulgere maluisset.* Laudatur etiam versus eius a Quintil. 8, 5, 6. ipsaque tragoedia ab Apuleio de orthogr. fragm. 18. p. 8. ed. Osanni; *Dr.* Cf. Burm. ad Anthol. Lat. T. I. p. 128.; *G. Jacob.* laud. a Dr. p. 247. — *Varii Thyestes*, L. Varii, cuius carmina epica et tragoediae, inpr. Thyestes et Panegyricus in Augustum, impense laudantur. v. Virg. Ecl. 6, 7. 9, 26—35. Horat. od. 1, 6, 1. et Sat. 1, 5, 40. 93. 1, 6, 55. 1, 9, 23. 1, 10, 43—45. 81 sq. et epist. 2, 1, 247. Quintil. 10, 1, 98. Martial. 8, 18. Macrob. 6, 1. et 2. (qui horum carminum fragmenta nobis servavit) Rutgers. lect. Venus. c. 3. Ruhnk. ad Vell. p. 363. quique a Dr. et G. Jacobo l. c. laudantur, Voss. ad Virg. Ecl. 9, 35. Saleius Bassus in Pison. 227. (Wernsdorf. poet. lat. min. T. IV. p. 276.) Spald. ad Quintil. 3, 8, 45. Heindorf. ad Hor. Sat. 1, 4, 18. 10, 43. Osann. ad Apul. fragm. p. 68. Tirabosch. in Storia letteraria d'Italia P. III. l. 3. p. 209. et Langii vindic. trag. Rom. p. 8. Verba *aut Varii* absunt a cod. Farn.

CAPUT XIII.

Ac ne fortunam quidem vatum et illud felix contubernium comparare timuerim cum inquieta et anxia oratorum vita. Licet illos certamina et pericula sua ad consulatus evexerint; malo securum et secretum Virgilii secessum, in quo tamen neque apud divum Augustum gratia caruit, neque apud populum Romanum notitia. Testes Augusti epistolae, testis ipse populus, qui, auditis in theatro versibus Virgilii, surrexit universus et forte praesentem spectantemque Virgilium veneratus est sic quasi Augustum. Ne nostris quidem temporibus Secundus Pomponius Afro Domitio vel dignitate vitae vel perpetuitate famae cesserit. Nam Crispus et Marcellus, ad quorum exempla me vocas, quid habent in hac praesenti fortuna concupiscendum? an] quod timent? an quod timentur? quod, quum quotidie aliquid rogentur, hi, quibus praestant, indignantur? quod alligati cum adulatione nec imperantibus unquam satis servi videntur, nec nobis satis liberi? Quae haec summa eorum potentia est? Tantum posse liberti solent. Me vero *dulces*, ut Virgilius ait, *Musae*, remotum a sollicitudinibus et curis et necessitate

quotidie aliquid contra animum faciendi, in illa sacra illosqu fontes ferant; nec insanum ultra et lubricum forum famamqu pallentem trepidus experiar. Non me fremitus salutantium ne anhelans libertus excitet; nec incertus futuri testamentum pr pignere scribam; nec plus habeam, quam quod possim, cui ve lim, relinquere, quandocunque fatalis et meus dies veniet st tuarque tumulo, non moestus et atrox, sed hilaris et coron tus, et pro memoria mei nec consulat quisquam, nec roget.

1. *illud felix contubernium* vatum Musarumque in vita privata; *Bro* Nemora, lucos et secretum, in quo *vates*, poetae, secum et cum di heroibusque vivunt; *Bip.* Paulo post *securus et secretus Virgilii secess* dicitur, et deinde: *Me vero dulces, ut Virgilius ait, Musae, remotum curis in illa sacra illosque fontes ferant. istud* et paulo post *istos* M Vat. 1862. et hinc ed. Dronk. *illud secum contubernium* coni. Gron. (q aut vitium hic aut lacunam esse arbitrabatur) coll. Pers. 4, 52. *tec habita* et Cic. ep. ad Curion. 2, 7. *tecum loquere, te adhibe in consil'u te audi, tibi obtempera.*

2. *Licet illos certamina — evexerint:* optime ita Vetus; (c. Far *Lips.* in ed. 1. *Licet illos agitent certamina et per. sua et controvers* edd. vet. — *certamina:* nam ipsa illa oratorum professio *certamen* e *ἀγών*, et togata quaedam militia; *Gesner.* ad Quintil. 10, 3, 2. „Hi *bella fori, Mars forensis* et similia. v. Klein. ad Ovid. Trist. 3, 12, 1 *Dr.* Cf. Intpp. Iuvenal. 7, 8. 156. 173. — *secretum Virgilii secessum*, nota 1. et ad H. 3, 63, 3. *quictum V. sec.* MSS. Vat. ed. Dr. et Os. *in quo tamen* est a Rhen. *in quo tum* edd. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *apud populum Rom. notitia*, v. ad c. 5. n. 3.

3. *Augusti epistolae*, „de quibus v. Macrob. 1, 24. Claudian. ep. Olybr. 41, 23. Rutgers. var. lectt. 2, 14. p. 135 sq. et J. Alb. Fabric Imp. Caes. Augusti temporum notatio et scriptorum fragmenta Ha 1727." *Dr.* Cf. etiam Sen. controv. III. et Donati vita Virg. §. 12. *populus, auditis in theatro versibus Virgilii, surrexit universus;* qui ho rarus fuit et temporibus Imperatorum non fere nisi his eorumve cog tis habitus. Cf. Suet. Aug. 56. Dio 54, 27. De re ipsa v. Cellar. Plin. pan. 54, 2. Serv. ad Virg. Ecl. 6, 11. et Donati vita Virg. s. ubi Heynius suspicabatur, hanc narrationem ex Virg. Ecl. 6, 66. e ctam videri posse. — *Virgilium:* hoc nomen frigide repetitur melius abfuerit: sed similia in Tacito vidimus; *Ern.* Cf. Ind. III. v. *Ve eadem repetita.* Ex margine irrepsisse h. l. videtur. — *Ne nostris q dem t.*, in ed. Lün. *Nec n. q. t.* quod tamen nulla edd. vet. habet; Cf. ad H. 2, 76, 10. — *Secundus Pomponius Afro Domitio*, cf. ad cap n. 1. De illo v. ad Ann. 11, 13, 1. de hoc ad Ann. 4, 52. *Ap* ed. pr.

4. *Crispus et Marcellus, ad quorum exempla me vocas*, (excita causa; *Ern.*) cet. cf. cap. 8. ibique nota 1. — *in hac praesenti fort* omnes edd. ante Ern. Idem videtur habere c. Farn. (nam nihil co monet Lipsius, de quo v. ad cap. 1. n. 3.) atque optime significat, gilem ac fluxam esse istam fortunam; *Orel.* *sua* pro *praesenti* ex M Vatt. recepere Ern. Bip. Sch. al. rati, nil aliud esse *praesenti* quam — *habent concupiscendum*, v. ad cap. 1. n. 3. — *an quod timent* om edd. ante Brot. et illud *an* etiam in c. Farn. scriptum videtur. v. c. 1. n. 3. Abest tamen a MSS. Vat. Hinc deletum a Brot. Ob. al. quia saepius librarii duplex *an* inculcarunt. v. Handii Tursell. I. p. Nos uncis illud inclusimus. Alterum vero *an* rectius extrudi put Ern. — *aliquid:* in ed. pr. *aliqui.* — *hi, quibus praestant*, quos ante

lunt potentia et eloquentia; *Heum. Bip. Nast.* „Immo *hi, quibus praestant* sc. id quod rogantur, vel officium, operam. Cf. Flor. 4, 2, 92. (*gravis est liberis ipsa beneficiorum potentia*) Cic. p. Sulla 26. Plut. in Cat. οὐ βούλομαι τῷ τυράννῳ χάριν ἔχειν, ὑπὲρ ὧν παρανομῇ· παρανομῇ δὲ σώζων, ὡς κύριος, ὧν αὐτῷ δεσπόζων οὐδὲν προσῆκεν." *Gron. hi, quibus non praestant* legendum censent Lips. Weik. Woltm. *his, quibus praestant* Schel. *hi, quibus praestant minus* Schulting. *ii* Orel. dedit pro *hi*. — *indignantur*, quod causidicis tantum debere et dare cogantur; *Brot.* Cf. c. 8. — *alligati cum adulatione*, „impediti et nexi, ut *eo pacto prorsum illic alligaris filium* ap. Terent. Adelph. 5, 3, 38. (ubi Donatus annotat: dicitur aliquis *alligari* ad aliquid, sine quo esse non possit) et *ne forte qua in re impediar atque alliger* ap. Cic. ad Att. 8, 16." *Schulz.* „Plutarchus Moral. T. II. p. 145. ed. Wyttenb. de hoc verbo ait τὸ δὲ δεομένειν 'ΑΛΛΙΓΑΡΕ λέγουσιν οἱ πολλοὶ 'Ρωμαίων· οἱ δὲ καθαρεύοντες ἐν τῷ λέγεσθαι ΛΙΓΑΡΕ. Sed fallitur. Cf. Gron. ad Liv. 7, 24, 4. Drak. ibid. et ad 5, 27, 9. Gron. ad Sen. ep. 94. Schaef. ad Plin. ep. 4, 1, 2." *Dronk.* „Videtur Noster, quum *alligatos* diceret istos Principis assentatores, in animo habuisse servos illos, qui, quum in vinculis opus facerent, *alligati* appellabantur. *Vineta plurimum per alligatos excoluntur,* Columella 1, 9." *Os.* Praepositio ab h. l. aliena, neque congruunt exempla ab Osanno allata, *cum gratia venit* c. 2. et *cum cura adiit hiberna* H. 1, 52. Delevit eam Oberl. et uncis inclusit Dronkius, non tanquam spuriam, sed quae emendetur. „Nisi ad pleonasmum τοῦ *cum* decurrere velimus, non plane inauditum, pro eo legatur *sunt*." *Wopkens.* obss. misc. VII, 3. p. 390. *comi* et *Caesarum* coni. Sch. *omnium* et *humili* Schulting. *cautissima* et *diligentissima* Heum. *alligati quum sint adulatione* Peerlk. de quo v. ad c. 1. n. 4. — *summa eorum potentia* edd. Lips. et rec. v. ad c. 1. n. 3. *s. verum p.* edd. vet. — *tantum posse liberti solent*, v. ad H. 1, 46, 8. ad G. 25. n. 8. et 9. et cf. Iuvenal. 1, 90—116. — *ut Virgilius ait* G. 2, 475 sq. et 485—490. — *remotum* edd. Rhen. 2. 3. et deinde omnes. *remotae* primae edd. — *contra animum faciendi*, contra animi inclinationem, (*Neigung*) ut contr. *ex animo* scere. *faciendi* edd. Rhen. 2. 3. et rec. *facies* ed. pr. *faciente* Put. Riv. er. Rhen. 1. — *in illa sacra illosque fontes ferant*, v. ad cap. 9. n. 7. *ita* et *istosque* MS. Vat. 1862. et ed. Dr. — *insanum—forum*, ut ap. Virg. Ge. 2, 502. ubi haec annotavit Heynius: „clamore et litibus insanis perstrepens. Sic *rabies, furor* foro et causidicis tribuitur." — *lubricum forum*, v. ad Ann. 6, 49. Sic ap. Sil. 7, 542. *Insanae spectate tribus! pro lubrica rostra Et vanis fora laeta viris!* — *famam pallentem*, quae non nisi anxietate et pallore acquiritur; *Nast.* Cuius anxia cura terret homines, studium famae sollicitum; *Ern. Famam* oratoris, qui pallet, quum populo displicet, quum male rem egisse videtur; *Oberl.* recte: nam *pallens* dicitur etiam, quod pallidos reddit homines, ut *pallentes curae, mores, morbi* Pers. 5, 55. Martial. 11, 7, 6. Virg. Aen. 6, 275. *pallens ac trepidus* coni. Heum. et *pallens et trepidus* Peerlk. de quo v. ad c. 1. n. 4.

5. *Non me fremitus salutantium*, admitti cupientium, *excitet* e somno. De clientibus iam summo mane patronos, inpr. orbos, quorum hereditas captatur, salutantibus, ne alii prius officia his praestent sportulasve praeripiant, v. Iuvenal. 1, 95—116. 128. 3, 126—136. Martial. 36. 4, 8. 10, 82. *libertus*, qui aliis praeferri solet, et *anhelans* ob cursum, ne quis prior patronum salutet. Cf. Iuvenal. ll. ll. *anhelus* coni. Heum. — *nec incertus futuri testamentum pro pignere scribam*, pro rerum meorum incolumitate, partem hereditatis Principi legans; *Brot.* Aptior et simplicior est Ernestii interpretatio: *Pro pignere*, securitatis causa, sc. heredes adscribendo meis Imperatores eosve, quorum

potentia mihi *pigneri* sit fore, ut ratum sit testamentum ac securum meique partem saltem bonorum meorum ferant. v. ad Ann. 2, 48, 1. *futuri test. pro p. scribam* hexameter. v. ad G. 39. n. 4. Coniectura augurari videtur mortem propinquam. Cf. ad c. 2. n. 1. — *quandocunque:* in ed. pr. *quandoque enim*, unde *quandoque* dedit Os. v. ad Ann. 1, 6, 2. *quandoque* (et quando) *fatalis et meus dies veniet, statuar tumulo* coni. Orel. — *fatalis et meus dies,* „utraque dictio mortem naturalem indicat, ut *fatalis dies* Plin. ep. 1, 12. Vellei. 2, 4. *sua morte mori* et *defungi* (ἰδίῳ θανάτῳ τελευτᾶν, θνήσκειν) Sen. ep. 69 extr. et Suet. Caes. 89. ubi v. Casaub." *Schulz.* „Copula a Pith. deleta, quoniam *meus, tuus fatalis dies* saepius legitur. Sed simpl. etiam dicitur *meus, tuus, suus dies.*" *Orel.* v. ad Ann. 6, 20. — *veniet* edd. paene omnes. *veniat* MSS. Vat. edd. Seeb. Dr. Os. *venerit* legitima scribendi ratio postulabat; *Ern.* Omnia haec recte dicuntur. „Tempus praesens interdum ponitur pro Fut. v. Ruddim. inst. gr. T. II. p. 381. ed. Stallb. et Ramshorn. Gr. p. 401." *Dr.* Cf. ad c. 39. n. 1. — *statuarque tumulo*, cf. Kirchman. de fun. Rom. 3, 16. de statuis erectis in sepulcris; *Sch.* Sed h. l. nihil est nisi sepeliri; *Dronke.* — *maestus et atrox*, torvo vultu; *Ern.* Quod saepe contingebat oratoribus, qui et sub malis, et sub bonis Principibus nonnunquam puniebantur; *Brot.* — *coronatus:* nam mortuis etiam coronae, inpr. virtute partae, et quidem tam ei, qui peperisset, quam eius parenti, imponi solebant, quod ipsa lex XII tabularum iubebat: quales coronae etiam nunc in monumentis sepulcralibus conspiciuntur. „v. Plin. 21, 3. Cic. leg. 2, 24, 60. p. Flac. 31. Kirchman. de fun. Rom. 1, 11. Petisci Lex. antiq. Rom. T. I. p. 576." *Ob.* et *Dr.* — *pro memoria mei:* „nam subinde *memoria* defuncti, quum invisus fuerat antea, lacerabatur, neque licuit heredibus sepulcrum accusati vel damnati rite exornare, nisi veniam eius rei vel a Principe vel a senatu impetrassent: unde Gron. recte: *nec consulat* sc. senatum, ad eum referat, *nec roget* Principem, (an liceat defuncto titulos, lapides, statuas et imagines ponere) coll. §. 4. Inst. de iud., lap. ap. Grut. p. 354. et Artemid. Oneirocr. 1, 5." *Schulz.* Conf. ad Ann. 2, 32, 1. Male *consulat* astrologos Heum. et vates Lips. cui tamen suffragabatur Brot. his verbis: Quum ipsa reorum memoria saepe damnaretur et tituli, imagines ceteraque honorum monumenta abolerentur, *consulebantur* vates, ut, quid esset timendum, audiretur, *rogabantur* Principes, ne tantum saevirent.

CAPUT XIV.

Vixdum finierat Maternus concitatus et velut instinctus, quum Vipstanus Messala cubiculum eius ingressus est suspicatusque ex ipsa intentione singulorum, altiorem inter eos esse sermonem: Num parum tempestivus, inquit, interveni secretum consilium et causae alicuius meditationem tractantibus?

Minime, minime, inquit Secundus, atque adeo vellem maturius intervenisses. Delectasset enim te et Apri nostri accuratissimus sermo, quum Maternum, ut omne ingenium ac studium suum ad causas agendas converteret, exhortatus est, et Materni pro carminibus suis laeta, utque poetas defendi decebat, audentior, poetarum quam oratorum similior, oratio.

Me vero, inquit, et sermo ipse infinita voluptate affecisset, atque id ipsum delectat, quod vos, viri optimi et temporum nostrorum oratores, non forensibus tantum negotiis et declama-

torio studio ingenia vestra exercetis, sed eiusmodi etiam disputationes adiungitis, quae et ingenium alunt et eruditionem, et literarum iucundissimum oblectamentum cum vobis, qui illa disputatis, afferunt, tum etiam his, ad quorum aures pervenerint. Itaque hercule non minus probari video in te, Secunde, quod Iulii Asiatici vitam componendo spem hominibus fecisti plurium eiusmodi librorum, quam in Apro, quod nondum a scholasticis controversiis recessit et otium suum mavult novorum rhetorum more, quam veterum oratorum, consumere.

1. *concitatus et velut instinctus* sc. ardore quodam poetico, ut Lucanus Quintil. 10, 1. dicitur *ardens et concitatus; Schulz.* Ἐνθουσιῶν de poeta; *Ern.* — *quum Vipstanus Messala*, v. ad Ann. 2, 32, 1. et H. 3, 9, 4. Alius *Messala Corvinus* cap. 17. 18. 20. 21. — *quum* s. *cum* edd. Rhen. 2. 3. et rec. *tum V. M.* MSS. Vat. ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *quum V. M.* Rhen. 2. 3. et cet. *Vipstanus* non MSS. Vat. sed edd. Ern. et rec. *uisparus* ed. Riv. *urbanius* ed. pr. *Urbanus* Put. Ber. Rhen. tres, Ald. *Vibanius* cod. vet. et Lips. et Ursini. *Vipsanius* edd. Lips. et cet. ante Ern. *Vipsanus* Bip. *Vipstanius* Brot. Cf. ad Ann. 11, 23, 1. — *eius* a manu glossatoris additum putabat Ern. ut *est* Acid. et Orel. — *suspicaturque* ed. pr. et Put. — *ex ipsa intentione* sc. vultus; *Ern.* Attentione, singulorum sc. mente et cogitatione intenta in ea, quae dicerentur; *Schulz.* — *altiorem inter eos esse sermonem*, colloquium de re gravissima et altioris indaginis. — *tempestivus*, v. ad Ann. 14, 2. *tempestivis* ed. Put. — *interveni* omnes edd. inde a Put. *intueri* ed. pr. *intervenio* coni. Heum. — *et causae alicuius* forensis et gravioris. *et* omissum in Iunt.

2. *Minime* semel legitur in ed. (pr. ?) Put. Iunt. Dr. Os. Or. '*Minime, minime* (c. Farn.) ed. Ber. et rel. „Si iterandum fuisset, auctor, puto, scripsisset *Minime, inquit Secundus, minime.*" *Os.* Cf. ad c. 1. n. 3. — *laeta — oratio*, v. ad c. 20. n. 3. — *decebat:* in ed. Put. *dicebat.* — *audentior*, ut a Quintil. 12, 10, 23. Aeschines *audentior orator* dicitur; *Dr. audentior, poetarum* (c. Farn.) ed. Lips. I. et poster. v. ad c. 1. n. 3. *audenter* edd. vet. *et poetarum* MSS. Vat. omnesque edd. praeter Lipsianas. *poetarumque* dedit Gron. Nos secuti sumus Lipsium, ut hic codicem Farn. Copula minus apta est quam appositio.

3. *Me vero, inquit* sc. Messala. cf. ad cap. 15. n. 2. *vero* ex emend. Rhen. *vere* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. Mox *ad ipsum* Put. *ut sermo — ita id ipsum* dedit Heum. — *viri optimi et temporum nostrorum oratores*, lepide dictum a Messala, qui contendere solebat, neminem hoc tempore oratorem esse: (v. cap. 15. et ad cap. 1. not. 1.) neque audiendi, qui *oratores* sine epitheto frigere et hinc *optimi* ante *temporum* vel post *oratores* excidisse putarunt, aut legendum esse *vere optimi temp. n. o.* „*Temporum nostrorum oratores* dicta hoc sensu: qui nostris temporibus vere oratorum nomen mereamini." *Wopkens.* obss. misc. VII, 3. p. 391. — *et declamatorio studio* rhetorum, in quorum scholis tum suasoriae orationes et themata de rebus causisque sive veris sive fictis et controversis, sed veritati simillimis, elaborantur, et μελέται, (quae mox *scholasticae controversiae* dicuntur) tum declamatio, ἐπίδειξις, additur. v. cap. 31 pr. 35 extr. (coll. Quintil. declam. 282. 288. 309. 326. 330. de iisdem rebus) Petron. c. 1. Quintil. inst. 2, 10. Iuvenal. 1, 15—17. 7, 160—170. et Sen. controv. *sed declam. studio* ed. pr. — *disputationes adiungitis* (sc. declamationibus) edd. omnes ante Dronk. *disp. et sumitis* Vat. 1518. *disp. assumitis* Vat. 1862. 4498. quod receptum est a Dr. Os. Or. et male defensum ab Orellio his verbis: „Prorsus sic Cic. Brut. §.

153. *mihi videtur Servius eloquentiae tantum assumpsisse*, et Anton. Pius ad Fronton. p. 254. ed. Rom. *illa pars orationis tuae — gratissime a te assumpta.* Significantius autem est *assumitis*, h. e. praeter forensia negotia et declamationes aequo studio suscipitis etiam disputationes eiusmodi, quae cet., quam *adiungitis* iis ut minus graves." Non haec, sed illa potius est sententia lectionis vulgatae, neque congruunt loca a viro docto comparata. — *et eruditionis et literarum* (synon.) ex emend. Rud. Agricolae et Lipsii a multis receptum. *et eruditiones* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *et eruditionem* Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Pith. Haur. quos secutus sum. *et ingenium alunt exercitatione* (ut c. 33, 2.) coni. Heum. et Schurzfl. *et ing. alunt eruditione* Acid. quod arridere potest et ceteris praelatum est a Dr. — *cum vobis:* in ed. Seeb. 2. *tum vobis.* „Discrimen leviter tetigit Zumpt. Gram. §. 339. Vulgatum firmari potest exemplis, quae collegit Ramshorn. Gram. p. 513. Cf. Titze ad Plin. p. 355. 356. ep. 7. et Orelli ad Cic. p. Mil. 1. p. 44. Sed res tota nondum diiudicata est." *Dronke. tum etiam iis* ed. Ald. Orel.

4. *Iulii Asiatici*, v. ad H. 2, 94, 3. *Asiati* Put. — *plurium* est a Rhen. *plurimum* ed. pr. Put. Ber. Rhen. 1. *plurimam* coni. Mur. et Schurzfl. — *quam in Apro — consumere* amare dicta, quibus ansa datur novae disputationi; *scholasticae controversiae*, (cf. not. 3.) utrum poetico an oratorio studio maius pretium sit statuendum. „*Scholastici* hac aetate dicebantur vel magistri scholarum, *rhetores*, vel (cum contemptu fere) studiosi eloquentiae, qui operam dant scholae, in ea et umbra vivunt, vel eloquentiam e scholae rhetorumque praeceptis hauserunt, deinde diserti: post autem, aevo Constantiniano, iuris periti et patroni causarum: postremo monachis quodcunque literatorum hominum genus." *Schulz.* Cf. cap. 15 extr. 26 fin. 35 pr. 42. Plin. ep. 1, 24, 4. Quintil. 12, 11, 16. du Fresne Glossar. et Ern. Lex. technol. rhet. p. 334. — *rhetorum:* in ed. Put. *theorum.*

CAPUT XV.

Tum Aper, Non desinis, Messala, vetera tantum et antiqua mirari, nostrorum autem temporum studia irridere atque contemnere? Nam hunc tuum sermonem saepe excepi, quum, oblitus et tuae et fratris tui eloquentiae, neminem hoc tempore oratorem esse contenderes; atque id eo, credo, audacius, quod malignitatis opinionem non verebaris, quum eam gloriam, quam tibi alii concedunt, ipse tibi denegares.

Neque illius, inquit, sermonis mei poenitentiam ago, neque aut Secundum aut Maternum aut te ipsum, Aper, quanquam interdum in contrarium disputes, aliter sentire credo. Ac velim impetratum ab aliquo vestrum, ut causas huius infinitae differentiae scrutetur ac reddat, quas mecum ipse plerumque conquiro. Et quod quibusdam solatio est, mihi auget quaestionem, quia video, etiam Graiis accidisse, ut longius absit Aeschine et Demosthene Sacerdos iste Nicetes et si quis alius Ephesum vel Mytilenas contentis scholasticorum clamoribus quatit, quam Afer aut Africanus aut vos ipsi a Cicerone aut Asinio recessistis.

1. *vetera tantum et antiqua*, ut c. 16. 17. et ἀρχαῖον καὶ παλαιόν, de

quo v. Ruhnk. ad Vell. 1, 10. 16. Cf. ad c. 5. n. 4. *vetera tantum et cet. mirari, nostrorum* cet. v. ad Ann. 2, 88, 2. — *sermonem saepe excepi*, v. ad H. 3, 32, 6. — *fratris tui eloquentiae*, Aquilii Reguli; *Lips.* v. ad H. 4, 42. — *neminem hoc tempore oratorem esse contenderes*, v. ad cap. 1. n. 1. *neminem* c. Farn. edd. Lips. et rec. Cf. ad c. 1. n. 3. *nostrum* ed. pr. Put. Ber. Rhen. 1. *nostro* Rhen. 2. 3. Ald. al. a quibus etiam *esse* abest. — *oratorem esse contenderes; atque id eo, credo, audacius* (sc. fecisti) *quod maligni in iis opinionem non vereberis* quaedam edd. rec. ex emend. Lipsii, qui etiam coniecit *or. esse contenderes parem antiquis: eo, credo, audacius*, et in textu expressit lectiones MSS. Farn. et Vatic. *oratorem esse contenderes. Antiquis eo credo audacius, quo maligni in iis opinionem* cet. *or. e. contenderes antiquis eo cr. a.* MSS. Vat. *or. e. contendere. Antiquis eo cr. a. quod malignus his opinionem* ed. pr. *or. e. contendere antiquis eo credis audacius quo malignius. his opin.* Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *oratorem contendere antiquis, esse credis audacius, quo malignitatis opinionem* Rhen. 2. 3. Ald. Franc. Col. *maligne in iis* Vat. 1518. *maligni iudicis opinionem* corr. Acid. Heum. Sch. Sed vera Rhenani emendatio, probata a Wolf. in Miscell. p. 163. et a multis recepta: *malignitatis opinionem* h. e. suspicionem invidiae, ut H. 1, 1. Agr. 41. et inf. cap. 18. 23. et bis cap. 24. ubi tamen dicitur *non malignitate nec invidia* et utrumque distinguitur. *Invidus* optat, ut alius non habeat aliquam rem aut eam amittat; *malignus*, ut ipse eam habeat. *Maligni* etiam dicuntur omnes illi, qui male aliis volunt, malo in eos animo sunt. Cf. ad c. 25. n. 4. — *ipse* edd. Lips. et rec. *ipsi* edd. vet.

2. *Neque illius, inquit* Messala, (cf. ad c. 14. n. 3.) *sermonis mei*, quo scil. *contendi, neminem hoc tempore oratorem esse.* Haec valde consentanea sunt primis verbis Satirici Petroniani; *Pith.* — *poenitentiam ago*, „ut ap. Curt. 8, 6, 23. Quintil. 9, 3, 12. Val. Max. 3, 4, 2. Cf. Gerlach. comm. in Sall. p. 125." *Dr.*

3. *Ac velim* edd. et vet. et rec. nisi quod *At v.* ed. pr. Dr. Os. Or. „*At* transitum facit, ut ap. Cic. Tusc. 1, 44, 105. Caes. B. G. 1, 52. 7, 82. B. C. 2, 7. et saepius ap. Tac." *Dr.* Immo particula adversativa ab h. l. aliena est et *ac velim imp.* progressio orationis vere latina; *V. D.* de quo v. ad c. 1. n. 1. Iudice contra Orellio sententia ipsa imperiose requirit particulam adversat. — *infinitae differentiae* veterum recentiorumque oratorum. Praecipuae ab ipso afferuntur c. 25 — 35. — *quas mecum ipse plerumque conquiro:* unde *ad cuius eruditionem et ingenium cura quoque et meditatio accessit* cap. 16. pr. *plerumque*, v. ad Ann. 3, 28. — *Et quod quibusdam solatio est*, quod idem *Graecis acciderit*, et solamen sit, socios habuisse malorum, *mihi auget quaestionem*, magis incendit cupiditatem has causas cognoscendi; *Schulz. auget quaestionem*, quaerendi studium; *Ern. solutio est* (solvit quaestionem) emendatio Acid. indubia iudice Schurzfl. et recepta a Brot. sed ingeniosa magis quam vera et necessaria; *Sch. Bip. Ob. Dr.* Ita saltem esse deberet *quae quibusdam solutio est* vel *quod quibusdam solutioni est; Orel.* p. XLVI. — *Graiis* omnes edd. inde a Puteol. „Sic ap. Cic. de R. P. 2, 4. 3, 9. v. Heins. ad Ovid. A. A. 1, 686. Burm. ad Anthol. lat. T. I. p. 585. Bremi ad Nep. praef. §. 5. (cf. H. 2, 66. 4, 68.) Sed *gratis* ed. pr. in quo latere potest forma usitatior *Graecis.*" *Dronke.* — *Aeschine*, v. ad c. 25. n. 3. — *Sacerdos iste Nicetes:* „vere et εὐστόχως emendavi: rhetor hic Graecus et nobilis declamator eo aevo; *Lips.* Smyrnaeus fuit et nobilis rhetor, sed a vetere dicendi genere alienus, qui et dithyrambos cecinit; *Brot.* Cf. qui ab his laudantur, Philostr. vit. Sophist. 1, 19. Plin. ep. 6, 6. Sen. controv. 4, 25. 9, 2. et ult. Add. Sen. Suas. 1. *absit Eschines et Demosthenes sacerdos iste enitet* edd. vet. ante Lips. *ut longius absit Aeschine et D. Dositheus et si quis alius — quatit* coni. Rhen. qui in

Castigatt. haec annotavit: Fieri potest, ut Dositheus aliquis orator apu Graecos eo tempore vixerit, quo conditum est hoc opusculum; et si comparat veterem Aeschinem et recentem Dositheum. *absit ab Aeschin* ed. Francof. in marg. Non male; *Or.* — *et si quis alius* rhetor Graecus *Ephesum* Ioniae *vel Mytilenas* Lesbi urbem, oppida, quibus schola rhetoricae a Graecis magistris institutae, *quatit*, tota commovet et obtundit declamationibus suis, *contentus* dummodo *scholasticorum*, auditorum seu discipulorum, coetus *clamoribus*, plausu vulgari et acclamationibus, ipsi faveat, qui sic multum lucri et gloriae retulisse ipsumque Demosthenem superasse sibi videtur, quanquam hic in clariori luce versabatur et orationibus populum Atheniensem regebat; *Schulz.* Sed iungenda potius *Ephesum vel Mytilenas clamoribus quatit*, et pro *contentus* quod in edd. vet. et plerisque rec. legitur, scribendum *contentis* cum Ern. Brot. Lün. et Fr. Aug. Wolf. in Miscell. p. 163. *contentiosis* con Schulting. et *continuis* Freinsh. Sed *contentis clamoribus* dixit Noster, u *contenta voce* Cic. p. Ligar. 3. et or. 17. *contente dicere* — *tormenta vehementius contenta* et *vox missa contentius* Cic. Tusc. qu. 2, 24. *contentissime* et *contentissima voce clamitare* Apul. Florid. I. p. 345, 30. et Metam. IV med. p. 147, 5. ed. Elmenh. *intendere corpus, latera, fauces aciem oculorum* Cic. Tusc. 2, 23. 4, 17. *Clamoribus quatit* oppida, quemadmodum *quati, concuti, percuti, verberari, feriri, pulsari, ici, impelli pelli* dicuntur aures, oculi, loca voce, clamore, rumoribus cet. v. a Agr. 41. n. 4. intpp. Sil. 2, 580. 3, 436. 694. 4, 7. Valer. Fl. 1, 74 2, 91. 122. 5, 273. Burm. ad Ovid. Fast. 3, 741. et ad Quintil. declam 301. p. 584. Broukh. ad Prop. 1, 3, 18. Corrupta apud Graecos eloquentia, ut Sacerdos Nicetes, sic Ephesi et Mitylenarum rhetores, abstrusas sententias et alte sonantia verba aucupabantur; *Brot.* *Clamor scholasticorum* h. l. vel auditorum discipulorumque acclamationes, (v. a cap. 9. n. 4. et ad cap. 14. n. 3.) vel ipsorum rhetorum oratio clamosa stentorea et magna sonans, *genus ipsum orandi crebro fori usu celebre ad implendas aures latum* H. 1, 90. *ampullae et sesquipedalia verba* Horat. A. P. v. 97. Hoc tamen sensu res nimis in maius aucta videri po sit. *Mytilenas* pro vulg. *Mitylenas* scripsi exemplo Dronkii. v. ad An 6, 18. *scholasticorum et clamoribus* ed. pr. — *Afer*, v. ad Ann. 4, 5 Domitius *Afer* et Iulius *Africanus* celeberrimi huius aevi oratores. H *concitatior* illo, *sed in cura verborum nimius et compositione nonnunqu longior et translationibus parum modicus*, Quintil. 10, 1, 118. Cf. Spal ad Quintil. 8, 5, 15. Alius, opinor, *Iulius Africanus*, de quo v. ad An 6, 7. De *Asinio* Pollione v. ad Ann. 1, 12, 2. *a Cicerone aut sinio* ed. p

CAPUT XVI.

Magnam, inquit Secundus, et dignam tractatu quaestione movisti. Sed quis eam iustius explicaverit, quam tu, ad cui summam eruditionem et praestantissimum ingenium cura qu que et meditatio accessit?

Et Messala, Aperiam, inquit, cogitationes meas, si illud vobis ante impetravero, ut vos quoque sermonem hunc nostru adiuvetis.

Pro duobus, inquit Maternus, promitto: nam et ego et S cundus exsequemur partes, quas intellexerimus te non tam om sisse, quam nobis reliquisse. Aprum enim solere dissentire, tu paulo ante dixisti, et ipse satis manifestus est iam dudu in contrarium accingi, nec aequo animo perferre hanc nostra pro antiquorum laude concordiam.

Non enim, inquit Aper, inauditum et indefensum saeculum nostrum patiar hac vestra conspiratione damnari. Sed hoc primum interrogabo, quos vocetis *antiquos*, quam oratorum aetatem significatione ista determinetis? Ego enim quum audio *antiquos*, quosdam veteres et olim natos intelligo; ac mihi versantur ante oculos Ulixes et Nestor, quorum aetas mille fere et CCC annis saeculum nostrum antecedit. Vos autem Demosthenem et Hyperidem profertis, quos satis constat Philippi et Alexandri temporibus floruisse, ita tamen, ut utrique superstites essent. Ex quo apparet, non multo plures quam CCCC annos interesse inter nostram et Demosthenis aetatem. Quod spatium temporis, si ad infirmitatem corporum nostrorum referas, fortasse longum videatur; si ad naturam saeculorum et respectum huius immensi aevi, perquam breve et in proximo est. Nam si, ut Cicero in Hortensio scribit, *is est magnus et verus annus, quo eadem positio coeli siderumque, quae quum maxime est, rursum exsistet, isque annus horum, quos nos vocamus, annorum XII MDCCCCLIV complectitur;* incipit Demosthenes vester, quem vos veterem et antiquum fingitis, non solum eodem anno, quo nos, sed fere eodem mense exstitisse.

1. *quaestionem movisti* (sc. Messala) edd. Lips. et rec. v. ad c. 1. n. 3. *q. movistis* edd. vet. Dr. Os. — *explicaverit* recte edd. omnes praeter Dr. et Os. qui ex MSS. Vat. recepere *explicabit.*

2. *Et Messala,* v. ad c. 4. n. 1. — *cogitationes:* ed. Ber. et Rhen. 1. *cognitiones.* — *si illud:* Vat. 1862. et ed. Dr. *si istud.* — *sermonem hunc nostrum adiuvetis* iudiciis et admonitionibus, si quaedam vobis vel omisisse vel recte aut perperam dixisse visus fuero.

3. *exsequemur partes:* in ed. pr. *exsequamur p.* — *Aprum enim,* autem, vero. v. ad Ann. 14, 44. et H. 4, 11, 11. — *et ipse satis manifestus est — accingi,* v. ad Ann. 2, 57, 1. extr. *in contrarium accingi,* ad defensionem contrarii, ad illud defendendum se praeparare. *est* omissum a Bern. Ern. Bip. Ob. al. legitur in edd. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. Franc. Col. Lips. Pith. Gron.

4. *inauditum et indefensum — damnari,* ἄκριτον, ἀκατάκριτον, indicta causa, quod nefas est legibusque contrarium. Cf. ad H. 1, 6, 5. intpp. Plaut. in Asin. 5, 2, 87. in Curcul. 5, 3, 16. Act. apost. 16, 37. 25, 16. — *hac vestra conspiratione,* vocabulum molestius, quo ex industria utitur Aper, quia saepius in malam, quam in bonam partem, de consensu, (ut Cic. Catil. 4, 10.) dicitur; *Sch.* — *significatione* ex c. Farn. tacite Lipsius (v. ad c. 1. n. 3.) et ex MSS. Vat. receperunt Brot. Bip. Dr. Os. Or. *signatione* edd. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. Franc. Col. ut et Rom. Modii, quod defendunt Pich. Pith. Gron. Ern. aliique, quia in voce *antiqui* non sit significatio, sed designatio temporis, et inf. c. 23. pr. dicatur *genus hominum signasse.* Sed, ut taceam, vocem *signatio* non nisi h. l. et ap. Tertull. reperiri et nostram lectionem firmari auctoritate MSS., verba *signare, designare* et *significare* sunt *synonyma,* de signis, vocabulis et notis, quibus res indicantur, denotantur. „Qui lectionem *signatione* porro defendent, recurrant ad Quintil. Declam. 365. p. 755. ed. Burm. ubi tamen mihi quidem idem error videtur obtinere." *Orel.* p. XLVI.

5. *quum audio antiquos* sc. dici aliquos, vel hanc vocem. *Anti-*

quus, ut al. *vetus* scriptor, aetas cet. v. ad Ann. 1, 1, 3. — *Ulixes e Nestor* oratores Graecorum antiquissimi et celeberrimi. *Ulixes* ed. pr Dr. Os. Or. *Ulyxes* Put. Riv. Ber. *Ulysses* Rhen. tres et rel. v. ad G. 3 n. 5. — *mille fere et trecentis annis* totidem literis MSS. Vat. et hin edd. rec. *CC annis* edd. vet. et Heum. Sed e Petavii rationibus Troi capta est ánno a. Chr. 1209, unde intersunt inter belli Troiani initia e sextum Vespasiani annum, quo hic dialogus habitus est, (v. cap. 17.) cir citer 1270 anni; *Brot.* et *Sch.* Cf. Vell. 1, 8. *mile* MSS. Vat. ed. Di et Os. „Recte. v. dicta in Ephem. lit. Hal. a. 1827. Suppl. N. 49. p 387." *Os.* Cf. Grotef. Gram. II. §. 169. 185. 190. et ad G. 33. n. 4. - *Demosthenem et Hyperidem profertis* cap. 12. *perficitis* ed. pr. *percipit* Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Franc. Col. Sed bene *profertis* substituit Li psius, neque ex ingenio, sed e c. Farn. nam in ed. 1. haec annotavit „Ita Vetus. (c. Farn.) Alii *percipitis.*"

6. *non multo plures quam CCCC annos:* habitus enim hic sermo ann imperii Vespasiani sexto (cap. 17.) h. e. a. U. c. 828. Olymp. 213, 4. Demosthenes Ol. 114, 1. mortuus; *Lips.* (a. U. c. 430. a. Chr. 322.) Ci cero, qui iam ante CXX annos obierat, (v. cap. 17.) de divin. 2, 5 scribit, *Demosthenem abhinc annos prope CCC fuisse; Sch.* Hinc *CCC annos* corr. Lips. quod recepere Pich. Brot. Ern. al. *CCC annos* edd. ve quod male defendit Schurzfl. — *quod spatium:* in ed. pr. *quo sp.* - *huius immensi aevi* omnes edd. ante Brot. quod retinuit Lipsius e c. Farn Cf. ad c. 1. n. 3. *immensi huius aevi* ex MSS. Vat., in quibus mul sunt perperam mutata, primus recepit Brot. ratus, illud paulo duri esse; quod haud crediderim. — *breve et in proximo est*, v. ad Ann. 4,

7. *Nam si, ut Cicero in Hortensio scribit*, in libro deperdito de phi losophia; *Sch.* — *magnus et verus annus:* „*Magni anni* originem expl cat Servius ad Virg. Aen. 3, 284. his verbis: *Antiqui tempora siderib computabant et dixerunt primo lunarem annum XXX dierum: unde in nitur in aliquibus vita XC annorum, sc. lunarium. Postea solstitial annus repertus est, qui XII menses continet. Mox maiore cura magnu annum esse voluerunt, omnibus planetis in eundem recurrentibus locum, hoc fit, ut diximus*, (ad Virg. Aen. 1, 273. ubi tamen pro XII DLIV l gendum XII DCCCCLIV) *secundum Ciceronis Hortensium, post annos du decim millia nongentos quinquaginta, scil. solstitiales.* Idem dicit Solin. 33. (36.) ubi de phoenice agit. Rudi autem adhuc astronomia, var fuere iuxta varios scriptores magni anni spatia. v. Riccioli Almagest. 13. T. I. p. 130. et Marsham. Canon Aegypt. p. 9. In hac maiore astr nomiae luce nondum consentiunt Astronomi. Magnum enim annum Ri cioli definit annis 25920. Tycho Brahe annis 25816. Cassini ann 24800. Cf. de la Nauze Mém. de l'Acad. roy. des Inscr. T. XXII. p. sq. Magnum quoque annum habent Sinenses, quum coniunguntur plan tae. Recens inventum, nec constans apud eos huius anni duratio. C terum magnae annorum conversioni, Platonicorum commentis celebrat simae, famam addidit inquies mortalium animus, dum praeterita laud tempora, praesentia fastidit, futura optat speratque semper melior *Brot.* *Magnus annus* vertens, quo omnium rerum ἀνακύκλωσιν et ἀποκατάστασιν futuram esse mathematici, Platonici Stoicique docebant. v. C de N. D. 2, 20. 52. somn. Scip. c. 7. Macrob. somn. Scip. 2, 11. Ar phaenom. v. 458. ibique Schol. Censorin. de die nat. c. 18. (ubi cf. L denbrog.) Iul. Firmic. Mathes. l. 1. Annus vertens siderum omniu quem et magnum Platonicum vocant, ex Astronomorum ratione 25920 annorum, qui numerus etiam periodo quadam Indica 144 ann rum et Tartarica 180 annorum in se ductis oritur, et dimidiatus 12960, fere conveniens cum eo qui h. l. legitur; *Bip.* „Cf. Ideler in

bro: Handbuch der mathem. und techn. Chronol. T. I. p. 193 sq. ubi res iusto brevius absolvitur. Ne celeberrimos quidem astronomos consentire in numero constituendo satis constat." Dronke. *si, ut Cicero* MSS. Vat. et hinc edd. rec. *sicut C.* ed. pr. *si sicut C.* ed. Put. et cet. ante Brot. — *verus annus:* in ed. Franc. et Col. margini adscripta nota: fortassis *vertens annus,* ut ap. Macrob. — *siderumque* ed. Ber. Rhen. et deinde omnes. *siderum* ed. pr. Put. Riv. *syderum* vero scriptum in ed. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. — *quum maxime* recte, nec leg. *tum maxime* vel *nunc maxime.* v. ad H. 1, 29. 6. — *isque annus horum, quos nos vocamus, annorum XII MDCCCCLIV,* ut ap. Serv. et Solin. ll. ll. unde ita Heum. Ern. Bip. al. *XII MDCCCLIV* edd. vet. *XII MDCCCCIV* ed. Ald. *IV MDCCCLIV* coni. Schulting. quia Aretas Dyrrhachinus numeraverit annos V MDLII. v. Censorin. l. l. *quos nos vocamus* MSS. Vat. edd. Franc. Col. Heum. Brot. Bip. al. *nos voc.* edd. vet. ante Rhen. qui correxit *quos vocamus,* quod deinde legitur in edd. ante Heum. — *complectitur* ex emend. Rhen. *complectuntur* ed. pr. Put. Ber. Rhen. 1. — *incipit Demosthenes — exstitisse* vix credam recte dictum esse: sed videtur in *incipit* vitii quid latere; *Ern.* Aliis est Pleonasmus. Sed v. ad c. 32. n. 2. et cap. 37. n. 4. H. 3, 29, 5. — *eodem anno* MSS. Vat. Ern. Bip. al. *eodem annos* ed. pr. *anno,* sed omisso *eodem,* Put. Ber. Ald. Franc. et al. *non solum eodem mense, ...o nos, sed fere eodem die* coni. Pith. et *sed fere eodem mense et die* Schulz. *fere* expungendum videbatur Schurzfl. et Brot. qui haec annotavit: „Redundare videtur *fere* et additum a sciolo aliquo, qui non attenderet, in magno illo anno, si 12954 per 12 diviseris, singulos menses esse ferme 1080 annorum: unde in magno anno non *fere,* sed re vera *eodem mense* Demosthenes et Aper exstitere. Hi sunt *magni menses* ap. Virg. Ecl. 4, 12." — *eodem mense:* „annus enim magnus ἀναλόγως, ut annus solaris, ...n menses diesque dividebatur: esset igitur mensis 1090 annorum et, ...i mensi 30 dies tribuuntur, diem efficerent 37 anni propemodum. Supersunt tamen h. l. difficultates, quarum solutio nulla est probabilis: neque nobis otium est tentare; *Bip.* Ceterum frigidus est et futilis totus hic ex immenso anni magni spatio colligendi et refutandi modus; *Schulz.* *mense* excidit in edd. Lips. Gron. Ob. Par.

CAPUT XVII.

Sed transeo ad Latinos oratores, in quibus non Menenium, ...t puto, Agrippam, qui potest videri antiquus, nostrorum temporum disertis anteponere soletis; sed Ciceronem et Caesarem ...t Coelium et Calvum et Brutum et Asinium et Messalam. Quos quidem cur antiquis temporibus potius adscribatis quam nostris, non video. Nam, ut de Cicerone ipso loquar, Hirtio nempe et Pansa consulibus, ut Tiro libertus eius scripsit, VII Idus Decembres occisus est, quo anno divus Augustus in locum Pansae et Hirtii se et Q. Pedium coss. suffecit. Statue VI et L annos, quibus mox divus Augustus rem publicam rexit: adiice Tiberii tres et viginti et prope quadriennium Caii ac bis quaternos denos Claudii et Neronis annos atque ipsum Galbae et Othonis et Vitellii unum annum ac sextam iam felicis huius principatus stationem, qua Vespasianus rem publicam fovet, C et XX anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur, unius hominis aetas. Nam ipse ego in Britannia vidi senem, qui se fateretur ...i pugnae interfuisse, qua Caesarem, inferentem arma Britanniae, arcere litoribus et pellere aggressi sunt. Ita si eum, qui

armatus C. Caesari restitit, vel captivitas vel voluntas vel fatum aliquod in Urbem pertraxisset, idem Caesarem ipsum et Ciceronem audire potuit et nostris quoque actionibus interesse. Proximo quidem congiario ipsi vidistis plerosque senes, qui se a divo quoque Augusto semel atque iterum accepisse congiarium narrabant. Ex quo colligi potest, et Corvinum ab illis et Asinium audiri potuisse. Nam Corvinus in medium usque Augusti principatum, Asinius paene ad extremum duravit. Nec dividatis saeculum et antiquos ac veteres vocetis oratores, quos eorundem hominum aures agnoscere ac velut coniungere et copulare potuerunt.

1. *Menenium Agrippam* Lanatum, cos. a. U. 251. a. Chr. 503. qui notissimus est ex Liv. 2, 32. 33. (ubi *priscus et horridus dicendi modus* ei tribuitur) Dionys. Hal. 6, 42 — 87. Aurel. Vict. de vir. ill. c. 21. Proprie dicendum erat *Agrippam Menenium*: nam *Agrippa* olim praenomen fuit et postea cognomen. Cf. ad cap. 1. n. 1. *non me nimium* ed. pr. — Iulium *Caesarem* Dict., de cuius eloquentia v. cap. 21. 25. 38. Ann. 13, 3. Suet. Caes. 55. Cic. Brut. 72. 75. Quintil. 10, 1, 114. Ellendt hist. eloq. Rom. p. 126. M. *Coelium* Rufum, hominem libidinosum et magnum quidem sed asperum oratorem, praeceptis Ciceronis imbutum et ab eo defensum adversus L. Atratinum, qui illum de vi accusaverat. De eo v. cap. 18. 21. 25. Caes. b. civ. 3, 20 — 22. Quintil. 10, 1, 115. (*Multum ingenii in Coelio et praecipue in accusando, multa urbanitas; dignusque vir, cui et mens melior et vita longior contigisset.*) Cic. or. p. Coelio 1 31. p. Mil. 33. ei Brut. 79. Dio 42, 22—25. Vell. 2, 68. Ellendt hist. eloq. Rom. p. 110 sq. Epistolae eius in ep. Cic. ad div. l. VIII. et Manut. comm. ad eas in praef. *et Alium* vel *et Mium* ed. pr. *Caelium* ed. Put. — C. Licinium Macrum *Calvum*, et oratorem et poetam clarissimum, de quo v. cap. 18. 21. 23. 25. 34. Cic. Brut. 81. 82. ep. ad div. 7, 2; 15, 21. de fin. 1, 2. Suet. Caes. 73. et Aug. 72. Catull. 14. Plin. ep. 1, 2. 16. 4, 27. Quintil. 10, 1, 115. 12, 1, 22. 12, 10, 11. Sen. contr. 3, 19. Ellendt l. l. p. 118. Patrem eius, Licinium Macrum, de repetundis damnaverat Cicero praetor. v. Val. Max. 9, 12, 7. — M. Iunium *Brutum* Caesaris percussorem et generum Cn. Pompeii, philosophum, poetam et oratorem, a quo dictus *Brutus* Cic. et cui inscripti Ciceronis Orator libríque de natura deorum ac de finibus bonorum et malorum, nec non Quaest. Tusc. De eo v. cap. 18. 21. 25. Ann. 4, 34. Cic. Tusc. Qu. 5, 1. ei. Acad. 1, 3. et Phil. 1, 3. 4. 2, 12. 14. ad div. 3, 4. 6, 6. 12, 1; 13, 8. 10. de fin. 1, 3. Quintil. 10, 1, 123. Plut. vita Bruti quosqu Dronk. laudavit, Ellendt l. c. p. 127. Spald. ad Quintil. 3, 6, 93. Wetzel in praef. ad Cic. ep. ad div. p. 11. — C. *Asinium* Pollionem, v. ad Ann. 1, 12, 2. *Assinium* ed. Put. ut et cap. extr. *Assinium* et *Assinia* — *Messalam* Corvinum, v. ad Ann. 2, 31, 1. — *cur* abest ab ed. pr. — *de Cicerone ipso loquar*: in ed. pr. *de C. ipse l.* In eadem *Hyrtio*, et in ed. Put. *pensa* pro *Pansa*.

2. *ut Tiro libertus eius scripsit* in vita Cic. cuius liber IV. ab Asco Pediano in comm. ad orat. Cic. p. Mil. c. 14. allegatur; *Sch.* Al Lion in Seebodii Promptuar. Philol. a. 1824. T. I. p. 247 sq. Tironia collegit; *Dr.* Ad Tironem scriptae epist. Cic. l. XVI. *Tyro* ed. pr. — *Idus Decemb.* nam Caesar Octavianus cum Antonio et Lepido, quorum proscriptione Cicero a. U. 710. (711) occisus est, triumviratum demum a. d. V. Kal. Dec. inierat; *Sch.* In MSS. Vat. et Farn. nec non in ed. vet. deest nomen mensis, spatio tamen voci alteri relicto; quod nom

ex historia supplevit Lips. *VI Idus* ed. Riv. *VII. Id. Oct.* dedit Anton. Augustinus. Verba *quo anno — suffecit* glossatori tribuit Schulz. *suffecit. Statue* edd. Ber. Rhen. et seq. *sufficit statuae* ed. pr. *sufficit statutae* ed. Put. et Riv.

3. *Statue VI et L annos, quibus Augustus remp. rexit*, ab a. U. 711. (quo primum consulatum simulque foedus iniit cum Antonio et Lepido) ad a. 767. *VI et L annos* primum et tacite ex MS. Farn. dedit Lipsius, qui hoc certe sine Codice non mutasset; *Orel.* Cf. ad c. 1. n. 3. *novem et L annos* MSS. Vat. *VIII et L annos* edd. vet. ante Lips. ut et Franc. Col. Dr. Os. „Hic numerus vero propius accedat, si a morte Caesaris, qui Id. Mart. a. U. 710. confossus est, ad mortem Augusti a. U. 767. numeramus. At Aper non accurate locutus est: nam Augustus neque ex illo tempore, neque post proelium in campo Philippensi solus remp. rexit." *Dr.* Cf. ad Ann. 1, 9, 1. — *adiice Tiberii XXIII annos* p. Chr. 14 — 37. — *Caii:* in edd. pr. Put. Rhen. Lips. Pith. *Cai* prob. Dr. — *bis quaternos denos Claudii* et *Neronis annos;* ille regnavit a. p. Chr. 41 — 54. hic 54 — 68. — *atque ipsum Galbae et Othonis et Vitellii unum annum:* „Eleganter Vetus. (c. Farn.) Vulgo *unum Galbae." Lipsius* in ed. 1. *atque unum Galbae et Othonis, et Vitellii unum annum* ed. Put. Ber. Riv. Rhen. tres, Ald. Franc. Col. Seeb. Dr. sed sine distinctione, quae post *Galbae* posita ab Osanno. *atque unum G. et O. et V. longum et unum annum* ed. pr. prob. Schurzfl. quia annus et XXII dies inter Neronis mortem et initium principatus Vespasiani interfuerint. Non male, si *unum et longum* esset scriptum; *Os.* Immo recte *atque ipsum G. et O. et V. unum annum* c. Farn. edd. Lips. Ern. Bip. Sch. Minus apte *atque ipsum G. et O. et V. longum et unum annum* MSS. Vat. et ed. Pith. *ipsum unum annum* id. qd. integrum annum, Germ. *gerade ein Jahr,* ut passim *ipse,* si adiicitur numero, significat, ei neque additum quicquam, neque detractum esse, v. c. ap. Cic. Brut. 15. 16. in Verr. 2, 9. ep. ad Div. 2, 8. 6, 18. ad Att. 3, 21. 5, 11. „Iste *longus annus* vel e mera geminatione syllabarum *lii unum* ortus est, vel ex stulto glossemate, quo significaturi erant, *longum* sane fuisse annum CCCLXXXVII dierum. Ab interitu autem Ciceronis a. U. 711. usque ad sextum Vespasiani annum 828. ex usu numerandi, qui apud Romanos obtinebat, proprie sunt anni CXVIII vel ex nostro more anni CXVII. menses II. dies XI. Sed, ut saepe, positus est numerus rotundus, nec consentaneum est, ut contra rerum fidem augeantur annorum numeri tum in Augusto, tum in Galba, Othone et Vitellio ad obtinendum ipsum CXX annorum numerum, quum profecto aliter, ac fuit ex certis historiae monumentis, fieri nequeat annus is, quo Cicero occisus est, et sextus Vespasiani annus." *Orel.* Ceterum non consentiunt scriptores in tempore trium imperiorum definiendo. Cf. Dio 64, 7. 15. 65, 22. Joseph. b. J. 5, 13. Clem. Alex. Strom. 1, 21. p. 403. ed. Pott. intpp. Suet. Galb. et Oth. 11. Eutrop. Zonar. Aurel. Vict. Paghii Crit. et al. — *sextam iam felicis huius principatus* (imperii) *stationem*, ut fere *statio vitae, navium* cet. *Schulze.* Dictio insolens, quae iure meritoque Ruhnkenio et aliis offensioni fuit: nam *statio* scriptoribus huius aevi dicitur quidem de munere imperii, v. c. Plin. pan. 7, 3. Suet. Claud. 38. et Velleio 2, 131. sed h. l. *principatus statio* est eius spatium et duratio vel annus, et *sexta statio* eius sex anni. *sex iam tam* (valde, ut ap. Hor. od. 1, 24, 2.) *felicis h. p. stationes* (annos) coni. Schel. et *sextam iam f. h. p. stationem* Schulting. non improb. Schulzio. — *Vespasianus remp. fovet* aegram et tam dominatu malorum Principum, quam bellis civilibus labefactatam; ut propr. *fovere, nutrire,* ἀνατρέφειν, aegros, lenibus remediis fomentisque adhibitis eos curare. — *C et XX anni ab interitu Ciceronis* cet. ut cap. 24 extr. Exactius *C et XVIII.* Bene tamen

centum et viginti (totidem literis) Vat. 1518. *C et XX.* Put. et cet. *C* (*X* Vat. 1862. 4498. et ed. pr. Inepta temporis in hac re computatio tax tur cap. 24 extr. et c. 25. pr. — *colliguntur*, v. ad G. 37. n. 9.

4. *ipse ego in Britannia vidi senem*, v. ad cap. 7. n. 1. — *ei pugna* ex emend. Mur. et Pith. recepere editores rec. *et pugnae* edd. vet. u Lips. Bern. Gron. Hauff. — *Caesarem, inferentem arma Britanniae* a. U 699. et 700. v. ad Agr. 13. n. 4. *Senem* vero illum non nisi post a. U 800. *in Britannia videre* potuit; *Brot.* — *aggressi sunt* sc. incolae eius s. Britanni; *Sch.* et *Dr.* In his minus offendendum, quum Britann ipse sit, qui narret, quod sui fecerint; *Rauchenst.* *Britanni* — *aggres sunt* vel *Britanniae* — *aggressae sunt* legendum censebat Ern. et *Brita nis* — *aggressi sunt* (sc. Britanni) dedere Bip. Ob. Bekk. Lün. — *volu tas:* Heum. scripsit *voluptas* coll. Virg. ecl. 2, 65. *trahit sua quemq voluptas.* — *idem* edd. Rhen. 2. 3. Ald. et rec. *et quidem* ed. pr. Pu Riv. Ber. Rhen. 1. *et idem* coni. Dr. Equidem crediderim leg. *is qu dem.* — *nostris quoque actionibus* „(c. Farn.) Perspicue verum. Alii *a ctoribus*" *Lipsius* in ed. I. v. ad c. 1. n. 3. *auctoribus* edd. vet. an Lips. *actoribus* coni. Dr. idque substituit Os. quod mireris. Cf. ad An 13, 26.

5. *Proximo quidem congiario*, in proxima eius distributione a. U. 826. v. ad Ann. 12, 41. — *plerosque senes:* Gesnerus et Heum. le censebant *plerique* vel *plures senes.* Sed v. ad Ann. 3, 29. — *Corvin* Messalam et *Asinium* Pollionem. v. Ind. et nota 1. — *ad extremum du vit*, v. ad Ann. 3, 16.

6. *Nec dividatis saeculum*, nec hoc vobis concedi potest, ut divid tis saeculum; *Ern.* *Ne d. s.* coni. Acid. quod recepere Heum. et Bek *Ne nunc div. s.* coni. Or. — *antiquos ac veteres*, v. ad cap. 15. n. 1. ad Ann. 1, 1, 3. — *quos:* in ed. Ber. *quo.* — *eorundem hominum au* iidem homines, qui eos audiverunt.

CAPUT XVIII.

Haec ideo praedixi, ut, si qua ex horum oratorum fa gloriaque laus temporibus acquiritur, eandem docerem in med sitam et propiorem nobis, quam Ser. Galbae, C. Carboni qu que alios merito *antiquos* vocaverimus. Sunt enim horridi impoliti et rudes et informes et quos utinam imitatus non set Calvus vester aut Coelius aut ipse Cicero. Agere enim f tius iam et audentius volo, si illud ante praedixero, mutari cu temporibus formas et genera dicendi. Sic Catoni seni compa tus C. Gracchus plenior et uberior; sic Graccho politior et natior Crassus; sic utroque distinctior et urbanior et altior cero; Cicerone mitior Corvinus et dulcior et in verbis ma elaboratus. Nec quaero, quis disertissimus: hoc interim p basse contentus sum, non esse unum eloquentiae vultum, s in illis quoque, quos vocatis antiquos, plures species dep hendi, nec statim deterius esse, quod diversum est; vitio aut malignitatis humanae vetera semper in laude, praesentia in stidio esse. Num dubitamus inventos, qui prae Catone Appi Caecum magis mirarentur? Satis constat, nec Ciceroni quid obtrectatores defuisse, quibus inflatus et tumens nec satis pr sus, sed supra modum exsultans et superfluens et parum At cus videretur. Legistis utique et Calvi et Bruti ad Cicero

m

missas epistolas: ex quibus facile est deprehendere, Calvum quidem Ciceroni visum exsanguem et attritum, Brutum autem otiosum atque disiunctum; rursumque Ciceronem a Calvo quidem male audivisse, tanquam solutum et enervem, a Bruto autem, ut ipsius verbis utar, tanquam fractum atque elumbem. Si me interroges, omnes mihi videntur verum dixisse. Sed mox ad singulos veniam; nunc mihi cum universis negotium est.

1. *si qua ex horum oratorum fama gloriaque laus* edd. Lips. et rec. „Ita Vetus. (c. Farn.)" *Lipsius* in ed. I. *si qua et horum — gloriaque ac laus* edd. vet. *si qua*, v. ad c. 3. n. 2. et c. 36. n. 5. — *propiorem:* in ed. Put. *propriorem:* — *Ser.* Sulpicio *Galbae*, v. ad Ann. 3, 66. — *C. Papirio Carbone*, eloquentissimo, seditioso trib. pl. a. U. 633. a. U. 634. v. nota 2. et cap. 34. Cic. p. Mil. 7. p. Arch. 4. Or. 1, 9. 10. 34. 2, 25. 40. ep. ad div. 9, 21. et Brut. 25. 27. 43. Ellendt hist. eloq. Rom. p. XXXV. *Cai Carbonis* ed. pr. *Ser. Galbae, C. Laelio et Carboni* coni. Schulting. coll. cap. 25 extr. ubi v. not. 5. — *quosque alios merito antiquos vocaverimus* MSS. Vat. ed. Dr. Os. Or. *quosque alios merito vocaremus* edd. vet. et rec. nisi quod *vocaverimus* substituere Bip. Ob. Bekk. Lün. Sed *docerem* requirit *vocaremus; Ern.* Perinde est: itaque sit MSS. honus; *Oberl.* „Immo recte praefertur ex MSS. *vocaverimus* i. e. vocare licet; nec defendi potest vulgatum *vocaremus.* Longe alia ratio est enuntiatorum, ubi boni scriptores imperfecta ponunt, Cicero in primis. Sed haec res et usus omnino a Grammaticis subtilius declarari debuit, quam adhuc factum est, etiam respectu diversarum aetatum linguae Lat." *Fr. Aug. Wolf.* in Miscell. (Vermischte Schriften, Halle 1802.) p. 161. Cf. Ramshorn. Gram. p. 408 — 416. — *impoliti:* „Corbinellius volebat *inimpositi.* Habuitne is ante oculos ed. Ald. in qua est error typogr. *impositi?*" *Orel.* — *quos utinam imitatus non esset Calvus;* tales, ut optandum sit, ut plane ab eorum imitatione se abstinuisset *Calvus aut Coelius* et *ipse Cicero; Ern.* Seneca ep. 114. *Multi,* inquit, *ex alieno saeculo petunt verba: duodecim tabulas loquuntur: Gracchus illis et Crassus et Curio nimis culti et recentes sunt: ad Appium usque et ad Coruncanium redeunt. quos utinam imitatus esset* male edd. vet. *quos utinam imitatus non esset* Rhen. 2. 3. Ald. Lips. et rec. tantum non omnes. Cf. ad c. 1. n. 3. *q. u. nulla parte imitatus esset C.* MSS. Vat. ed. Brot. Dr. Os. Or. *q. u. im. nulla parte e. C.* edd. Ob. Bekk. Lün. *quos utinam ne imitatus e.* Mur. Heum. et *quos utinam ne in illa parte im. e.* Mur. et Schurzfl. „Iam comparata omni varietate huius loci, manifestum est, Muretum hic saltem loco inspexisse hos ipsos codd. Vat. vel similem aliquem, et lectionem nostram ab eo vel consulto vel casu immutatam esse: verba enim *utinam ne in illa parte* neutiquam merae divinationis speciem habent." *Orel.* p. XLVII. Equidem verba *nulla parte* ad glossas referam et interpolationes, quibus scatent MSS. Vat. „*Utinam ne* optime dicitur, sed latine etiam *utinam non,* ut ap. Cic. ad Att. 11, 19 extr." *Walch.* „Cf. Zumpt. Gram. §. 571." *Dronk.* — *Calvus aut Coelius,* de quibus v. ad cap. 17. n. 1. — *ante praedixero,* ut ap. Cic. Phil. 6, 3. et Fam. ep. 10, 15. Cf. Ind. III. v. *Pleonasmus,* Drak. in Ind. Liv. v. *ante* et Handii Tursell. T. I. p. 385. — *mutari* edd. Rhen. 2. 3. et rec. *mutare* sc. *se* edd. (Spir.?) Put. Ber. Rhen. 1. prob. Schurzfl. Cf. ad Ann. 4, 41. — *quoque* post *formas* e MSS. Vat. inseruere Brot. Bip. Sch. et al. Sed abest ab edd. vet. et MSS. glossis scatent.

2. *Sic Catoni seni,* M. Porcio Catoni Maiori, Prisco, Censorio et sapienti, Cos. a. U. 559. historico, ICto et oratori, qui asperam censu-

ram egit a. U. 570. De eo v. ad Ann. 3, 66. 4, 34. 16, 22. Liv. 32, 7. 8. 27. 33, 42. 43. 34, 1 — 20. 46. 35, 9. 36, 17 — 21. 37, 57. 38, 54. 39, 40. 41. 42, 43. 44. 43, 2. 45, 25. Cic. Cato, Plut. et Corn. Nep. vita Cat. De eius orationibus v. Cic. Brut. 15. 16. 17. (*antiquior est Catonis sermo et quaedam horridiora verba*) 85. or. 1, 37. 53. 55. 2, 32. 33. Quintil. 12, 11, 23. Ern. clav. Cic. et Ellendt hist. eloq. Rom. p. 19 sq. *Sic C.* MSS. Vat. ed. Brot. Ern. Bip. al. *Sicuti C.* ed. pr. *Sicut C.* edd. Put. Riv. Ber. et cet. ante Brot. Sed comparatio hic non satis apta et *sic* est particula usitata in exemplis afferendis; *Ern.* — *C. Sempronius Gracchus* et Ti. Sempronius Gracchus fratres, turbulenti trib. pl. a. U. 631. De illius eloquentia v. ad c. 26. n. 1. et cap. 40. Cic. Brut. 32. 33. de or. 3, 56. 60. de utroque ad Ann. 3, 27. et Ern. clav. Cic. — *plenior*, ut c. 25. Cf. ad cap. 23. n. 6. et ad c. 25. n. 3. — L. Licinius *Crassus*, qui in summis honoribus collegam habuit Q. Mucium praeter tribunatum censuramque et vixit ab a. U. 614 — 663. Maximam sibi peperit gloriam primum ex accusatione C. Carbonis trib. (cf. nota 1. cap. 34. Cic. Verr. 3, I. Brut. 43. de off. 2, 13. de or. 1, 30. 2, 18. 3, 20.) deinde ex contentione cum L. Philippo consule in senatu, (v. Cic. de or. 3, 1.) et celeberrimus fuit orator, de quo v. cap. 26. 34. 35. Cic. libros de orat. (inpr. 2, 1. 55. 3, 1.) ei. Brut. 37 — 43. off. 1, 37. 2, 13. 14. 3, 11. de inv. 2, 37. Ellendt l. l. p. 68. *Maturitas* ei tribuitur inf. c. 26. ut *maturus et gravis stilus* a Macrob. Sat. 5, 1. (ubi contrarius ei dicitur *ardens et erectus et infensus, quali usus Antonius*) et *maturitas* Afro a Quintil. 12, 10. Cf. Ern. Lex. technol. rhet. p. 252. — *utroque distinctior*, ut nempe oratio eius ornatu quodam et luminibus distinguatur; *Schulz.* Sic *distinctio oratoris* Cic. or. 2, 90. dicitur ornatus et or. 3, 25. *distinctum* opponitur ei, quod est fusum aequabiliter per omnem orationem; *Ern.* clav. Cic. „Cf. Auct. ad Herenn. 4, 11. intpp. Quintil. 12, 10, 39. (Cicero *non indistinctus*) et Ernestii Lex. technol. lat. rhet. p. 132." *Dronke.* — *urbanior*, v. ad H. 2, 88, 4. — *mitior Corvinus et dulcior*, v. ad Ann. 2, 32, 1.

3. *non esse unum eloquentiae vultum*, ut ap. Quintil. 12, 10, 69. *plures sunt eloquentiae facies; Sch.* *multum* Put. Riv. — *sed in illis* ed. Put. et cet. *sed illis* ed. pr. — *plures species*, quae etiam memorantur cap. 25. med. et a Cic. de or. 3, 7. *Suavitatem Isocrates, subtilitatem Lysias, acumen Hyperides, sonitum Aeschines, vim Demosthenes habuit. Quis eorum non egregius? tamen quis cuiusquam nisi sui similis? Gravitatem Africanus, lenitatem Laelius, asperitatem Galba, profluens quiddam habuit Carbo et canorum. Quis horum non princeps temporibus illis fuit, et suo tamen quisque in genere princeps?* — *vitio autem malignitatis humanae vetera semper in laude, praesentia in fastidio esse*, v. ad cap. 15. n. 2. et Ann. 2, 88, 2. *vetera in laude, praesentia in fastidio esse*, ut *in consuetudine esse* inf. cap. 32. *in more esse* Ann. 3, 72.

4. *Num dubitamus* edd. Lips. et rec. Cf. ad c. 1. n. 3. *nam d.* ed. pr. *Nam non dubitamus* Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. et rel. ante Lips. „*Num dubitabimus* corr. Acid. et Heum. sine causa, quod iam monuit Wopkens. obss. misc. VII, 3. p. 394." *Os.* *qui prae Catone* (cf. nota 2.) *Appium C. magis mirarentur* edd. Sch. Ob. Bekk. Lün. Os. Or. ex emend. Grosl. *pro C.* edd. vet. ut Lips. Ern. al. „Id Dronkius defendere frustra studet coll. cap. 23, 2. *Lucilium pro Horatio et Lucretium pro Virgilio legunt.* Desideratur enim exemplum, quo *pro* in comparatione iuxta comparativum positum sit. Immo *prae*, ut ap. Cic. Verr. 2, 13. *ut ipse consul in hac causa prae me minus etiam quam privatus esse videatur.* Cf. Oudend. ad Apuleii Met. IV. p. 269." *Osann.* Recte. Sic et *visum est id quod feci, prae hoc, quod erant alia, toleratu facilius* ap. Gell. 1, 3. paulo post init. et passim *prae eo* pro *in comparatione cum*

eo, si ei comparetur. v. Lexica Gesn. Forcell. Schell. In verbis autem *prae Catone Appium magis mirarentur* est Pleonasmus, ut in illis *magis — quam pudoris — studiosiores* ap. Auct. b. Afric. 54. Cf. Ind. III. v. *Pleonasmus*. *Porcio Cat.* substituere Bip. Alii vel *prae* vel *magis* expungendum putant. *Appius* Claudius *Caecus* Aedilis a. U. 441. 443. Censor a. 444. Consul a. 448. et 458. a quo dicta Appia via et aqua. Notissimus ex Liv. 9, 29. 33. 34. 42. 46. 10, 7. 11. 15. 18. 19. 22. 31. Cic. Tusc. qu. 5, 38. De eloquentia eius v. Cic. Brut. 14. de sen. c. 6. Flor. 1, 18. Ellendt hist. eloq. Rom. p. 10 sq. — *nec Ciceroni quidem obtrectatores defuisse*, v. ad cap. 12. n. 6. *ne C. quidem* ex emend. Gron. substituere Brot. Ern. alii. Cf. ad H. 2, 76, 10. — *nec satis pressus*, v. ad cap. 2. n. 3. — *sed* ante *supra modum*, quod ab edd. vet. abest, e MSS. Vat. addidere Ern. Bip. alii. Idem et coniectura intelligi poterat; *Ern.* — *exsultans* a Quintil. 10, 2, 16. (ubi v. Wolf.) *composito* opponitur; *Dr.* Cf. eiusdem verba mox afferenda 12, 10, 12. — *superfluens* Germ. *überladen*, ut *inflatus et tumens*, nostrum *schwülstig*; *Nast.* „Cf. Cic. Brut. 91, 316. et Frotscher ad Quintil. 10, 7, 13." *Dr.* — *Atticus*, ut *Atticus stylus* et *sapor*, *attica eloquentia*, *attice dicere*, *atticismus*, *atticissare*. Cf. Schelleri et Forcell. Lex. et verba Quintil. 10, 1, 115. 12, 10, 12. et 16. ab aliis iam laudata: *Inveni, qui Calvum praeferrent omnibus: inveni, qui Ciceroni crederent, eum nimia contra se calumnia verum sanguinem perdidisse. Sed est sancta et gravis oratio et castigata et frequenter vehemens quoque. Imitator autem est Atticorum, fecitque illi properata mors iniuriam, si quid adiecturus, non si quid detracturus fuit.* — *M. Tullium in omnibus, quae in quoque laudantur, habemus eminentissimum. Quem tamen et suorum homines temporum incessere audebant, ut tumidiorem et Asianum et redundantem et in repetitionibus nimium et in salibus aliquando frigidum et in compositione fractum, exsultantem ac paene (quod procul absit) viro molliorem. Praecipue vero presserunt eum, qui videri Atticorum imitatores concupierant.* — *Antiqua illa divisio inter Asianos* (qui et *Asiatici oratores* dicuntur Suet. Aug. 86. et al.) *et Atticos* fuit, *quum hi pressi et integri, contra inflati illi et inanes haberentur, et in his nihil superflueret, illis iudicium maxime ac modus deesset.* His comparanda potissimum verba Cic. Brut. 82 — 87. 95. et de opt. gen. oratorum c. 2 — 5. quibus locis de Attico et Asiano dicendi genere disputat ostenditque, reprehensores suos nescire, quid sit *Attice* dicere. *Parum antiquus* MSS. Vat. et edd. Ber. Rhen. tres, Ald. Franc. Col. Lips. Rith. Seeb. in ed. sec. Dr. Os. Or. h. e. parum similis antiquis oratoribus. Significat in eo desideratum esse antiquitatis veluti πῖνον illum s. colorem vetustatis, (Fronto p. 243.) quo multis placebat Cato Censorius et C. Gracchus; *Orel.* *parvum antiquus* ed. Put. Riv. Sed ob id ipsum notatur hoc cap. Cicero, quod *antiquos* nimium secutus sit; *Schulz.* Dicitur etiam cap. 22. *priores eius orationes non carere vitiis antiquitatis*; *Sch.* Legendum *p. Atticus*, quod Ciceroni etiam obiectum vivo, et (cur negemus?) in quibusdam eius scriptis vere; *Lips.* In iis orationibus, quas iuvenis conscripsit, Asianus haberi possit; *Sch.* *parum nativus* mavult Schurzfl. Sed praestat *p. Atticus*, quod Ursinus et Lipsius ingeniose coniecerunt receperuntque Pich. Brot. Ern. al.

5. *Legistis utique et Calvi et Bruti ad Ciceronem missas epistolas* cet. v. ad cap. 17. n. 1. *epistolas*, opinor, quae Cicerone inscio exierunt et in quibus communicaverant secum amici iudicia de eloquentiae, quod utrique sequebatur, genere; *Schulz.* coll. Cic. ep. ad div. 15, 21 med. Quintil. 12, 1, 22. *Legistis* MSS. Vat. et edd. rec. Sic *Calvus vester* 18 pr. *vidistis — dividatis — vocetis* c. 17.; *Ern.* et *Brot.* *Legisti* edd. et ante Ern. „Hoc non est contra morem Graecorum et Latinorum dialogis. v. Ephem. lit. Jen. a. 1825. N. 213. p. 263." *Dr.* — *exsan-*

guem et attritum, ut ap. Quintil. 12, 10, 12. *aridi et exsucci et exsai gues.* Collata iam ab aliis verba Cic. Brut. 82, 283. Calvus *orator quo fuisset literis eruditior quam Curio, tum etiam accuratius quoddam dice di et exquisitius afferebat genus: quod quanquam scienter eleganterque tr ctabat, nimium tamen inquirens in se atque ipse sese observans metuensqu ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem perdebat. Itaque ei oratio nimia religione attenuata doctis et attente audientibus erat illustri a multitudine autem et a foro, cui nata eloquentia est, devorabatur.* Att *cum se Calvus noster dici oratorem volebat: inde erat illa exilitas, qua ille de industria consequebatur.* Cf. nota 4. et ad cap. 21. not. 3. „De voc. *exsanguis* v. Ern. Lex. technol. p. 159. et Gerlach. comm. in Sal p. 117." *Dr. et attritum:* „Sic Vetus, (c. Farn.) idque verius arbitror *Lipsius* in ed. 1. *ac tritum* edd. vet. *et aridum* coni. Schulting. Imn *attritum*, ut ap. Cic. l. l. *oratio nimia religione attenuata* et *exilit* — *Brutum autem otiosum*, languidum, supinum, (*schläfrig, nachläss Sch. Ob. Nast.* coll. cap. 22. (Cicero *lentus in principiis, longus in narr tionibus, otiosus circa excessus*) cap. 21. (Bruti *lentitudinis ac teporis lib* Stat. Silv. 4, 9, 20. (*Bruti senis oscitationes*) Quintil. 10, 2, 17. (*oti et supini*) et 8, 2, 19. (*Alii, brevitatem aemulati, necessaria quoque o tioni subtrahunt verba et, velut satis sit scire ipsos, quae dicere veli quantum ad alios pertineat, nihil putant. At ego otiosum sermone dixerim, quem auditor suo ingenio intelligit.*) Cf. ad c. 21. n. 6. cap. 2 n. 3. et Frotscher ad Quintil. X. p. 124. Brutus, utpote sententiosus animosa philosophia plenus, potuit otiosus esse circa sententias locosq philosophicos, ut Cicero (c. 22.) *otiosus* fuit *circa excessus; Brot. od sum* coni. Lips. h. e. affectatione quadam et asperitate dictionis mol stum; quia ex reliquiis epistolae unius aut alterius nihil minus qu *otiosus* Brutus, acer et ubique intentus. *concisum* malebat Schel. verbum lenius est, quam pro reprehensione; *Ern.* — *Disiunctus* orat ut *dissolutus*, qui fuse et sine periodorum compositione scribit; E „*Disiuncta oratio* est, quam Cicero vocat *dissipatam, diffluentem, soluta* Cf. Ern. Lex. technol. p. 129. v. *dissipatus.*" *Dr.* Est oratio, quae ca aptis connexionibus, quum sententiae non satis vinciuntur artificio pe odico, id. qd. *diffluens; Sch.* Hoc sensu Caligula ap. Suet. c. 53. di Senecam *arenam esse sine calce; Lips.* Cf. ibi Casaub. et Ern. qui ha annotavit: Recte intelligitur oratio in minuta membra concisa, s vinculis et ambitu: nam Seneca semper fere per incisa loquitur et, q Cicero una periodo complecteretur, in multas minutas sententiolas c cidit, unde, etsi brevior Cicerone videri possit, saepe multo loquac eo est et verbosior. „Talis autem eloquentia decebat Brutum, de Iul. Caesar solitus erat dicere: *magni refert, hic quid velit; sed quicq vult, valde vult.* Cic. ep. ad Att. 14, 1." *Brot.* „Ad v. *disiunctum* eq dem compararim, quod de Lysia ac Sophistis dicit Plato in Phaedr 268. A. *διεστηκὸς αὐτῶν τὸ ἧτριον. discinctum* malebant Rutgers. Bip. Idem coniecit Lipsius, sed recte postea ipse reiecit: nam *discinctus* set mollis, delicatus, effeminatus; quod de Maecenate recte dicere non item de Bruto." *Orell.* — *Ciceronem a Calvo male audivisse*, h. e ab eo vituperari, ut ap. Cic. Verr. 1, 46. ad Att. 6, 1 pr. de fin 17 al. — *solutum*, negligentem, molliorem, remissiorem, *et enervem*, s tum, mollem, effeminatum, ut ap. Quintil. 9, 4, 142. *effeminata et vis compositio:* nam, ut in nervis est vis ac robur corporis, sic et ve mentia illa et contentio, quae in causis forensibus ab oratore adhib in arguendo et refellendo, *nervi, nervi forenses* dicuntur; *Schulz.* Ern. clav. Cic. „*Solutus* est Gr. *ἐκλελυμένος.* v. Ern. Lex. techn. *ἐκλύειν* et *solutus.*" *Dr.* — *fractum atque elumbem*, „debilem, enerv cui desit vehementior contentio et robur orationis. Non satis de

translatio: nam *elumbis* proprie est, qui ob lumborum debilitatem non erecte et firmiter incedere valet, *lendenlahm*." *Sch.* v. Festus. „Cf. Quintil. 12, 1, 22. et 12, 10, 12. ubi *in compositione fractus* dicitur. *Fractum genus* ap. Cic. est, in quo sunt sententiae minutae, nimia concinnitate concisae, compositio verborum et iunctura mollior, nulla amplitudo, nulli graviores numeri, sed omnes ad nimiam elegantiam comparati. Ita Ern. Lex. techn. p. 179." *Dronke.* — *videntur* edd. Lips. et rec. ut in marg. Franc. et Col. Cf. ad c. 1. n. 3. *videri* edd. vet. — *nunc mihi cum univ. neg. est* (ut fere ap. Cic. de div. 2, 25. pr.) edd. rec. Pich. Ern. Bip. al. ex emend. Ursini et Lips. *nec mihi* edd. vet. prob. Osann. qui haec annotavit: „Vereor ne *cum universis negotium alicui esse* recte dici possit pro *de oratoribus universe* (in genere) *disputare*, et qui ita corrigunt, non perspexere sententiarum nexum. Etenim Aper, anteaquam de singulis oratoribus antiquis dicturus sit, demonstrandum sibi sumpsit, *mutari* cum temporibus formas quoque et genera dicendi, cap. 18. Quae demonstratio concluditur fine cap. 20. unde iam *ad singulos venit*, quorum tamen non universos, sed potiores percenset. Et hoc plane praedixit nostris verbis *nec* (pro *nec tamen*) *mihi cum universis negotium est*." Immo *mox* et *nunc* sibi opponuntur. *mos* pro *mox* ed. [illegible] Riv.

CAPUT XIX.

Nam quatenus antiquorum admiratores hunc velut terminum antiquitatis constituere solent usque ad Cassium Severum, quem reum faciunt, quem primum affirmant flexisse ab illa vetere atque directa dicendi via; non infirmitate ingenii nec inscitia literarum transtulisse se ad id dicendi genus contendo, sed iudicio et intellectu. Vidit namque, ut paulo ante dicebam, cum conditione temporum ac diversitate aurium formam quoque ac speciem orationis esse mutandam. Facile perferebat prior iste populus, ut imperitus et rudis, impeditissimarum orationum spatia, atque id ipsum laudi dabatur, si dicendo quis diem eximeret. Iam vero longa principiorum praeparatio et narrationis alte repetita series et multarum divisionum ostentatio et mille argumentorum gradus et quicquid aliud aridissimis Hermagorae et Apollodori libris praecipitur, in honore erat, et si quis, odoratus philosophiam, [atque] ex ea locum aliquem orationi suae insereret, in coelum laudibus ferebatur. Nec mirum. Erant enim haec nova et incognita; et ipsorum quoque oratorum paucissimi praecepta rhetorum aut philosophorum placita cognoverant. At hercule pervulgatis iam omnibus, quum vix in corona quisquam assistat, quin elementis studiorum, etsi non instructus, at certe imbutus sit, novis et exquisitis eloquentiae itineribus opus est, per quae orator fastidium aurium effugiat, utique apud eos iudices, qui vi aut potestate, non iure et legibus cognoscunt, et nec accipiunt tempora, sed constituunt, nec exspectandum habent oratorem, dum illi libeat de ipso negotio dicere, sed saepe ultro admonent atque alio transgredientem revocant et festinare se testantur.

1. *Nam quatenus*, v. ad Ann. 3, 16. — *hunc velut terminum anti-*

quitatis constituere solent usque ad Cassium Severum, quem reum facian quem primum affirmant cet. MSS. Vat. Id recepi, quia neutiquam pr banda lectio vulg. et *ad Cassium, quem reum faciunt* legitur in Vete Lipsii (c. Farn.) et in ed. pr. in qua tamen *constituere solent: qui usq ad Cassium, quem reum faciunt.* Sic et legendum censebat Peerlk. ((quo v. ad c. 1. n. 4.) et iam Brot. qui tamen malebat *quemque primu* ne aures offenderentur. Sed verba *quem primum affirmant* cet. ἐκεξηγήσε causa illis *quem reum faciunt* adiecta videri possunt. Male *terminum a const. solent, quem usque ad C. S. faciunt, quem primum aff.* edd. Pı et cet. omnes. *quem usque ad C. S. faciant? hunc, quem primum* — vi *Non infirmitate* corr. Ern. et *quem usque ad C. S. finiunt* (ut c. 3 Orell. quibus non placebat nostra lectio, quia *constituere* et *facere tern num ad aliquem* et *usque ad aliquem* non dicatur latine. Id quidem ha crediderim, et multo minus in lectione vulg. ferenda repetitio pro *quem* eiusque ad diversa subiecta relatio. Idem valet de emend. Osan *hunc velut terminum ant. constituere solent,* (ut ap. Cic. de amic. *constituendi sunt, qui sint in amicitia fines et quasi termini diligendi,* ap. Plin. ep. 6, 29. *hos terminos dignitati ac verecundiae tuae stat quem usque ad Cass. Sev. statuunt, quem primum aff.,* ut taceam, h admodum languere. — *flexisse ab illa vetere* cet. sc. se. v. ad Ann. 4, et Ind. III. v. *Verba activa pass. dicta.* Pro eo *deflectere de via* Cicer (ut off. 2, 3, 9.) dicebatur; *Heum. Via directa,* qua omnia recte, pienter, moderate et ad certam normam fiunt. v. Ern. clav. Cic. *V dem geraden Wege, Woltm.* Immo: *von dem regelmässigen Wege, W vetere atque directa dicendi via* MSS. Vat. edd. Ern. Bip. et al. *vetere que dicendi via directa* edd. vet. prob. Wopkens. obss. misc. VII, 3 394. — *ad id dicendi genus* omnes edd. praeter Dr. et Os. qui ex M Vat. recepere *ad illud d. g.* — *iudicio et intellectu,* intelligentia, (*E sicht*) cognitione, scientia, sensu; *Bip. Ob. Weik. Dr. Intellectus* est l. ut ap. Vell. 1, 13. Cic. or. 8. 24. al. prudentia, *Kunstverstand; R chenst.* Cf. ad Ann. 6, 36. extr. *delectu* coni. Gron. ut c. 22. Cic. Clu. 46. p. Planc. 4. idque recepit Heum. Sed *intellectum* potius h aetas dixit pro *delectu,* et *intelligere* pro *deligere* et *diligere; Brot. E Sch. Or.* coll. cap. 21. (*intellexisse*) c. 31. (*intellectum*) Plin. ep. 8, (*legatum tribunus ita et intellexit et cepit*) Quintil. declam. 325. p. ed. Burm. Plin. ep. 6, 27. (*intelligens Principis nostri*) et Treb. P XXX tyr. c. 12. (*intellectum se esse comperit*) *sed iudicio et intellect* emend. Puteol. *sed video et intellectum* ed. pr.

2. *Vidit namque:* voci postpositum *namque,* ut ap. Quintil. 2, 3, 9, 3. (ubi v. Spald.) 8, 6, 71. Flor. 1, 12, 6. Plin. 17, 18. 18, 25, 2. 26, 1. Suet. Galb. 5. ubi v. Bremi. — *ut paulo ante diceb* cap. 18. pr. *mutari cum temporibus formas quoque et genera dicendi.* verbis firmatur lectio nostra, quam Lipsius ex Veteri (c. Farn.) pri dedit: *cum* (una cum) *conditione temporum ac diversitate aurium,* mutata cond. temp. et orta inde divers. aurium. Similiter *cum loco tunam belli mutatam* Iustin. 31, 5, 9. et sic *aures* de iudicio et g dicuntur cap. 21. (*auribus iudicum*) cap. 20. (*auribus et iudiciis obte rans nostrorum oratorum aetas*) et 34. (*populus diversissimarum auriu cognitae populi aures*) *conditionem t. et diversitates auctorum f.* q. a *orationis remutandam* edd. vet. *diversitate auditorum* corr. Mur. et prob. Sch. Ob. Seeb. Os. *e conditione temporum et diversitate audit* substituit Osann. cui nostra lectio inepta videtur. Ea tamen aptis est et hausta a Lipsio ex MS. Farn. v. ad c. 1. n. 3. — *impeditiss rum orationum spatia,* v. ad c. 32. n. 4. *imperitissimarum* edd. vet. Schulz. Sed *impeditissimarum* ex emend. Mur. verissima receptum a Ob. et aliis, quia *imperitus* modo praecessit, et intell. Ciceronis *imm*

volumina cet. cap. 20. pr. quae recte dici poterant *impeditissima*, non *imperitissima*. Quintil. 8, 6, 42. *Sine appositis* (epithetis) *nuda est et velut incompta oratio; oneratur tamen multis: nam ita fit longa et impedita.* Male *ineptissimarum* coni. Peerlk. (de quo v. ad cap. 1. n. 4.) *imparatissimarum* Oudend. ad Suet. Claud. 42. et *ineptissima* Heum. — *id ipsum laudi dabatur* recte Farn. edd. Lips. et rec. v. ad c. 1. n. 3. *id ipsum laudabat* Vat. 1518. 1862. edd. vet. Pith. Seeb. Dr. Os. — *Dicendo diem eximebant* s. *tollebant* et alicui eripiebant non modo senatores in curia, quum data opera multa et aliena quoque dicebant, ut sol occideret ante quam SCtum fieri posset, (nam ex lege XII tabularum *sol occasus suprema tempestas erat*) sed etiam in foro iudiciisque actor et reus: unde clepsydra (mensura temporis aquea) s. aqua circumscriptum definitumque dicendi tempus et lege, a Pompeio in tertio consulatu a. U. 702 lata, ternae horae ad dicendum datae. v. Dio 40, 52. Quintil. 11, 3, 52. 12, 65. Cic. de or. 3, 34. Brut. 94. Plin. ep. 1, 23, 2. 2, 11, 14. 4, 9, 9. (*e lege accusator sex horas, novem reus accepit*) 6, 2. Hinc *clepsydras* s. *horas dare, petere, accipere, ad clepsydras dicere* et *latrare, aqua deficit, aquam perdere* de actore et reo, ut de iudicibus severioribus hoc cap. 19 extr. *non accipiunt tempora* sc. dicendi, a patronis causarum petita, *sed constituunt*. Cf. inf. ad cap. 38. n. 1. et 2. De hac vero consuetudine et forensium actionum brevitate conqueruntur Plin. ep. 6, 2. et Quintil. 12, 6, 5.

3. *Iam vero longa principiorum praeparatio* cet. „nam *principium* et exordium, *προοίμιον*, (ut cap. 22.) quo praeparandus est iudex ad causam ipsam, ut ad rem accipiendam fiat conciliatior, docilior et intentior. v. Quintil. 4, 1." *Schulz.* „Cf. Ern. lex. technol. de *principiis* p. 298. 304. de *narratione* p. 259. de *divisione* p. 135." *Dr.* *Iam* MSS. et ed. Heum. Dr. Os. Or. *Ita* edd. vet. etiam Lips. *Ista* ex emend. Schulting. dedere Sch. Ob. Bekk. Lün. — *narrationis alte repetitae series*, v. ad Ann. 3, 25. *alta repetitio* s. ed. pr. *Narratio* rei factae excipit exordium et brevis esse debet. v. Quintil. 4, 2. — *multarum divisionum*, partium accusationis vel defensionis; *Weik.* *Divisio* h. l. id. qd. partitio i. e. ordine collata enumeratio partium s. propositionum, et quidem unum ad summum, nisi causa plures desiderat; *Schulz.* coll. Quintil. 4, — *mille argumentorum gradus* c. Farn. et hinc edd. Lips. et rec. tamen non omnes. *mille a. genera* omnes edd. vet. ut et Rom. Modii, Pith. Seeb. Dr. Os. „Illa lectio a Lipsio e c. Farn. tacite assumpta (v. ad c. 1. n. 3.) et longe exquisitior est. *Gradus argumentorum* simili metaphora ac cap. 20. *cursus* dicuntur et tum exsistunt, quum ex artis rhetoricae praeceptionibus argumentis levioribus scite succedunt graviora atque in omnium gravissimo desinimus argumentari." *Orel.* Sed *ille* magis accommodatum videtur *generibus*, quam *gradibus* argumentorum. „Eodem sensu *argumentorum coacervatio* dicitur Cic. partit. 35. multos argumentorum locos vel sedes recenset Quintil. 5, 10. ubi iam docet, quid sit *argumentum*, Gr. *ἐπιχείρημα* et *ἀπόδειξις*, scil. *ratio probationem praestans, qua colligitur aliud per aliud, et quae, quod est dubium, per id, quod dubium non est, confirmat.*" *Schulze.* — *aridissimis Hermagorae et Apollodori libris*, ut *aridum genus orationis* Cic. or. 2, 38. sterile, ieiunum, sine ornamentis et suavitate, quale est eorum, qui his alicuius praecepta tradunt, dialecticorum, rhetorum et declamatorum, quos Seneca saepe *aridos* vocat; *Ern.* clav. Cic. et, quem laudat, Gron. ad Sen. contr. 34. Cf. Ern. Lex. technol. p. 32 sq. *arridissimis* ed. pr. *ardissimis* Put. *Hermagoras* h. l. vel ille rhetor, qui Romae Augusti temporibus docuit artem dicendi et libros VI rhetor. aliosque scripsit, quos Suidas recenset, Temnites, e Temno, Aeolidis oppido, oriundus, discipulus Theodori Gadareni et *Carion* dictus, (cf. Quintil.

3, 1, 18. ubi v. Spald. Strab. 13. p. 625. Plut. Pomp. p. 641. et Suidas) vel rhetor celeberrimus, qui praecepta scripsit expedita ad inveniendum, sed tenuia ad ornandum, et constitutionis translativae auctor fuit. (v. Cic. Brut. 76. 78. de inv. 1, 6. 11. 51. Strab. l. l. Quintil. 3, 1. 3, 11. 21. 22.) Hunc aetate maiorem a Nostro designari putabat Nastius, illum, quia *Apollodoro* aequalis fuit, Ern. Sch. Weik. — *Apollodorus* Pergamenus, Augusti praeceptor, qui Apolloniae artem rhetor. docuit cuiusque praecepta discipuli, ab eo dicti *Apollodorei*, C. Valgius latine, Atticus graece tradidere. v. Suet. Aug. 89. Strab. 13. p. 625. Luciani opp. T. 8. p. 128. ed. Bip. Quintil. 3, 1, 17. 18. ubi cf. Spald. „Apollodoro praeceptore coepit eloquentia in sectas dividi et evanuit. Adeo infensa infaustaque sectarum studia." *Brot.* *apollidori* ed. pr. — *et si quis odoratus philosophiam*, ut *gustare artem*, i. e. cognoscere, percipere; *Schulz.* Cf. ad Ann. 6, 20. *et si quis* edd. omnes praeter Brot. Dr. Os. Or. qui ex MSS. Vat. *quod si quis* recepere, maxima post *erat* distinctione posita. — [*atque*] *ex ea locum aliquem orationi suae insereret*, laetum praecipue ac plausibilem, quo iudex veluti reficiatur et quo maxime iucunda et ornata fiat oratio, v. c. de luxuria, de avaritia, de religione, de officiis: quod moris natum ab ostentatione declamatoria deinde in forum venit et *egressio*, *παρέκβασις* dicitur; *Sch.* *atque*, quod uncis inclusimus quodque multi deleverunt, legitur in omnibus edd. vet. et optime habet iudicio Os. non nostro. *antiquam* tacite substituerunt Seeb. et Dr. — *nec mirum. erat enim* ed. pr. et Ald. — *paucissimi* Rhen. 2. 3. et rel. *paucissima* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. Deinde *praecepta et rhetorum* edd. vet. ante Lips. qui copulam delevit. v. ad c. 1. n. 3. Locus hic non integer esse videtur Dronkio et Os. sed his tantum.

4. *vix* (*vis* ed. pr.) *in corona quisquam assistat*, ut cap. 20. *vulgus assistentium et affluens et vagus auditor*, ad coronam circumstantium temere accedens et discedens ab ea: nam *assistentes* non sunt asseclae aut fautores, oratori se adiungentes et remanentes, (ita Lips. et Ern.) sed auditores fortuiti, circumstantes, ut et cap. 39. *unus dicenti ac alter assistit; Schulz.* *corona* ex emend. Mur. et Acid. in ordinem receptum, ut ab Heum. Gesn. Bip. al. Conf. ad H. 3, 27, 1. *cortina* c. Farn. et omnes edd. ante Heum. quod recte habere putat Boetticher in Lex. Tac. quia difficilior sit lectio et *vix* magis ita congruat cum orationis serie. Sed vellem adiecisset probabilem vocis explicationem, et *vix* satis aptum, si legeris *corona*. „*Cortina* proprie dicitur vas rotundum et concavum ad varios usus destinatum (ita Forcell.) seu lebes, quo lana tingitur vel aliquid decoquitur, a quo significatu Scaliger ad Varr. L. L. 6, 3. metaphoram h. l. ductam esse (quia, quae in cortina sint, nondum penitus imbiberint succum) nemini persuadebit; deinde cavum alicuius rei operculum, v. c. tripodis Delphici; denique quodvis cavum convexumque spatium, unde Ennius dixit *coeli cortinam* et Severus in Aetna v. 295. *magni cortina theatri*, i. e. incurva pars extremi theatri, ubi faex hominum considet. Igitur Lipsius h. l. interpretatur de subselliorum iuxta tribunal loco, in quo non advocati solum, sed scribae, praecones atque id genus operae forenses consistebant; Nic. Loens. epiphyll. 9, 5. de tribunalis clavo hemicyclo testudinato." *Schulz.* Nihil vero horum satis probari poterit. — *quin elementis studiorum etsi non instructus, at certe imbutus sit*, v. ad cap. 2. n. 3. *quin* plurimae edd. rec. prob. Wopkens. *qui* edd. vet. et quaedam rec. *qui — at certe non imbutus sit* scribendum nisi praec. *non* ad *imbutus sit* repetitum subintelligatur; *Pich.* Et sane locus ita explicandus est; *Dr.* *quin elem. st. si non — sit* dedit Heum. ex emend. Acid. et Ern. — *eloquentiae itineribus* insolens tropus, idem tamen, qui in dictione *dicendi via* frequen-

tatur; *Sch.* „Vera lectio, quae defenditur verbo *effugiat.* Sunt *fugae itinera.*" *Rauchenst.* *Itinera multo maiora fugere* Cic. ad fam. 11, 13, 2. dixit; *Or.* Cf. ad cap. 32. n. 2. et 4. *eloquentiae Veneribus opus est, per quas* non male coni. Peerlk. de quo v. ad c. 1. n. 4. — *utique* vel praecipue, (ut c. 22. Liv. 6, 20. 22, 7. 23, 18.) vel saltem, certe, (ut Liv. 3, 65. 6, 38. 10, 19.) vel omnino, (*durchaus, auf alle Fälle*) ut Liv. 6, 35. 37. 8, 12. 27, 34. — *vi aut potestate* edd. Lips. (e cod. Farn. de quo v. ad c. 1. n. 3.) et deinceps paene omnes. *vi et potestate* MSS. Vat. 1518. 4498. edd. omnes ante Lips. quod revocarunt Dr. et Os. Id quoque praeferendum videri possit, quia *iure et legibus* opponuntur et Aper amabat synonyma. Nec tamen plane synonyma sunt *vis* et *potestas.* — *et nec accipiunt tempora,* non sinunt, quemque sibi pro arbitrio sumere *tempora* dicendi, modum et mensuram dicendi, sed ea constituunt, praescribunt et definiunt, coguntque intra paucissimas horas perorare, ut *accipiam dolorem* Cic. ad Att. 6, 1. i. e. mihi illum irasci patiar; *Schulz.* Cf. nota 2. *et* perperam deleverunt Heum. et Sch. *sed consistunt* ed. pr. — *nec exspectandum habent* (v. ad cap. 1. n. 2.) *oratorem, dum illi libeat* pro: *nec e. habent, dum oratori libeat* cet. — *sed saepe ultro admonent* cet. bene comparavit Schulzius verba Quintil. 4, 5, 6. *Festinat iudex ad id, quod potentissimum est,* (primarium causae argumentum) *et velut obligatum promisso patronum, si est patientior, tacitus appellat, si vel occupatus vel in aliqua potestate, vel moribus incompositus, cum convicio efflagitat.* — *alio transgredientem revocant et festinare testantur,* testes invocant; *Heum.* et *Sch.* Immo denuntiant, palam dicunt, qua significatione modo absolute dicitur, modo cum casu quarto iungitur; *Dr.* *alio transgredientem,* ad alia; quae *egressio, digressio, gressus, excursus,* cap. 20. *descriptio* (v. c. locorum, rerum gestarum et fabulosarum et hominum) et cap. 22. Quintil. 3, 9, 4. et Plin. ep. 6, 9. *excessus,* Gr. ἔκβασις, παρέκβασις, διέξοδος, Germ. *Abschweifung, Digression,* dicitur.

CAPUT XX.

Quis nunc feret oratorem de infirmitate valetudinis suae praefantem? qualia sunt fere principia Corvini. Quis quinque in Verrem libros exspectaverit? Quis de exceptione et formula perpetietur illa immensa volumina, quae pro M. Tullio aut A. Caecina legimus? Praecurrit hoc tempore iudex dicentem et, nisi aut cursu argumentorum aut colore sententiarum aut nitore et cultu descriptionum invitatus et corruptus est, aversatur dicentem. Vulgus quoque assistentium et affluens et vagus auditor assuevit iam exigere laetitiam et pulchritudinem orationis; nec magis perfert in iudiciis tristem et impexam antiquitatem, quam si quis in scena Roscii aut Turpionis Ambivii exprimere gestus velit. Iam vero iuvenes et in ipsa studiorum incude positi, qui profectus sui causa oratores sectantur, non solum audire, sed etiam referre domum aliquid illustre et dignum memoria volunt; traduntque invicem ac saepe in colonias ac provincias suas scribunt, sive sensus aliquis arguta et brevi sententia effulsit, sive locus exquisito et poetico cultu enituit. Exigitur enim iam ab oratore etiam poeticus decor, non Attii aut Pacuvii veterno inquinatus, sed ex Horatii et Virgilii et Lucani sacrario prolatus. Horum igitur auribus et

iudiciis obtemperans nostrorum oratorum aetas pulchrior et ornatior exstitit. Neque ideo minus efficaces sunt orationes nostrae, quia ad aures iudicantium cum voluptate perveniunt. Quid enim si infirmiora horum temporum templa credas, quia non rudi caemento et informibus tegulis exstruuntur, sed marmore nitent et auro radiantur?

1. *Quis nunc feret* (ut mox *exspectabit et perpetietur*) MSS. Vat. ed. pr. Brot. Or. *ferat* ed. Put. et dein paene omnes. — *infirmitate:* in ed. pr. *infinitate.* — *principia Corvini*, v. ad cap. 19. n. 3. et ad Ann. 2, 32, 1. Comparatur a Schulzio Quintil. 4, 1, 8. *Quaedam in his quoque commendatio tacita, si nos infirmos et impares ingeniis contra agentium dixerimus, qualia sunt plerumque Messalae prooemia. Est enim naturalis favor pro laborantibus, et iudex religiosus libentissime patronum audit, quum iustitiae suae minime timet. Inde illa veterum circa occultandam eloquentiam simulatio, multum ab hac nostrorum temporum iactatione diversa.* — *quinque in Verrem libros* actionis secundae, (ut ap. Quintil. 11, 2, 25.) totidem orationes Ciceronis, ab eo scriptas tantum, non dictas: nam recitatae non nisi duae, prima in Q. Caecilium de accusatore in Verrem constituendo, altera in ipsum Verrem, et illa dicitur *divinatio*, haec *prima actio in Verrem.* Cf. Ascon. Ped. et Ern. prooemia in has orationes. *Quis quinque in V. libros exspectaverit*, tot et tam prolixas eiusmodi orationes scribi aut haberi crediderit? Eos ad finem usque patienter audiet, ut Cic. p. Cluent. *exspectetis ad extremum et me meum dicendi ordinem servare patiamini; Schulz.* Sed *libros exspectare* hoc sensu dici et verba Cic. his comparari posse vix crediderim. *libros* orationes prolixas, ut cap. 21. (pr. et med.) 38. 39. Cic. ad Att. 2, 1. med. Plin. ep. 5, 25 pr. Quintil. 5, 10, 98. (ubi v. Spald.) 5, 11, 42. 9, 3, 4. 46. *exspectabit* MSS. Vat. edd. Brot. Bip. Seeb. Dr. Os. Or. *exspectavit* ed. pr. *exspectaverit* edd. Put. et cet. paene omnes. Sed Auctor videtur variasse consulto orationem, (*ferat, exspectaverit, perpetietur*) et *exspectaverit* est id. qd. *exspectet* et *exspectabit; Ern.* et *Schulz.* Parum refert; *Oberl.* — *de exceptione;* praepositio excidit in ed. pr. „*Exceptio* est vocabulum forense de eo, unde petitur, sive reo, qui sc. vel negando causam defendit, vel excipiendo elidere actionem conatur, i. e. non infitiatur quidem, sed excusat rem aliis argumentis. Haec *exceptio* dabatur seu concedebatur a praetore, a quo etiam actor tunc postulabat replicationem; *Schulz.* Erant actiones *de exceptione,* nempe ob exceptiones seu exclusiones, quae opponebantur vel adversus personas, vel adversus res ipsas, vel adversus actiones, vel adversus ipsa iudicia; *Brot.* v. Digest. lib. 44. tit. 1. de exceptionibus, praescriptionibus et praeiudiciis, Brisson. de form. l. V. — *Formula* in iure civili est certus verborum modus, ut *formula interdicti, actionis, testamenti, sponsionis*, et vel ea, in quam iudicium datur a praetore, vel ICtorum, qua agitur in aliquem, verborum certa conceptio et forma, nec non definitio verbi ac rei, v. c. formulae Aquillii de dolo malo; *Ern.* clav. Cic. *Formula* intelligitur singulis actionibus praescripta, in quibus instituendis utendum erat certis ac praescriptis verbis; *Brot.* et *Ob.* Quid h. l. sit, patet ex oratione Cic. pro *A. Caecina*, qui, postquam fundum Caeseniae ingredi conatus et ab Aebutio per vim aditu prohibitus erat, interdictum a Dolabella praetore impetraverat de vi armatis hominibus, ut, unde deiectus esset, eo restitueretur: unde omnis quaestio in *formula* et verbis huius *interdicti* totaque oratio in eo versabatur, ut primo vere deiectum Caecinam ostenderet, etiamsi fundum ipsum non ingressus, sed aditu eius prohibitus esset, deinde ei vim factam esse. Cf. ad c. 37. n. 3. Brisson. de form.

V. p. 388 sq. Cuiac. observ. 23, 21. et argum. orat. Cic. *pro A. Caecina* in edit. Ern. et Schütz. — *perpetietur*, patienter vel audiet, (ut c. 23.) vel leget. — *immensa volumina*, prolixas orationes Ciceronis *pro M. Tullio* et *A. Caecina*. Haec constat XXXVI capitibus, in quibus non nisi de *formula*, de ipsis verbis interdicti, a praetore impetrati, agitur. (v. eius c. 29.) Illam vulgavit nuper Maius, qui ex h. l. colligit, hanc orationem fuisse longiorem, deinde Heinrich. qui haec ibi annotavit: „Quod in Dialogo hoc aureolo *immensa volumina* dicuntur, quae sunt de exceptione et formula, inde solito longiorem fuisse hanc orationem non magis cogitur, quam docetur alio eius loco c. 39 pr. tunc *paenulas* pro togis vestimenta causidicorum in iudiciis: qua in re, ne interpretes dicam omnes, quos novi, fallitur etiam Gothofred. ad Cod. Theod. T. V. p. 234." Cf. Savigny de oratione Cic. pro Tullio et de actione bonorum vi raptorum in *Zeitschrift für geschichtl. Rechtswiss. herausg. von v. Savigny, Eichhorn u. Göschen* V, 3. Hi, quos defendit Cicero, fuisse videntur *M. Tullius* Decula, cons. cum Cn. Cornelio a. U. 672. de quo v. Cic. Agr. 2, 14. p. Planc. 21. Heinrich. ad hanc orat. pro Tullio p. 58. et *A. Caecina* Volaterranus, fortasse idem, de quo v. Cic. ep. ad div. 6, 5—9. 10, 25. Harduin. in Ind. Auct. a Plin. memorat. Demsteri Etruria regal. 1, 2, ... Marian. de Etruria Metropoli c. 15. 16. Gorii Inscr. Etr. T. III. p. 59. quos laudavit Ern. clav. Cic. *Caecinna* Ald.

2. *Praecurrit hoc tempore iudex dicentem* cet. Commentarii instar sunt extrema verba cap. 19. — *cursu argumentorum*, „v. Quintil. 4, 2, 14. 6, ..., 22. 7, 1, 17. et de *cursu sententiarum* Ern. Lex. technol. rhet. p. 63. Spald. ad 4, 2, 88. de *descriptione* Ern. l. l. p. 112. et Quintil. 9, 4, 138." *Franke*. Cf. ad c. 19. n. 3. *nisi aut cursu argumentorum*, lucido et idoneo ordine, quo disposita apte cohaerent et sese invicem parvis intervallis excipiunt, (nam immixtis ambagibus a causae probatione alienis interrumpitur iste cursus et tanquam flumen argumentorum creaturque fastidium) *aut colore sententiarum*, vivido quodam succo earum et sapore, *et nitore et cultu descriptionum* (v. ad cap. 19. n. 4. extr.) *invitatus et corruptus est*, eo adductus, ut nos libentissime audiat, *aversatur dicentem*, cum fastidio et indignatione audit: quod obest causae nostrarum partium." *Schulze*. *aversatur:* in Put. *adversatur*. Cf. ad H. 1, 1, 5. — *dicentem* male repetitum putant Schel. Schulz. Seeb. sed defendunt Wopkens. obss. misc. VII, 3. p. 396. Dr. et Os. Fortasse leg. *docentem*, i. e. oratorem docentem duntaxat, non, quod nunc requirunt, delectantem; *vell.*

3. *Vulgus quoque assistentium et affluens et vagus auditor*, v. ad c. 19. n. 4. — *laetitiam orationis*, ut c. 14. *laeta oratio*, cap. 21 extr. *laetitiam nitoremque nostrorum temporum*, c. 22. *locos laetiores*, (qui carent ornatum verborum et sententiarum, *Ern. heitere Stellen* Woltm.) c. 23. *laetissima quaeque*, et Cic. de or. 1, 18. *nitidum quoddam genus verborum et laetum*. Hinc *maesti* oratores c. 23. quorum oratio non laeta est. „*Laetus* dicitur de genere dicendi ex ubertate quadam, metaphora fere poetica, qua *laetas segetes* dixit Virg. Ita Ernesti Lex. technol. lat. rhet. p. 236. Cf. Spald. ad Quintil. 10, 1, 46. et 12, 9, 2." *Franke* ad c. 14. Opponitur h. l. *tristis et impexa antiquitas*. — *nec magis perfert* Rhen. 2. 3. Ald. al. *prefert* ed. pr. *praefert* Put. Riv. Ber. ... 1. al. — *impexam antiquitatem*, horridum, incultum dicendi genus, ut al. *incomptum*, antiquis hominibus oratoribusque proprium. *... saeculi squalor* dicitur Quintil. 2, 5. — Q. *Roscius*, comoedus s. histrio, clarissimus, amores et deliciae Sullae ac Ciceronis, qui iuvenis hoc praeceptore in arte pronuntiandi, declamandi gesticulandique usus est et postea eum defendit in causa pecuniaria. „Roscius adeo acceptus fuit populo Rom. ut mercedem diurnam de publico, mille denarios, sine

gregalibus solus acceperit. v. Macrob. Sat. 3, 7." *Brot.* Cf. Cic. or. p. Q. Rosc. com., pro P. Quint. c. 24. 25. et p. Arch. 8. de or. 1, 28. 29. de div. 1, 36. 2, 31. de N. D. 1, 28. de leg. 1, 4. Wieland. ad Hor. epist. T. II. p. 100 seq. *scena* Rhen. tres et deinde omnes. *coena* edd. Put. Riv. Ber. — *Turpio Ambivius*, L. Ambivius Turpio, (v. ad c. 1. n. 1.) actor comicus Terentii temporibus, cui, quum huius fabulae agerentur, primae partes datae sunt. „Cf. epigraphae Terent. et Cic. de sen. c. 14. nec non Symm. ep. 1, 25. et 10, 2. ubi legendum: *Non idem honor in pronuntiandis fabulis P. Pollioni* vel *Pellioni*, (v. Plaut. Bacch. 2, 2, 37.) *qui Ambivio fuit, neque par Aesopo et Roscio fama processit.*" *Lips.* Male h. l. *in scena Roscii aut Turpionis aut Ambivii* Vetus (c. Farn.) et edd. vet. ante Lipsium, qui alterum *aut* delevit. — *exprimere gestus*, qui Vespasiani temporibus, quibus valde mutatum est iudicium et gustus populi, minus placerent, quam Terentii et Ciceronis. — *iuvenes et in ipsa studiorum incude positi*, qui adhuc in scholis exercentur et formantur: tropus insolentior; *Schulz.* Imitatus est Sidon. Apoll. ep. 4, 1. ubi *philosophica incude formatus*; *Ern.* Similiter dixit Cic. or. 2, 39. *eandem incudem trudere*, Hor. A. P. 441. *incudi reddere versus* et Plaut. Pseud. 2, 2, 20. *haec mihi incus est: procudam hinc multos dolos.* „Tropum e Graeco sermone fluxisse, G. Jacob. literis ad me scriptis monuit; comparat enim ἐν Πιερίδων ἄκμοσι χαλκευτόν ap. Antipatr. Thessal. in Anthol. Palat. VII, 409. (Anal. Brunck. T. II. p. 115.) et simile dictum Pind. Pyth. 1, 168. (86.) ubi v. Gedicke et Boekh. Cf. etiam Heyne ad Pind. Ol. 6, 140 sq. Plin. ep. 1, 3, 4. et Fea ad Horat. A. P. 441." *Dronke.* „Add. Diomed. Gramm. init. *artem merae Latinitatis — sub incude literarum faciliter procudendo formatam* et Jacobsii epist. ad Doering. p. 30." *Os.* *et in ipsa* edd. Lips. ex MS. Farn. Cf. ad c. 1. n. 3. *et ipsa* ed. pr. Put. Ber. Rhen. tres, Ald. Franc. Col. Editores rec. tum *et* delendum, tum *in* ante *ipsa* inserendum censent. „Sed *incude positi* dictum, ut *appositum mensa lumen* Ann. 2, 31. copula vero h. l. inservit explicationi voc. *iuvenes* et ponitur fere pro *et quidem.* Cf. Wopkens. obss. misc. VII, 3. p. 396." *Osann.* Idem Wopk. lect. Tull. p. 98. docet, talia saepe hac copula annecti praecedentibus, quae solummodo antegressam aut vocem aut sententiam amplificent quodammodo vel illustrent; *Or.* Cf. ad Ann. 1, 33, 2. et G. 17. n. 5. — *referre domum aliquid illustre et dignum memoria*, ut cap. 22. *nihil excerpere, nihil referre possis* et Plin. ep. 9, 36. *venor aliquando, sed non sine pugillaribus, ut, quamvis nihil ceperim, non nihil referam; Schulz.* — *traduntque invicem*, communicant inter se, quod huius generis audiverunt. — *scribunt* ad populares suos; *Brot.* — *sive sensus aliquis arguta et brevi sententia effulsit*: similiter *sensus* et *sententia* distinguuntur cap. 23. 32. et *sensus* est res, quae dicitur, *sententia* oratoria expolitio et acuta enuntiatio; *Ern.* *Consuetudo iam tenuit, ut mente concepta* s e n s u s *vocaremus, lumina* (cf. ad c. 22. n. 3.) *autem praecipueque in clausulis posita* s e n t e n t i a s Quintil. 8, 5, 2. *Verbo sensum cludere, multo, si compositio patiatur, optimum est. In verbis enim sermonis vis inest. At si id asperum erit, cedat haec ratio numeris, ut fit apud summos Graecos Latinosque oratores frequentissime;* id. 9, 4. „Non incommode h. l. *sensus* fortasse redderes *Perioden, Sätze* (ut c. 21. 22. 23.) et *argutam sententiam*, unde argui aliquid possit, *einen treffenden Gedanken.*" *Schulz.* *Sensus* sententia verbis expressa. Cf. ad cap. 22. n. 3. ad cap. 23. n. 6. *sensus* edd. rec. tantum non omnes ex emend. Mur. *in suis* edd. pr. Put. Ber. Rhen. tres, Ald. Lips. Pith. Gron. Bip. Os. Hoc dictum pro: inter suos, quos sectantur; *Bip.* „Sed exspectassem *suorum*, ut *nullus suorum* Ann. 1, 6. *sensus* egregie inventum, sed a scriptura editionum nimis distat." *Os.*

4. *Exigitur* tacite receptum a Lips. ex MS. Farn. v. ad c. 1. n. 3.

Exercetur edd. vet. — *poeticus decor*, ut *decorum poetarum*, de quo v. Cic. Off. 1, 28. — *non Atii aut Pacuvii veterno inquinatus;* Schulz. haec annotavit: „*Veternus* s. *veternum* propr. est morbosa pigritia et somnolentia, inpr. senum, h. l. obsoleta vetustas, squalor, ut ap. Sidon. Apoll. ep. 1, 1. *veternosum dicendi genus* et 8, 6. *veternosus legalium quaestionum aenigmatista.* Videtur autem carpere Ciceronem aliosque eius aetatis, qui Ennii, Accii, Pacuvii, Lucilii, Terentii aliorumque poetarum crebro inserebant versus, *summa*, ut ait Quintil. 1, 8, 11, *non eruditionis modo gratia, sed etiam iucunditatis, quum poeticis voluptatibus aures a forensi asperitate respirent.* Idem 10, 1, 97. *Tragoediae scriptores, Accius atque Pacuvius, clarissimi gravitate sententiarum, verborum pondere et auctoritate personarum. Ceterum nitor et summa in excolendis operibus manus magis videri potest temporibus quam ipsis defuisse.*" Carpuntur potius oratores, qui, ut antiquitatis studium et eruditionem ostentarent, obsoletas antiquorum poetarum voces, dictiones, translationes captare et orationibus suis inserere solebant. Cf. Pers. 1, 76—84. et, quos Koenig ibi laudavit, Quintil. 1, 6. 10, 1. Martial. 10, 21. 11, 91. Gell. 1, 10. Plin. ep. 1, 6. Hor. epist. 2, 2, 116 seq. Lucian. rhet. praec. T. III. p. 18. ed. Reiz. Vell. 2, 9, 3. L. *Attius* L tragoedias, Didascalica et Annales versibus scripsit vixitque circa a. U. 600. Nomen eius varie scribitur: *Attius*, *Atius*, *Accius*, *Actius.* v. Burm. ad Suet. Aug. 4. et Virg. Aen. 5, 568. — M. *Pacuvius* tragicus poeta, nepos Ennii, Laelii amicus et hospes, qui vixit ab a. U. 533. ad 623. Hic Euripidi comparabatur, Attius Sophocli. v. Cic. Heren. 1, 4. 2, 13. 23. p. Arch. 9. 11. Brut. 18. 28. 74. de amic. 7. de opt. gen. or. 1. Horat. epist. 2, 1, 56. Gell. 13, 2. *Virium Attio plus tribuitur; Pacuvium videri doctiorem, qui esse docti affectant*, Quintil. 10, 1, 98. — *Horatii:* in edd. Put. Rhen. Ald. *Oratii.* — *Lucani*, qui iudicio Martialis secundus est a Virgilio, Statii praeferendus ei et Quintil. 10, 1, 90. *ardens et concitatus et sententiis clarissimus et magis oratoribus quam poetis annumerandus:* unde oratori fortasse plura conferet quam Virgilius; *Schulz.* Conf. Tac. 15, 49. et 16, 17. *Lucani sacrario*, cf. ad c. 12. n. 2.

5. *Horum auribus et iudiciis*, v. ad c. 19. n. 2. — *exstitit* edd. rec. *extitit* edd. Ber. Rhen. et al. *extit* Put. Riv. — *efficaces:* in ed. Ber. *etecaces.* — *perveniunt*: in ed. pr. *praeveniunt*, et *voluptassi* pro *voluptate.*

6. *Quid enim, si* cet. „Melius alii distinguunt: *Quid enim? si.* Sed *si* delendum censebat Wopkens. obss. misc. VII, 3. p. 397. Fortasse recte: nam sic post *quid enim?* altera interrogatio sequi solet, ut ap. Cic. Tusc. 3, 21. de am. 9, 30. ep. ad fam. 5, 15. Phil. 2, 31. ubi verba distinguere malim: *O hominem nequam! quid enim? aliud dicam? magis* cet. Plura dabit Heindorf. ad Cic. N. D. 2, 2, 5. Non tamen deleverim *si*, sed legerim *nisi.* Ubi enim in conclusione vel in clausula sententiae ponitur *quid enim*, vel *quid multa* et *quid plura*, suppl. *dicam.* Tum vero non affirmativa enuntiatio, sed negativa sequi debet." *Osann. nisi* etiam praeferendum videtur Peerlk. de quo v. ad cap. 1. n. 4. Orellius putat, in *si* latere *scilicet*, quod in MSS. *s* et *sc.* scribatur. *Quis enim infirmiora — credat* dedit Heum. — *rudi caemento et informibus tegulis*, v. ad G. 16. n. 5. *in fornicibus tegulisque* ed. pr. — *auro radiantur:* pro eo *a. radiant* scribendum censebant Schurzfl. et Lat. Latinius Bibl. T. II. p. 37. Sed utrumque in usu fuit. „Cf. Ovid. ex P. 3, 4, 103. Sil. 7, 143. et de usu verbi Doederl. de synon. lat. II. p. 79." *Dr. rediantur* ed. Ber.

CAPUT XXI.

Equidem fatebor vobis simpliciter, me in quibusdam antiquorum vix risum, in quibusdam autem vix somnum tenere. Nec unus de populo, Canutii aut Arrii et Furnii et Toranii, quique alii in eodem valetudinario haec ossa et hanc maciem probant: ipse mihi Calvus, quum unum et viginti, ut puto, libros reliquerit, vix in una aut altera oratiuncula satisfacit. Nec dissentire ceteros ab hoc meo iudicio video. Quotus enim quisque Calvi in Asitium aut in Drusum legit? At hercule in hominum studiosorum manibus versantur accusationes, quae *in Vatinium* inscribuntur, ac praecipue secunda ex his oratio. Est enim verbis ornata et sententiis, auribus iudicum accommodata; ut scias, ipsum quoque Calvum intellexisse, quid melius esset, nec voluntatem, quin sublimius et cultius diceret, sed ingenium ac vires defuisse. Quid? ex Coelianis orationibus nempe hae placent, si non universae, at partes earum, in quibus nitorem et altitudinem horum temporum agnoscimus. Sordes autem verborum et hians compositio et inconditi sensus redolent antiquitatem: nec quenquam adeo antiquarium puto, ut Coelium ex ea parte laudet, qua antiquus est. Concedamus sane C. Caesari, ut propter magnitudinem cogitationum et occupationes rerum minus in eloquentia effecerit, quam divinum eius ingenium postulabat; tam hercule, quam Brutum philosophiae suae relinquamus. Nam in orationibus minorem esse fama sua, etiam admiratores eius fatentur. Nec ferme quisquam aut Caesaris pro Decio Samnite aut Bruti pro Deiotaro Rege ceterosque eiusdem lentitudinis ac teporis libros legit, nisi qui et carmina eorundem miratur. Fecerunt enim et carmina et in bibliothecas retulerunt, non melius quam Cicero, at felicius, quia illos fecisse pauciores sciunt. Asinius quoque, quanquam propioribus temporibus natus sit, videtur mihi inter Menenios et Appios studuisse. Pacuvium certe et Attium non solum tragoediis, sed etiam orationibus suis expressit: adeo durus et siccus est. Oratio autem, sicut corpus hominis, ea demum pulchra est, in qua non eminent venae, nec ossa numerantur, sed temperatus ac bonus sanguis implet membra et exsurgit toris, ipsosque nervos rubore tegit et decore commendat. Nolo Corvinum insequi, quia non per ipsum stetisse, quo minus laetitiam nitoremque nostrorum temporum exprimeret, videmus, in quantum iudicio eius vis aut animi aut ingenii sufficeret.

1. *Equidem fateor vobis simpliciter*, v. ad H. 3, 53, 6. *fateor* ed. (pr. ?) Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. Franc. Col. Bip. Seeb. Dr. Os. *fatebor* Lips. et rel. — *vix risum — vix somnum tenere*, retinere, cohibere, eo abstinere. Sic Germ. *sich des Lachens und Schlafens enthalten*; Weik. *Somnum tenere* pro cavere, quod latine non dicitur: sed fit, ut, quum idem verbum ad duas voces referatur, uni voci aptius sit; *Ern.* et *Schulz.* Cf. Ind. III. v. *Syllepsis.* „Dixit tamen Cic. Brut. 80, 278. *somnum isto loco vix tenebamus*, et iisdem paene verbis Brut. 85, 293. *equidem in quibusdam risum vix tenebam.*" *Dr.*

2. *Nec unus de populo*, ex oratoribus vulgaribus vel de media plebe, cui placent, quales fuere *Canutii aut* (nisi leg. et) *Arrii* et *Furnii et Toranii* (non satis noti antiquioris huiusve aevi oratores, ut alii multi, qui non inclaruerunt) *quique alii in eodem valetudinario* (eodem morbo et imbecillitate laborantes, aegri et in eodem valetudinario scil. cubiculo s. domicilio curandi, in quo illi) *haec ossa et hanc maciem*, durum hoc et aridum ieiunumque dicendi genus, (de quo v. nota 8.) *probant* et amant, scil. mihi satisfaciunt: (quod e seq. supplendum) *ipse mihi Calvus — vix — satisfacit.* Ita, nisi me omnia fallunt, emendandus est et lucebit hic locus, qui desperatus fere visus est viris doctis et ingenia eorum torsit. *Nec unum de populo Ganuti aut Atti de Furnio et Coranio, alios in eodem valet. haec ossa et h. m. probant* cod. Farn. nec aliter MSS. Vat. nisi quod *Canuti* in iis est, quod recepere Os. et Or. *tenere, nec unum de populo. Canuti aut Aride Furnio et Toranio* (*Troiano* Put.) *quique alios—probant* omnes paene edd. ante Bip. Hinc *Nec unum de populo Canutium aut Arrium Furniumve nominabo, quosque alios in e. val. haec ossa et haec macies probant* corr. Gron. quae recepit Heum. Sed *nominabo* pro *Toranio* scribendum esse vix crediderim, et priora magis placere possunt quam posteriora; unde et pro his nonnulli *quique aliis* et *quique alii — hanc maciem probant* substituere. Praetermitto aliorum coniecturas, de quibus v. Schulz. in Exc. III. Schneideri obss. in Tac. p. 7. et Ephem. lit. Hal. a. 1827. N. 275. p. 525.— „*Canutius* h. l. non est ille *P. Canutius*, quem Cic. Brut. 56. et p. Cluent. 10. 18. laudat, sed *Tib. Canutius*, de quo v. Cic. Phil. 3, 9. ibique Garat." *Dr.* Conf. etiam Cic. ep. ad fam. 12, 3. 23. Vell. 2, 64. *C. Canutius* memoratur Suet. de rhet. c. 4. nisi leg. *Ti. Canutius.* — *Arrius* Q. Arrius, de quo v. Cic. Brut. 69. et Verr. 2, 15. 4, 20. Liv. epit. 96. *Attius* qui sit intelligendus, non liquet; *Dr.* — *Furnius* fortasse *C. Furnius*, de quo v. Cic. ep. ad div. 8, 10. 11. 10, 1. 6. 8. 25. 26. ad Att. 5, 18. 9, 6. vel ille, cuius mentionem fecit Cic. Brut. 28. Cf. Ern. clav. Cic. — *Toranius* orator non minus ignotus, quam *Coranius*, cuius nomen h. l. in MSS. Vat. et Farn. legitur. *Turanii* ex Plin. 3, 1. 9, 4. vel e Cic. Brut. 28. coni. Grotef. in Ephem. lit. Hal. l. l. „De eodem vel alio huius nominis v. Osann. ad Apul. fragm. p. 34. et in Ephem. lit. Hal. a. 1827. Part. 306." *G. Jacob.* laud. a Dronk. p. 248. — *in eodem valetudinario*, proverbium de pluribus, qui in eodem malo versantur, ut ap. Sen. ep. 27. pr. *tanquam in eodem valetudinario iaceam, de communi malo tecum loquar; Pich.* „Cf. ibi Lips. et Sen. Qu. Nat. 1. prooem." *Dr.* — *ipse mihi Calvus* cet. v. ad c. 17. n. 1. et c. 20. n. 1. — *in una et altera* ed. pr. Dr. et Os. *in una aut a.* edd. cet. Vim nostrae formulae Ruhnk. ad Terent. Andr. 1, 1, 50. explicuit; *Dr.* Sed *unus aut alter* c. 9. et 29. Dubia lectio est c. 39. ubi v. nota 4. — *satisfacit* MSS. Vat, edd. vet. et rec. praeter Bern. Gron. Hauf. Ern. in quibus est *satisfecit.*

3. *Nec dissentire ceteros video*, cf. Cic. Brut. 82. „Dissentiunt tamen Quintil. 6, 1, 13. 6, 3, 60. 9, 2, 25. 10, 1, 115. et Aquila Romanus de fig. sentent. et eloc. 40. ubi v. Ruhnk. p. 183 sq. et p. 276." *Dronke.* — *Quotus enim quisque Calvi in Asitium aut in Drusum legit* scil. *oratiunculas*, nisi, quod paulo post legitur, *accusationes* ante *Calvi* ponendum, quod probabile visum Broterio. Nomen *Asitii* ἅπαξ λεγόμενον. *Ascitium* reperit Mur. in cod. suo, nescio quo, idque probavit Orel. coll. Cic. pro Caelio c. 10. *Asinium* e coni. Lips. scripsit Os. *Calvi ista* (sc. volumina) *in Asinium* corr. Schulting. *Fuscinium* Schurzfl. et Heum. coll. Charis. 2. p. 203. ed. Putsch. *Licinius Calvus in Fuscinium ambitus reum scripsit.* Sed *Sitium* quoque s. *Sittium*, *Silium*, *Anicium* et quodvis aliud nomen Rom. in hoc latere potest; *Orel.* — *hominum studiosorum* eloquentiae (ut ap. Cic. ad Herenn. 2, 24.) vel literarum.

omnium stud. e coni. Acid. dedere Heum. Sch. Seeb. Or. — *accusationes, quae in Vatinium inscribuntur,* orationes, quibus Calvus de ambitu accusavit P. Vatinium. v. ad cap. 34. n. 6. extr. *inscribuntur* ex emend. Lips. Cf. cap. 38. *conscribuntur* MSS. Vat. et edd. vet. *conscriptae sunt* coni. Schurzfl. — *sententiis,* v. ad cap. 20. n. 3. Male post *ornata,* non post *sententiis,* distinxere Rhen. Lips. Pith. Pich. Ern. et alii. — *auribus,* v. ad cap. 19. n. 2. *auribus* edd. vet. sine copula. *et auribus* scripsit Dr. *auribusque* Sch. Ob. Os. Or. *ac auribus* Heum. et Seeb. Copula tamen saepe omissa et supplenda. — *nec voluntatem, quin sublimius et cultius diceret, sed ingenium ac vires defuisse* Calvo. Cf. ad cap. 18. n. 5. *ne voluntatem ei quo sublimius* cet. MSS. Vat. Hinc *nec vol. ei, quin* dedere Dr. Os. Or. Pronomen *ei* ante *defuisse* inserendum censebant Acid. et Heum. Sed non admodum illud, si absit, desiderari putat Wopkens obss. misc. VII, 3. p. 398. *cultus* pro *cultius* ed. Put. et Riv.

4. *Quid? ex Coelianis orationibus nempe h. pl.* Ita interpungunt Pith. et Orel. *Quid? ex C. orationibus? nempe hae placent* plerique editores. *Quid ex C. orationibus? nempe h. pl.* Dr. et Os. *Quid? ex C. orat. nonne hae placent* dedit Heum. *Quid de C. orationibus?* (sc. dicam) coni. Schulting. *Celionis orat.* ed. pr. De *Coelio* v. ad c. 17. n. 1. *eae placent* scripsit Orell. — *si non universae, at partes earum* ex emend. Acid. recepere Brot. Heum. Ob. Bekk. Lün. *sive universa parte serum* c. Far. *si universa parte serum* MSS. Vat. *sive in universa parte fectum* ed. p. Put. Riv. *sive in universa parte factum* ed. Ber. Rhen. tres, Ald. Fran. Col. Lips. al. *si non universae, per partes tamen s. attamen* legendum censebant Mod. et Lips. *si animadvertas partes earum* Peerlk. de quo ad c. 1. n. 4. *si non universae, partes earum* Rutgers. *sive universae sive partes earum* Pith. Sch. Dr. Os. Or. *si non universae, parte salte* Wopkens. l. l. *sive universae, an partes e.* Hand. Alii alia commen sunt, sed minus probabilia. — *nitorem et altitudinem horum temporum* excellentiam, praestantiam, seu eloquentiam non vulgarem, sed sub miorem, ut paulo ante *sublimius et cultius dicere; Schulz.* Similiter c extr. *laetitiam nitoremque nostrorum temporum.* — *agnoscimus* edd. Rh 2. 3. et deinceps omnes. *agnoscemus* primae edd.

5. *Sordes verborum,* ut *sordes hominis, fortunae et vitae* Cic. ad d 7, 2, 3. Brut. 62. *sordide loqui* Plaut. Mil. 4, 2, 11. *declamare sord et trivialibus verbis* Suet. rhet. 6. *sordida verba* Quintil. 8, 3, 17. G 17, 2. 19, 13. *sordida oratio* Quintil. 8, 3, 49. qualis est infimae bis, quae *sordes urbis et faex* dicitur Cic. ad Att. 1, 16. ut *coenum beium* Liv. 10, 15. *Sordes autem illae verborum* MS. Vat. 4498. (ex glossa) Seeb. Dr. Os. Or. *Sordes a. et verb.* ed. pr. *Sordes autem verb.* edd. Ber. et rel. — *hians compositio* „h. l. non est, quae crebris litera vocalium concursibus efficitur, (v. Auct. ad Herenn. 4, 12, 18.) nexus verborum et orationis male iunctae et commissae. Sic ap. Q til. 8, 6, 62. *Fit enim frequentissime aspera et dissoluta et hians or si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur,* et 12, 9, 17. *Si ali ex tempore dicendis inseritur, non cohaeret, nec commissuris modo, u opere male iuncto, hiantibus; sed ipsa coloris inaequalitate detegit Dronke.* Sic et *hiantia loqui* dixit Cic. or. 9 extr. *hians* edd. Rhen 3. et rec. *hiatus* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. — *inconditi sensus,* riodi sententiis et luminibus non distinctae; *Schulz.* Conf. ad cap n. 3. — *redolent antiquitatem,* v. ad cap. 22. n. 5. — *Antiquarius* est antiquitatis, veteris poeseos, historiae, eloquentiae studiosus, adm tor, laudator ac defensor, vel qui investigatione et usu priscarum, conditarum obsoletarumque vocum locutionumve eruditionis famam ctat, vel denique qui priscos libros legit et tractat. Cf. cap. 42. I nal. 6, 314. 454. Suet. Aug. 86. Gell. 1, 10.

6.

6. *Concedamus sane C. Caesari* cet. Pariter Quintil. 10, 1, 114. *C. Caesar si foro tantum vacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur: tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse, quo bellavit, appareat. Exornat tamen haec omnia mira sermonis, cuius proprie studiosus fuit, elegantia; Brot.* Conf. ad c. 17. n. 1. — *magnitudinem cogitationum*, consiliorum., Germ. *die Grösse seiner Entwürfe, Plane*, ut ap. Vell. 2, 41. de eodem Caesare; *Schulz. cogitationum* c. Farn. edd. Lips. et rec. Cf. ad c. 1. n. 3. *cognitionis* edd. vet. omnes ante Lips. nisi quod *cognitionum* in ed. Rom. legi testatur Modius probatque, quum sit vocab. forense. — *occupationes* ed. pr. Rhen. 2. 3. cet. *occupationis* (prisca script.) Put. Riv. Ber. Rhen. 1. — *minus in eloquentia effecerit* Caesar, *quam divinum eius ingenium postulabat; sed* conf., quos Schulz. iam laudavit, Tac. Ann. 13, 3. Cic. Brut. 72. Suet. Caes. 55. et Quintil. 10, 1, 114. *in eloquentia* MSS. Vat. ed. pr. Put. Riv. et rec. *in* omissum a Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Franc. Col. Lips. et aliis; unde *eloquentia effulserit* et *eloquentiae suffecerit* coni. Huet. Aliud vero est *minus efficere eloquentia*, aliud *minus eff. in eloquentia; Schulz.* — *tam hercule* sc. id concedamus. *tam hercule* C. Caesarem suis occupationibus, *quam Brutum ph. s. relinquamus; Brot.* Cf. ad c. 8. n. 3. *De Bruto* v. ad c. 17. n. 1. Is in philosophia magis excelluit, quam in eloquentia et poesi. „Stoicam philosophiam sectatus est multosque de ea libros scripsit. Inde et Quintil. 10, 1, 123. *In philosophia egregius multoque quam in orationibus, praestantior Brutus suffecit ponderi rerum: scias, eum sentire, quae dicit." Brot.* — *Nec ferme quisquam* recepi ex emend. J. Fr. Gron. qui etiam coni. *nec fere q.* quod substituere Heum. Seeb. Bekk. *nisi forte* edd. vet. et multae rec. Sed neutrum h. l. aptum; *nisi*, quod cum *quisquam* iungendum est et paulo post repetitur; *forte*, quod non esse id. qd. *fortasse* iam monuere Passov. ad Pers. p. 357 sq. et alii. *nec forte* scripserunt Sch. Ob. Lün. Dr. Posterius *nisi* delendum censet Hand. ad Gron. diatr. in Stat. T. I. p. 465. et in *si* mutandum Ann. coll. Cic. p. Mil. 7. *nisi forte magis erit parricida, si quis consularem patrem, quam si quis humilem necaverit. nisi forte — nisique et* coni. ...cid. *nisi forte quisquam — scilicet qui* et *isque et carmina eorundem* ...*ratur* (ut c. 33 extr.) Orel. et alii alia. — *Caesaris pro Cn. Decio* ...*mnite*, qui a Sulla proscriptus et a Caesare iuvene defensus est; *Schulz.* ...ll. Cic. p. Cluent. c. 59. ubi tamen nihil aliud traditur, quam huic ...cio uxorem fuisse redditam. „Oratio haec, ut et alia multa Caesaris ...ipta, periit." *Brot.* — *Bruti pro Deiotaro Rege*, qui a senatu Rom. ...x Armeniae min. appellatus et a M. Bruto defensus est apud Caesarem ...caeae in Bithynia, sed ab hoc parte tetrarchiae privatus, quod a Pom...nis partibus steterat. „Causam tamen Deiotari, fidelissimi atque ...timi regis, ornatissime et copiosissime a Bruto defensam ait Cicero ...t. c. 5. Immo in ep. ad Att. 14, 1. tradit, Iulium Caesarem animad...rtisse, quum Brutus pro Deiotaro Nicaeae dixisset, *valde vehementer ...visum et libere dicere.* Sed quum haberetur hic dialogus, aliae erant ...manorum aures et ingeniosiores ac proinde difficiliores." *Brot.* Cf. Cic. p. Deiot. et Brut. 6. 94. ad Att. 5, 17. de har. resp. 13. div. 1, 2, 35. 37. et Phil. 11, 12. 13. — *eiusdem lentitudinis ac teporis libros*, ad cap. 18. n. 5. et ad c. 20. n. 1. *Lenta* oratio est, quae nobis *schleppend, steif* dicitur: *tepor*, quum nulla vis, nullus calor affectus ...t orationi, quum *raro incalescit* (cap. 22 med.); *Schulz.* „Cf. Ern. ...x. technol. rhet. p. 253. et Doederl. synon. lat. T. II. p. 206 sq." *Dr.* ...*dem lentitudinis* Vetus (c. Farn.) et hinc edd. Lips. et rec. *ac teporis* ...etur ingenio Lips. *cuiusdam. Lentidius at temporis l.* ed. pr. *cuius-* ...*Lentidius temporis l.* Put. et Riv. *cuiusdam lenti luminis ac temporis* Ber. Rhen. tres, Ald. Franc. Col. *tenoris* coni. id. Lips. *torporis* Schel.

languoris Schulz. *nisi forte — libros legerit* id. Schulz. „Nempe ut satisfaceret regulis grammaticis: nam quod Goerenz. ad Cic. fin. 1, 17, 56. pro certo statuit, post *si forte*, si iunctim scribantur, et *nisi forte* non nisi Indicativum sequi, id eatenus verum est, quatenus de re vere facta agitur; in re enim ficta admittitur Coniunctivus, ut ap. Quintil. 12, 2, 2. et Cic. ad Att. 10, 8. v. Gernhard. ad Cic. de sen. 10, 33. et de amic. 13, 48." *Osann.* Conf. ad Agr. 32. n. 2. — *nisi qui:* hoc *qui* propr. dictum, si antea legeris *nec ferme* vel *fere quisquam*, si vero *nisi forte quisquam*, positum est pro *quis*. v. ad c. 36. n. 5. — *Fecerunt enim et carmina*, sc. Caesar et Brutus. De illius carminibus v. Plin. 19, 8. Suet. Caes. 56. et vit. Terent. nec non Ascon. Pedian. in Cic. or. p. Scauro; de huius Plin. ep. 5, 3. Stat. Silv. 9, 20. Ovid. ex Ponto 1, 1, 24. ibique intpp. — *et in bibliothecas retulerunt carmina*, cf. cap. 37. *Bibliothecae* Romanorum, quae cap. 37. *antiquorum bibliothecae* dicuntur et doctorum hominum usui patebant, tum privatae erant, tum publicae, et illae ab Aemilio Paulo, L. Lucullo et deinde aliis tam in Urbe, quam in villis, hae vero Romae et in coloniis municipiisque Italiae primum ab Asinio Pollione et Augusto constitutae; ab hoc duae, Palatina, cui C. Iulius Hyginus, et Octavia in Octaviae porticu, cui C. Melissus praefuit, quas incendio absumptas Domitianus reparandas curavit. Notissima haec ex Isidor. orig. l. VII. cap. de biblioth. Plut. vit. Luculli, Plin. ep. 1, 6. 13. 3, 7. 4, 28. 7, 25. Plin. H. N. 35, 11. Suet. in Caes. 44. in Aug. 29. in Tib. 74. in Domit. 20. et de gram. 20. 21. Cf. Lipsius, Maderus et J. Andr. Schmid. de bibliothecis, Pitisci lex. ant. Rom. T. I. p. 276. et Fabric. bibliogr. antiq. c. 21. In his vero bibliothecis tum libri novi et recitari et servari, tum imagines et statuae auctorum dedicari solebant praeclaro instituto et semper virenti hedera vel lauro coronari. Hi itaque cupiebant, libros suos *in bibliothecas referri*, ut multis innotescerent ingenii sui fetus et fama nominis cresceret. *et in bibliothecas* e c. Farn. tacite dedit Lipsius. v. ad c. 1. n. 3. Copula omissa in edd. vet. — *non melius quam Cicero* fecerunt carmina. v. ad cap. 12. n. 6. *et felicius* ed. pr.

7. *Asinius quoque*, v. ad Ann. 1, 12, 2. — *propioribus temporibus*, quae propiora sunt nostris. Cf. cap. 17. extr. *proprioribus* Put. et Riv. — *videtur mihi inter Menenios et Appios studuisse*, h. e. eorum temporibus. Cf. ad c. 17. n. 1. et ad cap. 18. n. 2. et 4. Sic et ab aliis iam laudati Quintil. 10, 1, 113. *Multa in Asinio Pollione inventio, summa diligentia, adeo ut quibusdam etiam nimia videatur, et consilii et animi satis. A nitore et iucunditate Ciceronis ita longe abest, ut videri possit saeculo prior;* et Sen. ep. 114. *Multi ex alieno saeculo petunt verba: duodecim tabulas loquuntur: Gracchus illis et Crassus et Curio nimis culti et recentes sunt: ad Appium usque et ad Coruncanium redeunt.* — *studuisse* absolute positum, quo sensu dicimus *studiren*, ut et cap. 32. 34. Plin. ep. 1, 6. 3, 5. et apud alios; *Schulz.* Cf. Spald. ad Quintil. 2, 2, 7. et Frotscher ad Quintil. 10, 7, 26. — *Pacuvium et Attium*, v. ad c. 20. n. 4. — *expressit*, imitatus est, ut *exprimere vitam et consuetudinem alicuius* Cic. Rab. Post. 2. et *Socratem expressit Plato* Cic. de fin. 5, 29. Metaphora videtur petita ab iis, qui imagines cera gypsove effingunt: unde et mox *exprimere laetitiam nitoremque temporum* et cap. 23 extr. *exprimere affectus* oratione. Cf. ad G. 17. n. 2. — *siccus est* edd. Lips. et rec. *est* delevere Dr. et Os. quia abest ab edd. vet. Sed e c. Farn. id tacite revocavit Lipsius. v. ad c. 1. n. 3.

8. *Oratio autem, sicut corpus hominis, ea demum pulchra est, in qua non eminent venae nec ossa numerantur, sed temperatus ac bonus sanguis implet membra*, ut supra (v. nota 2.) *haec ossa et hanc maciem*, qua metaphora etiam Quintil. I. prooem. 24. 2, 4, 9. et Cic. de fin. 4, 3. utun-

tur; *Dr.* Sic et Cic. Brut. 17, 68. *nec ossa solum, sed etiam sanguinem;* c. 9. *succus ille et sanguis incorruptus usque ad hanc aetatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor;* c. 82. *verum sanguinem deperdebat Calvus;* Cic. or. 23. *Oratio, etsi non plurimi sanguinis est, habeat tamen succum aliquem oportet, ut, etiamsi illis maximis viribus careat, sit, ut ita dicam, integra valetudine.* Drückius in opusc. (kleinere Schriften) T. II. p. 30. „*Sanguis*, ait, apud rhetores id. qd. *vires*, unde a Quintil. 10, 2, 12. utrumque iungitur: *quo fit, ut minus sanguinis ac virium declamationes habeant, quam orationes.* v. J. C. Th. Ernestii Lex. technol. rhet. p. 342." Cf. ad c. 26. n. 3. — *et exsurgit toris* factis ipse sanguis, quantum satis ac salubre est, se accumulans; Gron. coll. verbis Celsi 7, 17. *Praeterquam quod et tumoris aliquid est pro venarum magnitudine et modo, et id prementi magis renititur ac per ipsos venarum toros inaequale est.* Similiter Plin. ep. 5, 8. *Hanc* (historiam) *saepius ossa, musculi, nervi; illam* (orationem) *tori quidam et quasi iubae decent; Brot.* „Adde Quintil. 10, 1, 33. *Licet tamen nobis in digressionibus uti vel historico nonnunquam nitore, dum in his, de quibus erit quaestio, meminerimus non athletarum toros, sed militum lacertos esse*, ubi cf. intpp. Ovid. Met. 14, 283. *colla tument toris.* Cic. Tusc. 2, 8. *O pectora, o terga, o lacertorum tori.*" *Os. et exauget toris* coni. idem Gron. et *pectus exsurgit toris* Ern. quia sanguis certe non exsurgat *toris*, sed pectus, et id in oratione, aut oratio ipsa. Sic Virg. Ge. 3, 81. *luxuriat toris animosum pectus*, et Sen. Hippol. 1042. tauri *opima cervix arduos tollit toros.* „Rigalt. ad Minuc. III. *venarum toros*, inquit, medici dixere et *iubarum toros* poetae. Illud ei concedo, non hoc. Decepit eum opinor Virg. Aen. 12, 6. Sed ibi *tori* cervicis sunt, non iubarum: habent autem tori iubas, non iubae toros." *Gron.* — *ipsosque nervos rubore tegit et decore commendat* c. Farn. et ex eo Lips. (v. ad c. 1. n. 3.) nisi quod in illo *ipsos quoque*, ut in edd. vet. *ipsosque* MSS. Vat. et edd. rec. Cf. ad c. 22. n. 2. *nervos rubor tegit et decor commendat* MSS. Vat. et pleraeque edd. rec. *robur tegit et decor* c. edd. vet. non improb. Os. Melius autem omnia ad sanguinem referri arbitror; *Or. rubore tingit* malebant Gron. Schulting. Schulz. Ob. *decorum* Vat. 1518.

9. *Nolo* M. Messalam *Corvinum insequi*, v. ad cap. 4. n. 2. et ad Ann. 2, 32, 1. — *non per ipsum stetisse*, non in eius potestate positum, non penes eum vel in eo culpam fuisse, ut ap. Liv. 2, 31 extr. 3, 61. 33. 8, 2 pr. 9, 14 al. — *laetitiam nitoremque nostrorum temporum exprimeret*, cf. nota 4. et 7. et ad cap. 20. n. 3. „De eo Quintil. 10, 1. *Messala nitidus et candidus et quodammodo prae se ferens in dicendo nobilitatem suam; viribus minor.* v. et Plin. ep. 5, 3." *Brot.* — *quia non ipsum stetisse, quo minus — exprimeret, videmus, in quantum iudicio vis a. a. a. i. sufficeret* ex emend. Freinsh. ceteris probabiliore et recepta a Schulz. Ob. Weik. Bekk. Lün. Sed retinui *sufficeret*, pro quo *sufficit* substituerunt. *quia non per ipsum stetit, quo minus — exprimeret: viderimus inquam iudicio eius vis — sufficeret* edd. vet. ut et Lips. Farn. emendatae, nisi quod in ed. pr. legitur *quia nuper ipsum sen-* et in Ald. *videremus.* Haec variis modis correxerunt viri docti, quorum commenta recensuit Schulz. in Exc. IV. Excidisse quaedam post *exprimeret*, suspicantur Seeb. Dr. Os. Or. qui asteriscos ibi posuere.

CAPUT XXII.

Ad Ciceronem venio, cui eadem pugna cum aequalibus suis fuit, quae mihi vobiscum est. Illi enim antiquos mirabantur; ipse suorum temporum eloquentiam anteponebat: nec ulla re

magis eiusdem aetatis oratores praecurrit quam iudicio. Primus enim excoluit orationem, primus et verbis delectum adhibuit et compositioni artem, locosque laetiores attentavit et quasdam sententias invenit; utique in his orationibus, quas senior iam et iuxta finem vitae composuit, id est, postquam magis profecerat usuque et experimentis didicerat, quod optimum dicendi genus est. Nam priores eius orationes non carent vitiis antiquitatis. Lentus est in principiis, longus in narrationibus, otiosus circa excessus, tarde commovetur, raro incalescit; pauci sensus apte et cum quodam lumine terminantur. Nihil excerpere, nihil referre possis, et velut in rudi aedificio firmus sane paries et duraturus, sed non satis expolitus et splendens. Ego autem oratorem, sicut locupletem ac lautum patrem familiae, non eo tantum volo tecto tegi, quod imbrem ac ventum arceat, sed etiam quod visum et oculos delectet, non ea solum instrui supellectile, quae necessariis usibus sufficiat; sed etiam sit in apparatu eius et aurum et gemmae, ut sumere in manus, ut aspicere saepius liceat. Quaedam vero procul arceantur, ut iam obliterata et olentia; nullum sit verbum velut rubigine infectum, nulli sensus tarda et inerti structura in morem annalium componantur; fugiat foedam et insulsam scurrilitatem, variet compositionem, nec omnes clausulas uno et eodem modo terminet.

1. *nec ulla re magis eiusdem aetatis oratores praecurrit,* antecedit, antecellit, superat, ut Hor. epist. 1, 10, 33. Nep. Thras. 1. Cic. Catil. 4, 9. et Gr. παρέρχεσθαι, metaphora a stadio petita. — *quam iudicio* illo et delectu: verterim h. l. *Geschmack; Schulz.*

2. *primus et verbis delectum adhibuit* edd. Rhen. 2. 3. Ald. et cet. *ex verbis* ed. pr. Put. Ber. Lün. Riv. Rhen. 1. quod revocavit Dronkius, qui *adhibere delectum alicui rei* non recte dici putat, quum notio rei, cuius delectum habeamus, non referri possit ad verbum, sed ad nomen *delectus.* Idem tamen recte dixisse credit Quintil. VIII. prooem. 28. *copiosae verborum supellectili adhibere artem collocandi.* „Et sane plerumque dicitur *delectum alicuius rei habere, facere, agere,* ut ap. Cic. de or. 3, 32. Quintil. 2, 8, 7. 10, 3, 5. Plin. H. N. 7, 29. 12, 9, 6. Sed aliud prorsus est *adhibere delectum,* quod pari iure Dativum asciscere potest, quo Cic. de fin. 5, 30, 90. recte dixit *delectum adhibere ad aliquam rem.* Praeterea aequalis membrorum orationis iunctura repudiat *ex* et postulat *et.*" *Osann.* — *locosque laetiores* c. Farn. edd. Lips. et rec. Cf. ad c. 1. n. 3. ad c. 20. n. 3. et ad c. 21. n. 9. *locosque latiores* edd. pr. Put. Riv. Ber. *locosque altiores* Rhen. tres, Ald. Franc. Col. *locos quoque* MSS. Vat. edd. Brot. Bip. Ob. Sch. Seeb. Dr. Os. Or. *lectiores* pro *laetiores* Vat. 4498. Ceterum *loci,* non *loca* etiam Ciceroni, Quintil. et aliis dicuntur vel argumenta, quae in orationibus disputationibusve tractantur, vel ipsae orationum partes et sententiae. — *et quasdam sententias invenit:* „*Sententia* non solum Gr. γνώμη, v. c. *veritas odium parit,* sed quaevis fere enuntiatio breviter et cum acumine dicta periodoque inserta. De his orationis ornamentis multus post Cic. apud rhetoricos sermo. Oratio non placebat nisi sententiarum luminibus distincta: hae velut scintillae ubique emicare debebant, praecipue in clausulis; unde mox dicitur: *pauci sensus apte et cum quodam lumine terminantur,* h. e. cum quadam *sententia,* dictione brevi et acuta, quae sit tanquam lumen

orationis. Cf. nota 3. et 5. inpr. Quintil. 8, 5. et verba eius 12, 10, 48. *Hoc quod vulgo sententias vocamus, (veteribus, praecipue Graecis, in usu non fuit; apud Ciceronem invenio) dum rem contineant et copia non redundent,* (ut praecipue in scriptis Senecae) *quis utile neget? Feriunt animum et uno ictu frequenter impellunt et ipsa brevitate magis haerent et dictione persuadent." Schulz.* Cf. ad cap. 20. n. 3. et Ern. Lex. technol. rhet. p. 349 sq. *sententias inseruit* dedit Heum. coll. c. 19 med. — *utique* (v. ad c. 19. n. 4.) *in his orationibus, quas senior composuit,* quales sunt orationes pro Milone, pro Marcello, pro Ligario, pro Deiotaro et Philippicae, ut *priores eius orationes* pro Quintio, Roscio Amer., Roscio com., Verrinae et aliae; *Schulz. in iis* scripsit Or. — *experimentis,* quae plus valent, quam praecepta, ut Quintil. 2, 5. ait; *Schulz.* — *quod optimum dicendi genus esset:* ita leg. vel *q. o. discendi g. est; Acid.* Hoc malebant Urs. et Bip. Illud recepere Heum. Sch. Ob. Beck. Lün. Os. Or. *quod o. dicendi genus est* edd. vet. et quaedam rec. quod haud damnandum. v. ad Ann. 2, 26, 4. — *vitiis antiquitatis,* priscae eloquentiae, antiquorum oratorum; *Schulz.* „Tales Ciceronis vituperatores ridet Quintil. VIII. prooem. 26. Sed haec quae sequuntur iudicia de Ciceronis vitiis magis, quam adhuc factum sit, expendenda esse monuit F. A. Wolf. in praef. ad Cic. or. pro Marcello p. XXIV." *Dronke.* „Cf. iudicia Frontonis p. 95. ed. Rom. et Dionysii Longini sect. 12. p. 50. ed. Weisk." *Orel.*

3. *Lentus est in principiis,* v. ad c. 18. n. 5. c. 19. n. 3. et c. 21. n. 6. — *otiosus circa excessus,* v. ad c. 18. n. 5. ad c. 19. n. 4 extr. et ad Ann. 11, 15. — *raro incalescit,* v. ad c. 21. n. 6. — *pauci sensus* (v. ad c. 20. n. 3.) *apte et cum quodam lumine terminantur,* ut ap. Cic. *clausulae apte numeroseque cadentes; Ern.* Cf. n. 2. et 5. *Lumen* dicitur, quod in quaque re praecipuum est, maxime eminet, ornamentum; unde *certa dicendi lumina* Cic. de or. 2, 27. *lumina verborum et sententiarum, quae vocant Graeci σχήματα, quibus tanquam insignibus in ornatu distinguebatur omnis oratio* Cic. Brut. 79 extr. *Nam ut in pictura lumen non alia res magis quam umbra commendat, ita orationem tam submittere, quam attollere decet* Plin. ep. 3, 13. *apte et cum* edd. rec. ex emend. Acid. et Freinsh. *optet cum* MS. Farn. et Vat. 4498. Hinc *opt. et cum* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. Pith. Lips. Bern. Gron. *opti* Vat. 1518. *opacus* ed. Rom. Lipsii; unde hic coni. *opacius et cum q. l. t.* ut ad picturam respectus sit, in qua lumen nos delectat, sed cum umbra quadam. *optime et cum* corr. Schel. et *apte et cum quodam modulamine t.* Acid. ut ad numeros referatur, quos veluti modulatos requirant rhetores in periodorum clausulis. „*Apta* autem dicuntur, quae recte inter se iuncta sunt, ut *vincire verba et sententias,* (Cic. or. 13. 50.) ea sibi iungere ita, ut ex pluribus propemodum vel unum verbum vel una sententia facta videatur. Quum vero verba *vinciuntur* h. e. ita collocantur, ut numerose volvatur et cadat oratio, ea vocatur *apta* et *vincta,* h. e. numerosa, in qua ita iuncta omnia inter se sunt verba, ut numerose cadat; (cf. Cic. Brut. 8. or. 44. 60 — 71.) cui orationis generi *solutum, diffluens* et *dissipatum* opponitur, v. c. ap. Cic. or. 52. *verbis solutis numeros primus adiunxit,* or. 70. *diffluens et solutum,* or. 71. *facilius est, apta dissolvere, quam dissipata connectere." Ern.* clav. Cic. *terminantur* edd. rec. e corr. Pith. *terminatur* edd. vet.

4. *Nihil excerpere, nihil referre possis:* ita MS. Farn. et ex eo Lips. et editt. rec. *Nihil ex tempore, nihil r. p.* ed. pr. *Nihil ex tempore referre possis* ed. Put. et rel. ante Lips. Cf. ad c. 20. n. 3. — *velut in rudi aedificio,* in cuius structura nulla ars spectatur, *paries — non satis splendens,* qui in tectis ditiorum splendebat marmore vel picturis vermiculatis vel ebore caelato et aliis ornamentis; *Schulz.* — *sicut:* in ed. pr.

sic. — *lautum patrem familiae,* elegantem, splendidum, magnificum, qui ita vivit, ut solent nobiles ac divites, utque eos decet. Sic ap. Cic. Verr. 1, 6. ad div. 7, 14. Nep. Att. 13. Iuvenal. 11, 1. *Lautus* est, qui liberalius sibi indulget divitiasque ostentat et adhibet in splendore habitationis, coenae et supellectilis; *Schulz.* Cf. Gesneri Lex. *Stattlich* Woltm. *lautum* edd. rec. e corr. Lips. *laudatum* edd. vet. Seeb. 1. et Os. *patrem*: in ed. pr. *patres.* — *sed etiam sit in apparatu eius,* supellectile, *et aurum et gemmae,* pocula et vasa, auro gemmisque resplendentia. Nota *pocula gemmata,* quibus gemmae inserebantur, ἐμβλήματα, ex Plin. 37, 2. Iuvenal. 5, 43 sq. *etiam,* quod in edd. Col. Lips. Pith. et rel. omissum est, ex edd. vet. inseruere Dr. Os. Or. Pro *sit* Bekk. scripsit *sint.* „Ita vero Caes. b. G. 7, 37. *quorum erat princeps Litavicus eiusque fratres.* v. Held. ad Caes. B. C. 1, 2." *G. Jacob.* in Add. ed. Dronk. p. 248. Cf. ad Ann. 12, 45, 1. — *aut aspicere* edd. vet. quod restituere Dr. et Os. *et a.* ed. Lips. a. 1607. et rel. Sed *ut aspicere* Lips. 1. e c. Farn. v. ad c. 1. n. 3. — *liceat* omnes edd. vet. etiam Riv. et e c. Farn. ed. Lips. 1. ut rel. *libeat* edd. rec. tantum non omnes. „Id Modius in Novant. lect. ep. 15. non editioni Rom., sed Rud. Agricolae tribuere videtur, eaque lectio perspicue vera est." *Orel.* *libeat* Rudolphus bene; *Lips.*

5. *Quaedam vero procul arceantur* sc. *verba,* e seq. intell. Cf. ad Ann. 3, 34. et H. 2, 66. *arceantur* tacite Lips. e c. Farn. Cf. ad c. 1. n. 3. *arcentur* edd. vet. — *olentia,* vel male olentia (ut c. 23. *eloquentia Aufidii Bassi sordet*) vel potius, ut c. 21. med. et ap. Cic. Brut. 21. *redolentia antiquitatem*, obsoleta, quae Aper c. 19 — 24. vituperat. Sic Varro L. L. 4, 10. *Sabinorum linguam olent,* Cic. de or. 3, 12. *nihil peregrinum olet*, Quintil. 8, 1 extr. *et verba et vox huius alumnum urbis olent.* *exoleta* coni. Acid. et Heum. — *nullum sit verbum velut rubigine infectum,* vetustate, ut *situs* et *scabies.* Lapides molares *vetustate rubiginem trahunt* Plin. 36, 18. s. 30. *Rubigo,* rectius *robigo,* (v. Heins. ad Virg. Ge. 1, 151. et Ovid. Fast. 4, 907.) qui vel frumentum et grana nigrore inurit, (*Brand, Meelthau*) vel, ut verbis Plin. 7, 15. utar, aes ac ferrum corripit, aerugo, (*Rost*) et hinc vetustas. Similiter *vetustatis rubigine obsitum imperium* Val. Max. 2, 9, 5. et al. *infectum,* ut *infectus longi (longa?) rubigine ruris* Claudian. de cons. Mall. Theod. v. 175. *velut rubigine infectum* edd. rec. ex emend. Rhen. *vel rub. infestum* ed. pr. Put. Ber. Rhen. 1. — *nulli sensus*, v. ad c. 20. n. 3. — *in morem Annalium,* non modo priscorum, ut Pontificum Maximorum et Fabii Pictoris, M. Catonis, Pisonis, Fannii aliorumque, sed etiam recentiorum, quibus res tantummodo narrabantur, non exornabantur. Res secundum annorum seriem libris siccis et ieiunis omnique ornatu carentibus (*im Chronikenstil*) referebantur; *Sch.* v. Cic. de or. 2, 12. de leg. 1, 2. et 3. Prooemium nostrum de Taciti vita et scriptis. — *fugiat foedam et insulsam scurrilitatem,* quam *scurrilem dicacitatem* dixit Cic. de or. 2, 60. nam *scurrae* s. parasiti, ut placeant, delectent risumque hominum captent, petulantibus uti solent et obscenis dicteriis. „Idem praecipit Quintil. 6, 3, 29. ubi v. Turneb." *Dr.* Carpit sine dubio Ciceronem, quem multi ut nimium risus assectatorem reprehendebant; *Sch.* Cf. intpp. Quintil. 6, 3, 2. *Dr.* *fugiat* edd. vet. et omnes paene rec. *fugiet* Vat. 1518. *fugitet* Vat. 1862. 4498. quod bene receperunt Dr. et Os. quia amat hoc verbum posterior aetas; *Orell.* Sed hinc potius glossam redolet, et *fugiat* retentum a Lipsio, quia idem reperit in c. Farn. *insulam* pro *insulsam* Put. Riv. — *nec omnes clausulas uno et eodem modo terminet*, cf. nota 3. et ad cap. 20. n. 3. *Clausula* finis, exitus, inpr. periodi. v. Cic. or. 64. et de or. 2, 59. 3, 46. *terminet* e c. Farn. edd. Lips. Pith. et rel. Cf. ad c. 1. n. 3. *determinet* MSS. Vat. edd. vet. et Os. „Sed nusquam

determinare est id. qd. *terminare*, *concludere*. Laudavit quidem Gesnerus locum Cic. de or. 3, 44, 175. et rectius eum explicuit quam Ern. in clave Cic., tamen nostri non similis est." *Dr.*

CAPUT XXIII.

Nolo irridere *rotam Fortunae et ius Verrinum* et illud, tertio quoque sensu in omnibus orationibus pro sententia positum, *esse videatur.* Nam et hoc invitus retuli, et plura omisi, quae tamen sola mirantur atque exprimunt hi, qui se antiquos oratores vocant. Neminem nominabo, genus hominum signasse contentus. Sed vobis utique versantur ante oculos, qui Lucilium pro Horatio et Lucretium pro Virgilio legunt; quibus eloquentia Aufidii Bassi aut Servilii Noniani ex comparatione Sisennae aut Varronis sordet; qui rhetorum nostrorum commentarios fastidiunt, oderunt, Calvi mirantur: quos, more prisco apud iudicem fabulantes, non auditores sequuntur, non populus audit, vix denique litigator perpetitur. Adeo maesti et inculti illam ipsam, quam iactant, sanitatem non firmitate, sed ieiunio consequuntur. Porro ne in corpore quidem valetudinem medici probant, quae animi anxietate contingat. Parum est, aegrum non esse: fortem et laetum et alacrem volo. Prope abest ab infirmitate, in quo sola sanitas laudatur. Vos vero, disertissimi, ut potestis, ut facitis, illustrate saeculum nostrum pulcherrimo genere dicendi. Nam et te, Messala, video laetissima quaeque antiquorum imitantem, et vos, Materne ac Secunde, ita gravitati sensuum nitorem et cultum verborum miscetis; ea electio inventionis, is ordo rerum et, quotiens causa poscit, ubertas, ea, quotiens permittitur, brevitas, is compositionis decor, ea sententiarum plenitas est, sic exprimitis affectus, sic libertatem temperatis, ut, etiamsi nostra iudicia malignitas et invidia tardaverit, verum de vobis dicturi sint posteri nostri.

1. *Nolo irridere* sc. dictiones facetas Ciceronis. Has et alias, sed maiori iure carpendas, ex Phil. 11. et praef. lib. I. de nat. Deor. excerpsit Schel. — *rotam Fortunae*, volubilitatem, inconstantiam, ad sensus revocatam. Hinc prov. Gr. *κύκλος τὰ ἀνθρώπινα*, et Fortuna, quae saepius et facile se vertit, vel globo vel rotae insistere fingebatur, de quo v. Broukh. ad Tibull. 1, 6, 70. Sic *rota Fortunae* et *Fortis* dicitur, et venuste quidem, (cf. Lips. var. lect. 2, 17.) Cic. in Pis. c. 10. Tibull. I. l. Ammiano Marc. 26, 8, 13. ut *rota amoris* Plaut. Cist. 2, 1, 4. et Prop. 2, 8, 8. al. 2, 7, 32. — *ius Verrinum* et *aper Erymanthius* facete et communi proverbio Siculis dicebantur Verres eiusque nequitia et iniquitas, quia *verres* est porcus castratus et armati Verris servi nocte intempesta, sed frustra, Agrigenti simulacrum Herculis in sancto eius templo demoliri conati erant, ipse vero omnia *verrere* solebat. v. Cic. Verr. II, 1, 146. et II, 4, 43. Ex his tamen locis et Quintil. 6, 3, 4. et 55. intelligitur, talia a Cic. commemorari tantum ut ab aliis dicta, non ea ab ipso probari; *Schulz.* et *Ob.* — *tertio quoque sensu*, periodo: *pro sententia positum*, tanquam sit acumen et ornatus periodi; *Sch.* De *sensu* et *sententia* v. ad c. 20. n. 3. *sensu* edd. Ber. Rhen. tres et rec. *sensus* ed. pr. *serus* Put. et Riv. — *orationibus* omissum a Ber. Rhen. Ald. Lips. Pith. al., sed revocatum e MSS. Vat. ed. pr. et Put. a Brot.

Ern. al. Contra *omnibus* eiecit Heum. quod non improbandum. — *esse videatur*, v. Quintil. 10, 2, 18. et inpr. Cic. p. lege Man. in qua decem periodi ita terminantur; *Schulz.* „Cf. Quintil. 9, 4, 73. ubi v. Spald. Zumptii Gram. §. 751. ed. V. Aper vituperat Ciceronem, Quintilianus pravos imitatores." *Dr.*

2. *Nam et hoc invitus retuli* ed. Put. et deinde paene omnes, etiam Lips. *invitatus* MSS. Vat. ed. pr. Rom. Modii, Seeb. 1. Dr. Non male, ut lacessitum se significet a Messala ad haec promenda; *Lips.* *haec* pro *hoc* scripsere Heum. et Sch. — *qui se antiquos oratores vocant*, antiquorum oratorum aemulatores, antiquam eloq. exprimentes; *Sch.* *vocant* edd. rec. ex emend. Lips. *vocabant* MSS. Vat. edd. vet. et Lips. 1. *vocitant* coni. Schurzfl. et Schulting. — *signasse*, v. ad c. 16. n. 4. *significasse* MSS. Vat. teste Brot. Lectio manifesto vera; *Orel.* Et tamen vulgata retenta a Lips. e c. Farn. — *versantur ante oculos, qui* cet. omnes edd. praeter Dr. Os. Or. qui ante *qui* ex MSS. Vat. inseruere *isti*, quod tamen glossema esse videtur. — *Lucilium*, de quo v. Hor. Sat. 1, 4. 10. et verba Quintil. 10, 1, 93. 94. *Lucilius quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores, ut eum non eiusdem modo operis auctoribus, sed omnibus poetis praeferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulentum et esse aliquid, quod tollere possis, putat. Nam et eruditio n eo mira, et libertas atque inde acerbitas et abunde salis.* *Lucium* Put. et Riv. *Lucillium* Ber. et Rhen. 1. in quibus etiam *Oratio* pro *Horatio*.

3. *Aufidii Bassi*, qui historiam suorum temporum bellique Germanici libros scripsit. v. Quintil. 10, 1, 102 — 104. (ubi cf. Spald.) Sen. Suas. VI. et ep. 30. (ubi tamen filium eius laudari bene suspicabatur Lips.) Plin. H. N. praef. et 2, 83. s. 85. 2, 105. s. 106. Plin. ep. 3, 5. *tui fidi Bassi* ed. pr. ex quo male *tui Aufidii Bassi* fecerunt Put. et editores rel. ante Heum. *T. Aufidii Bassi* scripserunt Heum. Sch. Dr. Os. „Sed concinnitas vetat, alteri nomini praefigi praenomen, alteri non, et Aufidio Basso historico praenomen potius fuit *Publio*, si idem est P. Aufidius, e quo locum affert Priscian. T. I. p. 371. ed. Krehlii." *Orel.* — *Servilii Noniani*, v. ad Ann. 6, 31, 1. De eo et Aufidio Basso hoc iudicium tulit Quintil. l. l. *Servilius Nonianus — ipse a nobis auditus est, clari vir ingenii et sententiis creber, sed minus pressus, quam historiae auctoritas postulat. Quam paulum aetate praecedens eum Bassus Aufidius egregie, utique in libris belli Germanici, praestitit, genere ipso probabilis in omnibus, sed in quibusdam suis ipse viribus minor.* Vitiose h. l. *Servilii nominavi* ed. pr. *Servuli nominavi* Put. et *Servilii nomani* Riv. *Servilii Noniani* Ber. Rhen. tres et rec. — *Sisennae* v. ad H. 3, 51, 2. De eo Cic. Brut. c. 64. *L. Sisenna doctus vir et studiis optimis deditus, bene latine loquens, gnarus rei publicae, non sine facetiis: sed neque laboris multi, nec satis versatus in causis.* — *Sisenae* ed. pr. — M. Terentius *Varro*, πολυγραφώτατος, qui amplius CD. libros scripsit vixitque ab a. U. 638 — 727. v. Quintil. 10, 1, 90. 95. 99. Cic. Brut. 56. ad div. 1, 31. 9, 13. 11, 10. 13, 10. ad Att. 13, 13. 16. 18. et Phil. 2, 41. — *rhetorum nostrorum commentarios*, libros, scripta, *schriftl. Aufsätze*, propr. libros, in quibus memoriae causa res perscribuntur. Cf. ad H. 4, 40, 9. Quintil. 2, 11, 7. 3, 8, 67. 10, 7, 30. Liv. 1, 60. 33, 11. Ern. clav. Cic. et inf. cap. 26. ubi Schulz., ut et h. l., accepit de libris, in quos rhetores conferunt summas et capita seu loca insigniora orationum. — *fastidiunt, oderunt* paene synonyma, quae Aper amabat. v. ad c. 5. n. 4. Maior tamen vis inest verbo *oderunt*, quod male expunxerunt Heum. et Sch. sed recte defendit Wopkens. obss. misc. VII, 3. p. 400. — *Calvi*, v. ad c. 17. n. 1. — *mirantur*: in ed. pr. *miramur*. — *quos, more prisco apud iudicem fabulantes*, sermone quotidiano, tanquam in congressioni-

bus familiarium, disputantes et blaterantes, non contentione agentes, (cf. cap. 39 pr. et ad c. 2. n. 2.) *non auditores sequuntur*, studiosi eloquentiae, qui insignes oratores profectus sui causa sectari solent; *Sch.* Cf. cap. 34. *non* omissum in edd. vet. primus (ex MS. Farn.) inseruit Lips. Cf. ad c. 1. n. 3. *sequentur* ed. pr. — *non populus audit*, v. ad c. 6. n. 4. — *perpetitur*, Germ. *ausdauern*, *aushalten*; *Weik.* v. ad c. 20. n. 1. — *adeo maesti* s. *moesti*, v. ad. c. 20. n. 3. — *illam ipsam*, *quam iactant*, *sanitatem* (falsam eius speciem) *non firmitate*, robore corporis, (ut Nep. Epam. 3.) h. e. vera et clariori eloquentiae vi, *sed ieiunio consequuntur*, ariditate et inopia orationis; *Sch.* qui iam comparavit Quintil. 12, 10, 15. de Atticorum imitatoribus: *Nunc quoque aridi et exsucci et exsangues sunt. Hi enim suae imbecillitati sanitatis appellationem, quae est maxime contraria, obtendunt*; et 2, 4, 9. *Macies illis pro sanitate et iudicii loco infirmitas est, et dum satis putant vitio carere, in id ipsum incidunt vitium, quod virtutibus carent.* — *sanitatem non firmitate, sed i. c.* ex emend. Acid. et Schel. recepere Heum. Brot. aliique. *sanitatem infirmitate, sed i. c.* Vat. 1862. 4498. *sanitatem infirmitatem, sed i. c.* liber vetus Lipsii (c. Farn?) et ed. pr. *sanitatem, sed ieiunio c.* ed. Put. et cet. ante Lips. prob. Schurzfl. ut sensus sit: puritatem orationis structura inerti consequuntur. *sanitatem infirmitate et ieiunio cons.* scripsere Lips. Bern. Gron. Ern. Or. „Recta Lipsii lectio, non illa Acidalii. Quomodo enim *firmitate*, quae ipsa est sanitas, *sanitatem consequare?* Contra dedita opera *infirmitatem* consectari possumus, quo *sanitatem* vel potius falsam eius speciem, quam animo nobis fingimus, adipiscamur." *Orel.* Nostra tamen lectio eodem fere sensu intelligi potest, et in omnibus edd. vet. *sed ieiunio* reperitur, *ut illam ipsam, quam iactant, sanitatem non infirmitate, sed i. consequantur* coni. Agric. *consequentur* Vat. 1862. 4498.

4. *Porro* inservit argumentationi, pro *atqui*, *enimvero*; *Ern.* — *valetudinem* Germ. *Gesundheitszustand*, sensu plane medio et infinito; *Schulz.* *valitudinem* ed. pr. „Quam scripturam Heusing. ad Cic. off. 1, 21, 3. tum demum invectam esse censet, quum ab antiqua pronuntiandi lege aberrantes secundam huius vocis syllabam corriperent, quae olim producebatur. Formam hanc damnat Forcell. Certi autem vix quicquam hac in re statuas: frequens enim et usitata erat apud antiquos commutatio literarum *i* et *e*. Sic *mane* et *mani*, *here* et *heri*, *vespere* et *vesperi* in usu erant. v. Donat. ad Ter. Phorm. 1, 1. Cellar. orthogr. p. 378. et Anal. crit. p. 192." *Os.* Cf. ad Ann. 41. 51 pr. Grotef. et Schneid. Gram. — *quae animi anxietate contingat*, h. e. quam teneas, dum perpetua quadam sollicitudine te abstineas ab omnibus, in quibus, etiam falso, suspiceris, obesse aliquid valetudini posse: bona et vera sententia, quam non cepere, qui locum tentavere; *Ern.* *quae animi anxietate contingat* ed. Lips. (e c. Farn. de quo v. ad c. 1. n. 3.) Bern. Gron. Ryck. Ern. *quae a. anxietate contingit* MSS. Vat. ed. Brot. et Bip. Sed *contingat* latinius est; *Ern.* *anxietati conficit* ed. pr. Put. Riv. Rhen. 1. *anxietati confinis sit* Rhen. 2. 3. Ald. Franc. Col. Pith. *anxietati contingit* ed. Dr. et Os. *a nimia anxietate contingat* Ob. Bekk. Lün. *nimia anx. contingat* Sch. *animi anxietate consistit* coni. Rhen. et *animi anxietate confit* (conficitur, ut ap. Caes. Ter. al.) Schurzfl. *cum animi anx. coniunctam* Heum. — *Parum est* — *Prope abest* cet. habes hic exempla *sententiarum* orationi inspersarum; *Schulz.* Cf. ad cap. 20. n. 3. *fortem*, robustum, quo sensu usurpari coepit hoc aevo; *Schulz.* Sed iam ante illud. Cf. intpp. Virg. Aen. 11, 705. — *Prope abest* edd. Ber. Rhen. et rec. cf. Manut. ad Cic. ep. ad div. 1, 1. p. 13. ed. Ven.; *Dr.* *proprie abest* ed. pr. et Put. *haud prope a.* ed. Riv. Hinc *at prope* vel *haud procul a.* leg. putabat Schurzfl. — *ab infirmitate*: in ed. pr. *ab infinitate.* — *sola sanitas*: nam, ut ait

Sen. quaest. nat. in praef. l. 1., *multum interest inter vires et bonam valetudinem*; *Schulz.*

5. *Vos vero:* „tacite, sed optime sic Lipsius e c. Farn. v. ad c. 1. n. 3." Post *vero* excidisse *viri*, recte viderunt Acid. Schurzfl. Heum. Schulz. Sed male *Vos ergo* edd. vet. Heum. Dr. Os. nam *vero* iustam oppositionem facit cum praepostera illa antiquariorum secta." *Orel.* — *ut facitis:* Peerlk. malebat *ac f.* — *laetissima quaeque antiquorum*, v. ad c. 20. n. 3. *lectissima* corr. Rhen. et recepit Or. — *Materne ac Secunde*, de quibus v. ad cap. 2. n. 1. — *gravitati — miscetis* edd. vet. ut et Lips. et c. Farn. v. ad c. 1. n. 3. *gravitate — miscetis* ed. Gron. et rec. Utrumque in usu fuit. v. Seyferti Gram. §. 2785. et Ramshorn. Gram. p. 221; *Dr.* Cf. Ind. II. et Gr. μίγνυσθαι τινί, γῇ, θαλάττῃ cet. *gravitati sensuum* MSS. Vat. et edd. rec. *gr. summum* edd. vet. ante Ern. Cf. ad c. 20. n. 3. — *et, quotiens causa poscit* edd. vet. et rec. paene omnes. *ea, quoties c. p.* edd. Bip. Sch. Or. prob. Wopkens. obss. misc. VII, 3. p. 402. tanquam concinnius. — *quotiens* edd. vet. *quoties* edd. rec. Cf. ad Agr. 30. n. 1.

6. *ea sententiarum plenitas est,* cf. ad c. 20. n. 3. *ea* legitur in MSS. Vat. et ed. pr. Put. Riv. Ber. Pith. Ern. et rec. Omissum est in edd. Rhen. et rel. ante Pith. *plenitas* Vat. 1518. edd. Bip. Ob. Bekk. Lün. Dr. Os. Or. *Sententiae plenae* sunt perfectae et graves, quae *curtis* opponuntur; *Bip.* „Opponuntur fortasse *minutis et corruptis sensiculis et extra rem positis*, de quibus v. Quintil. 8, 5, 14." *Dr.* Cf. ad c. 18. n. 2. *planitas* Vat. 1862. 4498. edd. omnes ante Bip. „*Sententiae planae*, quae non cum vitio eminent extra corpus orationis, non nimis sunt constipatae, unde oratio redditur nimis concisa et soluta; nam e singulis, non membris, sed frustis collata caret structura. cf. Quintil. 8, 5, 29." *Sch. Plana sententia, ratio, probatio* et *narratio* est perspicua et facilis intellectu. Sed substant. *planitas* non in usu fuisse videtur. *sententiarum gravitas* (ut contra *sent. levitas* c. 26.) coni. Schulting. et s. *sanitas* Lips. quod verum putabat Ern. *est* ex MSS. Vat. adiecerunt Brot. Bip. Dr. Or. Abest tamen a reliquis edd. et glossa videri potest. — *sic exprimitis affectus*, excitatis, movetis oratione vestra misericordiam, iram, odium cet., *sic libertatem* in dicendo *temperatis*, prudenter et caute moderamini, ne offendatis neque tamen timidi et ignavi videamini; *Schulz.* coll. cap. 27 extr. v. ad cap. 21. n. 7. — *etiamsi nostra*, nostrorum hominum et aequalium, *iudicia malignitas — nostri*, v. ad Ann. 2, 88, 2. *Malignitas* et *invidia* fere synon. Cf. ad c. 6. n. 5. et ad c. 15. n. 1. *dicturi sint* edd. Lips. e c. Farn. et rec. v. ad c. 1. n. 3. *daturi sint* edd. vet. Sed *iudicium dare* non dicitur; *Dronke.* „Dicitur quidem, sed alio significatu, scil. de praetore. Posterioris Latinitatis est etiam *dare sententiam de aliqua re*, ut ap. Boeth. in Cic. Top. I. p. 762. ed. Bas. quod nondum in Lexica relatum puto. Ego, nisi pro certo haberem, e Farnes. esse *dicturi*, proponerem *verum* (sc. iudicium) *de vobis facturi*, quum *verum* (τὸ ἀληθές) *dicturi* admodum languere videatur." *Orel.* Suspicari possis *laturi* (iudicium) pro *daturi*; sed vulgatum haud languere crediderim.

CAPUT XXIV.

Quae quum Aper dixisset, Agnoscitisne, inquit Maternus, vim et ardorem Apri nostri? Quo torrente, quo impetu saeculum nostrum defendit! quam copiose ac varie vexavit antiquos! quanto non solum ingenio ac spiritu, sed etiam eruditione et arte, ab ipsis mutuatus est, per quae mox ipsos incesseret! Tuum tamen, Messala, promissum immutasse non debes.

Neque enim defensores antiquorum exigimus, nec quenquam nostrorum, quanquam modo laudati sumus, his, quos insectatus est Aper, comparamus. Ac ne ipse quidem ita sentit, sed more veteri, et aliis et vestris philosophis saepe celebrato, sumpsit sibi contradicendi partes. Exprome nobis non laudationem antiquorum, (satis enim illos fama sua laudat,) sed causas, cur in tantum ab eloquentia eorum recesserimus, quum praesertim, centum et viginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici, ratio temporum collegerit.

1. *quo torrente;* quemadmodum ingenii et orationis ubertas ac vis comparatur torrenti amnive monte decurrenti ab Horat. od. 4, 2, 5—8. diciturque *flumen, torrens sermo, t. dicendi copia, largus et exundans ingenii fons* Iuvenali 3, 74. 10, 9. 119. 128. al. — *vexavit antiquos* a cap. 16—23. Cf. ad cap. 1. n. 4. — *spiritu,* contentione et animositate, ut ap. Cic. Verr. 1, 30. pr. Quintil. 1, 9, 15. al. Paulo post *maturatus est et incessetur* ed. pr.

2. *Tuum tamen, Messala, promissum,* de quo v. cap. 16. pr. *Tuum tamē Messala* Put. *Tuum tam est Messalla* Riv. — *immutasse non debes:* nonne leg. *immutare?* Sed v. ad Agr. 3. n. 6. *immutasse* recte edd. rec. quod tacite Lipsius ascivit e c. Farn. (v. ad c. 1. n. 3.) et deinde Brot. ex MSS. Vat. 1862. 4498. *ita mutasse* edd. vet. et Seeb. *mutasse* (ut ap. Ter. Andr. 1, 1, 13.) coni. Ern. — *non debes:* Vat. 1862. et 4498. *non debet.* — *neque enim defensores antiquorum exigimus,* ut c. 25 extr. desideramus, expetimus; *Schulz.* — *nostrorum* „ut dixere Plautus ap. Non. 4, 133. et alii. v. Ramsh. Gram. p. 340. Usui tamen loquendi magis consentaneum est *nostrûm,* quod e coni. Acid. dedere Heum. Sch. Ob. Seeb. Dr. (Or.)" *Osan.* — *modo laudati sumus* cap. 23. Pro *his quos* Orel. scripsit *iis quos,* ut ubivis, sed sine necessitate. — *et aliis et vestris philosophis* (Academicis) *saepe celebrato* recepi ex emend. Schultingii. Cf. ad Ann. 2, 64, 3. et 14, 52. Lipsius in ed. 1. haec annotavit: „Vetus: (c. Farn.) *et aliis a vestris.* Foriasse: *et alias a vestris.*" et in ed. a. 1600. et al. „Ex veteri lego *et alias a vestris.*" Postea immemor fuisse videtur eorum, quae prius monuerat. *et alias vestris* edd. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. Franc. Col. *et aliis vestris* edd. Pich. Pith. Bern. Gron. Heum. Ob. Ern. al. *et a vestris* Vat. 1518. 4498. edd. Brot. Dr. Os. Or. *et a nostris* Vat. 1862. *et illis vestris* vel *et ab illis vestris* leg. putat Orel.

3. *Exprome nobis* ex MSS. Vat. recepere Heum. Ern. Bip. aliique. *Exprimo* ed. pr. *Exprime* ed. Put. et cet. ante Heum. Male. — *satis etiam istos* Vat. 1862. unde *satis enim istos* Dr. ut fere ubivis, sed perperam. — *in tantum,* v. ad G. 45. n. 21. *tantum* Vat. 1862. — *quum praesertim CXX annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici ratio temporum collegerit,* ut fere loco Cic. ep. ad div. 5, 13. quem comparavit Os. *rationes in ea disputatione a te collectae vetabant, me reip. penitus diffidere.* Cf. ad c. 17. n. 3. et ad G. 37. n. 9. Excidisse videtur *tantum,* ne frigida sit haec ratio, et legendum *ratione t. c.* scil. Aper; *Ern.* Id recepit Schulz. *ratione t. Aper collegerit* coni. Schulting. et Huet. et *ratione t. collegeris* Seeb. Abstractum potius pro concreto: *ratio temporum,* chronologia, *colligere* dicitur, quod ope eius collegit Aper; *Bip.* et *Ob.* Illa refellit Fr. Aug. Wolfius in Miscell. (Vermischte Schriften) p. 162. his verbis: „Alii *Apri* nomen adscribi volebant; alii subaudiendum id nomen putabant. Alterum violentum esset, alterum ingenio linguae contrarium. Non *oculis nutuque,* ut ille ait, Latini loquuntur pro substantivis. Neque par exemplum c. 25 extr. Vel una analogia fretus bene

dici statuerim *ratio colligit*, eo sensu, quo Germ. *die Berechnung ergieb* Sicut enim in dialecticis dicitur *ratio efficit*, *vincit*, *constat* etc., ita i alio genere ratiocinandi, usu numerorum, iisdem formulis locus esse d buit: quippe hic fons est translationis. In numeris autem proprium co *ligere:* fere semper quidem de ratiocinatore, at etiam, ut opinor, de ip ratione. Simillime Plin. ep. 2, 19, 9. *Omnes in utraque parte calcul pone idque elige, in quo vicerit ratio.* Ceterum hic Apri c. 17. put dam in temporibus computandis sedulitatem notari, manifestum e Iam quid tandem in principio est, quod frigeat? *Tantum* subauditu ut saepe fit. *Praesertim* vero propter ipsam paucitatem annorum adi ctum est" Cf. ad Ann. 1, 6, 7. 13, 14. et G. 22. n. 10. *Colligere* t men illo sensu nusquam reperitur, et alio cap. 17. quem locum respe Maternus.

CAPUT XXV.

Tum Messala: Sequar a te praescriptam formam, Matern Neque enim diu contradicendum est Apro, qui primum, ut op nor, nominis controversiam movit, tanquam parum proprie *a tiqui* vocarentur, quos satis constat ante centum annos fuis Mihi autem de vocabulo pugna non est: sive illos antiquos, ve maiores, sive quo alio mavult nomine, appellet, dummo in confesso sit, eminentiorem illorum temporum eloquenti fuisse. Ne illi quidem parti sermonis eius repugno, si comn nus fatetur, plures formas dicendi etiam iisdem saeculis, dum diversis, exstitisse. Sed quo modo inter Atticos orato primae Demostheni tribuuntur, proximum autem locum Aesc nes et Hyperides et Lysias et Lycurgus obtinent, omnium a tem consensu haec oratorum aetas maxime probatur: sic ap nos Cicero quidem ceteros eorundem temporum disertos an cessit, Calvus autem et Asinius et Caesar et Coelius et B tus sic iure et prioribus et sequentibus anteponuntur. Nec fert, quod inter se specie differant, quum genere consentia Adstrictior Calvus, numerosior Asinius, splendidior Caes amarior Coelius, gravior Brutus, vehementior et plenior et lentior Cicero; omnes tamen eandem sanitatem eloquentiae runt, ut, si omnium pariter libros in manum sumpseris, sc quamvis in diversis ingeniis, esse quandam iudicii ac volun tis similitudinem et cognationem. Nam quod invicem se obt ctaverunt, — et sunt aliqua epistolis eorum inserta, ex qui mutua malignitas detegitur, — non est oratorum vitium, hominum. Nam et Calvum et Asinium et ipsum Ciceron credo solitos et invidere et livere et ceteris humanae infirm tis vitiis affici: solum inter hos arbitror Brutum non mali tate nec invidia, sed simpliciter et ingenue, iudicium animi detexisse. An ille invideret Ciceroni, qui mihi videtur ne (sari quidem invidisse? Quod ad Ser. Galbam et C. Laeli attinet, et si quos alios antiquorum agitare non destitit, exigit defensorem, quum fatear, quaedam eloquentiae eor ut nascenti adhuc, nec satis adultae, defuisse.

1. *Sequar a te praescriptam formam,* modum disputationis a te

neatum; *Schulz.* — *qui primum, ut opinor, nominis controversiam movit* c. Farn. edd. Lips. et rec. *non . . . . . . movit* edd. vet. *primus* dedit Heum. Recte, opinor. — *ante c. annos:* Muretus coni. *intra c. a.* et Schurzfl. *ultra c. a.*

2. *Ne illi quidem parti sermonis eius,* scil. cap. 18. Conf. ad c. 5. extr. — *si comminus fatetur* c. Farn. edd. Lips. Pith. Or. *si quo minus fatetur* edd. vet. ante Lips. Et haec et illa lectio vitiosa est et varie emendata, sed invita Minerva. *repugno sic, quo minus fatear* corr. Bip. Ob. Bekk. Lün. *si communius fatetur* Pith. *ubi cominus* (statim) *fatetur* Schulting. *quatenus fatetur* Heum. *quin omnes fatemur* Acid. *quasi minus fatendum* Schurzfl. *siquidem omnes fatemur* et *qua omnino* (in universum vel nimirum) *fatetur* Schulz. *in qua omnino fatetur* Seeb. et Dr. *repugno. Sic enim non minus fatemur* Schneid. obss. in Tac. p. 10. *sicut omnes fatentur* Os. *scilicet* (in MSS. *s. et sc.*) *qua invitus* vel *aequo animo fatetur* Orel. *si fatetur* Rauchenst. qui suspicatur, *quominus* esse glossema supra *si* scriptum, tanquam legitimam vocem post verbum *repugno.* Nihil horum satisfacit. Quis vero certiora divinabit et meliora? Paulo post *etiam hoc iisdem saeculis* ed. Put. et Riv.

3. *inter Atticos oratores,* v. ad c. 18. n. 4. — *primae* (sc. partes) *Demostheni tribuuntur,* v. ad Ann. 14, 21. Ita c. Farn. (quod Lips. testatur in ed. 1.) edd. Lips. Pith. et rec. *Demostheni tribuerit* ed. pr. Put. Rhen. tres, ut etiam Frft. et Colon. in quarum marg. legitur: *primas tribuit* fortassis. — *proximum:* vitiose *primum* in ed. Ob. — *Aeschines,* clarissimus orator Atheniensis, secundus a Demosthene, cuius aequalis et adversarius fuit. Cf. cap. 15. Quintil. 10, 1, 77. 12, 10, 23. Cic. de or. 2, 23. 3, 56. — *Hyperides et Lysias,* v. ad cap. 12. n. 5. — *Lycurgus,* Athen. orator, Demosthenis amicus, discipulus Platonis et Isocratis, qui vixit ab Olymp. 93. ad 113. et libertatem adversus Philippum et Alexandrum defendit orationibus, e quibus superest elegantissima illa contra Leocratem. v. Cic. Brut. 9. 34. de or. 2, 23. Plut. vitae X oratorum T. II. p. 841. — *sic apud nos:* in ed. pr. *sicut a. n.* — *Calvus et Asinius et Caesar et Coelius et Brutus,* v. ad c. 17. n. 1. Verba *et Coelius,* quae ab ed. pr. absunt, adiecit Put. e seqq., ni fallor; *Os.* — *sic iure* edd. vet. quod revocarunt Os. et Or. *suo iure* cet. edd. rec. e coni. Lips. „Sic *suo iure* dixit Cic. p. l. Manil. 22, 63. p. Arch. 1, 1. 8, 18. *iure optimo* Cat. 1, 8, 21." *Dr.* *sic vere* MSS. Vat. et Farn. ed. Pith. *vere* coni. Schurzfl. et *simili iure* Tyrwhit. „Quae omnia vana sunt. Fortasse in lect. codicum SICUERE latet *si quaeris.* Sed rectior sententia Schurzfl. qui perspexit, a sententiarum tenore requiri *post Ciceronem.* Verius tamen esset *secundum eum* vel *secundum Ciceronem.* Nam, ut nunc est, hoc satis inepte dicere videtur, oratores istos etiam Ciceroni iure anteponi; nusquam enim nunc illum nominatim excipit. Nemo tamen dicat, ita me coniecisse: tantum rectam sententiam significo." *Orel.* — *quod inter se specie differant* — *adstrictior Calvus* cet. cf. ad c. 1. n. 1. 2. *quod* ed. (pr.?) Put. Riv. Ber. Lips. et rec. *qui* edd. Rhen. tres, Franc. Col. — *Adstrictior,* v. ad c. 2. n. 3. *Adstrictior* plurimae edd. rec. ex emend. Acid. *At strictior* c. Farn. edd. Lips. Pith. Bern. Gron. Dr. Os. „*At* transitum facit, ut ap. Caes. b. G. 1, 52. 7, 82. B. c. 2, 7. Cic. Tusc. 1, 44, 105. Cf. Ind. II." *Dr.* Saepe verbum *adstrictus,* vix *strictus* reperies significatu rhetorico, neque oppositio vel transitus factus per *at* hic magnopere placet; *Orel.* Alienum *at* ab h. l. ubi *tamen* opponitur; *V. D.* de quo v. ad c. 1. n. 1. *aut strictior* ed. pr. *at tristior* edd. Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. Franc. Col. — *numerosior,* concinnior, ut *oratio numerosa,* numeris, ῥυθμοῖς, inpr. paeone et dactylo, permixta et temperata. v. ad cap. 1. n. 4. — *Asinius,* v. ad

Ann. 1, 12, 2. Minus favet ei iudicium Sen. ep. 100. *Pollionis Asin compositio salebrosa et exsiliens et, ubi minime exspectes, relictura: apu Ciceronem omnia desinunt, apud Pollionem cadunt, exceptis paucissimi quae ad certum modum et ad unum exemplar adstricta sunt;* Schulz. — *splendidior Caesar*, ornatior in elocutione, ut *splendidum dicendi gen* et *splendor orationis.* v. Cic. Brut. 20. 55. de or. 3, 31. 36. inv. 1, 18. — *vehementior* referendum videtur ad vividum et ardens verborum actioni que genus, quo animi commoventur, ut *valentior* ad vim et pondus or tionis. — *plenior* opponitur arido, exsangui et ieiuno; *Schulz. Mit grös rer Sprachfülle;* Weik. Cf. ad c. 18. n. 2. — *eandem sanitatem eloqu tiae ferunt*, prae se ferunt, praeferunt. Cf. ad Ann. 3, 41. et H. 2, 6 1. *praeferunt* corr. Acid. „Id valde placet et Tacito in primis crebru v. Ann. 14, 53. 57. Vell. 2, 118, 2. Tibull. 1, 1, 54. Cic. ep. ad fa 10, 8. Cf. Gron. obss. 2, 24." *Orel.* p. LXVIII. v. ad Ann. 2, 53, *sanctitatem* ed. pr. Put. Ber. Rhen. 1. Correxit Rhen. *Illos potius imi mur, qui incorrupta sanitate sunt, (quod est proprium Atticorum) qua eos, quorum vitiosa abundantia est, quales Asia multos tulit* Cic. de o gen. oratorum c. 3. „Cf. Ern. Lex. technol. p. 341. et Doederl. de s non. lat. 1, 32." *Dr.* — *scias, quamvis in diversis ingeniis, esse q. i. voluntatis similitudinem* edd. rec. ex egregia emend. Lips. in ed. 2. rel. *sciam* MS. Farn. *scies* Seeb. in ed. pr. *sentias* coni. Mur. et Aci In edd. vet. ante Lips. 2. hoc verbum plane omissum, prob. Heum. q tamen *videas* pro *esse* substituit. *ac voluminis similit.* ed. pr. Put. B Rhen. 1. *ac luminis* Rhen. 2. 3. et Dr. *ac acuminis* corr. Faehse Syll. lect. Graec. Lips. 1813. — *cognationem* certa emend. Ber. co *tationem* ed. pr. Put. Riv. *cogitationum* coni. Schurzfl. et Dr. P *cogitationem* in ed. Riv. insertum *agnoscas.*

4. *et sunt aliqua epistolis eorum inserta* cet. hoc spectat ad ea, q Aper cap. 18 extr. dixerat; *Schulz. sunt* MSS. Vat. ed. Brot. Dr. Os. *super* ed. pr. *supersunt* ed. Put. et cet. paene omnes. — *mutua malig tas*, Germ. *ein gegenseitiges Uebelwollen;* Weik. Cf. ad c. 15. n. 1. *et invidere et livere* synon. ut Germ. *neiden und missgönnen; Weik.* Co ad c. 5. n. 4. et Ann. 13, 42. Prius tamen *et* ita delendum videt *irridere* vel *illudere* pro *invidere* leg. putabat Schulting. — *non malig tate nec invidia*, v. ad cap. 15. n. 1. — *Brutum*, v. ad c. 17. n. 1. *utr* ed. pr. — *simpliciter et ingenue*, v. ad H. 3, 53, 6.

5. *An ille* Brutus *invideret Ciceroni, qui mihi videtur ne Caesari q dem invidisse:* Brutus tamen potuit Ciceroni eloquentiam invidere, Caesari tyrannidem non invideret, quam oderat et damnabat; *H* Schulzius iam comparavit iudicium M. Antonii ap. Plut. vit. Bruti c. (Opp. T. I. p. 997. E.) Ἀντωνίου γε καὶ πολλοὺς ἀκοῦσαι λέγοντος, ὡς μό οἴοιτο Βροῦτον ἐπιθέσθαι Καίσαρι προαχθέντα τῇ λαμπρότητι καὶ τῷ φαι μένῳ καλῷ τῆς πράξεως, τοὺς δὲ ἄλλους ἐπὶ τὸν ἄνδρα συστῆναι μισοῦντας φθονοῦντας. *an ille invideret Ciceroni* ed. pr. quod restitui. *an ille C roni invideret* Vat. 1862. 4498. ed. Dr. Os. Or. *an ille C. invidere* V 1518. *an invideret C.* ed. Put. et rel.

6. *ad Ser. Galbam*, cf. cap. 18. et ad Ann. 3, 66. — *C. Laelius* piens, consul a. U. 613 cum repulsa, familiarissimus Ciceroni, c dialogus de amicitia inde inscriptus est *Laelius*, vir in omni vita aeq bilis et egregius orator, in dicendo lenis. v. Cic. off. 1, 26. 30. 2, 3, 4. Tusc. qu. 5, 19. Brut. 21. de or. 2, 84. 3, 7. Nat. D. 3, 2. Att. 4, 16. Lael. 1 sq. Ern. clav. Cic. et Ellendt. hist. eloq. Rom. 25 sq. „Quum Aper in antecedd. nullam Laelii mentionem fece Schurzfl. inde colligit, multa excidisse e Dialogo. Sed vel *Laelii* men solum excidit ex cap. 18 pr., vel parum diligenter et curiose N

sala hic repetit nomina quaedam eorum, quos Aper, quamvis non nominarit, innuebat tamen, quum de *antiquis* loqueretur." *Schulz.* Cf. ad c. 18. n. 1. — *Serg. Galbam* Ald. — *si quos alios antiquorum agitare* (v. ad c. 4. n. 2.) *non destitit* sc. Aper. *destitit* tacite Lipsius restituit e c. Farn. v. ad c. 1. n. 3. Ita etiam edd. Spir. et rec. *desistit* edd. Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. Franc. Col. Brot. Dr. Non video quare, quum et *invidisse* sit supra; *Ern.* „Probo *desistit.* Non enim continua oratione, sed semel tantum Laelium et Galbam Aper agitaverat c. 18. Messala significat, saepe etiam alias in hac antiquorum exagitatione Aprum sibi placuisse." *Rauchenst.* Ita vero *destitit* non minus aptum quam *desistit.* — *non exigit*, desiderat, *defensorem* scil. hoc, quod Galbam aliosque antiquorum agitat; *Sch.* Conf. ad c. 24. n. 2. „Heumannus corr. *exigo* miraturque hoc mendum tam diu hic haesisse. Sed mendum illud, si quid ego video, nullum est. *Non exigit defensorem* explica: id tale non est, ut pluribus contra illud defendi opus sit illos viros; non exigit, ut defensionem illorum hominum suscipiam." *Wopkens.* Suspicari tamen possis, *id* excidisse post *destitit* vel *exigit.*

CAPUT XXVI.

Ceterum si, omisso optimo illo et perfectissimo genere eloquentiae, eligenda sit forma dicendi; malim hercule C. Gracchi impetum aut L. Crassi maturitatem, quam calamistros Maecenatis aut tinnitus Gallionis. Adeo melius, oratorem vel hirta toga induere, quam fucatis et meretriciis vestibus insignire. Neque enim oratorius iste, immo, hercule, ne virilis quidem cultus est, quo plerique temporum nostrorum actores ita utuntur, ut lascivia verborum et levitate sententiarum et licentia compositionis histrionales modos exprimant: quodque vix auditu fas esse debeat, laudis et gloriae et ingenii loco plerique iactant, *cantari saltarique commentarios suos.* Unde oritur illa foeda et praepostera, sed tamen frequens quibusdam exclamatio, ut oratores nostri *tenere dicere*, histriones *diserte saltare* dicantur. Equidem non negaverim, Cassium Severum, quem solum Aper noster nominare ausus est, si his comparetur, qui postea fuerunt, posse oratorem vocari, quanquam in magna parte librorum suorum plus vis habeat quam sanguinis. Primus enim, contempto ordine rerum, omissa modestia ac pudore verborum, ipsis etiam, quibus utitur, armis incompositus et studio feriendi plerumque deiectus, non pugnat, sed rixatur. Ceterum, ut dixi, sequentibus comparatus et varietate eruditionis et lepore urbanitatis et ipsarum virium robore multum ceteros superat; quorum neminem Aper nominare et velut in aciem educere sustinuit. Ego autem exspectabam, ut, incusato Asinio et Coelio et Calvo, aliud novum agmen produceret pluresque vel certe totidem nominaret, ex quibus alium Ciceroni, alium Caesari, singulis demum singulos opponeremus. Nunc detractasse nominatim antiquos oratores contentus neminem sequentium laudare ausus est nisi in publicum et in commune, veritus, credo, ne multos offenderet, si paucos excerpsisset. Quotus enim quisque scholasticorum non hac sua persuasione

fruitur, ut se ante Ciceronem numeret, sed plane post Gabi nianum?

1. *C. Gracchi impetum*, (ut Ann. 4, 61. et ap. Flor. 3, 15.) *aut l Crassi maturitatem*, v. ad c. 18. n. 2. „Aurelius Caesar ad Frontone p. 93. ed. Rom. *Gracchus cum cado musti maneat, dum venimus: neq enim metus est, Gracchum interea cum musto defervere posse.* Fronto ip ibid. p. 82. *Oratorum veterum aut pauci aut praeter Catonem et Gracchu nemo tubam inflat; omnes autem mugiunt vel stridunt potius.*" *Orel.* — *c lamistros Maecenatis*, cuius notissima est in habitu, oratione et tota vi mollities, qua eum *paene ultra feminam fluxisse* dicit Vell. 1, 88. Plin. 14, 6. Sen. ep. 19. 101. 120. et inpr. 114. Iuvenal. 1, 66. 12, 3 et Meibomii vita Maecen. c. 23. p. 141. *Calamister* s. *calamistrum* s. *c lamistrus* acus ferrea, qua calefacta capilli crispantur urendo, et hi (ut ap. Cic. Brut. 72. 75. et or. 23.) nimia orationis ornamenta; *Er* clav. Cic. et Ern. Lex. technol. rhet. p. 42. et 56. Sic et Maecena *μυροβρεχεῖς cincinni* Suet. Aug. 86. *stilus remissus, mollis et dissolut* Macrob. Sat. 2, 4. *vitiosa compositio* Quintil. 9, 4, 28. (ubi v. Burn *orationis portentosae deliciae, ambages compositionis, verba transversa, s sus, magni quidem saepe, sed enervati dum exeunt*, et paulo ante: *orat Maecenatis aeque soluta, quam ipse discinctus, tam insignita illius ver quam cultus, quam comitatus, quam domus, quam uxor: magni ingenii fuerat, si illud egisset via rectiore, si non vitasset intelligi, si non eti in oratione diffueret*, Sen. ep. 114. — *tinnitus Gallionis*, vel patris, filii, ab illo adoptati. v. ad Ann. 15, 73. *tinnitus* ed. Ber. Rhen. tr Ald. et rec. *tinitus* ed. pr. Put. Riv. *Tinnitus* proprie sonus aëris p et resonantis, (*das Geklingel einer tönenden Schelle*) hinc inanis verbor et sermonis sonus clangorque, quo nonnulli, robore et viribus caren auribus placere cupiunt orationisque concinnitatem, numeros et ornat ambitiose sectantur, unde *tinnuli* oratores Quintil. 2, 3, 9. quos *κακι λίᾳ* et infirmitatis vitio laborare ait; *Schulz.* Sic Germ. *Wortgeklin* Fronto p. 240. dixit *tinnulas sententias* Senecae; *Orel.* *Tintinnabu* fuisse proverbium docet Apul. de orthogr. fragm. 8. p. 5. ed. Os *Dr.* „*Gravitatem* Gallionis laudat Sidon. Apoll. ep. 5, 10. Sed corr Sidonii aevo eloquentia, *gravitas* nominabatur oratio antithetis tinnie *Brot.* — *melius* edd. vet. ante Brot. ut et c. Farn. v. ad c. 1. n. 3. *lius est* MSS. Vat. edd. Brot. Bip. Sch. Ob. Dr. Os. Or. Sed *est* glos redolet. *melius in* ed. pr. *malim* ed. Pich. Bern. Gron. Ern. — *h toga*, vestitus incomptus et priscus barbarorum et rusticorum, vel rum, qui montana incolebant loca, (unde *mastrucati* et *pelliti* Claud de IV cons. Honorii v. 466. et in Rufin. v. 85. Liv. 23, 40. Prop. 4 12. aliisque dicuntur) ut *hirta toga* Catonis Lucan. 2, 386. et Pat Sil. 1, 613. *δορὰ αἰγῶν ἀμφὶ πλευρῇσι* Theogn. sent. v. 55. Ita autem l sala significat dicendi genus antiquorum oratorum, quod Aper notav *tristem et impexam antiquitatem* c. 20. *Pacuvii veternum* c. 20. *s verborum* c. 21. *verba obliterata, olentia et velut rubigine infecta* c. Similis est locus Quintil. a Dronkio laudatus 12, 10, 47. *Do tem ne hirta toga sit, non serica; ne intonsum caput, non in gradus atque nulos comptum, cum eo quod, si non ad luxuriam ac libidinem ref eadem, speciosiora quoque sint, quae honestiora.* Cf. ibi Spald. — *fu vestibus* mulierum, quae fuco, ut facies, inficiuntur, *et meretriciis*, retricum, quae ornant se, ut placeant. His denotantur, quae mo cuntur *cultus* orationis *ne virilis quidem*, *lascivia verborum* cet.

2. *Neque oratorius iste, immo ne virilis quidem cultus* cet. cf. ad n. 3. et Iuvenal. 2, 72 sq. — *temporum nostrorum* MSS. Vat. et l edd. Lips. et rec. *ipsorum nostrorum* edd. vet. — *actores*, v. ad Ann

26. *actores* c. Farn. edd. Lips. et rec. *auctores* male MSS. Vat. et edd. vet. *rhetores* coni. Schulting. — *lascivia verborum*, ut paulo post *omissa modestia ac pudore verborum*; cf. Cic. de or. 3, 24. de ludis rhetorum, impudentiae officinis. — *licentia compositionis*, qualis a Sen. ep. 114. et Quintil. 9, 4, 28. in Maecenate notatur; *Schulz.* — *histrionales modos*, v. ad Ann. 14, 15. *historionales* ed. Put. et Riv. — *quodque:* in ed. pr. *quoque.* — *debeat:* „Muretus, Acid. et Ern. voluerunt *debebat.* Rectius scriberes *debet:* at res salva est." *Dronke.* — *cantari saltarique commentarios suos*, v. ad cap. 23. n. 3. Histriones, et quidem *mimi* verbis variaque vocis inclinatione ac modulatione, quae cantui similis erat, *pantomimi* saltatione et manuum corporisque gestibus, (*loquacissimis manibus, linguosis digitis, silentio clamoso et expositione tacita*, Cassiod. IV.) ad numerum, (νομίμως) et muti, quicquid in scena agebatur, exprimere (χειρονομεῖν) moresque hominum imitari (μιμεῖσθαι) solebant, *saltare carmina, fabulas, Ledam, Satyrum, Medeam*, νομίμως ὀρχεῖσθαι Λήδαν et τὴν Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως μοιχείαν et τὸν Αἴαντα cet. Cf. Macrob. sat. 2, 7. Plut. sympos. 7, 8. Cic. Brut. 62. Ovid. Trist. 2, 519. 5, 7, 25. Quintil. 9, 4, 142. Iuvenal. 5, 121. 6, 63. Lucian. περὶ ὀρχήσεως, inpr. §. 63. 64. 83. Schweigh. ad Athen. 1, 17. (37.) p. 20 seq. et 14, 6. (26.) p. 629. Salmas. ad Vopisci Carin. c. 19. ad ei. Aurelian. c. 7. Scalig. poet. 1, 18. et ad Euseb. p. 169. Burm. Anthol. lat. T. I. p. 622. et Heindorf. ad Horat. Sat. 1, 5, 63. „Commentarii *cantantur* inepta declamatione nimiaque vocis inclinatione, ut sit modulatio canenti fere similis, quod circulatorium est et histrionicum; *saltantur* vero, dum κακοζήλῳ gestu motuque corporis recitantur vel verba unisono quasi tenore et rhythmo cadunt et nimium numerorum studium in pronuntiando offendit aures magis quam delectat. Cantandi vero et saltandi vitium admodum perverserat veterum declamationem. Hinc Cic. or. c. 18. *Est in dicendo etiam quidam cantus obscurior, non hic e Phrygia et Caria rhetorum epilogus, paene canticum, sed ille* cet. Quintil. 9, 4, 142. *Quotidie magis lascivimus, syntonorum modis saltitantes*, et 11, 3, 57. *Quodcunque ex his vitium magis tulerim, quam quo nunc maxime laboratur in causis omnibus scholisque, cantandi; quod inutilius sit, an foedius, nescio. Quid enim minus oratori convenit, quam modulatio scenica et nonnunquam ebriosorum aut comissantium licentiae similis?* Sen. Controv. *Has declamationes huius nemo non nostrum, alius alia inclinatione vocis, velut suavem quisque modulationem cantabat.*" *Schulze.* Cf. Ern. Lex. techn. rhet. p. 47. 339 sq. — *praepostera:* in ed. Put. et Riv. *praeposteri.* — *quibusdam* a Rhen. et aegre caremus certa lectionis codd. notitia; *Or. sicut clam et* edd. vet. Hinc *frequens, sicut scitis, laus et exclamatio* suspicari possis; *Orel.* — *ut oratores nostri tenere dicere, histriones diserte saltare dicantur:* oratoris nempe est, *diserte dicere*, histrionis, *tenere saltare*; *Schulz.* coll. Quintil. 11, 3, 182. 184. *Teneri saltatores* Cic. in Pis. 36. dicuntur; *Bip. Non tam molli teneraque voce quam forti ac dura illi opus est*, Quintil. 11, 3, 23. *temere dicere* c. Farn. et edd. vet. prob. Boltm. Lectio habet quo defendi possit: nam *temere* est sine decore; Dronke. Sed *tenere* ingeniose correxit Lips. coll. Plin. ep. 2, 14, 12. *Pudet referre, quae quam fracta pronuntiatione dicantur, quibus, quam teneris clamoribus excipiantur. Plausus tantum ac sola cymbala et tympana illis canticis desunt.*

3. *Cassium Severum* cet. cf. cap. 19. pr. et ad Ann. 1, 72. Paulo post Orellius scripsit *si iis* pro *si his*, ut ubivis. — *plus vis habeat quam sanguinis:* affuisse *vim* dicit, suavitatem et pulchritudinem defuisse, ut qui ex *ipsarum virium robore multum ceteros superat*; *Ern.* et *Heum.* „Multum dabat stomacho, at color et gravitas orationis deerant. Inde plus vis aut roboris, quam *sanguinis* aut coloris." *Brot.* „*Vis* est id. qd.

impetus dicendi ap. Cic. p. Deiot. 2, 5. neque est quod dubites de geni tivo. v. Ruddim. instit. 1, 135. et Schneider Formenlehre der lat Sprache p. 466." *Dr.* „Sic et Victorin. in Rhet. Cic. l. 1. p. 196. dixi *magnitudo erit ipsius vis exaggeratio.*" *Orel.* p. LXVIII. „Licebit vis interpretari violentiam vastitatemque; et συνωνύμως Quintil. 10, 2. *minus sanguinis ac virium declamationes habeant.* Sed mallem *plus bili habeat quam sanguinis* vel potius *quam suavitatis:* neque enim defuisse sanguinem viresque, constat ex seq. *ipsarum virium robore multum cete ros superat.*" *Wopk.* „Genitivus *vis* non nisi apud ICtos reperitur, (v Schmid. hypomn. gram. p. 131.) et inepta est oppositio: nam ubi *vires* ibi etiam *sanguis*, et in exsangui est imbecillitas. Gronovius coni. *plu irae* coll. Ann. 1, 72. et 4, 21. Sed *ira* non bene convenit *sanguini*, illa Taciti loca mihi magis Cassii procacem dicacitatem, quam iram evincere videntur; unde et mox: *omissa modestia ac pudore verborum et studio feriendi plerumque deiectus non pugnat, sed rixatur:* nam pro cacibus dictis saepe lacessebat adversarios et Quintil. 10, 1, 116. ait: *amari eius sales, ita frequenter amaritudo ipsa ridicula erat.* Itaque i textum assumpsi coni. Schurzfl. *plus puris:* nam *pus* sanguis quoque es sed, corruptus et putris, et usurpatur de acerbis moribus, animi viru lentia et nimia rixositate, ut ap. Horat. Sat. 1, 7, 1. et Lucil., q *totum pus* vocabat hominem tetrum et virulentum." *Schulz.* Assentiu tur ei Bip. Woltm. et Weik. non Drück. in opusc. (kleinere Schrift Tub. 1811.) T. II. p. 30. ubi haec leguntur: „Ad sensum quidem optim non ad literas et ad sonum *vis* probabiliter. Quid, si *plus bilis* lega Non enim, ut statim subiungitur, *pugnat* Cassius, quod est hominis sa guine et succo pleni, sed *rixatur*, quod est biliosi." Idem coni. Bad in Friedem. et Seeb. misc. crit. 1, 3. p. 590. *plus fellis* corr. Peer Sed recte, opinor, Lünem. *viri*, quod optime convenit oratori mi acerbitatis et facile a librariis in *vis* mutari potuit. Ita *virus acerbita mentis*, ap. Cic. de am. 3. Sil. 9, 477. 11, 559. Martial. 13, 2, 8. ad c. 21. n. 8. ad Ann. 1, 72, 3. Ruddim. inst. 1. p. 117. Schneider l. p. 439. — *contempto ordine* edd. Rhen. 2. 3. et deinde omnes. *conte* o. edd. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. — *ipsis etiam, quibus utitur, arı incompositus et studio* cet. edd. rec. ex emend. Rhen. *utimur* et *stu* edd. vet. *armis incompositus*, arma, quae ad propugnandum adhibent non bene disponens eorumque aptam collocationem *studio feriendi* gligens, i. e. non satis cavens sibi ab adversarii argumentis et refu tione; *Schulz.* Sed haec dictio petita potius a re gladiatoria, ut et quae illi iungitur: *studio feriendi plerumque deiectus* vel *detectus;* n utrumque h. l. convenit. Gladiatores initio pugnae *se componeb* et *stabant in gradu vel statu*, (*Stand, Stellung, Positur, Lage, La* h. e. consistebant, ubi semel steterant, ut ap. Ovid. Met. 9, 43. Walch. ad Agr. 36. p. 381.) Prima vero eorum cura erat, ut et *gradum* s. *statum* suum *tenerent, obtinerent, defenderent*, et adversar potius *eo moverent, de eo demoverent, deiicerent, depellerent, ded rent, declinarent, deturbarent*, quam propter *studium feriendi* ipsi *de rentur;* altera, ut et *certo ictu se peterent* atque *repeterent*, et ictus rent, *exirent* sive *excederent;* tertia ac praecipua, ut *latus tegerent* n propter nimium *studium*, ardorem, *feriendi* adversario *latus nuda nudum* s. *apertum darent, praeberent, detegerent.* (*Blössen geben*) ad Ann. 14, 37, 1. G. 10. n. 7. H. 2, 35, 2. Gron. ad Sen. Agam. Drak. ad Liv. 22, 24. Ern. clav. Cic. v. *gradus* et *status.* Verba st *feriendi* magis congruunt lectioni *detectus*, quam in vet. ed. Rom. r riri testatur Lips. et recepere Pich. aliique. In omnibus tamen vet. *deiectus* legitur. Ceterum neque audiendus Croll. qui malebat *fectus*, neque Ern., qui putabat, aliud quid hic latere, nec *detectum*

Cassium *studio feriendi*, h. e. nudatum, sed in turpitudinem aliquam incidisse, quum non pugnasset, sed sordide ac plebeio modo rixatus esset. — *non pugnat*, *sed rixatur*, non argumentationis gravitate et pondere vincere adversarium studet, sed altercando et cavillando petit, more vulgi rixantis; *Schulz.* — *sequentibus comparatus*, *ut* supra *dixi*, scil. *ii his comparetur*, *qui postea fuerunt*. — *et varietate or.* edd. rec. ex emend. Rhen. *ex var. or.* edd. vet. — *lepore urbanitatis*, v. ad H. 2, 88, 4. — *virium robore*, ut ap. Curt. 7, 3, 4; *Sch.* — *sustinuit*, ut H. 1, 37 pr.

4. *incusato Asinio et Coelio et Calvo*, v. cap. 17. 18. 21. 23. *incusato Asinio* edd. Lips. e c. Farn. (v. ad c. 1. n. 3.) et rec. *in curato Asinio* ed. pr. *Bruto Asinio* edd. Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. Franc. Col. *incusato Bruto*, *Asinio*, ed. Pith. non male, nisi et copula ante *Asinio* adiicienda. — *aliud novum agmen* e c. Farn. bene et tacite recepit Lipsius. v. ad c. 1. n. 3. „Idem notat in edd. poster., διαῤῥήδην esse *nobis* in ed. Rom. Sensus est: *aliud agmen* recentiorum, quos tamen nemo alius magnos ducit oratores, adeo ut merito *novum* nobisque adhuc ignotum dici queat. Non audiendus Osannus, qui haec annotavit: Quod casu in edd. Lips. irrepsit *novum* pro *nobis* temere suscepit Seeb." *Orel.* *nobis* edd. vet. et rec. praeter Seeb. et Orel. — *pluresque* ... Ald. Dr. Os. *plurisque* Rhen. 2. 3. Franc. Col. al. *plureisque* al. *pleisque* ed. pr. Put. (Ber.) Rhen. 1. — *demum* pro *denique* in argenteo latinitatis saeculo; *Schulz.*

5. *Nunc detractasse* ed. pr. Put. Riv. Ber. Lips. Pith. Dr. *Nunc* *detrectasse* Rhen. tres et cet. v. ad c. 11. n. 1. *Non detr.* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *in publicum et in commune* synonyma. v. ad c. 5. n. 4. ad c. 6. n. 5. et ad Ann. 15, 12. — *veritus* e c. Farn. recepit Lips. *veritum* edd. vet. Cf. ad c. 1. n. 3. — *si paucos excerpsisset*, excepisset, ... emisset, ut ap. Hor. Sat. 1, 4, 40. Cic. de or. 2, 11. Quintil. 10, 1, ... *excepisset* corr. Pith. — *scholasticorum*, v. ad cap. 14. extr. — *sua persuasione*, sua certe, etsi non aliorum; *Sch.* *sua* deleri volebat Schurzfl. ... legi *suavi*, quod dedit Heum. — *fruitur*, v. ad Ann. 2, 13, 1. — ... *se ante Ciceronem numeret*, *sed plane post Gabinianum*, ut eloquentia ... idem nulli, ne Ciceroni quidem, cedat, nolit tamen hoc pro modestia sua vel reverentia *plane*, h. e. aperte, palam, profiteri, ideoque, ... tum de se profitendum sit, numeret se post Gabinianum, et ipsum oratorem clarissimum, quamvis non absolutissimum; *Osann.* Melius ita sententia h. l. explicatur, quam a Schulzio: Ut se ipse quidem Ciceroni anteferre stolido fastu non dubitet, quamvis modestus ita sit, ut se ipse Gabiniano postponat, quem Cicero ex ipsorum fatua sententia longo demum intervallo sequitur. *ut*, *si ante Ciceronem non numeret se*, *at* vel ... (quum *at* mox sequatur) *plane p. G.* legendum censebat Schurzfl. ... *non* vel *non quidem ante C. numeret*, *sed pl. p. G.* Oberl. Bekk. ... *ut se ante C. non numeret* Dr. „Sed vulgata lectio est optima et ...issima huius loci ironia, quam nemo satis recte intellexit. Equidem explicarim: adeo arrogantes sunt scholastici nostri, ut, antiquos oratores quum despiciant recentioresque iis anteponant, eorum quisque *se* *ante Ciceronem numeret*, i. e. se eo meliorem credat, minorem aliquanto *Gabiniano*, clarissimo eius temporis rhetore, *plane* tamen i. e. prorsus ... vicinum. Sic hodie multi nostrorum adolescentulorum, qui invita Minerva poeticam attingunt, Goethium contemnunt atrociterque in eum ...huntur, semet ipsos autem non longe postponendos esse Tieckio existimant." *Orel.* Quis vero se maiorem Cicerone et minorem Gabiniano ...at? *Sed* pro *saltem* dictum, vel hoc pro illo scribendum videtur. Corrupta ista, et destitutus a libris nihil extrico. *Gabinianus*, *celeberrimi nominis rhetor*, *in Gallia docuit*, Euseb. Chron. ad Vespas. a. 8.

Ita liber MS., qui apud me, probus vetusque, non *Gabinius*. Nomina et Hieronymus et Suet. in Ind. rhetorum." *Lips.* Hic index in MS quibusdam libello de clar. rhet. praefixus est, et in eo vocatur il *Sex. Iul. Gabinianus*. v. ed. Wolf.

CAPUT XXVII.

At ego non verebor nominare singulos, quo facilius, pr positis exemplis, appareat, quibus gradibus fracta sit et dem nuta eloquentia.

Appropera, inquit Maternus, et potius exsolve promissu Neque enim hoc colligi desideramus, disertiores esse antiqu quod apud me equidem in confesso est, sed causas exquirim quas te solitum tractare paulo ante dixisti, plane mitior et el quentiae temporum nostrorum non iratus, antequam te Aper fenderet maiores tuos lacessendo.

Non sum, inquit, offensus Apri mei disputatione; nec v offendi decebit, si quid forte aures vestras perstringet, qu sciatis, hanc esse eiusmodi sermonum legem, iudicium ani citra damnum affectus proferre.

Perge, inquit Maternus, et, quum de antiquis loqua utere antiqua libertate, a qua vel magis degeneravimus qu ab eloquentia.

1. *deminuta eloquentia.* edd. Lips. et rec. *diminuta e.* edd. vet. ad Ann. 1, 14, 1. Paulo ante *freta* ed. pr. pro *fracta.*

2. *Appropera — et potius exsolve promissum*, appropera potius ex vere promissum. *Approperate* ed. pr. *et ocius e. pr.* malebant A Heum. Or. Sed Maternus iterum monet, ne immutet Messala pro sum, et sensus est: noli te impediri comparatione ista et composit antiquorum et recentiorum, quae aliena est a quaestione ista, quam veras, et a promisso tuo; *Schulz.* — *colligi*, comprobari. — *me equ* pro *me quidem*, quod substituere Ern. Sch. Ob. al. „*Equidem* apud ceronem et antiquos non nisi primae personae iungitur et significat *quidem.* v. Bentl. ad Ter. Eun. 5, 4, 33. et Heusing. ad Cic. off. 1 1. Quam regulam nunc in dubium vocare nolo, quanquam non d exempla, nisi corrigantur, contraria. v. Plaut. Aul. 2, 1, 18. et ad Virg. Aen. 1, 576. ubi leg. *ut Tullius ego equidem.* In sequi tamen temporum latinitate *equidem* pro simpl. *quidem* dictum. v. A p. 204. ed. Bip. et exempla allata ab Oudend. ad Apul. Met. I. p. 1 Passov. ad Pers. I. p. 340." *Osann.* Cf. Ramshorn. Gram. p. 597 Kritz. ad Sall. Cat. p. 218. *Equidem audiebamus* insolentior dictio p. Sext. 57. — *sed causas exquirimus, quas te solitum tractare paulo dixisti, plane mitior* cet. ex emend. Schelii, iam recepta ab Heum. aliisque. Conf. cap. 15. 16. 24. 25. *quas te solitum tractare paul plane mitiore eloquentia et temporum nostrorum miratus iratus* edd ante Rhen. Hic delevit *iratus*, sed cetera retinuit, eumque secuti editores rel. ante Heum. *dixisti* ante *plane* legi in quodam libro tavit Lips. non tamen, quis et qualis hic liber sit. *temporum nostr iratus* MSS. Vat. *nostrorum* abest ab ed. pr. *quas te s. t. paulo ante sti sane mitiore eloq. et temp. nostrorum* (eloquentiam) *miratus* ve *tatus* leg. censebat Acid. *paulo ante plane mitiore eloquentia et te narrabas* Gron. *plane miti oratione eloquentiam t. n. criminatus* Rauc Aliorum commenta praetermitto. — *antequam te Aper offenderet m*

tuos lacessendo cap. 16—24. *maiores tuos*, quos tu defendis et ad vitandam nominis controversiam *maiores* appellare mavis quam *antiquos*; *Schulz.* Cf. cap. 25. pr. Sed *tuos* simul referendum videtur ad ipsius Messalae *maiores*, qui eloquentiae laude inclaruerunt. v. ad Ann. 2, 32, 1. *incessendo* (ut c. 24. et 40.) coni. Heum. Recte: nam mortuos *incessere* potes, *lacessere* non potes; *Orel.* Non deerunt fortasse, qui contrarium dicant. Sed utrumque verbum de vituperatione tam mortuorum quam vivorum usurpatur.

3. *Non sum, inquit* sc. Messala. — *Apri mei:* in MSS. Vat. et Farn. edd. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Ald. Seeb. Dr. Os. Or. *a prima* mendose. *Aprina* substituere Lips. Pich. et alii. *Apri* coni. Or. quia male scriptum *a pri* explicari potuerit *a prima*. *Apri mei* (ut *Maternum meum* c. 5 extr.) corr. Schurzfl. et Heum. *Apri nostri* (ut c. 14. 24. 26.) scripsere Bip. Sch. Ob. al. e coni. Gron. quia *nri* (comp. script. pro *nostri*) facile in *ma* degenerare potuerit. Sed facilius *mei*, quod et amici, quanquam dissentientis, affectui magis congruere videtur; unde recepi. — *nec vos offendi decebit*, cf. ad cap. 23. n. 6. *nam et vos o. d.* ed. pr. — *aures vestras perstringit*, v. ad H. 1, 84, 6. *perstringet* edd. Lips. et rec. e c. Farn. v. ad c. 1. n. 3. *perstringit* ex edd. vet. revocarunt Dr. et Os. „De coniunctione Futuri cum Praes. v. Ellendt comm. de formis enuntiat. condit. ling. lat. p. 19." *Dr.* — *iudicium animi citra damnum affectus proferre* libere, sine fraude amicitiae, aut sine amissione benevolentiae diversa sentientium; *Ern.* Cf. ad H. 4, 31, 3. et G. 16. n. 5. „In ed. Pith. Heidelb. 1594. reperitur error typogr. *demum* pro *damnum*, miro iudicio lectioni vulgatae praelatus a Schurzfl. qui *demum* a Pithoeo e cod. receptum putabat. Bipontini autem sic: Pithoeus legit *demum*, et fortasse scrib. *dementiam*, ut ap. Cic. Tusc. 3, 5. Plena itaque errorum quae Schulz. Ob. Seeb. de Pithoeo narrant, neque huic, sed Bipontinis debetur illa praeclara, si diis placet, emendatio *dementiam*." *Orel.*

4. *et quum de antiquis loquaris* ex MS. Farn. restituit Lipsius, sed in edd. demum poster. Verba *et quum* exciderant ex edd. vet. et Lips. 1. Hinc *de antiquis loquaris antiqua libertate* dabat Pith. et *de antiquis loquens* Faern. — *utere antiqua libertate, παῤῥησίᾳ*, qualis fuit liberae reip. temporibus. „Ea uti sub Caesaribus periculosum erat. Cf. Plin. ep. 7, 33. et Ruhnk. ad Vell. 2, 78, 3." *Dr.* *ubertate* ed. pr. *vetere* ed. Gryph. — *a qua* edd. rec. ex emend. Freinsh. et Lat. Latinii bibl. T. II. p. 37. *qua* edd. vet. Mox *degeneraverimus* edd. Lips. Quod vitiosum censeo; *Or.*

CAPUT XXVIII.

Et Messala: Non reconditas, Materne, causas requiris nec aut tibi ipsi aut huic Secundo vel huic Apro ignotas; et iam mihi partes assignatis proferendi in medium, quae omnes sentimus. Quis enim ignorat, et eloquentiam et ceteras artes descivisse ab ista vetere gloria, non inopia hominum, sed desidia iuventutis et negligentia parentum et inscientia praecipientium et oblivione moris antiqui? Quae mala, primum in Urbe nata, mox per Italiam fusa, iam in provincias manant; quanquam nostra nobis notiora sunt. Ego de Urbe et his propriis ac vernaculis vitiis loquar, quae natos statim excipiunt et per singulos aetatis gradus cumulantur, si prius de severitate ac disciplina maiorum circa educandos formandosque liberos pauca praedixero. Iam primum suus cuique filius, ex casta parente natus,

non in cella emptae nutricis, sed gremio ac sinu matris educ
batur, cuius praecipua laus erat, tueri domum et inservire l
beris. Eligebatur autem aliqua maior natu propinqua, cui
probatis spectatisque moribus omnis eiusdem familiae subol
committeretur, coram qua neque dicere fas erat, quod tur
dictu, neque facere, quod inhonestum factu videretur. Ac n
studia modo curasque, sed remissiones etiam lususque puer
rum sanctitate quadam ac verecundia temperabat. Sic Corn
liam Gracchorum, sic Aureliam Caesaris, sic Atiam Augu
matrem praefuisse educationibus ac produxisse principes liber
accepimus. Quae disciplina ac severitas eo pertinebat, ut si
cera et integra et nullis pravitatibus detorta uniuscuiusque n
tura toto statim pectore arriperet artes honestas et, sive
rem militarem, sive ad iuris scientiam, sive ad eloquentiae st
dium inclinasset, id solum ageret, id universum hauriret.

1. *Et Messala*, v. ad c. 4. n. 1. — *aut — aut — vel* „rarior coniu
ctionum copulatio, de qua v. Spald. ad Quintil. 9, 2, 18." *Dr.* —
iam edd. vet. ante Lips. ut et Pith. Dr. Os. *etenim iam si* M
Farn. Hinc *etiam si* scripsere Lips. Pich. Brot. Ern. al. „Mini
huc quadrant lectiones edd. vet. et Lipsii. In illa vero codi
Farn. nihil aliud latet nisi *etenim iam scilicet*, quod in MSS. sc
bitur .*s*. Per ironiam queritur Messala, tribui sibi partes pro
rendi locum communem omnibus sat notum." *Orel.* Sed nemo
cile dixerit *etenim iam scilicet.* Equidem crediderim, omnia illa *ete*
iam vel *et iam* — *sentimus* in marg. a glossatore adscripta fuisse ver
praec. quibus eadem continetur sententia. — *sentimus* edd. Spir. Li
(e c. Farn. de quo v. ad c. 1. n. 3.) et rec. Omissum in edd. Put. R
Ber. Rhen. Ald. *scitis* et *tenetis* in marg. Franc. et Col. — *ab illa:*
retus, Pith. et Orel. scripsere *ab ista.* — *inopia hominum*, ἀδυναμίᾳ,
fectu ingeniorum; *Ern.* et *Schulz.* coll. Quintil. 1, 1. *Falsa est quer*
paucissimis hominibus vim percipiendi, quae tradantur, esse concess
Non natura defecit, sed cura. — *inscientia praecipientium*, quam et Qu
til. 12, 11, 14. notat. Cf. ad G. 16. n. 4. *praecipientium* fortasse s
psit ad ἀμφιβολίαν in *praeceptorum* vitandam; *Sch.* — *moris antiq*
„saepius in laude ponitur, si quis fuerit *moris antiqui* et *antiquorum*
minum, v. c. Ann. 6, 12. H. 1, 14. 2, 64. Cic. ad Att. 9, 18. *h*
antiqua virtute et fide Ter. Adelph. 3, 4 extr. Germ. *ein alter Teutsch*
Sch. — *nostra nobis* edd. Rhen. 2. 3. et rec. *nostra vobis* MSS. Vat.
Ber. et Rhen. 1. *vestra vobis* ed. pr. Put. Riv. Fortasse h. l. cum
leg. *Ergo* pro *Ego*, vel, quod malim: *iam in provincias manant.*
niam — *sunt*, *ego de Urbe* cet. Vulgo distinguitur *Quanquam* — *s*
ego cet. — *et his propriis ac vernaculis vitiis*, v. ad H. 2, 88, 4.
pria et peculiaria huius Urbis vitia c. 29. *et huic propriis* malebat Hue
natos: in ed. Put. et Riv. *notos.* — *cumulantur:* non male Schurzf
Gesner coni. *comitantur:* nam sic in eadem orationis figura persev
ret scriptor; *Orel.* — *prius:* in ed. Put. et Riv. *pirus.* — *de severitat*
disciplina, v. ad G. 25. n. 6. *a severitate* ed. pr. — *formandosque*
Spir. Lips. (e c. Farn. de quo v. ad c. 1. n. 3.) et rec. *firmand*
edd. Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. Franc. Col.

2. *Iam primum* edd. Rhen. 2. 3. et deinde omnes. *Iam priden*
mae edd. „Eadem confusio ap. Flor. 1, 13, 9." *Orel.* Sequitur

egregius et class. de prisca, ut c. 29. de recentiori liberorum educatione. — *ex casta parente natus*, non, ut nunc, ex incesta. Cf. inpr. Theogn. 183 seq. et Hor. od. 3, 24, 17—24. cum Iuvenal. Sat. VI. — *non in cella*, cubiculo, conclavi, *emptae nutricis, sed gremio ac sinu matris educabatur* cet. v. ad G. 20. n. 2. et ad Agr. 4. n. 4. *in cellam* ed. pr.

3. *probatis spectatisque moribus*, v. ad Ann. 1, 4, 4. — *eiusdem familiae suboles* MSS. Vat. ed. Brot. Seeb. Dr. Os. Or. *cuiusdam f. s.* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *cuiuspiam f. s.* edd. Rhen. 2. 3. et rel. *soboles* quaedam edd. „De discrepantia scripturae v. Cellar. orthogr. lat. p. 356." Os. — *coram qua* cet. Peerlk. (de quo v. ad c. 1. n. 4.) corr. *coram qua n. dicere fas erat, quod turpe factu, neque facere, quod inh. dictu videretur.* — *facta* pro *factu* ed. Put. et Riv.

4. *Ac non studia modo curasque* MSS. Vat. et Farn. edd. Spir. Lips. 1. 2. 3. Bern. Gron. et rec. *Ac non st. solum morasque* ed. Put. Riv. Ber. *Ac non st. s. moresque* Rhen. tres, Ald. Pith. Lips. a. 1607 sq. *Haec non studia* Mur. Acid. Heum. *Curas*, ut *curas et seria* ap. Iuvenal. 11, 93. Germ. *ernste Beschäftigungen*, ut *studia*. Iis opponuntur 1. *remissiones lususque*. Locus similis est Agr. 9. ubi v. nota 4.

5. *Cornelia*, *Gracchorum mater*, Scipionis Africani maioris filia, Ti. Sempronii Gracchi uxor, Tiberii et Caii *Gracchorum mater*, femina nobilissima, castissima, fecundissima (nam XII liberos peperit) et facundissima, quae filios in gremio educavit et doctissimo sermone multum contulit eloquentiae Gracchorum. v. Cic. Brut. 27. 58. Quintil. 1, 1, 6. fragmenta epistolarum, quas scripsit, in Fragm. Corn. Nepotis, Ruhnk. var. lectt. 5, 12. et Fabric. bibl. lat. 1, 6. Eadem saepe filiis, Tiberio et Caio, tribunis plebis, ut ad magnas res gerendas eos excitaret, exprobrasse fertur, quod a populo Rom. nondum *Gracchorum mater*, sed socrus Scipionis vocaretur. Illis vero occisis, statua ei aenea publice posita et inscripta: *Cornelia mater Gracchorum*. v. Plut. in Ti. et C. Gracchi Opp. T. I. p. 824. 827. 836. 843. Plin. 34, 6. Sen. cons. ad Marc. c. 16. Alia Cornelia, P. Aemilii Lepidi coniux, minus et clara et superba, notissima ex Prop. 4, 11. *Corneliam greco*... ed. pr. — *Aurelia*, M. Aurelii Cottae filia, C. Iulii Caesaris praet. uxor et C. Iulii *Caesaris*, praet., cos. et Dictat., *mater*, de qua v. Suet. Caes. 74. Plut. vita Caes. c. 9. p. 711. D. et vita Cic. p. 874. 875. *Atiam Augusti matrem*, v. Suet. Aug. c. 4. *Actiam* ed. pr. Put. Rhen. 1. *Acciam* Pith. *Attiam* Lips. Bern. Gron. — *produxisse* in lucem, h. peperisse, vel educasse, ut προάγειν. — *principes liberos*, qui facti sunt principes et potentissimi civitatis; *Schulz*. — *accepimus*, v. ad 3, 38, 1.

6. *Quae disciplina ac severitas*, disciplina severa vel disciplinae severitas, ut cap. 29. Cf. ad G. 25. n. 6. — *sincera et integra et n. p. d. natura*, v. ad G. 4. n. 2. *et nullis* Rhen. 2. 3. et rec. *et in nullis* ed. Put. Ber. Rhen. 1. — *toto pectore*, ut ap. Ovid. e Ponto 3, 1, 39. *toto corpore* sup. c. 3. — *artes honestas*, v. ad Agr. 4. n. 4. — *id universum hauriret*, v. ad Agr. 4. n. 6.

CAPUT XXIX.

At nunc natus infans delegatur Graeculae alicui ancillae, cui adiungitur unus aut alter ex omnibus servis, plerumque vilissimus, nec cuiquam serio ministerio accommodatus. Horum fabulis et erroribus teneri statim et rudes animi imbuuntur; nec quisquam in tota domo pensi habet, quid coram infante domino

aut dicat aut faciat, quando etiam ipsi parentes nec probitati neque modestiae parvulos assuefaciunt, sed lasciviae et libertati per quae paulatim impudentia irrepit et sui alienique contemptus. Iam vero propria et peculiaria huius urbis vitia paen in utero matris concipi mihi videntur, histrionalis favor et gla diatorum equorumque studia. Quibus occupatus et obsessu animus quantulum loci bonis artibus relinquit? Quotum quem que inveneris, qui domi quicquam aliud loquatur? Quos alio adolescentulorum sermones excipimus, si quando auditoria in travimus? Nec praeceptores quidem ullas crebriores cum audi toribus suis fabulas habent. Colligunt enim discipulos non s veritate disciplinae nec ingenii experimento, sed ambitione sa lutationum et illecebris adulationis. Transeo prima discentiu elementa, in quibus et ipsis parum elaboratur. Nec in aucto ribus cognoscendis, nec in evolvenda antiquitate, nec in notit vel rerum vel hominum vel temporum satis operae insumitu sed expetuntur, quos *rhetoras* vocant.

1. *At nunc natus infans delegatur Graeculae alicui ancillae* cet. v. G. 20. n. 2. et de magno honore, in quo Romae tunc temporis Gra erant, qui illuc confluebant quibusque et institutio liberorum comm tebatur, Iuvenal. 3, 61—85. 6, 187 seq. 293 sq. 7, 14 sq. 8, 198 *Graeculae* contemptim, ut ap. Iuvenal. 3, 78. 6, 186. al. — *unus aut ter*, v. ad c. 21. n. 2. — *vilissimus* Put. Riv. Rhen. tres et deinde om *vilissimos* ed. pr. *utilissimus* Ber. — *ministerio* bene et tacite dedit Li e c. Farn. v. ad c. 1. n. 3. *minister* edd. vet.

2. *Horum fabulis*, v. ad cap. 2. n. 2. — *erroribus*, pravis iudic Germ. *Vorurtheile*; *Schulz*. Immo peccatis et vitiis: nam verbo *fa* respondent; *Dr.* — *quid coram infante domino aut dicat aut faciat*, Iuvenal. 14, 44 sq. *infante domino*, filiofamilias, domino s. hero min vel olim futuro, Germ. *junger Herr*, ut ap. Iuvenal. 14, 169. et Pl Capt. prol. v. 18. — *quando etiam ipsi parentes* cet. Cf. loca praec Iuvenal. 14, 1—255. Quintil. 1, 2, 6. Sen. de ira 22. ep. 97. *qu* omnes edd. (etiam Lipsii, qui idem haud dubie in c. Farn. reperit) p ter novissimas Seeb. Dr. Os. Or. qui ex MSS. Vat. substituere *quin*. lud ex comp. scrib. *qn* cum lin. ortum videri potest, sed aptius, causam exprimit eorum, quae ante dicta sunt. — *nec — neque*, v. a 9. n. 6. — *lasciviae et libertati*, petulantiae protervitatique puerili e *bertati* dicendi, quicquid velis; *Gron.* obss. 3, 4. coll. Cic. p. Coel. c Ovid. Met. 1, 757. et Terent. Eun. 3, 1, 40. *Libertas* est eius, qui *pensi habet*, *quid dicat*, et bene tum opponitur *modestiae* in dic tum *lasciviae* iungitur; nisi potius h. l. *lasciviae et libertati* pro *la libertate* dictum censeas. Ita Schneid. obss. in Tac. p. 11. Cf. Ind. v. *Hendiadyoin*. *Libertas* et *licentia* ap. Cic. Acad. 4, 30. coniungu *Dr.* Iuxta collocantur etiam a Tac. H. 2, 10 pr., sed sibi opponu *Os.* *libertati* edd. vet. et rec. paene omnes. Cf. ad c. 40. n. 2. *b tati* vetus ed. Lips. Sic Venerem et Bacchum iungi putant et queri, quod pueri servis *οἰνολήπτοις* tradantur. *vivacitati* et *loqua* coni. Rutgers. var. lect. 5, 12. et Oudend. ad Suet. Claud. 38. Ill men vox nunquam in vitio ponitur, nedum ut *modestiae* sit adv sed aut naturae indolem, aut alacritatem ingenii corporisve signi *Gron.* l. l. *licentiae* malebat Schurzfl. et *dicacitati* substituerunt Bip. Ob. Bekk. Lün. quia *dicacitas* sit sermo cum risu aliquos ince

(Quintil. 6, 3, 21. Germ. *schnippisch, naseweise*) ac Siculi Quintil. 6, 3, 41. *lascivi et dicaces* dicantur. — *irrepit* animum et obrepit. *increpit* ed. Put. et Riv. — *sui alienique contemptus* c. Farn. teste Lipsio in ed. 1. et bene, ut ap. Sall. Cat. 5. et al. *sui cont.* edd. vet. *contentus* ed. pr. Put. Riv. *comptentus* ed. Ber. *contemptus* Rhen. tres et rec. — *Iam vero* edd. Lips. et rec. e c. Farn. v. ad c. 1. n. 3. *Ideo vero* edd. vet. et Os. — *histrionalis favor*, v. ad Ann. 1, 16, 2. *historialis* ed. pr. — *equorum studia*, ut *equorum studio flagravit* ap. Suet. Ner. 22. ubi cf. Casaub. et Pitiscus; *Dronke.* Haec *eq. studia* referenda ad ludos circenses aurigarumque certamina: nam tria spectaculorum genera complecti noster videtur; *Schulz.* Recte; sed *studia*, ut *favor*, simul spectant ad factiones et aurigarum et fautorum; de quibus v. intpp. Iuvenal. 6, 590. 7, 114. 11, 196. — *Quotum quemque inveneris* est egregia emend. Put. *tum quenque tueneis* ed. pr. — *sermones excipimus*, v. ad H. 3, 32, 6. — *auditoria intravimus:* immo *intramus; Schel.* et *Heum.* „Sed non opus. v. Ramshorn. Gram. p. 164. et 401. Ellendt de formis enuntiat. condition. ling. lat. p. 17. n. 2." *Dr.*

3. *Nec praeceptores quidem* MSS. Vat. et edd. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. Lips. Pith. Bern. Dr. Os. *Ne p. quidem* edd. rec. tantum non omnes ex emend. Gron. Cf. ad H. 2, 76, 10. — *fabulas habent*, v. ad c. 2. n. 2. — *ingenii experimento*, ut scil. rhetores experiantur iudicium discipulorum, (ita Quintil.) h. e. experimentis explorent ingenia puerorum, segnesque et stupidos a se studiisque relegent; *Schulz.* Immo: quod ipsi eruditionis experimentis sive speciminibus clari sunt; *Dr.* — *ambitione salutationum*, per salutationes gratiam parentum captando; *Ern.* Cf. ad c. 11. n. 3. H. 1, 88, 5. 2, 92, 3. *salutationum* pro vulg. *salutantium* ex emend. Acid. et Schelii receptum ab Heum. Sch. Or. Recte; *Ern.* Luce clarius est, non ope aliorum, qui salutent divites, acquiri discipulos a praeceptoribus, sed per horum ipsorum salutationes; *Orel. et* edd. Lips. et rec. *sed* edd. vet. *ambitione salutationum et illecebris adulationis* dictum pro *ambitione salutationum vel salutandi et illecebris peccandi.* v. ad Ann. 2, 1, 2. *et* edd. Lips. e cod. Farn. (v. ad c. 1. n. 3.) et rec. *sed* edd. vet.

4. *in auctoribus cognoscendis*, v. ad Ann. 3, 3. *Cognoscere*, ut ἀναγιγνώσκειν, legere, perlegere, *Schurzfl.* et *Schulz.* coll. Nep. Lys. c. 4 extr. et verbis Cic. *Brutum cognovisse totum Demosthenem.* „Cf. Goerenz. ad Cic. Acad. 2, 1. et 8, 23." *Dr.* Possis et exponere: cognoscere indolem, virtutes et vitia auctorum. — *in evolvenda ant.* edd. vet. omnes. *in* omissum in quibusdam edd. rec. — *in notitia* edd. rec. ex emend. Pich. *in notitiam* edd. vet. quod revocarunt Dr. Os. Or. „Casus diversi etiam ab aliis scriptoribus copulantur. v. intpp. Nep. Dat. 3, 1. et Oudend. ad Suet. Vesp. 19." *Dr.* Saepissime id fit variandae constructionis causa, (v. ad Ann. 1, 7, 8.) non vero ita, ut casus diversi eidem praepositioni et verbo iungantur. — *expetuntur*, *quos rhetoras vocant*, eorum institutio, tanquam res desiderabilis. *exspectantur* edd. vet. Dr. et Os. *expetuntur* edd. Lips. et rec. e c. Farn. v. ad c. 1. n. 3.

CAPUT XXX.

Quorum professio quando primum in hanc urbem introducta sit quamque nullam apud maiores nostros auctoritatem habuerit, statim dicturus, réferam necesse est animum ad eàm disciplinam, qua usos esse eos oratores accepimus, quorum infinitus labor et quotidiana meditatio et in omni genere studiorum exercitationes ipsorum etiam continentur libris. Notus est

vobis utique Ciceronis liber, qui *Brutus* inscribitur, in cuius extrema parte (nam prior commemorationem veterum oratorum habet) sua initia, suos gradus, suae eloquentiae velut quandam educationem refert: se apud Q. Mucium ius civile didicisse; apud Philonem Academicum, apud Diodotum Stoicum omnes philosophiae partes penitus hausisse; neque his doctoribus contentum, quorum ei copia in Urbe contigerat, Achaiam quoque et Asiam peragrasse, ut omnem omnium artium varietatem complecteretur. Itaque hercule in libris Ciceronis deprehendere licet, non geometriae, non musicae, non grammaticae, non denique ullius ingenuae artis scientiam ei defuisse. Ille dialecticae subtilitatem, ille moralis partis utilitatem, ille rerum motus causasque cognovit. Ita enim est, optimi viri, ita: ex multa eruditione et pluribus artibus et omnium rerum scientia exundat et exuberat illa admirabilis eloquentia; neque oratoris vis et facultas, sicut ceterarum rerum, angustis et brevibus terminis cluditur, sed is est orator, qui de omni quaestione pulchre et ornate et ad persuadendum apte dicere, pro dignitate rerum, ad utilitatem temporum, cum voluptate audientium possit.

1. *Quorum professio quando primum — quamque nullam — habuerit, statim dicturus*, (c. 35.) *referam necesse est* cet. Ita locum mendosum recte correxisse videtur Gron. obss. 3, 4. extr. quem secuti sunt Heum. Bip. Ob. Bekk. Lün. Prima vero capitis XXX verba in edd. Ob. Bekk. Lün. sunt *Sed expetuntur*, in ceteris *Referam necesse est:* quae capitum divisiones minus quam nostra sententiae h. l. congruere videntur. *quorum* debetur Rhen. *ut quorum* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *quamque — habuerit* ex emend. Gron. *quanquam — habuit* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *quamque — habuit* Rhen. 2. 3. Ald. Lips. *habuit statim de curiis. referam* c. Farn. edd. Spir. Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. Lips. Hanc lectionem, etsi corruptam, retinuerunt Dr. Os. Or. sed asterisco, lacunae indicio, post *curiis* posito, qui in libro Lipsii ante hanc vocem reperitur. *habuit, statim decursis his* (sc. dicam s. promam). *Referam nunc* cet. corr. Lips. *habuit, statim docuero. Referam* Rud. Agricola, Pich. Bern. Gron. Ern. al. *habuit, statim audietis. Referam* Pith. *habuerit, statim dicam. Prius referam* Acid. et Sch. *habuit, SCtum* (v. cap. 35 pr.) *docuerit* Schurzfl. offensus in primis voc. *statim*, quia de rhetoribus disputetur demum cap. 35. *habuerit, dicetur. Prius referam* Tyrwhit. *habuerit, statim dicturus sum* vel *dicam curiose* et *exstat in decretis censoriis* Seeb. — *professio* munus docendi: nam *profiteri* artem, institutionem, grammaticen cet. hoc aevo dici coepit pro: profiteri, nos tradere velle artis praecepta; unde ortum est *professoris* nomen; *Schulz.* Sic *sapientiae* (philosophiae) *professores* Agr. 2. — *ad eam disciplinam*, institutionem, ut mox *eloquentiae velut quandam educationem; Schulz.* — *usos* substituit primus Rhen. pro *ausos.* — *accepimus*, v. ad Ann. 1, 67, 1. — *in omni genere studiorum exercitationes* edd. omnes et vet. et rec. nisi quod *exercitationis* (prisca script.) est in ed. pr. et *in o. g. assiduae exercitationes* in MSS. Vat. et edd. Dr. Os. Or. „Quae duae lectiones ita componi possent: *in o. g. st. assiduae exercitationes.* Sed verba *in omni genere* haud raro sic absolute ponuntur. Exempla collegit Duk. ad Flor. p. 114. quibus adde Cic. ep. ad fam. 10, 3, 1. Hinc suspicor, voc. *studiorum* non tam excidisse in Vatt., quam in ed. Spir. eiusve archetypo ortam esse e male lecto v. *assiduae.*" *Orel.* Sed si Lipsius in c.

Farn. legisset *assiduae*, id haud dubie annotasset. Videtur potius referendum ad glossas, quibus scatent MSS. Vat., et insertum, ut *assiduae exercitationes* dictae sint, quemadmodum *infinitus labor* et *quotidiana meditatio*. Tali vero additamento non opus est ad verba *in omni genere studiorum*. — *etiam:* Heum. dedit *etiamnunc*. — *continentur*, commemorantur et enarrantur; *Schulz*. Immo *continentur libris*, exstant in iis specimina et argumenta *infiniti laboris* cet. *continentur* edd. Rhen. 2. 3. et deinde omnes. *continetur* ed. (Spir.) Put. Rhen. 1.

2. *Notus est nobis* MSS. Vat. ed. pr. Put. Ber. Rhen. 1. Brot. Dr. Os. Sed recte *vobis* Rhen. 2. 3. et rel. Non est moris, *nobis* dicere in tali re et demonstratione; *Ern*. Ita etiam *utique* otiosum; *Or*. — *qui Brutus inscribitur* et *de claris oratoribus*, optimus liber, qui adhuc exstat; *Brot*. Cf. ad c. 17. n. 1. — *in cuius extrema parte* c. 89—92. — *sua initia, suos gradus* cet. pro *suae eloquentiae initia et gradus et velut* cet. *sua intra—referre* ed. pr. — *se apud Q. Mucium* Scaevolam, iuris peritorum eloquentissimum, *ius civile didicisse*, v. Cic. Brut. c. 39. et 89. Hic Mucius censor, pont. max. et cons. a. U. 658 fuit, collega L. Licinii Crassi in omnibus honorum gradibus praeter tribunatum et censuram, trucidatus a L. Damasippo praetore in curia Hostilia. Cf. Cic. Verr. 2, 10. in Caecil. 17. ad Att. 5, 17. 9, 18. de or. 1, 3. de off. 1, 31. 2, 16. 3, 11. 15. ad div. 1, 9. de N. D. 3, 32. Vellei. 2, 26. Pater eius, P. Mucius Scaevola, cos. a. 620., primus fundavit ius civile et scientiam eius in familiam Muciam intulit. v. Ern. clav. Cic. *Ius civile*, privatum, quod et naturali et publico opponitur et *in legibus, SCtis, rebus iudicatis, iuris peritorum auctoritate, edictis magistratuum, more, aequitate consistit*, Cic. Top. 5. Cf. Ern. clav. Cic. v. *civilis*. — *Philo Academicus*, princeps Academiae quartae, qui, Mithridatico bello cum optimatibus Atheniensium domo profugus, Romam fugit, ubi philosophiam docuit rhetoricamque, et Cicero se totum ei tradidit. v. Cic. Brut. 89. Acad. 1, 4. 4, 4. 6. quaest. Tusc. 2, 3. 10. 5, 37. de or. 3, 28. ad div. 13, 1. *Philonem archademicum* ed. pr. — *Diodotus Stoicus*, praeceptor Ciceronis in dialectica, geometria aliisque artibus, domi eius mortuus et caecus factus. v. Cic. Brut. 90. ad div. 9, 4. 13, 16 Acad. 4, 36. Tusc. 5, 39. ad Att. 2, 20. *Diodotum* recte edd. Ber. et rec. *Diodorum* edd. Spir. Put. Riv. Rhen. tres, Ald. Lips. in edd. pr. Pith. Bern. Gron. Nomen hoc librariis notius quam illud fuit. — *omnes* MSS. Vat. ed. Sch. Seeb. Lün. Dr. Os. Or. *omnis* edd. rel. Hoc idem est; sed praeferenda recentior scriptura tironum causa, ut caveatur, ne ab his referatur ad *philosophiae*, quod ad *partes* pertinet. — *penitus hausisse*, v. ad Agr. 4. n. 6. et cap. 40. n. 4. — *Achaiam quoque et Asiam peragrasse*, v. Cic. Brut. c. 91. — *non geometriae, non musicae, non grammaticae* cet. cf. c. 31. extr. et Nast. p. 248—253. *geometriae*, v. Quintil. 1, 10, 49. *musicae*, de cuius usu in eloquentia et summa eruditione v. Quintil. 1, 10. Cic. Tusc. 1, 2. Nep. praef. et Epam. 1. Nast. p. 252. 253. *Grammatica* non solum recte loquendi scientia, quae curiose et diligenter colebatur, sed etiam poetarum et scriptorum antiquiorum enarratio cum omni instrumento critico; *Schulz*. Cf. Cic. de or. 1, 42. et Quintil. 1, 4, 5. *Grammatici* fuere olim, qui nunc *Professores* et *Magistri artium liberalium* appellantur. v. intpp. Petron. 55. — *ingenuae artis*, v. ad Agr. 4. n. 4.

3. *Ille dialecticae subtilitatem, ille—cognovit:* veteres enim tres potissimum philosophiae *partes* statuebant, moralem, naturalem (h. l. *rerum motus causasque*) et rationalem s. dialecticam: (v. Sen. ep. 89.) pars vero moralis praecipue *utilitatem* humani generis morumque emendationem spectat, unde etiam Socrates hanc in primis docebat, neglecta priorum philosophorum subtilitate; *Schulz*. *Haec pars dialectica, sive*

illam dicere malimus disputatricem, est utilis saepe et finitionibus, et comprehensionibus, et separandis, quae sunt differentia, et resolvenda ambiguitate, et distinguendo, dividendo, illiciendo, implicando. Iam quidem pars illa moralis, quae dicitur Ethice, certe tota oratori est accommodata Quintil. 12, 2, 10. „Cf. etiam Cic. de fato 1, 1. et Quintil. 6, 2, 8." *Dr. rerum ortus causasque* malebat Peerlk. de quo v. ad c. 1. n. 4. *siderum motus causasque rerum* coni. Sigrasius et Lamall. „Sed *rerum* significat *universi mundi.* Totam φυσιολογίαν noverat Cicero." *Orel.*

4. *Ita enim est, optimi viri, ita. Ex multa* interpunxere Rhen. Ald. Gryph. Lips. Bekk. Or. *Ita enim est, o. viri: ita ex multa* edd. cet. Alterum *ita* delevit Heum. Sed non sine vi repetitum est. — *et pluribus artibus et omnium* ed. pr. Dr. Os. Or. *et pluribus partibus et o.* ed. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *ex pl. artibus, ex o.* Rhen. 2. 3. Ald. Gryph. Pith. *ex pl. artibus et o.* Bern. Gron. Ern. Sch. Ob. Bekk. Lün. — *angustis:* in ed. pr. *angustiis.* — *cluditur,* v. ad G. 34. n. 1. *includitur* volebat Heum. — *sed is est orator, qui* cet. v. ad c. 1. n. 1. — *dicere:* in ed. pr. *dicit.*

CAPUT XXXI.

Haec sibi illi veteres persuadebant; ad haec efficienda intelligebant opus esse, non ut rhetorum scholis declamarent, nec ut fictis nec ullo modo ad veritatem accedentibus controversiis linguam modo et vocem exercerent, sed ut his artibus pectus implerent, in quibus de bonis ac malis, de honesto ac turpi, de iusto et iniusto disputatur. Haec enim est oratori subiecta ad dicendum materia. Nam in iudiciis fere de aequitate, in deliberationibus de honestate dicimus ita, ut plerumque haec ipsa invicem misceantur: de quibus copiose et varie et ornate nemo dicere potest, nisi qui cognovit naturam humanam et vim virtutum pravitatemque vitiorum et intellectum eorum, quae nec in virtutibus neque in vitiis numerantur. Ex his fontibus etiam illa profluunt, ut facilius iram iudicis vel instiget vel leniat, qui scit, quid ira, promptius ad miserationem impellat, qui scit, quid sit misericordia et quibus animi motibus concitetur. In his artibus exercitationibusque versatus orator, sive apud infestos sive apud cupidos sive apud invidentes sive apud tristes sive apud timentes dicendum habuerit, tenebit venas animorum et, prout cuiusque natura postulabit, adhibebit manum et temperabit orationem, parato omni instrumento et ad omnem usum reposito. Sunt, apud quos adstrictum et collectum et singula statim argumenta concludens dicendi genus plus fidei meretur. Apud hos dedisse operam dialecticae proficiet. Alios fusa et aequalis et ex communibus ducta sensibus oratio magis delectat. Ad hos permovendos mutuabimus a Peripateticis aptos et in omnem disputationem paratos iam locos. Dabunt Academici pugnacitatem, Plato altitudinem, Xenophon iucunditatem. Ne Epicuri quidem et Metrodori honestas quasdam exclamationes assumere hisque, prout res poscit, uti alienum erit oratori. Neque enim sapientem informamus neque Stoicorum civitatem, sed eum, qui non quasdam artes haurire,

sed omnes liberaliter debet. Ideoque et iuris civilis scientiam veteres oratores comprehendebant, et grammatica, musica et geometria imbuebantur. Incidunt enim causae, plurimae quidem ac paene omnes, quibus iuris notitia desideratur; pleraeque autem, in quibus haec quoque scientia requiritur.

1. *Haec sibi illi veteres persuadebant* omnes edd. ante Dronk. ut et c. Farn. ex quo non contrarium enotavit Lipsius, nedum ascivit. Cf. ad c. 1. n. 3. *persuaserant* MSS. Vat. ed. Dr. Os. Or. — *ad haec efficienda* omnes edd. praeter recentissimas Dronkii et Os., qui *ad hoc efficiendum* substituere ex MSS. Vat. 1862. et 4498. — *non ut rhetorum scholis* cet. v. ad c. 14. n. 1. *non ut rhet. scholis* ed. pr. Put. Riv. Rhen. 2. 3. Ald. al. *non rhet. scholis* Ber. et Rhen. 1. *non in rh. sch.* MSS. Vat. *non ut in rh. s.* Brot. Dr. Os. Or. *non ut rhet. in s.* Heum. Sch. Ob. al. Cf. ad H. 3, 19, 2. — *sed ut his artibus pectus* (animum, ingenium) *implerent*, ut c. 32. Cf. Doed. in Seeb. N. Archiv I, 4. p. 78; *Dr. ut in his art.* ed. pr. *ut iis artibus* scripsit Orel. h. l. ut ubivis. — *oratori* edd. Lips. (e c. Farn. de quo v. ad c. 1. n. 3.) et rec. *oratoris* edd. vet.

2. *Nam in iudiciis fere de aequitate, in deliberationibus de honestate dicimus ita* cet. „Tria plerumque dicendi vel causarum materiarumque genera a rhetoribus tractantur, *demonstrativum*, quod in laude et vituperio, *deliberativum*, quod in suadendo et dissuadendo, *iudiciale*, quod in controversiis de iure et aequo versatur: (v. Cic. aliusve auctor rhet. ad Heren. 3, 1. Quintil. prooem. 8, 6. et Ern. init. rhet. P. I. c. 5 sq.) unde locum hunc mutilum esse et *in deliberationibus de utilitate, in laudationibus de honestate* leg. putabant Ursin. Mur. Acid. Schurzfl. Sed duo materiarum genera memorantur cap. 35 med. (*suasoriae* orationes s. materiae *et controversiae*) Quintil. 2, 10 pr. (*suasoriae iudicialesque materiae*) et ab aliis: neque in talibus est argutandum. (Cf. Spald. ad Quintil. 7, 4, 1. et 2.) *Deliberationes* enim et *suasoriae* c. 35. genus deliberativum complectuntur, et utrumque tractatu honestorum utiliumque constat. *De honestatis* autem vi et natura v. Cic. de off. 1, 5." *Schulz. de equitate* ed. Put. *de equite* ed. Riv. — *dicimus* omnes edd. ante Dr. ut et c. Farn. ex quo Lipsius non aliud enotavit. *disserimus* MSS. Vat. ed. Dr. Os. Or. — *nisi qui cognovit*, ut *nisi qui invenit* c. 37, 6.; *Dr. cognorit* substituere Ob. Bekk. Lün. — *vim virtutum*, naturam et indolem; *Schulz.* — *pravitatemque:* in ed. Ber. *parvitatemque.* — *intellectum eorum*, v. ad c. 19. n. 1. et Ann. 6, 36. *delectum e.* coni. Schel. et Heum.

3. *qui scit, quid ira; promptius* cet. ita haec correxit distinxitque Lips. *qui scit, quid irae promptius et miserat. impellat* ed. pr. Put. Rhen. tres, Ald. *quid ita sit; promptius* Pith. *quid ira, ut promptius* malebat Dr. et *qui scit, quid sit ira* Orel. — *qui scit, quid sit:* durissimum *sit* et videtur redundare; *Brot.* v. ad G. 40. n. 15.

4. *versatus orator* edd. Rhen. 2. 3. Ald. et rec. *versatur o.* edd. vet. — *apud cupidos*, faventes, partium nostrarum studiosos: opponitur enim *infestis; Schulz.* — *dicendum habuerit*, v. ad c. 1. n. 3. *dicendo habuerint* ed. pr. *dicendum habuerint* Put. — *tenebit venas animorum* MSS. Vat. ed. pr. et Or. „Hanc lectionem docte vindicavit Doederlein Rhein. Museum 3, 1. p. 21. docens, Tacito ante oculos versatum esse locum Cic. de or. 1, 52, 223. *Teneat oportet venas cuiusque generis, aetatis, ordinis et eorum, apud quos aliquid aget — — mentes sensusque degustet.* Nec propter seq. imaginem *adhibebit manum* necessarium est, ut scribamus *habenas*, quum sequatur *parato omni instrumento:* est igitur illud pro simpliciore *tractabit.*" *Orel.* Eandem lect. defendit Brot. ut comparatio non ab aurigis ducta sit, sed a medicis. *tenebit habenas animorum* ed.

Put. et deinde omnes præter Or. *tenebit habenas animorum*, propr. equorum, ut mox *adhibebit manum*, laxabit vel adstringet habenas, et ap. Cic. de am. c. 13. *commodissimum esse, quam laxissimas habenas habere amicitiae, quas vel adducas, quum velis, vel remittas; Schulz.* Locutio tropica et frequens. Sic *habena* Virg. Aen. 5, 662. 7, 600. 12, 499. Cic. de or. 3, 41. χαλινὸς Herodot. 3, 14. χαλινωτήριον Eurip. Hecub. v. 538. „De permutatione vocc. *habena* et *vena* v. Heinrich. in Ind. ad Cic. oratt. partes ineditas p. 108." *Dr.* — *parato omni instrumento*, materia et argumento, e disciplinis, maxime e philosophia morum petendo; *Sch.* „Intelligenda sunt omnia, quibus causa *instrui* potest. v. Gesneri thes." *Dr.*

5. *Sunt apud quos* ed. Put. et deinde omnes. *Sunt qui a. q.* ed. pr. — *adstrictum*, v. ad c. 2. n. 3. — *collectum*, id. qd. *adstrictum*, contractum, breve, aut *syllogisticum*, quod ratiocinationibus et syllogismis constet, ut ap. Quintil. 7, 1, 60. *ratiocinativa et collectiva quaestio; Schulz. Colligere* dixit Quintil. 5, 9, 10. 7, 3, 18. 10, 1, 84. 12, 2, 10. de opere ratiocinationis; *Dr. Adstrictum et collectum*, in quo omnia argumenta copulantur ita, ut uno obtutu cognoscantur, Germ. *bündig und gedrängt; Weik.* Cf. verba Cic. mox laudanda, et Ern. Lex. technol. p. 12. — *argumenta concludens*, coarctans, contrahens, *dicendi genus plus fidei meretur*, valet et efficit, magis probatur: *apud hos dedisse operam dialecticae* (quae *contracta quasi et adstricta eloquentia putanda est*, Cic. Brut. 90.) *proficiet*, proderit, expediet; *Schulz. apud os* Ber.

6. *Alios fusa — oratio*, quae ap. Quintil. 10, 1, 73. et 11, 1, 5. brevi opponitur; *Sch.* Cf. ad c. 2. n. 3. — *aequalis*, aequaliter fluens, quae eandem semper dicendi rationem habet, quo sensu a Quintil. 10, 1, 86. laudatur *aequalitas* in Virgilio; *Schulz.* „*Aequalis oratio* dicitur, quae nunquam aut assurgit aut cadit; ut *aequalis mediocritas* ap. Quintil. 10, 1, 54. cf. Ern. lex. technol. p. 13. et 186." *Dr.* Sic Cic. or. 58. orationem numerosam *aequaliter ingredi* dicit et *constanter*, quae non mox fluens et lenis sit, mox hiulca et aspera; *Ern.* clav. Cic. — *ex communibus ducta sensibus* edd. Lips. et rec. Cf. ad c. 1. n. 3. *ex omnibus d. sermonibus* ed. pr. Put. (Ber.) Rhen. tres. *ex communibus ducta sensibus* c. Farn. edd. Lips. et rec. *ex omnibus d. sermonibus* edd. vet. ante Lips. et in his quoque Ald. *ex communibus ducta sermonibus* ed. Os. *Sensus communis* facultas iudicii, qua *communiter* pollent homines et quae insita est indoli hominum non penitus obtusorum, ita ut non opus habeas, argumentationem more philosophorum derivare et deducere a syllogismis, *the common sense, le sens commun, gesunder Menschenverstand; Schulz.* Ciceroni dicitur naturalis facultas intelligendi, iudicandi et quod bonum rectumque sit cognoscendi; *Ern.* clav. Cic. Sed Spalding. ad Quintil. 1, 2, 20. haec annotavit: „Haec animi facultas aetate Augusti demum ita appellari coepit. Cicero fere semper aliquid adiungit, unde pro vario nexu disputationis variam locutioni significationem tribuas: sed ubivis (v. c. de or. 1, 3. 2, 16. p. Planc. 13. 14.) intelligit id, quod omnes homines sentiunt, τὰς κοινὰς ἐννοίας, sive in veritate rerum iudicanda, sive in honestate. Interdum pro eo est *communis prudentia, opinio, mens:* (de fin. 4, 27. off. 2, 10. de or. 3, 29.) etiam *communes sensus* plur. num. dicuntur de or. 3, 50. et inpr. Cluent. 6. plane pro κοιναῖς ἐννοίαις. Scriptores tamen sub Augusto eoque recentiores absolute usurpant, ut Hor. Sat. 1, 3, 66. Phaedr. 1, 7. Iuven. 8, 73. et Seneca. *Sensus communis* his est notitia eorum, quae nosse et sentire homines solent; prudentia, qualis in quovis homine, modo inter homines versatus fuerit eorumque mores et instituta cognoverit, exspectari debeat, sed potissimum qualis in usu hominum familiari est necessaria. Orta sane appellatio a *communione* talis sensus inter homines, sed quae sensim in

prudentiae totius significationem abierit, ut posset haec de ea ludere Voltarius: *le sens commun n'est pas si commun.*"

7. *Ad hos permovendos mutuabimur a Peripateticis aptos — locos. Dabunt* cet. MSS. Vat. 1518. 1862. ed. Brot. Seeb. Dr. Os. Or. sed *mutuabimus* in MSS. iisdem et ed. Dr. *ad hos promovendos mutuabimus aliquid Peripateticis: aptos — locos dabunt: Acad.* cet. ed. pr. *mutuabimus aliquid a Peripateticis: hi aptos — dabunt, Academici* cet. ed. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. et cet. paene omnes, nisi quod *mutuabimur* substitutum in Rhen. 2. 3. et rec. „Recte: nam *mutuare* quidem dixit Caecilius teste Nonio. Sed desunt exempla et suspecta sunt propter scripturae varietatem, quae afferuntur e Sen. ep. 72. et Vat. Max. 3, 4, 2." *Os. mutuabimus aliquid a Peripateticis. Aptos et in omnem — locos dabunt Academici, Stoici pugnacitatem* cet. coni. Rud. Agric. quod valde placebat Lipsio. At illi vehementer falluntur: nam nec *loci* Peripateticis, nec Academicis *pugnacitas* auferenda; *Gron. aliquid,* quod in edd. vet. insertum est, glossam redolet. — *aptos et in omnem disputationem paratos iam locos:* „nam *loci* seu τόποι sunt quasi sedes fontesque, e quibus argumenta promuntur: haec vero disciplina inveniendorum argumentorum, ab Aristotele, auctore Peripateticorum, inventa, continetur octo eius libris, quos *Topicorum* nomine inscripsit, et quorum velut compendium dedit Cicero Topicis suis." *Schulz.* Cf. Plut. Sympos. I. p. 616. Cic. Top. c. 1. de or. 1, 31. 2, 87. et or. c. 14. ubi: *Quaestio*, inquit, *a propriis personis et temporibus ad universi generis orationem traducta, appellatur thesis. In hac Aristoteles adolescentes, non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum in utramque partem, ut ornatius et uberius dici posset, exercuit: idemque locos, (sic enim appellat) quasi argumentorum notas, tradidit, unde omnis in utramque partem traheretur oratio. — Academici pugnacitatem:* nam Academiae morem fuisse, *in utramque partem disserere et adversari semper omnibus in disputando*, dicunt Quintil. 12, 12. et Cic. de or. 1, 18. Academici *veteres* erant Plato, Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crantor et Crates; *medii* Arcesilaus, Lacydes, Damophanes, Ecdemus; *novi* Carneades, Clitomachus, Philo, Antiochus, Aristo Chius. Medii et novi erant Sceptici, non Pyrrhonii) qui contendebant, probabile, εὔλογον, quidem aliquid esse et videri posse, non verum et certum, quod sciri, comprehendi et decerni queat; adeoque sapientis esse ἐπέχειν. — *Plato altitudinem:* nam Platonis oratio poetica potius, quam pedestris. Conf. quos Schulz. iam laudavit, Plin. ep. 1, 10. Cic. or. 20. Quintil. 10, 1, 81. ubi v. Spald. Idem Sch. coni. *latitudinem*, quia Plin. l. l. dixit, ab Euphrate philos. *Platonicam illam sublimitatem et latitudinem effingi.* Sed *altitudo* est id. qd. *sublimitas;* et de *latitudine* vel *lata oratione* v. ad H. 1, 1, 3. Catanaei autem observatio non est inelegans, *latitudinem*, πλάτος, tribui Platoni cum respectu ad etymon nominis; *Gesner.* ad *Plin.* — *Xenophon iucunditatem:* cui Quintil. 10, 1, 33. et 82. tribuit *iucunditatem inaffectatam, sed quam nulla possit affectatio consequi, ut eius ore Musas ipsae locutas existimaverit Cicero et ipsae finxisse sermonem Gratiae videantur; Schulz. — Epicuri et Metrodori honestas quasdam exclamationes*, breves et raras sententias; *Ern.* Fortasse Epicurus, quippe illiteratus et inexercitatus in dicendo, inopia ingenii saepius ad *exclamationes* confugiebat; *Schulz.* coll. Cic. Brut. c. 35. et quaest. Tusc. 2, 3. „Equidem semper per *honestas exclamationes* Epicuri intellexi fortes quasdam γνώμας eius, cuiusmodi aliquot leguntur ap. Cic. de fin. 2. §. 89. 94. 96. in tota epist. ad Hermarchum ib. §. 96. ap. Sen. de otio sap. T. I. 582. ed. Gron. in Sen. ep. 66. et al." *Orel.* p. LXVIII. „*Exclamationes* illas ἀνακραυγάσματα ἱερὰ appellabat Epicurus iisque saepissime utebatur. Exempla suppeditat Diog. Laert. in vita Epicuri lib. X. Cf. ibi

Casaub. notae c. 5." *Brot.* *Metrodorus*, non Scepsius, (v. Cic. Tusc. 24. de or. 1, 11. 2, 88. Plin. 7, 27. 35, 11.) neque Chius, (Cic. Aca 4, 22.) sed Atheniensis, Epicuri discipulus et *Sapiens* ab eo appellatı v. Cic. Tusc. 2, 3. de fin. 2, 3. Menag. ad Laert. 10, 22. *Metheodori* e pr. — *poscit:* immo *poscet;* *Huet.* et *Brot.* Utrumque bene dicitur.

8. *Neque enim sapientem informamus*, philosophum, (v. ad Agr. n. 3.) qui arroganter despicit grammaticen, musicen et reliquas omn disciplinas suamque colit ut summam et divinam, *neque* e. g. *Stoicoru civitatem* vel coloniam constituere volumus, qui, sua sapientia conten negligunt ceterarum disciplinarum ambitum et eloquentiae minus indı gent; *Schulz.* coll. Cic. Brut. 31. et Quintil. 10, 1, 84. „Legendum v detur *neque enim sapientem informamus Stoicorum*, *neque Platonis civit tem.* Continuatur imitatio Cic. de or. 1. §. 224." *Orell.* — *sed eum*, q *non quasdam artes haurire, sed omnes liberaliter debet*, h. e. non exac et omnino, sed mediocriter, ut ne rudis sit; *Ern.* *Liberaliter*, ut a Quintil. 1, 2, 2. *liberalius tempora sua impendere uni*, i. e. largiori ope et studio, ut scil. non veloci pede transcurrat, sed immoretur ii *Schulz.* *qui quasdam artes audire, omnes l. d.* ed. pr. *qui non quasda artes audire, omnes* edd. Put. Riv. Ber. Rhen. Ald. Lips. *artes hauri* scripsere Heum. Sch. Ob. et alii ex emend. Lipsii, qui etiam *art adire, sed omnes liberales d.* coniecit. *qui non quasdam artes adire*, *omn* (pro *sed omnes*, de quo v. ad Ann. 3, 19.) *liberaliter d.* malebat Os. *a tes adire, sed omnes liberaliter audire* Schurzfl. *artes audire, sed per omn liberales ire debet* (ut c. 30. *per omnes eloquentiae numeros isse*) Schultin *artes libare, sed omnes haurire liberaliter debet* Acid. *non quasdam art haurire, sed omnes libare debet* Weik. coll. Cic. de or. 1, 50. (*est bo oratoris, multa — libasse*) et de inv. 2, 2. (*ex variis ingeniis excellenti sima libavimus*) Hoc ceteris praeferendum. „Sic *haurire* c. 28. 30. *libare* aliquoties ap. Cic. pro *delibare, degustare.* Recte autem sibi o ponuntur verba *haurire* et *libare.*" *Orel.* Cf. ad Agr. 4. n. 6. Sed ve lectio videtur esse: *non quasdam artes haurire, sed omnes libare obit debet.*

9. *Ideoque:* in ed. Put. et Riv. *deoque.* — *iuris civilis scientiam.* ad cap. 30. n. 2. — *comprehendebant*, intelligebant, ut ap. Cic. de or. 18. et 23. Praeter alias scientias tractabant; *Ern.* — *grammatica, musi et geometria imbuebantur* Rhen. 2. 3. Ald. et rec. *grammaticae*, *musica et geometricae i.* ed. pr. Put. Ber. Rhen. 1. De re ipsa v. ad c. 2. n. et ad c. 30. n. 2. — *Incidunt causae plurimae*, cf. ad H. 3, 51, 2. *iuris* civilis. *viris* ed. pr. — *pleraeque* Rhen. 2. 3. Ald. et rec. *pleriq* ed. pr. *plerisque* Put. Ber. Rhen. 1. *pluresque* coni. Schurzfl. Sed v. a Ann. 3, 28. — *haec quoque scientia* (sc. grammaticae, musicae et ge metriae) *requiritur* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. Seeb. Dr. Os. O *hae quoque scientiae requiruntur* Rhen. 2. 3. Ald. et rel. „Singularis nı merus optime locum suum hic tuetur: nam complectitur omnes sim partes τῆς ἐγκυκλίου παιδείας sive ἀγωγῆς. *Scientiae* autem num. plur. i fimae est Latinitatis." *Orel.* *harum quoque scientia requiritur* coni. Schurzl

CAPUT XXXII.

Nec quisquam respondeat, sufficere, ut ad tempus simple quiddam et uniforme doceamur. Primum enim aliter utimu propriis, aliter commodatis; longeque interesse manifestum es possideat quis, quae profert, an mutuetur. Deinde ipsa mu tarum artium scientia etiam aliud agentes nos ornat atque, ul minime credas, eminet et excellit; idque non doctus modo e

pru

prudens auditor, sed etiam populus intelligit ac statim ita laude prosequitur, ut legitime studuisse, ut per omnes eloquentiae numeros isse, ut denique oratorem etiam fateatur: quem non posse aliter exsistere nec exstitisse unquam confirmo, nisi eum, qui, tanquam in aciem omnibus armis instructus, sic in forum omnibus artibus armatus exierit. Quod adeo negligitur ab horum temporum disertis, ut in actionibus eorum faex quoque quotidiani sermonis, foeda ac pudenda vitia deprehendantur; ut ignorent leges, non teneant senatus consulta, ius civitatis ultro derideant, sapientiae vero studium et praecepta prudentium penitus reformident, in paucissimos sensus et angustas sententias detrudant eloquentiam, velut expulsam regno suo; ut, quae olim omnium artium domina pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumcisa et amputata, sine apparatu, sine honore, paene dixerim sine ingenuitate, quasi una ex sordidissimis artificiis discatur. Ergo hanc primam et praecipuam causam arbitror, cur tantum ab eloquentia antiquorum oratorum recesserimus. Si testes desiderantur, quos potiores nominabo, quam apud Graecos Demosthenem? quem studiosissimum Platonis auditorem fuisse memoriae proditum est. Et Cicero his, ut opinor, verbis: *quicquid in eloquentia effecerit, id se non rhetorum, sed Academiae spatiis consecutum.* Sunt aliae causae, magnae et graves, quas a vobis aperiri aequum est, quoniam quidem ego iam meum munus explevi et, quod mihi in consuetudine est, satis multos offendi, quos, si forte hoc audierint, certum habeo dicturos, me, dum iuris et philosophiae scientiam tanquam oratori necessariam laudo, ineptiis meis plausisse.

1. *sufficere, ut ad tempus* (v. ad Ann. 1, 1, 2.) *simplex quiddam et uniforme doceamur*, ut una tantum arte, rhetorica, instituamur neque plurium disciplinarum varietate studiorumque ambage obruamur; *Schulz.* Ut, si causa tempusque inciderit, in quibus opus sit aliqua particula artis, eam tum partem cognoscere studeamus et e libris vel ab iis, qui artem hanc profitentur, petamus; *Ern. sufficere* ed. Pith. Brot. Seeb. Dr. Os. Or. non improb. Gron. *sufficeret* ed. pr. *sufficit* ed. Put. Riv. Ber. Rhen. et rel. *quidam* pro *quiddam* ed. Put. et Riv. *uniforme* ed. pr. Lips. et rec. *informe* Put. Ber. Rhen. tres, Ald. Pith. *doceamur* edd. Lips. et rec. ut c. Farn. v. ad c. 1. n. 3. *doceamus* edd. vet. — *Primum enim* Rhen. 2. 3. et rec. *P. autem* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *Autem* interdum poni pro *enim*, observat Scheff. ad Petron. fragm. p. 219. idemque testatur Brisson. de ICtis; *Dr.* Cf. Handii Tursell. I. p. 573.; *Or.* — *possideat quis*, totus habitet in iis, accurate ea teneat; *Schulz. Possidere* h. l. dicitur, qui dictiones et sententias sibi familiares, proprias et suas fecit easque *profert*, ex animo suo promit, *ἐκ τοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐκβάλλει* Matth. 12, 35. Est id. qd. *uti propriis*, ut contr. *uti commodatis* et *mutuari.*

2. *Deinde ipsa multarum artium scientia etiam aliud agentes nos ornat*, ut ap. Quintil. 1, 10, 7. *Oratio pluribus artibus eget: quae etiam, quum se non ostendunt in dicendo nec proferunt, vim tamen occultam suggerunt et tacite quoque sentiuntur; Schulz.* Utinam id sibi inculcarent, quibus adhuc tempus et occasio est, ingenium suum vario modo exco-

lendi; *Weik.* *aliud agentes*, v. ad Agr. 43. n. 2. — *ut legitime studuisse*, v. ad cap. 21. n. 7. *ut legitime* Rhen. tres et seq. *aut leg.* edd. Spir. Put. Riv. Ber. — *per omnes eloquentiae numeros isse*, omnes partes, omnem ambitum eius complexum esse seu penetrasse, ut c. 19. *itinera eloquentiae*, Quintil. 1, 7. 7, 1, 64. 10, 5, 21. *ire per disciplinas*, *partes*, *materias*, et l. VIII. prooem. *rationem inveniendi per omnes numeros penitus cognoscere*; *Schulz.* Cf. nota 4. *Numeri* interdum, v. c. Cic. Verr. 2. 69. fin. 4, 20. ad div. 1, 13. Ovid. Met. 1, 427. 7, 126., dicuntur pro partibus et earum numero, qui requiritur, ut perfecta res sit: unde *omnibus numeris absolutum esse*, *omnes numeros habere* et *numeri* pro cohortibus, legionis partibus; *Ern.* clav. Cic. Cf. ad cap. 1. n. 4. *esse* pro *isse* ed. pr. — *ut denique* ed. Rhen. 2. 3. Ald. et rec. *et ut denique* ed. pr. Put. Ber. Rhen. 1. „*Ut* ubi ter iteratur, ultimo loco copulam respuit, ut ap. Cic. Acad. 2, 16, 50. non ubi bis ponitur, ut ap. Cic. de leg. 1, 19, 50. Noli vero copulae usum defendere ex Plauti Amph. prol. init." *Os.* Pro *etiam* Muretus coni. *esse*, (quod recepit Or.) et *esse eum* Sch. *esse denique o. eum f.* Schurzfl. — *quem non posse aliter exsistere*, excellere, eminere; *Schulz.* Cf. cap. 16. 35 pr. 37. et ad H. 3, 29, 5. — *instructus*, *sic in forum* edd. Rhen. 2. 3. Ald. Lips. et rec. *instr. sit. in forum* primae edd. *instructus*, *si* ed. Gryph.

3. *Quod adeo negligitur ab horum temporum disertis*, *ut in actionibus eorum* (v. ad Ann. 13, 26.) *faex quoque quotidiani — deprehendantur* edd. rec. ex emend. ingeniosa Rhen. *negligere* ed. pr. *negligitur* Put et rel. *ab horum ipsorum disertis* Spir.. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *vis quoque* MSS. Vat. ed. pr. et Or. *vix quoque* Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *fa* Rhen. 2. 3. et paene omnes. „Sed *faex* scribendum ex monumm. auti *Vix* vero et *faex* facile confunduntur. De permutatione literarum *i* e *ae* media aetate solita v. Heinrich. ad Cic. p. Tullio p. 77." *Dr.* „Qua monumenta illa sint, ignoro. Scripturam tamen *faex* commendant Priscianus et Apuleius de diphthongis 17. p. 137. ubi vide a nobis annotata." *Os.* *Faex*, ut *sordes*, infima plebis pars eiusque dicendi genu unde et *de faece* (oratorum) *haurire* dixit Cic. Brut. 69. Ellipsis copul frequens est, ut h. l. ante *foeda*. v. Ind. III. v. *Asyndeta* et ad Ann. 1 9. Cf. Heinrich. ad Cic. p. Scauro p. 29. et ind. p. 103.; *Dr.* *faex* quoque *q. s. foedo ac pudendo vitio deprehendatur* coni. Acid. *vix quoque* quotidiani *sermonis* (sermones), *saepius foeda ac p. v. deprehendantur* Schurz *ut in a. e. foeda quoque quot. s. ac p. v. d.* Heum. *ut in a. e. vitia* quoque et *quaeque quot. s. foeda ac pudenda d.* Schulz. „Malim *ut in a. ubique quot. s. foeda ac p. v. d.* Sic vitabitur et asyndeton et ingrat iste concursus *quoque quo.* Ex UBIQUE facile nasci potuit UISQUOQU quum *que* et *quoque* saepissime confundantur." *Orel.* Haec coniectu ceteris praeferenda. *quotidiani sermonis*, vel familiaris, vel, ut h. vulgaris, humilis, plebeii; *Sch.* Lege, quae Quintil. 12, 10, 40 sq. 11, 1, 6. de eo dixit; *Dr.* — *non teneant SCta*, quae inde a Tiberii te poribus vim legum obtinebant, *ius civitatis derideant*, non iura et co moda civitatis Romanae, sed ius civile seu forense; *Schulz.* Immo i *civitatis* proprio et vulgari sensu h. l. dictum est. Quae iura illud co plectatur, docent compendia Antiq. Rom. „Breviter, sed perspicue H bold. in Epicrisi operis Heineccian p. 925." *G. Jacob.* laudatus a Dr kio p. 248. *non tenent* ed. Riv. *sapientiae studium*, v. ad Agr. 2. n — *et praecepta prudentium*, h. e. iuris peritorum, alias *responsa*, Ger *die Urthel:* nam potestas de iure respondendi libera re publica omni iuris peritis, sed ab Augusto nonnullis tantum data est, et ab eo si iniunctum iudicibus officium, ne ab eorum sententiis unquam rece rent: unde etiam responsa haec scripto data et signata necessitasque cognoscendi orta, quem tamen laborem *reformidabant*, subterfugieba

(ut ap. Quintil. 1, 1, 20.) illi actores; *Schulz.* Cf. ad cap. 1. n. 2. *penitus*, cf. Ind. II. — *in paucissimos sensus et angustas sententias*, *ἐννοίας*, *νοήματα*, *pensées*; *Ern.* Verterim: *in eine ärmliche Anzahl von Sätzen und dürftigen Gedanken hineinzwängen*; *Schulz.* v. ad cap. 20. n. 3. et conf. loca Ciceronis a Schelio laudata de or. 1. §. 46. *A philosophis oratorem excludi ab omni doctrina rerumque maiorum scientia, ac tantum in iudicia et conciunculas, tanquam in aliquod pistrinum, detrudi et compingi videbam*, et de or. 3. §. 124. *quantis ex angustiis oratorem educere ausus es et in maiorum suorum regno collocare.* — *regno suo* ed. pr. Put. Riv. Ber. Lips. Pith. et rec. *suo* omisere Rhen. tres, Ald. Franc. Col. — *domina* edd. Put. Riv. et deinde omnes. *dicūt* ed. pr. in quo aeque *princeps* (ut Ann. 11, 6.) et *dux* latere potest; *Or.* Lipsius tamen non aliud enotavit e c. Farn. — *pulcherrimo comitatu* sc. reliquarum artium, quae veluti famulabantur eloquentiae; *Sch.* — *pectora implebat*, v. ad c. 31. n. 1. — *circumcisa et amputata*: „Agricolarum est *circumcidere* et *amputare* vitem et ramos arborum. Ita haec verba coniunxit Cic. de fin. 5, 14, 39. De iis et similibus v. Sarpe quaest. philol. c. 1. ad Quintil. 10, 1, 104. p. 243. ed. Frotsch." *Dr.* — *sine apparatu*, ornatu. Sic ap. Cic. Brut. 76 pr. et de or. 1, 53. ut *apparata oratio* et *verba* et *apparatio* ap. Cic. ad Heren. 1, 7. et 8. — *sine ingenuitate*, ut vix digna habeatur homine libero et ingenuo, *quasi una ex sordidissimis artificiis*, pro *unum ex artificiis* vel *una ex artibus*; *Schulz.* De *ingenuitate* et *sordidis artificiis* v. ad Agr. 4. n. 4. — *Ergo* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. et plurimae. *Ego* Vat. 1862. Rhen. 2. 3. Ald. Franc. Col. Pith. Brot. Bip. Dr. Os. Or. Non bene: nam *ergo* est clausula disputationis ac demonstrationis; *Ern.* — *arbitror*: in ed. pr. *arbitratur.* Hinc *arbitratus sum* coni. *Os.* — *Demosthenem — fuisse*: „cf. Cic. Brut. 31. or. 4, 15. Plut. vit. Demosth." *Dr.*

4. *Et Cicero his, ut opinor, verbis* intell. testatur, profitetur; *Ern. ait*, *se* pro *id se* leg. censebant Ursin. Mur. Sch. et *id se, ait* Rauchenst. *refert* ex MSS. Vat. ante *verbis* inseruere Brot. Bip. Bekk. Dr. Os. Or. ut et Oberl. qui codices sequendos esse dicit. Recte, sed antiquiores; cautius recentiores, quibus glossae passim inculcatae. „Omissio horum verborum usitatissima est huius aetatis scriptoribus: unde nihil addi opus." *Fr. Aug. Wolf.* miscell. p. 159. 160. Cf. Ind. III. v. *Ellipsis Verborum.* Ceterum iam alii laudarunt Cic. or. 3. §. 12. (ubi verba non plane eadem reperiuntur) et Quintil. 12, 2, 23. ubi cf. Spald. De *Academia* v. ad c. 31. n. 7. *non rhetorum, sed Academiae spatiis*, proprie iis locis, quibus *ambulare solebant*, ut ap. Cic. de or. 1, 7. Cf. Schütz. Lex. Cic. Dictio petita a re circensi, ubi locus currendo destinatus dicitur *spatium*; *Schulz.* Similiter *orationum spatia* et *eloquentiae itinera* c. 19. *iter defensionis ingredi* ap. Plin. ep. 4, 9, 7. (ubi Schaeferus multa e Graecis Latinisque exempla laudavit; *G. Jacob.* in ed. Dronk. p. 247. 248.) *spatium vitae extremum* Iuvenal. 10, 358. *meta vitae, aevi, mortis*, *θανάτου τέλος*, *βιότοιο τελευτή*, *τέκμαρ*, *νύσσα*, *δραμεῖν ποτὶ στάθμον* Pind. Nem. 6, 13. et similia. Cf. nota 2. *non in rhetorum — spatiis* c. scribi volebant Acid. et Heum. Sed v. Ind. III. v. *Ellipsis Praepositt.* et ad H. 3, 19, 2. *spatiis* edd. Riv. Lips. et rec. ut et c. Farn. Cf. ad c. 1. n. 3. *spatia* ed. pr. et Put. *spacio* Ber. Rhen. 1. *spactio* Rhen. 2. 3. Ald. Franc. Col. „Sed semper numero plur. dicuntur *spatia Academiae*, ut ap. Cic. or. 3, 12. de fin. 5, 1, 1. et al." *Dr.* — *a vobis aperiri* edd. Rhen. 2. 3. Ald. et rec. paene omnes. *vobis aperiri* MSS. Vat. ed. pr. Put. Rhen. 1. Dr. Os. Id h. l. nimis ambiguum; *Or.* — *iam meum munus*: in ed. pr. *tam m. m.* — *quod in consuetudine est* edd. pr. Put. Ber. Rhen. tres, Franc. Col. Dr. Os. „Sic *in timore, in opinione, in spe esse* et similia dicuntur. v. Joh. Vorst. de Latin. falso suspecta p. 48 sq. et

Ruhnk. ad Rutil. p. 74. a." *Dr.* Conf. ad cap. 18. n. 3. *quod mihi in consuetudine est* edd. Lips. et rel. e c. Farn. v. ad c. 1. n. 3. — *quos, si forte hoc audirent, certum habeo dicturos* edd. Pith. Dr. Os. Or. *quod si forte* cet. ed. pr. *qui si forte* edd. Put. Rhen. et cet. *audient* dedit Heum. *audierint* in marg. edd. Lips. a. 1600 sq. Recte; *Brot.* et *Or.* — *dum — laudo:* „ita *dum* cum Indicat. Praes. etiam in obliqua oratione construitur. v. Heind. ad Hor. Sat. 1, 5, 72. et de constructione huius coniunct. Heinrich. ad Cic. or. pro Tullio §. 12. p. 75 sq. qui etiam in Addendis ad Cic. oratt. partes ineditas p. XXIII. monuit, in hac re, ut in aliis multis, congruere cum Tacito auctorem Dialogi." *Dr.* Cf. ad Ann. 12, 68, 1. *orator* pro *oratori* ed. Put. et Riv. — *ineptiis meis plausisse,* studiis frivolis et minutis, Germ. *meinem Steckenpferde; Schulz. Ineptiae,* ut ap. Cic. de or. 3, 49., res minutae, non dignae alicuius persona; *Ern.* clav. Cic. Sic et *nugae* aliaque. *plausisse* edd. Lips. Pith. et rec. *placuisse* edd. pr. Put. Ber. Rhen. tres, Ald. Franc. Col.

CAPUT XXXIII.

Et Maternus, Mihi quidem, inquit, susceptum a te munus adeo peregisse nondum videris, ut inchoasse tantum et velut vestigia ac lineamenta quaedam ostendisse videaris. Nam quibus instrui veteres oratores soliti sint dixisti, differentiamque nostrae desidiae et inscientiae adversus acerrima et fecundissima eorum studia demonstrasti: cetera exspecto, ut, quemadmodum ex te didici, quid aut illi scirent, aut nos nesciamus, ita hoc quoque cognoscam, quibus exercitationibus iuvenes iam et forum ingressuri confirmare et alere ingenia sua soliti sint. Neque enim arte et scientia, sed longe magis facultate eloquentiam contineri, nec tu, puto, abnues, et hi significare vultu videntur.

Deinde, quum Aper et Secundus idem annuissent, Messala, quasi rursus incipiens: Quoniam initia et semina veteris eloquentiae satis demonstrasse videor docendo, quibus artibus antiqui oratores institui erudirique soliti sint, persequar nunc exercitationem eorum, quanquam ipsis artibus inest exercitatio nec quisquam percipere tot reconditas aut tam varias res potest, nisi ut scientiae meditatio, meditationi facultas, facultati vis eloquentiae accedat. Per quae colligitur, eandem esse rationem et percipiendi, quae proferas, et proferendi, quae perceperis. Sed si cui obscuriora haec videntur isque scientiam ab exercitatione separat, id certe concedet, instructum et plenum his artibus animum longe paratiorem ad eas exercitationes venturum, quae propriae circa oratoriam videntur.

1. *inchoasse* ed. pr. Ald. et rec. *incohasse* Put. Ber. Rhen. Dr. Os. Eadem scriptura, ut et *incoare,* reperitur in monumm. antt. et multis veterum scriptorum, maxime huius aevi, codd. MSS. eamque praeferunt Diomedes l. 1. p. 362. (*Inchoo dicendum putat Iulius Modestus, quia sit compositum a Chao. At Verrius Flaccus in poster. syll. aspirandum probavit. Cohum enim apud veteres mundum significat: inde tractum incohare.*) Schurzfl. ad h. l. Casaub. et Oudend. ad Suet. in Caes. 46. in Aug. 17. 92. 97. Chishull. ad monum. Ancyr. p. 194. Drak. ad Liv.

29, 23. Servius et alii. Cf. ad G. 11. n. 4. et c. 30. n. 1. Scripturae vulg. favent Festus, codd. optimi, inscr. Grut. et Schulz. ad h. l. v. Maius ad Frontonem p. 155. ed. Rom.; Or. — *vestigia ac lineamenta quaedam*, v. ad Agr. 34. n. 5. *Lineamenta*, ut *lineae*, proprie de pictura et ore, unde *primas lineas ducere*, *facere* cet. *liniamenta* ed. pr. Ber. Rhen. tres, Franc. *linimenta* Put. Riv.

2. *Nam quibus* (sc. artibus s. studiis) *instrui veteres oratores soliti sunt*, *dixisti* cap. 30. 31. 32. *soliti sunt* ed. pr. Put. Ber. Rhen. 1. Dr. Os. „De hac constructione multi dixerunt: unus legatur prae omnibus Zumpt. Gram. §. 553. ed. V." *Dr.* *soliti sint* c. Farn. edd. Rhen. 2. Ald. Lips. et rel. — *differentiam desidiae et inscientiae adversus ac. et fec. e. studia*, v. ad G. 16. n. 4. Agr. 4. n. 6. *inscientiae* Rhen. 2. 3. et rec. *scientiae* ed. pr. Put. Ber. Rhen. 1. *Adversus* h. l. in comparatione pro *ad*, seu pro *desidiae cum studiis eorum comparatae*; *Sch.* Immo *adversus* h. l. referendum ad locum, ut significet *regione*; *Dr.* Illa ratio praeferenda. — *cetera exspecto*, ceterum exspecto. v. ad Ann. 6, 15. *c. excepto, ut, q. ex te dici* ed. pr. — *quid ut illi scirent, aut nos nesciamus:* Schurzfl. Ern. Heum. Or. legendum mutabant *scierint*, (ut paulo ante et post *soliti sint*) et Ern. *nesciremus*. sed nihil mutandum. *quid* Rhen. 2. 3. et rec. *qd'* ed. pr. *quod* Put. Ber. Rhen. 1. — *iuvenes iam* (qui iam iuvenes sunt) *et forum ingressuri* edd. et. et rec. paene omnes. *iuvenes et iam f. i.* coni. Ern. Copulam delere Sch. Ob. Bekk. Lün. Dr. Os. „Rectissime *iam et forum*; est scilicet: post rhetorum scholas tandem etiam ipsum forum ingressuri." *Orel.* Vera videtur haec lectio. Exposuerat enim, quibus artibus oratores, cum iam valerent eloquentia, instructi esse debuerint. Reliquum erat, t diceretur, quid iidem futuri oratores iam iuvenes fecerint neque adsc forum ingressi." *Rauchenst.* *forum ingressuri*, v. ad Ann. 3, 29. et inf. c. 34. *ingressuri* Vat. 1862. ed. Ern. et rec. *ingressi* omnes edd. ante Ern. Illud rectius esse ex cap. seq. patet; *Dr.* — *confirmare:* in . pr. *cum firmare*. In eadem paulo post ante *arte* legitur *dum*, in quo tum latere suspicatur Dr. „Egregia coniectura. Exspectasses quidem scriptum *arte sola et scientia:* sed *solum* passim adiectivi loco ponitur. Goerenz. ad Cic. de fin. 1, 13, 44." *Os.* — *facultate eloquentiam conferi* Rhen. 2. 3. et rec. Cf. ad H. 3, 86, 4. *facultate et eloquentia* c. imae edd. *facultate et meditatione eloquentiam* c. coni. Agric. et Lips. t. *et usu eloquentiam* c. Tyrwhit. prob. Dr. et Or. „Puto excidisse *et* t: nam *facultas* ad perfectionem sufficere non videtur, et ducor membrum concinnitate: *arte et scientia — facultate et usu.* Eodem ducit sententiarum nexus. Est enim sermo de exercitationibus." *Rauchenst.* *cultas* Germ. *Uebung*, *Geübtheit*, *Fertigkeit*; *Weik.* *facultate*, sc. dicendi, quae usu et exercitatione comparatur, ut paulo post et ap. Quin. 2, 2, 11. et 2, 4., *Fähigkeit öffentlich zu reden*; *Schulz.* „Sic ab nio Pollione egregie dictum: *Commode agendo factum est, ut saepe rem: saepe agendo, ut minus commode; quia scilicet assiduitate nimia ilitas magis quam facultas, nec fiducia, sed temeritas paratur. Facultas* que extemporalis dicendi *facilitas* est ap. Quintil. 2, 4." *Brot.* — *hi* pr. Rhen. 2. 3. et rec. Abest ab ed. Put. Ber. Rhen. 1.

3. *quum Aper et Secundus idem annuissent*, v. ad Ann. 15, 58. *um Aper quoque et S.* MSS. Vat. ed. Brot. Dr. Os. Or. Sed *quoque* est glossis, quibus scatent illi codices. — *Messala* sc. ait, inquit. Cf. ad . 4. n. 1. — *videor:* in ed. pr. *videtur*. — *persequar nunc exercitationes eorum* edd. vet. et rec. ante Brot. nisi quod *persequor* ed. pr. et Os. ad cap. 39. n. 1. *exercitationes* MSS. Vat. edd. Brot. Ob. Bekk. Lün. Os. Or. „Non est necesse: nam et Singularis sequitur. Usitatior tamen Pluralis, qui et in fine capitis est." *Ern.* — *tot reconditas aut tam*

varias res e corr. Put. *tot aut recond. tam varias* ed. pr. *ac tam varias* dedit Heum. — *nisi ut scientiae meditatio — accedat* omnes edd. ante Heum. „Sed frustra *nisi ut* locis Plin, ep. 2, 11. aliisque defendere conatus est Wopkens. obss. misc. 7, 3. p. 403. Desiderantur enim exempla, quibus in altero membro post *nisi ut* novum subiectum infertur. Scriptum olim videtur *nisimul* et leg. *nisi simul.*" *Os.* *nisi et* coni. Huet. et *nisi ubi* Orel. *ut* vero expunxere Heum. Sch. Dr. *Meditatio* h. l. praeparatio. Ita *meditatio* Cic. Phil. 9, 1. et *meditari* Cic. Catil. 1, 10. or. 1, 32. 61. ad div. 2, 2. 5, 2. Virg. Aen. 10, 455. quae loca iam laudavit Ern. clav. Cic. Sic declamandi studium, quo futurus orator ad veras causas praeparari solebat hoc aevo, Quintil. 2, 10, 2. *dicendi meditatio* dicitur; *Schulz.* — *facultati vis eloquentiae accedat:* „concinnius aptiusque est *usus eloquentiae,* quod coniecit Acid. atque receperunt Heum. et Sch." *Dr.* Cf. nota 2.

4. *longe paratiorem* edd. Lips. et rec. e c. Farn. v. ad c. 1. n. 3. *l. paratum* edd. vet. — *quae propriae circa oratoriam videntur* edd. vet. nisi quod *oratorium* est in ed. pr. *propriae esse oratorum* coni. Agric. *propriae oratorum* (ut ap. Cic. Brut. §. 82. 323.) Brot. *quae proprie circa oratoriam versantur* Orel. *propriae circo oratorio* Lips. quia *circus* pugnis et exercitiis destinatus. *pr. circo oratorum* ed. Heum. e coni. Schel. *quae propriae curae oratorum videntur* Ern. idque receperunt Bip. Sch. Ob. Bekk. Lün. Dr.

CAPUT XXXIV.

Ergo apud maiores nostros iuvenis ille, qui foro et eloquentiae parabatur, imbutus iam domestica disciplina, refertus honestis studiis, deducebatur a patre vel a propinquis ad eum oratorem, qui principem locum in civitate tenebat. Hunc sectari, hunc prosequi, huius omnibus dictionibus interesse sive in iudiciis sive in concionibus assuescebat, ita ut altercationes quoque excipere et iurgiis interesse, utque sic dixerim, pugnare in proelio disceret. Magnus ex hoc usus, multum constantiae, plurimum iudicii iuvenibus statim contingebat, in media luce studentibus atque inter ipsa discrimina, ubi nemo impune stulte aliquid aut contrarie dicit, quo minus et iudex respuat, et adversarius exprobret, ipsi denique advocati aspernentur. Igitur vera statim et incorrupta eloquentia imbuebantur et, quanquam unum sequerentur, tamen omnes eiusdem aetatis patronos in plurimis et causis et iudiciis cognoscebant, habebantque ipsius populi diversissimarum aurium copiam, ex qua facile deprehenderent, quid in quoque vel probaretur vel displiceret. Ita nec praeceptor deerat, optimus quidem et electissimus, qui faciem eloquentiae, non imaginem praestaret, nec adversarii et aemuli, ferro, non rudibus dimicantes; sed auditorium semper plenum, semper novum, ex invidis et faventibus, ut nec bene dicta dissimularentur. Scitis enim, magnam illam et duraturam eloquentiae famam non minus in diversis subselliis parari quam suis, quin immo constantius surgere ibi, fidelius corroborari. Atque hercule sub eiusmodi praeceptionibus iuvenis ille, de quo loquimur, oratorum discipulus, fori auditor, sectator iudiciorum, eruditus et assuefactus

alienis experimentis, cui quotidie audienti notae leges, non novi iudicum vultus, frequens in oculis consuetudo concionum, saepe cognitae populi aures, sive accusationem susceperat sive defensionem, solus statim et unus cuicunque causae par erat. Nonodecimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem, uno et vigesimo Caesar Dolabellam, altero et vigesimo Asinius Pollio C. Catonem, non multo aetate antecedens Calvus Vatinium iis orationibus insecuti sunt, quas hodieque cum admiratione legimus.

1. *imbutus iam domestica disciplina*, v. ad cap. 2. n. 3. — *deducebatur a patre vel a propinquis ad oratorem* virumve primarium, cui erudiendus tradebatur aut certe commendabatur, ut ex eius consuetudine proficere et ab eo discere posset. Ita Ern. clav. Cic. et Schulz. ad h. l., coll. Cic. Brut. §. 238. p. Coel. 4. de amic. 1. Quintil. 10, 5, 19. „Adi Spald. ad Quintil. VI. prooem. 3. et 12, 11, 5." *Dr.* *deducebitur* ed. pr. et paulo ante *probatur* pro *parabatur*. — *qui principem locum in civitate tenebat* edd. omnes ante Brot. *qui pr. in civit. locum obtinebat* MSS. Vat. edd. Brot. Bip. Ob. al. Hoc elegantius: ita et clausula hexametri vitatur; *Ern.* Sed elegantiam hanc tribuerim emendatori, et versus hexametri, vel integri, vel dimidii, saepius reperiuntur in Taciti libris. v. Ind. III. v. *Versus hexametri.* — *dictionibus*, orationibus, ut ap. Cic. or. 1, 15, 64. 1, 33, 152. Tusc. 2, 3. de inv. 1, 5. Quintil. 2, 2, 6. 2, 4, 27. quae loca iam laudarunt Ern. clav. Cic. et Dr. Sed *dictionem* pro *oratione* dici, Fronto p. 117. ed. Rom. acriter reprehendit; *Orel.* — *sive in iudiciis — interesse:* haec verba omissa in edd. vet. et e c. Farn. a Lipsio inserta sunt. Facile etiam excidere poterant inter duplex *interesse:* huius vero repetitio non facile h. l. concoquenda. Hinc *iurgiis immisceri* corr. Brot. et *exciperet et iurgiis interesset, utque sic dixerim pugnare in proelio disceret* Bekk. „Non male: sed magnum vitium orationi intulit; etenim deberet esse *utque, ut sic dixerim*, quum *utque* manifesto pertineat duntaxat ad *sic dixerim*, non ad *disceret*, nemo autem scriberet *ita ut — interesset, pugnare in proelio disceret.*" *Orel.* Immo *utque sic dixerim* est id. qd. *et, ut sic dixerim* et hoc pro *et, ut ita dicam.* v. ad Agr. 3. n. 5. et 6. „*Excipere altercationes*, ut cap. 37. *ictus*, rectissime dicitur, i. e. ubi quis altercando te lacessierit, ei pari dicacitate respondere ac fortiter resistere; (v. ad H. 3, 32, 6.) non item recte dicitur *iurgiis interesse* eo significatu, qui hic unice requiritur. *Iurgiis* enim *interesse* tacitus quoque ac tranquillus possum: sed hic desideramus verbum, quod respondeat verbis *excipere* et *pugnare*, i. e. ipsum *iurgari*, sed exquisitius expressum. Igitur scribendum: *ita ut altere. q. excipere et iurgiis se inserere*, (ut H. 2, 19.) *utque — disceret.*" *Orel.* Recte, opinor; sed propius ad literarum ductum legendum crediderim *et iurgiis inserere se.* Alterum *interesse* librariorum socordiae deberi putat Peerlk. (de quo v. ad c. 1. n. 4.) et verba sic emendanda esse: *ut altercationes quoque exciperet et iurgia, utque sic dixerim* cet. *Altercatio* est disputatio actorum in senatu aut iudicio, quae interrogando et respondendo constat, in gloss. Philox. ἀμοιβαῖος λόγος, *Ern.* clav. Cic. ubi laudantur Cic. Brut. 43. 44. ad Att. 1, 16. 4, 13. ad div. 1, 2. Quintil. 2, 4, 28. (ubi v. Spald.) 6, 4, 1 sq. Budaeus ad Pandect. p. m. 48. Germ. *Wechselreden:* unde *iurgia; Weik.* — *disceret* edd. Spir. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. Lips. et rec. *discere* Rhen. 2. 3. Ald. Franc. Col.

2. *Magnus ex hoc usus* edd. Rhen. 2. et rec. *Magnis* primae edd. — *in media luce*, in foro et iudiciis, ubi vera est contentio: quae *lux (umbrae, ut)* umbratili rhetorum exercitationi et secretis studiis a Quintil. 12, 2, 4. et 12, 8, 4. opponitur; *Schulz.* Sic Cic. de claris orat. 8, 32.

Isocrates *forensi luce caruisse* dicitur; *Dr.* Cf. ad c. 10. n. 6. — *studentibus*, v. ad cap. 21. n. 7. — *inter ipsa discrimina*, ut ap. Quintil. 12, 8, 4. *est proprius quidam fori profectus, alia lux, alia veri discriminis facies.* — *aut contrarie dicit*, quod sit contradictorium et absurdum, ut ap. Quintil. 5, 13. *palam contraria; Schulz.* Sic et *contrarie scriptum* Cic. or. 1, 31. est, in quo repugnantia sunt; *Ern.* clav. Cic. — *quo minus et iudex* ed. pr. Lips. (e c. Farn.) et rec. *quod et iudex* ed. Put. Riv. Ber. Rhen. tres Ald. Franc. Col. Pith. — *ipsi denique advocati*, v. ad c. 1. n. 2.

3. *Igitur* initio sermonis positum. v. ad G. 28. n. 5. Zumpt. Gram. §. 357. ed. V. — *eloquentia imbuebantur*, v. ad c. 2. n. 3. — *habebant ipsius populi diversissimarum aurium copiam* κατ' ἐπεξήγησιν dictum pro: copiam populi, qui constat hominibus diversissimi iudicii et sensus; *Sch.* „Immo verba ita collocanda: *habebant copiam aurium divers. ipsius populi.* Hac structura vel optimi scriptores utuntur. v. Manut. ad Cic. ep. ad div. 5, 17, 3. Ruhnk. ad Vell. 1, 17, 5. Bremi ad Nep. Milt. 3, 1. Goerenz. ad Cic. de leg. 2, 17, 42." *Dronke.* Cf. ad Agr. 12. n. 5. *populi et div. a.* coni. Agric. et *populi, i.* (in MSS. pro *id est*) *div. aurium* Lips. — *deprehenderent* MSS. Vat. et inde ed. Brot. Ern. Bip. Sch. et aliae. *deprehendentur* ed. pr. *depraehendebatur* Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *deprehendebatur* Rhen. 2. 3. cet. *deprehenderetur* coni. Os.

4. *faciem eloquentiae*, usum eius coram auditoribus, quos aspicimus, *non* tantum *imaginem*, vanam speciem, usum eius in scholis rhetorum. Cf. Boett. in Lex. Tac. v. *Imago.* — *ferro, non rudibus dimicantes*, ut ap. Cic. de opt. gen. or. c. 6. *Isocrates non in acie versatur et ferro, sed quasi rudibus eius eludit oratio; Schulz. rudibus* ex emend. Lips. *sudibus* omnes edd. ante Lips. quod defendit Doederl. Syn. 3. p. 266. Male; metaphoram enim a gladiatoribus esse constat; *Lips. Rudis* vel gladius ligneus, quo batuebant tirones, vel ferula, qua utebantur lanistae artem docentes quaque donati gladiatores seu libertatem impetrabant, seu vacationem a pugna et munus lanistarum. Cf. ad cap. 10. n. 6. Faber Semestrium lib. sec. Paris. 1575. 4. p. 243. Garaton. ad Cic. Phil. 2, 30. et de permutatione vocc. *rudis* et *sudes* intpp. Liv. 26, 51. Sil. 8, 552. Suet. Cal. 32. Sall. Cat. 56, 3. et Virg. Aen. 7, 524. — *sed auditorium semper plenum* sc. erat. *et auditorium* (sc. non deerat) corr. Schel. et Schulz. Sed coniunctio adversativa bene se habet; *Dr. dimicantes ad* (apud) *auditorium* coni. Rauchenst. Fortasse *sed* omnino delendum utpote e geminatione inter *es aud* ortum; *Orel.* — *semper novum*, novis auditoribus repletum. — *ut nec bene dicta dissimularentur:* in ed. Pith. *ut nec bene nec male dicta d.*, et Agricola coni. *ut nec male nec bene dicta d.* Hoc arrisit Lipsio et Brot. receptumque est a Bip. ut duplex auditorum genus respiciatur. Illud rectius videtur Orellio. Sed vulgatum defendit Schulz. his verbis: „In seqq. id agit noster, ut doceat, famam eloquentiae etiam ab adversariorum et invidorum subselliis surgere solere. Hoc vero fieri non potest, nisi ut *nec bene dicta dissimulentur.* Est h. l. βραχυλόγος dictio hoc sensu capienda: ut quidem male dicta sugillarentur et exagitarentur ab invidis et adversariis, ita tamen, ut bene dicta aeque laudarentur ab illis: virtus enim et in hoste laudanda."

5. *in diversis subselliis*, adversariorum. v. ad Ann. 2, 60, 1. *Subsellia* in iudiciis non modo iudicum sedes, sed etiam patronorum, causidicorum, advocatorum, testium, amicorum utriusque partis e regione oppositae: unde *diversis* et *suis*, adversariorum et amicorum, *invidorum* et *faventium.* — *surgere famam*, v. ad H. 2, 42, 1. — *sub eiusmodi praeceptionibus* edd. vet. „Recte: i. e. diversis modis instituendi ac formandi, vel pro *praeceptoribus:* nam amat haec aetas abstracta, ut aiunt, pro con-

cretis." *Orel.* v. Ind. III. v. *Abstracta pro Concretis.* *praeceptoribus* e coni. Gron. recepit Heum. et ex MSS. Vat. Brot. Ern. Bip. aliique. — *fori auditor*, oratorum in foro; *Ern.* — *eruditus et assuefactus alienis experimentis*, v. ad Agr. 19. n. 1. — *populi aures*, v. ad cap. 19. n. 2. — *accusationem susceperat:* (in ed. Riv. *susciperat*) „nam in accusationibus iuvenes tirocinia ponebant, v. Cic. p. Coelio 30, 73. et Spald. ad Quintil. 5, 13, 3." *Dr.* — *solus statim unicuique causae par erat* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Franc. Col. *solus statim et unus cuicunque c. p. e.* codex Farn. edd. Lips. et rec. Bene Huetius: Non hoc sibi vult, nullum alium praeter ipsum cuicunque causae parem fuisse, sed, quamcunque causam ad eum detulisses, solum ipsum, nullo in subsidium assumpto, nullius advocato auxilio, sustinere ipsam potuisse; *Brot.* „*solus et unus* exquisitius dictum pro vulg. *unus solus:* quae notio quasi per antithesin rursus complectitur omnia illa *oratorum discipulus, fori auditor, sectator iudiciorum.*" *Orel.* *causae par erat*, v. ad Agr. 9. n. 7.

6. *Nonodecimo aetatis anno L. Crassus C. Carbonem* cet. v. ad cap. 8. n. 1. et 2. Eadem exempla mature causas agendi in foro proposuit Quintil. 12, 6, 1. *Dr.* „Error aliquis in numeris irrepsit. Natus enim L. Crassus Q. Caepione et C. Laelio coss. a. U. c. 614. v. Cic. Brut. 43. Consul fuit C. Papirius Carbo a. U. 634. Anno sequenti Carbonem accusavit Crassus annos XXI natus, ut ipse testatur ap. Cic. de or. 3, 20. Postea maturius oratum fuisse testis est Plin. ep. 5, 8. qui XIX anno aetatis dicere in foro coepit." *Brot.* „Crassus Carbonem accusavit admodum adolescens, Cic. off. 2, 13. Brut. 43. et ap. Cic. de or. 3, 1. pro *unum et viginti* recte, opinor, *undeviginti* coniecere Lambin. et Pell." *Dr.* Schulzius haec annotavit: „Schurzfl. miratur, hos oratores tam adolescentulos fuisse, quum Asconius Ped. in Cic. divinat. asserat, viros *robustiores accusare tum consuesse, non, ut suo tempore, adolescentulos.* Idem tamen Quintil. 12, 6. testatur, sc. Calvum, Caesarem, Pollionem multum ante quaestoriam aetatem gravissima iudicia suscepisse. Neque vero vulgaria erant haec exempla, neque hos ipsos ab isto initio continuasse operam putem, sed id tantum voluisse, ut tirocinii metum isto *periculo* et experimento transirent." — *uno et vigesimo* C. Iulius Caesar (natus a. U. 654.) Cn. Cornelium *Dolabellam* (cos. cum M. Tullio Decula a. U. 673. qui deinde consularis et ex Macedonia reversus triumphavit; v. Cic. p. Pis. 19. et Vellei. 2, 43.) repetundarum postulavit, de quo v. Cic. Brut. 91. Suet. Caes. 4. et Plut. in Caes. p. 708. Sed Suet. et Plut. id factum dicunt *composita seditione civili*, Lepidiana, a. U. 677. quo Mam. Aemilius Lepidus et D. Iunius Brutus coss. fuere, Caesar autem annum aetatis XXIII aut XXIV egit, quod iam annotarunt Lips. et Brot. ad h. l. Casaub. ad Suet. l. l. et Wessel. obss. 2, 18. p. 1. Hinc *tertio et vig.* corr. Pich. Sed gradatio h. l. est in numeris ad similem memoriae lapsum aut dissensum verba praec. *XIX aetatis* anno referenda. „Fortasse ordo commatum haud integer est et ita reponendus: *altero et vigesimo Asinius Pollio C. Catonem, IIIo* vel *IIIIo XXo Caesar Dolabellam.* Sed *altero* Latine dici posse non arbitror, nisi *uno* antecedat." *Osan.* „Quidni vero? Sic *altero vicesimo die* ap. Cic. ep. ad fam. 12, 25. pr." *Orel.* *vicesimo* edd. rec. sed *vigesimo* edd. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. Ald. Lips. *Dolabellam* edd. Ber. Rhen. tres, Ald. et rec. *Dolobellam* ed. pr. Put. Riv. Dr. „Sed prior, non altera scriptura in numis et lapidd. reperitur. v. Raschii Lex. rei num. h. v. Eckhel. doctr. num. T. IV. p. 139. 140." *Os.* Cf. Drak. ad Liv. epit. IX. — *altero et vigesimo*, vigesimo secundo, (propter praec. *uno et vig.*) non primo: quare hic locus notatu dignus; *Schulz.* *Alter* in numerando modo *primum*, modo *secundum* significat, et vis eius nonnunquam dubia est. Conf. Ern. clav. Cic. v. *alter*, Graev. ad Cic. Phil. 1,

18. et ad div. 12, 25. Drak. ad Liv. 3, 33 pr. et 33, 21 pr. Duk. ad Liv. epit. 49 pr. Passerat. ad Cic. p. Caec. 9. Casaub. ad Suet. Tit. 11. Burm. ad Petron. c. 108. Heyne ad Virg. Ecl. 8, 39. — *Asinius Pollio*, v. ad Ann. 1, 12, 2. *Assinius P. Catonem* ed. pr. — *C. Catonem*, seditiosum iuvenem et trib. pl. a. U. 697. Cn. Corn. Lentulo Marcellino, L. Marcio Philippo coss. v. Cic. ad div. 1, 2. 4. 5. ad Att. 4, 15. 16. ad Q. fr. 1, 2. 5. Quintil. 12, 6, 1. *C. Catonem* edd. Lips. (e c. Farn. de quo v. ad c. 1. n. 3.) et rec. *Catonem* edd. vet. Dr. Os. Sed praenomen facile excidere potuit et necessarium videri potest. „Cf. Heinrich. ad Cic. oratt. partes ined. p. 7." *Dr.* — *non multo* edd. omnes. *non multum* MSS. Vat. — *aetate* est a Rhen. *aetatem* edd. vet. — *Calvus* P. *Vatinium*, v. ad c. 17. n. 1. et ad c. 21. n. 3. Vatinius fuit trib. pl. Caesare cos., deinde consul cum Q. Fusio Caleno a. U. 707. a Caesare dict. in paucos dies factus, legatus Caesaris, (Caes. b. civ. 3, 100. Hirt. b. G. 8, 46.) augur, imperator et praetor Illyrici, (v. Cic. Phil. 10, 5, 6. ad div. 5, 9. 10.) homo natus et ad risum et ad odium, (unde *odium Vatinianum* proverbio dictum, Sen. de const. sap. c. 17. Catulli carm. 14. et 52. (53.) Macrob. sat. 2, 6.) Caesari affini familiaris et adiutor consiliorum eius in tribunatu, infestissimus Ciceroni et ab eo scelerum, in quaestura et tribunatu pl. commissorum, accusatus, (v. Cic. or. p. Vatin.) de ambitu postulatus a Calvo, sed a Cicerone, rogatu ipsius Caesarisque, defensus et absolutus. Cf. cap. 39. Cic. ad div. 1, 9. Sen. l. l. et controv. 3, 19. et inpr. ep. 94. Suet. Caes. 22. 28. et de orationibus Calvi in Vatinium sup. c. 21. Quintil. 6, 1, 13. 6, 3, 60. 9, 2, 25. 12, 6, 1. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 183. — *orationibus insecuti sunt*, v. ad c. 4. n. 2. — *hodieque* edd. Ber. Rhen. tres, Ald. et rec. *hodie* ed. pr. Put. Riv. Os. *hodie quoque* Vat. 1862. et ed. Dr. v. ad G. 3. n. 6.

CAPUT XXXV.

At nunc adolescentuli nostri deducuntur in scenas scholasticorum. qui *rhetores* vocantur: quos paulo ante Ciceronis tempora exstitisse nec placuisse maioribus nostris ex eo manifestum est, quod Crasso et Domitio censoribus cludere, ut ait Cicero, *ludum impudentiae* iussi sunt. Sed, ut dicere institueram, deducuntur in scholas, quibus non facile dixerim, utrumne locus ipse, an condiscipuli, an genus studiorum plus mali ingeniis afferant. Nam in loco nihil reverentiae, sed in quem nemo nisi imperitus aeque intrat. In condiscipulis nihil profectus, quum pueri inter pueros et adolescentuli inter adolescentulos pari securitate et dicant et audiantur. Ipsae vero exercitationes magna ex parte contrariae. Nempe enim duo genera materiarum apud rhetoras tractantur, suasoriae et controversiae. Ex iis suasoriae quidem, [etsi] tanquam plane leviores et minus prudentiae exigentes, pueris delegantur; controversiae robustioribus assignantur, quales per fidem et quam incredibiliter compositae! Sequitur autem, ut materiae abhorrenti a veritate declamatio quoque adhibeatur. Sic fit, ut tyrannicidarum praemia aut vitiatarum electiones aut pestilentiae remedia aut incesta matrum aut quicquid in schola quotidie agitur, in foro vel raro vel nunquam ingentibus verbis persequantur. Quum

ad veros iudices ventum est, ** rem cogitare, nihil humile, nihil abiectum eloqui poterat.

1. *in scenas scholasticorum*, v. ad c. 10. n. 6. et ad c. 14. n. 3. *in scholas* divinabam olim: sed *scenas* apposite appellat loca, in quibus fucata illa et personata eloquentia exercebatur velut per lusum; *Lips.* Item sicut in scena fictae personae et res, sic in scholis rhetorum fictae causae tractabantur; *Ern.* *Scena* etiam Cic. de or. 2, 83. et Plin. ep. 7, 17, 9. locus dicitur, ubi eloquentia maxime ostendi potest. Arridere quidem possit coni. Lipsii, quia eadem verba paulo post repetuntur: sed exquisitius est vulgatum. *scenas* edd. Rhen. 2. 3. et rec. *scena* ed. pr. Ber. Rhen. 1. *scaena* Put. de qua scriptura v. Osan. ad Apul. Gram. p. 123. Est Gr. σκηνή. — *scholasticorum, qui rhetores vocantur, a vi eloquendi* Quintil. 2, 1. ῥήτορες a ῥέειν, *Schulz.* Cf. ad c. 1. n. 1. et cap. 14. n. 3. — *quos paulo ante Ciceronis tempora exstitisse* cet. Rhetores Roma pulsi sunt a. U. c. 593., Cicero autem natus est a. U. 648; *Brot.* coll. Gell. 15, 11. et 28. *exstitisse*, subito, tanquam portentum aliquod, apparuisse, ortos esse; *Schulz.* Cf. ad cap. 32. n. 2. — L. Licinio *Crasso* (v. ad c. 18. n. 2.) et Cn. *Domitio* Aënobarbo *censoribus* a. U. 661. edicto eorum censorio *cludere*, (v. ad G. 34. n. 1.) *ut ait Cicero*, (de or. 3, 24.) *ludum impudentiae iussi sunt*, ut iam ante et rhetores et philosophi, velut corruptores iuventutis, a. U. 592. senatus consulto, M. Valerio Messala et C. Fannio Strabone coss. v. Suet. de clar. rhet. c. 1. (ubi v. Casaub. et Wolf.) Gell. 15, 11. Pigh. ann. ad a. 592. et 661. Pro *Crasso* in edd. vet. *M. Crasso* et *Marco Crasso*, et pro eo Pithaeus, Ern. Bip. aliique substituere *L. Crasso.* „*M. Crasso* est error scioli alicuius, qui Crassum Censorem eundem fuisse ac M. Crassum, Romanorum ditissimum, de quo c. 37. dicetur, credidit. At vereor, ut Tacitus praenomen addiderit, quum et in *Domitio* nullum sit." *Brot.* et *Ern.* Deleverunt illud Heum. Dr. Os. Or.

2. *deducuntur in scholas* MSS. Vat. ed. Brot. Ern. al. *deducimur* edd. vet. et Lips. — *quibus:* Heum. Sch. Ob. et Dr. substituere *in quibus.* Sed v. ad c. 32. n. 4. et ad H. 3, 19, 2. De scholis istis lege Quintil. 1, 2; *Dr.* — *non facile dixerim*, v. ad Agr. 3. n. 5. — *locus ipse:* in ed. pr. *locus iste.* — *sed in quem nemo, nisi imperitus aeque, intrat:* ita a nobis distinctum, non, ut vulgo, *imperitus, aeque intrat. sed* delendum censebat Ern. *et* dedit Seeb. Sed Acid. optime coni. *scilicet*, quod in MSS. *s* et *sc.* scriptum modo in *si*, modo in *sed* abiit; *Orel.* *nihil reverentiae est, in quem* Schurzfl. et Heum. *nisi aeque imperitus* MSS. Vat. et hinc edd. Brot. Ern. al. Sed correctionem redolet. — *inter adolescentulos* edd. Lips. (e c. Farn.) et rec. *in adol.* edd. vet. — *pari securitate*, securi, ne vituperentur et rideantur a doctioribus, parata, quicquid effuderint, laude; *Schulz.* — *et dicant et audiantur* MSS. Vat. ed. Brot. Ern. Bip. Sch. al. Prius *et* abest ab edd. vet. et Heum.

3. *exercitationes magna ex parte contrariae*, ita comparatae, ut nihil inde utilitatis ad actionem forensem, quam meditari debebant, redundare posset, *zweckwidrig; Schulz.* v. ad cap. 39. n. 4. „Cf. Cic. ep. ad div. 10, 31. et Quintil. 10, 5, 15. ubi v. Frotsch." *Dr.* — *Nempe enim duo genera materiarum* — *suasoriae* orationes s. materiae et *controversiae*, quales sunt Senecae Suasor. et Controv. Cf. ad c. 31. n. 2. „*Nempe enim;* hae particulae iunguntur etiam a Quintil. 2, 13, 9. VIII. prooem. 6. Plin. ep. 3, 16, 8. et pan. 62, 2." *Dr.* Similiter *quippe enim* dixit Cic. ad Att. 6, 3. *itaque ergo* Liv. 1, 25. 3, 31. 9, 31. 28, 12. 39, 25. *ita sic* Liv. 2, 10. *tum inde* Liv. 24, 27. *tum deinde* Liv. 2, 8. et sim. Cf. Ind. III. v. *Pleonasmus.* — *apud rhetoras* edd. pr. Put. Rhen. tres, Ald. Lips. 1. Franc. Pith. Dr. Os. Or. *a. rhetores* edd. poster. Lips. ut et rec.

quamvis c. 29, 6. alteram formam praetulerint; *Dr.* Quae a voce *co. troversiae* usque ad *robustioribus* leguntur, exciderunt ex edd. vet. et MS. Farn. restituta sunt a Lips. *etsi*, quod in illo MS. ante *tanqua* legitur, aberat a libro Mur. Deleverunt illud Heum. Ern. aliique. Ca cellis inclusere Seeb. et Os. Post *etsi* asteriscum posuit Pith. *ac si pla leviores* coni. Schurzfl. et *sibi* pro *etsi* Schneid. obss. in Tac. p. 1 *etsi* corruptum putat Dr. ex *ac si*, quod scriba pro *tanquam* apposueri „Immo leg. *sic tanquam*, ut *sic tanquam* et *sic quasi* c. 10. 13. ap. Ci ep. ad fam. 8, 12, 4. 10, 19, 1. et 13, 63." *Orel.* — *controversiae robu stioribus assignantur*, adultioribus et magis exercitatis. „Cf. Quintil. 1 8, 12. 2, 2, 14. 5, 1, 8. 5, 12, 9. 10, 1, 131." *Sch.* et *Dr.* — *per fi dem!* „Ita Vetus. (c. Farn.) Vulgati (omnes edd. vet.) *perfidiae.* For tasse *per Fidium.*" *Lips.* in ed. 1. *pro fidem* (nam ita scrib., non *pro fidem*, de quo v. Cellar. orth. lat. T. I. p. 102. 324. ed. Harl. et Lexica e corr. Ern. dedit Osan. quia *per fidem* sit sine auctoritate et particula *pro*, *per* et *prae* saepissime in MSS. commutentur. Notissimae sane, se orandi potius et obtestandi, quam indignandi, formulae sunt *pro deorun s. deûm fidem! pro deum atque hominum fidem!* (v. Bentl. ad Ter. Andr 1, 5, 2.) *pro deum immortalium* sc. fidem! (Ter. Phorm. 2, 3, 4. Cic in Oecon. fragm. 3.) *pro Iupiter! fidem numinum!* (Flor. 1, 11, 15. 3, 3, 7.) Germ. *um Gottes Willen! um des Himmels Willen!* Sic et *per fidem meam!* (Germ. *bei meiner Treue!*) *per fidem vestram*, (Liv. 29, 18.) *per Deos, per Deos immortales, per Deos atque homines* scil. te s. vos oro, precor, obsecro, obtestor, (qualia plerumque adduntur) *per ego te iura — precor* Liv. 23, 9 pr. *per te patrium nomen precor* Liv. 40, 9. ut πρός σὲ θεῶν, πρός σὲ γούνων Eurip. Med. 325. ubi v. Porson. Cf. intpp. Sil. 1, 658. „Verum, nisi magnopere fallor, simplex *pro fidem!* omni caret auctoritate, quum contra *per fidem* optima nitatur, tum h. l. codicis Farn., tum Petronii cap. 100, 5. *Per fidem, inquam, pater, cuius haec navis est?* Vide igitur, an *per fidem* potius explicandum sit ex formula *per tuam, per vestram fidem*, omisso pronomine, quae cum multis aliis istius aetatis fuisse videtur licentia." *Orel.*

4. *ut materiae abhorrenti a veritate declamatio quoque adhibeatur*, ut non contenti sint sola elaboratione thematis, quod inspiciendo corrigat rhetor, sed addant declamationem, ut perdatur tempus in nugis istis audiendis; *Schulz.* Cf. ad c. 14. n. 3. „Sententia manifesto haec est: Necessario *materiae abhorrenti a veritate* respondet, eiusmodi materiam comitatur declamatorium, tumidum, falsum genus dicendi. Tale reapse reperimus in Declam. Quintiliani, apud Senecam rhetorem, in Panegyricis Latinis. Video defendi posse vulgatam; sed habet nescio quid duri et manci. Quocirca vide, ne ante *adhibeatur* et inter literas *ue a* exciderit *vana*, quod fere tralatitium est declamationis ἐπίθετον. Pithoeus iam supplevit *similis.*" *Orel.* Acidalius *par* vel *similis* vel *talis* inserendum censuit, et Schurzfl. *aequa* scribendum pro *quoque.*

5. *Sic fit, ut* tyrannicidium et *tyrannicidarum praemia — aut quicquid in schola quotidie agitur* et tractatur, *in foro vel raro vel nunquam,* (unde *materia abhorrens a veritate*) *ingentibus verbis persequantur*, grandi oratione et tumore inani, *verbis sesquipedalibus* Horat. A. P. v. 97. Eadem et alia fictarum causarum themata s. argumenta, in scholis rhetorum tractari solita, memoravit Iuvenal. 1, 15—18. et 7, 150—170. Exempla autem talium exercitationum s. declamationum (qualis Gr. μελέτη et ἐπίδειξις dicitur) dederunt Seneca in Suasor. et Controv., Quintilianus in Declamatt., quae vulgo ei tribuuntur, Libanius et Calpurnius Flaccus. Has declamationes sugillant Quintil. 2, 10, 4 sq. et Petron. Sat. pr. verbis lectu dignissimis. *tyrannidarum — persequuntur* ed. pr. — *Vitiatarum electiones* spectant ad legem scholasticam, quae *raptarum* di-

citur: *Rapta raptoris mortem vel nuptias optet; Pith.* „Cf. Quintil. 4, 2, 68. (ubi v. Gesner.) 7, 8, 4. eiusque declam. CCCIX." *Dr.* et *Schurzfl.* Lipsius coniecturam suam *eiectiones* postea reiecit meliora edoctus a Pithoeo; *Or.* — *Pestilentiae remedia* non minus absurdum declamationum argumentum. Fingebant enim isti rhetores pestilentiae tempore adiri oracula, vates consuli, responderi immolandam virginem aliave similia, quae mirum in modum exaggerabant." *Brot.* „Cf. Anton. Liber. c. 25. et Spald. ad Quintil. 2, 10, 4." *Dr.* — *quum ad veros iudices ventum est,* * * *rem cogitare — poterat.* Lacunae signum est in omnibus edd. praeter primam, Put. et Riv. In edd. Ber. Rhen. 1. 2. 3. Francof. et Colon. spatium haud magnum relictum est, maius in c. Farn. et MSS. Vat. In Farn. et Vat. 4498. notatum: *hic multum deficit,* in margine Vat. 1518. *hic desunt sex pagellae,* in edd. Francof. et Colon. *deesse hic quaedam videntur, ea fortassis, quibus Messala orationem suam finivit, Maternus autem suam incepit: nam personas mutatas infra quoque apparet, ubi inquit auctor: finierat Maternus cet.* Nihil intercidisse putabat Woltmannus, perpauca vero Schurzfl. et Schulting. et hoc ex eo probabile fit, quod Messala iam prius abrupisset orationis telam, nisi ad eam pertexendam illum exhortati essent amici. v. cap. 32 extr. et 33 pr. Multa autem h. l. desiderari, et quidem extrema Messalae, integra Secundi et prima Materni verba, censebant Brot. Bip. et Schulz. Is haec annotavit: „Initio cap. 42. diserte legitur *Finierat Maternus;* et sequentia, a cap. 36 usque, Materni esse, omnes agnoscunt praeter unum Heumannum, qui Messalam adhuc pergere statuit et multa tum h. l. excidisse, tum cap. 40. non longe a princ. ubi locum sic dedit: *quas oratoribus faces admovebant!* * * * *Nos de otiosa — gaudeat. Est magna* cet. et praecedentia verba Messalae esse putat, eloquentiae causam agentis, sequentia Materni, qui contra oratores eorumque artem verba faciat, id quod se facturum initio cap. 11. promiserit; unde c. 42 pr. *Finierat Maternus.* Plura vero c. 35 extr. intercidisse e Messalae sermone, Heum. inde colligit, quod c. 27 pr. Messala pollicitus erat, se nominaturum singulos recentioris aevi oratores, quum tamen in iis, quae supersunt, iam nemo eorum nominetur. Itaque suspicatur, Messalae orationem fine, Materni exordio carere, et praeter alia excidisse locum illum de hyperbole et *κακοζηλίᾳ,* quem plenius in libro de causis corr. eloq. sese tractasse profitetur Quintil. 8, 6. Sed falsam esse hanc opinionem, docuimus in Proleg. sect. 2. Materni enim sermonem esse cap. 36—42. constat tum ex initio c. 42, tum ex eo quod hic quaestionem iam a cap. 36 usque ita solvit causasque corruptae eloquentiae ita deprompsit, ut doceret, eloquentiam magnam facilius turbidis et inquietis temporibus exsistere, quam quietis: (quod firmatur verbis eius cap. 37. ubi ipse dicit, *se subinde admonere, ut quaestionis meminerint,* quum tamen in iis, quae supersunt, non appareat, eum tale quid iam admonuisse) melius vero esse, civitatem pace et otio frui, quam discordiis materiam eloquentiae subministrare. Et idem iam demonstrare pergit, et conficit argumentationem, quam iis, quae hactenus dixit, praeparaverat." Suffragatur ei Oberl. sed probabiliora sunt ea, quae de his lacunis et de sententiarum serie nexuque disputavit Becker in Seebodii Prompt. philol. et paed. (*Archiv für Philol. und Paedag.*) a. 1825. II, 1. p. 72—74. ubi haec leguntur: „Nisi ea, quae inde a med. cap. 33. usque ad finem cap. 35 leguntur, *Messalae,* sequentia usque ad cap. 40. *Secundo* adscribamus ac tum demum *Maternum* verba facere statuamus, extremam hanc dialogi partem recte intelligi non posse arbitramur. Magnam esse lacunam c. 35 extr. ante verba *rem cogitare,* codicum mss. et omnium fere editt. consensus est; alteram vero illam lacunam capitis 40. ante verba: *Non de otiosa et quieta re loquimur* solus Heumannus vidit, nec posteriores

editores illam agnoscere voluerunt, etsi res ipsa luce clarior esse videtur. Heumannus enim bene cognoverat, non eiusdem hominis verba esse posse, quae antecedant quaeque sequantur, quum in antecedentibus causa eloquentiae agatur, in sequentibus vero contra oratores eorumque artem disputetur. Quod argumentum ita arrisit Schulzio, ut Heumanno accedere iam non dubitaret. Attamen ea, quae a cap. 36 usque de turbidis inquietisque temporibus, tanquam ad alendam excitandamque magnam eloquentiam aptissimis, dicta erant, effecerunt, ut iis assentiretur, qui magnum illum defectum in cap. 35. lacuna tantum quaerendum esse existimarent. Ita vero eum omnis disputationis ordo sententiarumque nexus fugit. Quod ne et nobis accidat, inde a cap. 33 in scriptoris nostri personarumque, quas induxit, mentem accuratius inquiramus. Messala, qui in antecedentibus negligentiam parentum, inscientiam praecipientium desidiamque iuventutis primas et gravissimas, cur eloquentia a vetere sua gloria in tantum descivisset, causas attulerat, cap. 33. petente Materno ad alteram causam pergit, quam *in rhetorum scholis* quaerendam esse existimat. Olim enim, magnorum oratorum temporibus, iuvenes, honestis studiis refertos et domestica disciplina imbutos, ad oratores principes celeberrimaque fori ingenia deductos esse, horumque contubernio quasi usuque sempiterno, quumque omnibus causis, quas agerent, interessent, veram et solidam eloquentiam hausisse et pugnare quasi in proelio, inter ferro non rudibus dimicantes, didicisse: nunc autem adolescentes, pravissima domestica disciplina institutos, in rhetorum scholas, quas antiqui *impudentiae ludos* appellaverint, transire, quibus ingenia nec alantur nec excolantur, sed potius imminuantur et deturpentur, tum ipso loco, ab omni reverentia vacuo, tum tironum coetu rerum puerilium pleno, tum studiorum genere ad fabulas nugasque agendas demisso. Ab hominibus vero, hac ratione institutis et exercitatis, quum in forum et iudicia et ad causas publicas agendas transirent, nihil magnum et egregium esse exspectandum. — *Messalae* hic abrumpi sermonem patet, neque vero multa alia, quam quae exstant, eum dixisse crediderim, absolutis iam iis, quae in persequendis oratorum exercitationibus se docturum esse promiserat. — Reliqua usque ad cap. 40. *Secundi* verba esse videntur, et his quidem de causis. *Maternus* cap. 16. promiserat, se et Secundum eas quaestionis partes, quas Messala reliquerit, exsecuturos esse. Quum igitur Maternus omnem disputationem sua oratione (v. cap. 42.) concludat, Secundi verba antecessisse necesse est. Secundus etiam, et orator satis laudatus et historiarum auctor, (cf. cap. 14.) potius Messalae sermonem excipere valebat, quam Maternus, qui, relicto foro iudiciisque, quum poetae tantum laudibus floreret, ideoque extra contentionem quasi positus esset, optime et solus ad totam litem componendam aptus erat, illas rationes proferendo, quae magnae veteris illius eloquentiae damnum bonis aliis compensantes solatio esse possent. Quodsi igitur *Messala* corruptae eloquentiae causas *internas* indicaverat, pravam scil. adolescentium institutionem et in rhetorum scholis, immo in omnibus rebus, oblivionem moris antiqui et disciplinae antiquae, *Secundi* iam erat, ut causas *externas* explicaret, quae tres sunt: I. *Maior in antiquis temporibus materia eloquentiae;* leges rogandae, accusationes potentium reorum, procerum factiones, senatus adversus plebem certamina rel. II. *Maiora oratorum praemia.* Non enim rubor tantum erat, esse elinguem, sed summa potentia non nisi summa eloquentia parari poterat; oratori enim summa erat auctoritas, senatum et populum regebat, clientelis exterarum nationum redundabat; praeturae et consulatus eum vocare videbantur. III. *Melior* et exercendae eloquentiae accommodatior *forma veterum iudiciorum*, in quibus tunc nulli adhuc freni eloquentiae impositi erant, libero oratoribus ad dicendum spa-

tio concesso; ac publice omnia agebantur, ut certantis populi studia dicentem maxime etiam excitarent incenderentque. — Sed hoc loco (cap. 40.) altera illa lacuna finem huius sermonis nobis abstulit; nam, quae sequuntur, plane alius sunt interlocutoris, et *Materni* quidem, qui *tertium illud* Secundi argumentum callide excipiens demonstrat, summam illam eloquentiam, quam mirentur desiderentque, alumnam fuisse licentiae, quam stulti *libertatem* vocent. In bene ordinatis institutisque enim civitatibus valentiori illa eloquentia opus non esse, quum disciplina sit severissima legesque sanctissimae. Ut igitur re publica errante ac dissensionibus discordiisque confecta eloquentia illa viguerit; ita ordinata et composita re publica, quum sapientissimus et Unus de negotiis omnibus deliberet salutique civium prospiciat, eloquentiam minoris iam factam esse pretii, et inter innocentes demum plane supervacuum fore oratorem. — Qui si nexus et cogitationum series admodum probabilis est, haud ita multa in opere nostro periisse arbitror; necessaria enim omnia adsunt, et ea tantum desiderantur, quibus Messalae oratio cum Secundi, et Secundi sermo cum Materni iusto transitu coniungatur. Igitur nullo modo in animum inducere possum, sub finem cap. 35. sex plagulas deesse, quae in uno tantum cod. Vatic. excidisse dicuntur; nec audiendus est Heumannus, qui recentiorum oratorum catalogum desiderat, quem Messala cap. 27 pr. promiserit: qua in re falsus est, quum neque Messala eiusmodi quid pollicitus sit, et Maternus eum a recentioribus oratoribus ad causas corruptae apud recentiores eloquentiae, quam corruptam esse et recentiores non dubitabant, revocaverit." Haec est ingeniosa Beckeri sententia, cui plane subscribere se profitetur Osan. Refragatur Dronk. qui ad c. 40, 2. haec annotavit: „In iis, quae cap. 40. et 41. proferuntur, non disputatur contra eloquentiam, sed fusius et pluribus demonstratur, quo civitatis statu summa eloquentia exsistere possit, quod Maternus in praecedd. iam subinde monuerat et ita quidem, ut illa tempora, quibus eloquentia effloruerit, non laudet. Sic c. 36, 2. et 4. cap. 37, 5. et 8. Hinc falluntur Heum. et Beck. qui c. 40, 2. lacunam odorantur." Sed eodem paene modo ut Beckerus de lacuna h. l. disputavit Doederl. in Museo Rhen. 3, 1. p. 16. etsi ignarus eorum, quae ille dixisset. — *nihil abiectum, nihil humile:* eadem Cic. de fin. 5, 20, 57. et or. 57, 192. coniunxit; *Dr.*

CAPUT XXXVI.

Magna eloquentia, sicut flamma, materia alitur et motibus excitatur et urendo clarescit. Eadem ratio in nostra quoque civitate antiquorum eloquentiam provexit. Nam etsi horum quoque temporum oratores ea consecuti sunt, quae composita et quieta et beata re publica tribui fas erat; tamen ista perturbatione ac licentia plura sibi assequi videbantur, quum, mixtis omnibus et moderatore uno carentibus, tantum quisque orator saperet, quantum erranti populo persuaderi poterat. Hinc leges assiduae et populare nomen, hinc conciones magistratuum, paene pernoctantium in rostris, hinc accusationes potentium reorum et assignatae etiam domibus inimicitiae, hinc procerum factiones et assidua senatus adversus plebem certamina. Quae singula etsi distrahebant rem publicam, exercebant tamen illorum temporum eloquentiam et magnis cumulare praemiis videbantur, quia, quanto quisque plus dicendo poterat, tanto faci-

lius honores assequebatur, tanto magis in ipsis honoribus collegas suos anteibat, tanto plus apud principes gratiae, plus auctoritatis apud Patres, plus notitiae ac nominis apud plebem parabat. Hi clientelis etiam exterarum nationum redundabant; hos ituri in provincias magistratus reverebantur, hos reversi colebant; hos et praeturae et consulatus vocare ultro videbantur: hi ne privati quidem sine potestate erant, quum et populum et senatum consilio et auctoritate regerent. Quin immo sibi ipsi persuaserant, neminem sine eloquentia aut assequi posse in civitate aut tueri conspicuum et eminentem locum. Nec mirum, quum etiam inviti ad populum producerentur; quum parum esset, in senatu breviter censere, nisi qui ingenio et eloquentia sententiam suam tueretur; quum in aliquam invidiam aut crimen vocati sua voce respondendum haberent; quum testimonia quoque in publicis non absentes nec per tabellam dare sed coram et praesentes dicere cogerentur. Ita ad summa eloquentiae praemia magna etiam necessitas accedebat, et quomodo disertum haberi pulchrum et gloriosum, sic contra mutum et elinguem videri deforme habebatur. Ergo non minus rubore quam praemiis stimulabantur, ne clientulorum loco potius quam patronorum numerarentur, ne traditae a maioribus necessitudines ad alios transirent, ne tanquam inertes et non suffecturi honoribus aut non impetrarent aut impetratos male tuerentur.

1. *Magna eloquentia* cet., de nexu rerum v. ad cap. 35. n. 5. *et motibus excitatur*, en insignem tropi elegantiam, quum *motus* et affectibus animorum, et de igne flabellis sufflando accipi possit; *Sch.* *provexit* et deinde *tribui* et *plura* (sc. quam nunc assequimur) tacite Lipsio e c. Farn. recepta; *Orel.* v. ad c. 1. n. 3. In edd. vet. *perve* et *imbui* et *pleraque.* — *horum quoque temporum oratores ea consecuti su* sc. praemia, quae paulo post memorantur: *Quae singula* cet. Conf. Ann. 11, 7. — *composita et quieta et beata rep.* ut c. 41. pr. *ad voti composita civitas*, ut al. bene constituta, ordinata. Haec ad Principi et maxime Vespasiani laudes referas; *Brot.* — *ista perturbatione* e paene omnes. *illa p.* MSS. Vat. ed. Dr. Os. Or. — *mixtis omnibus et* *deratore uno carentibus;* unde eodem sensu mox dicitur *erranti popu* Cf. ad cap. 40. n. 6. — *tantum quisque orator saperet*, sapiens existi retur et facundia sapienti praeditus esse videretur. „Fuit quum pro *peret* mallem *valeret;* illud tamen melius multo. Ad *persuaderi* intelli *eum sapere*, ut Heumanni *persuadere* facile careamus." *Rauchenst.*

2. *Hinc leges assiduae* ad populum latae et vel suasae, vel diss sae. — *et populare nomen*, species, quam oratores praetendebant, se puli commodis inservire velle, *der Patriotentitel; Schulz.* *Der Name Popularität*, Nast. Cf. ad Ann. 15, 39. Copulam omisere Rhen. et deinde alii ante Brot. et Ern. *leges agrariae, populare nomen* d Heum. coll. Liv. 2, 42 med. ubi *lex popularis* dicitur agraria. — *ciones magistratuum* Lips. restituit e MS. Farn. c. *migrantium* edd. quod a concisa ratione scribendi natum; *Lips.* — *paene pernoctant in rostris*, ut ap. Cic. p. Mur. 9. et de or. 1, 62. *habitare in foro* *in subselliis* de iis, qui crebro causas agunt, et p. Planc. 27. *habi* *in oculis populi*, de iis, qui assidue in urbe, foro et concionibus s *n.* clav. Cic. Similiter ap. Petron. 15. *advocati paene nocturni* et

Sen. de brev. vit. *sermo fit de iis, quos a basilica immissi demum canes eiciunt; Pith.* *paene* edd. pr. Put. Riv. Lips. et rec. *ac paene* Ber. Rhen. tres, Ald. Franc. Col. — *reorum:* in ed. pr. *rerum.* — *assignatae etiam domibus inimicitiae*, quia invisae praepotentes domus; *Brot.* — *hinc procerum factiones* edd. Lips. e c. Farn. (Cf. ad c. 1. n. 3.) et rec. *factiones* abest ab edd. vet. — *senatus* dedit Rhen. pro *senectutis*, et paulo post *magnis* Lips. pro *magis*.

3. *Quae singula — exercebant illorum temporum eloquentiam*, cf. ad c. 38. n. 1. Burm. ad Vell. 2, 110. et inpr. Gron. obss. 2, 4. p. 183. Fortasse leg. *Quae simultates si; Os.* Sed praeferenda lectio vulgata. „Sententia enim haec est: quae omnia et quidem singula sua pro portione et propter proprias causas distrahebant rem publicam." *Or.* — „*rem publicam* separatim scribendum, non una voce, quod monuit Maius ad Cic. de rep. 1, 3. quodque firmatur locis Cic. de off. 1, 45, 3. et 2, 3, 14. nec non lapide in Münteri Nachrichten von Neapel und Sicilien p. 71." *Osan.* — „*et magnis cumulare praemiis videbantur* illae leges assiduae, populare nomen, conciones, accusationes, factiones eloquentiam; quod mihi quidem minus concinnum videtur, quam si scribatur cumulari sc. ipsa illa modo prolata. Fortasse nemo ante me haesit in vulgata, quia explicabant: *magnis cumulare praemiis videbantur* homines illos tunc rem publicam capessentes. Sed accusativi alicuius omissio durior est." *Orell.* Immo *cumulare* eloquentiam, h. e. eos, qui illa ceteris praestarent, *quia, quanto quisque* cet. — *quanto quisque plus dicendo poterat*, v. ad H. 5, 8, 4. — *apud principes* ed. pr. Rhen. 2. 3. et rec. *aut* pr. ed. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *Principes*, ut *principes viri* c. 40 pr. *valebant. Cato plus apud principes* ed. pr. — *plus notitiae*, v. ad c. 5. n. 3. — *apud plebem parabat* edd. rec. ex emend. Pith. et Lips. in edd. poster. *a. pl. probabat* edd. vet. *parabat* sc. sibi, vel pro *comparabat*, quod Ruhnk. ad Ter. Eun. 3, 2, 35. exemplis illustravit; *Dr.* Conf. Agr. 16 extr.

4. *Hi clientelis etiam exterarum nationum redundabant*, v. ad Ann. 4, 55. *Hic* ed. pr. — *hos ituri in provincias magistratus reverebantur*, quia dignitatem absentium in senatu tuebantur contra inimicorum criminationes: cuius rei exempla in Cic. epp. ad div. passim occurrunt; *Schulz.* — *hos reversi colebant* edd. Lips. e c. Farn. v. ad c. 1. n. 3. *hos pr. et cons. vocare ultro videbantur* c. Farn. teste Lipsio in ed. pr. *hos reversuri colebant: hi et pr. et consulatui vacare u. v.* edd. vet. et Os. Sed reversuri significaret eos, antequam decederent de provincia, ultimis proconsulatus mensibus obsequium praestitisse civibus eloquentibus et post reditum idem facere desiisse: id quod absurdum est; *Orel.* Verba quoque posteriora, quae in edd. vet. leguntur, male defenduntur a Dronkio explicantur: *per se videbantur destinati esse praeturae et cons.* Suspicari tamen possis scribendum esse *his et praeturae et consulatus vacare u.* v. ut ap. Plin. ep. 10, 7. *locus vacat*, et in ep. Cic. ad Brut. 17. *Antonius ita victus est, ut alii vacaret, quod ille obtinuit.* Verbum saltem vocare insolentius h. l. dictum, etsi sententia esse videatur, iis etiam non petentibus datos fuisse consulatus, et sensus reconditus significetur verbis *vocare ultro videbantur*.

5. *quum etiam inviti ad populum producerentur*, velut a tribunis, ut dicerent de re, quae ageretur, ad populum: ut Apuleius produxit Ciceronem consule Antonio, quo tempore Philipp. VI. dixit; *Ern.* Cf. ei. Clav. Cic. et Ellendt ad Cic. Brut. 60, 217." *Dr.* — *nisi qui:* Lipsius in marg. edd. poster. coni. *nisi quis*, quod in ordinem recepere Heum. Brot. Ob. Bekk. Lün. Sed *nisi qui*, ut *ne qui*, *si qui* (εἴτις) et *si qua*, dicitur pro *nisi*, *ne* et *si quis*, *aliquis* et *aliqua*. Cf. ad cap. 3. n. 2. Drak. ad Ann. 1, 48, 2. 6, 4. 14, 7. Drak. ad Liv. 3, 10, 7. Ruhnken.

ad Rufinian. de figuris VII. p. 201. Frotscher in append. obss. crit. in quosdam locos Xenoph. Mem. Socr. Lips. 1819. (ubi haec annotavit: Pronomen *quis* dictio est enclitica et eodem dicitur modo, quo Gr. τὶς, Germ. *Einer*; *aliquis* vero est Germ. *irgend Jemand*, *der* oder *jener*.) Ephem. litt. Hall. a. 1825. pl. 33. p. 261. Ramshorn. Gram. p. 369—371. Stallb. ad Ruddim. inst. Gram. T. I. p. 201. *nisi ingenio et c. s. s. tuerentur* coni. Ern. recepitque Sch. — *sua voce respondendum haberent*, v. ad cap. 1. n. 3. — *quum testimonia quoque — dicere cogerentur* tunc, quo in usu plurimum valebat eloquentia; *Brot.* coll. Quintil. 5, 7. *Maximus tamen patronis circa testimonia sudor est. Ea dicuntur aut per tabulas, aut a praesentibus. Simplicior contra tabulas pugna. Minor enim pudor, et pro diffidentia premitur absentia. — Cum praesentibus vero ingens dimicatio est, ideoque velut duplici contra eos proque his acie confligitur, actionum et interrogationum.* — *in publicis non absentes* cet. omnes edd. ante Heum. Sed vel corrupta est vox *publicis*, vel alia pluresve exciderunt. *iudiciis* pro *publicis* dedere Heum. Ob. Bekk. Lün. *iudiciis* vero adiecit Agric. et *causis* (comp. scrib. *cis*) Bip. et Sch. (*Causae publicae*, quae ad universam remp. eiusque statum pertinent, quod scelera, de quibus agitur, ei aut directe nocent, ut peculatus, maiestas, repetundae, ambitus, aut, ut parricidium et alia, exemplo et periculo publicae securitatis; *Ern.* clav. Cic.) Lacunae signum apposuere Seeb. Dr. Os. Or. — *per tabellam dare testimonia*, scripto consignata, quae ex adagio interdum *testimonia surda* vocantur; *Sch.* De *tabella* s. *tabula* v. Heinrich. ad Cic. oratt. partes ined. p. 11; *Dr.* *Ex tabella* (de scripto) *pronuntiare* dixit Suet. Cal. 15. ubi v. Ern. — *cogerentur:* in ed. pr. *coegerunt.* — *et quomodo disertum* (v. ad c. 1. n. 1.) *haberi* cet. In omnibus edd. ante Heum. male legitur *necessitas accedebat — et commoda disertum haberi pulchrum et gloriosum; sed contra* cet. Haec sensu iusto haud carere putat Osan. si ita distinguantur: *necessitas accedebat et commoda. Disertum haberi* cet. Sed nemo dixerit, *ad praemia magna accedere commoda.* Verba *ad commoda* post *praemia* collocanda censebat Mur. *et non modo disertum haberi* corrigebat Schel. *nec modo disertum haberi* Brot. sed felicius Acid. *et quomodo disertum haberi* cet. Id receperunt Heum. Bip. Sch. aliique, qui tamen *sic contra* (ut ap. Cic. Tusc. 1, 6.) pro *sed contra* scripserunt ex emend. Schurzfl. *Quomodo* natum ex ant. script. *comodo*, ut *cotidie* pro *quotidie*, et *quomodo*, ut c. 39. 41. (et Agr. 34.), pro *quemadmodum*; *Schulz.*

6. *Ergo non minus rubore — male tuerentur*: his verbis, quae cum praecedd. arctissime cohaerent, ab Heum. nobisque postremus in hoc cap. locus, non, ut a ceteris editoribus, primus in cap. 37. assignatus est. *Minus rubore* ed. pr. et Os. *Non minus rub.* Put. Ber. Riv. Rhen. tres, Ald. Franc. Col. *Ergo non minus r.* edd. Lips. et rec. v. ad cap. 1. n. 3. *rubore*, pudore. v. ad G. 13. n. 7. — *stimulabantur* Rhen. 2. 3. et deinde omnes. *stipulabantur* primae edd. — *clientulorum* Rhen. tres et deinde omnes ante Brot. *clientularum* ed. pr. Put. Riv. Ber. *clientelarum* (h. e. clientium) Brot. et Sch. ex emend. Ern. v. ad Ann. 2, 13, 2. Quum vero ap. Plaut. mil. glor. 3, 1, 194. et Horat. od. 2, 18, 8. occurrat *clienta* habeatque Asconius in Verr. de praet. urb. p. 102. *plebeiam clientulam Verris*, nil obstat, quo minus et hic *clientulos* admittamus; *Oberl.* *Clientus* quidem fortasse non fuit: sed meminerimus, ab *infante* esse *infantulum*, ab *adolescente* item *adolescentulum*; Fr. Aug. *Wolf.* in miscell. (*Vermischte Schriften*) p. 162. Cf. ad Ann. 12, 36. — *transirent* edd. Lips. e c. Farn. (v. ad c. 1. n. 3.) et rec. *transissent* MSS. Vat. et edd. vet. — *traditae a maioribus necessitudines:* nam *necessitudo* est omnis coniunctio sanguinis, affinitatis, coniugii, collegii, amicitiae cet. quae a causa aliqua oritur, quae nobis necessitatem amoris

benevolentiaeque affert; *Ern.* clav. Cic. v. ad Ann. 1, 9, 3. — *non suffectari honoribus*, v. ad Ann. 1, 13, 1.

CAPUT XXXVII.

Nescio an venerint in manus vestras haec vetera, quae et antiquorum bibliothecis adhuc manent et quum maxime a Muciano contrahuntur ac iam undecim, ut opinor, Actorum libris et tribus Epistolarum composita et edita sunt. Ex his intelligi potest, Cn. Pompeium et Marcum Crassum non viribus modo et armis, sed ingenio quoque et oratione valuisse; Lentulos et Metellos et Lucullos et Curiones et ceteram procerum manum multum in his studiis operae curaeque posuisse; nec quenquam illis temporibus magnam potentiam sine eloquentia consecutum. His accedebat splendor rerum et magnitudo causarum, quae et ipsa plurimum eloquentiae praestant. Nam multum interest, utrumne de furto aut formula et interdicto dicendum habeas, an de ambitu comitiorum, expilatis sociis et civibus trucidatis. Quae mala sicut non accidere melius est isque optimus civitatis status habendus est, quo nihil tale patimur; ita, quum acciderent, ingentem eloquentiae materiam subministrabant. Crescit enim cum amplitudine rerum vis ingenii, nec quisquam claram et illustrem orationem efficere potest, nisi qui causam parem invenit. Non opinor Demosthenem orationes illustrant, quas adversus tutores suos composuit; nec Ciceronem magnum oratorem P. Quinctius defensus aut Licinius Archias faciunt: Catilina et Milo et Verres et Antonius hanc illi famam circumdederunt; non, quia tanti fuit rei publicae, malos ferre cives, ut uberem ad dicendum materiam oratores haberent, sed, ut subinde admoneo, quaestionis meminerimus sciamusque, nos de ea re loqui, quae facilius turbidis et inquietis temporibus exstitit. Quis ignorat, utilius ac melius esse, frui pace, quam bello vexari? Plures tamen bonos praeliatores bella quam pax ferunt. Similis eloquentiae conditio. Nam quo saepius steterit tanquam in acie, quoque plures et intulerit ictus et exceperit, quo maior adversarius et acriores pugnas sibi ipsa desumpserit, tanto altior et excelsior et illis nobilitata criminibus in ore hominum agit, quorum ea natura est, ut secura nolint.

1. *Nescio an*, v. ad Ann. 3, 53. — *in manus vestras* Rhen. 2. 3. Ald. et rec. *in m. nostras* primae edd. — *haec vetera* sc. scripta, acta et epistolae. *haec adversaria* coni. Bip. — *quae et antiquorum bibliothecis adhuc manent* ed. Spir. Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. Lips. Pith. Bern. Gron. *quae in antiquorum bibliothecis* MS. Vat. 1518. edd. Heum. Ern. Os. aliae. *quae et in ant. bibl.* Vat. 1862. ed. Brot. et Sch. *Antiqui* h. l. sunt ii, quorum aetas ad priora illa tempora, quibus oratores illi laudatissimi inclaruerunt, vergebat ac paene contingebat; *Os.* „Itaque homines octogenarii, nonagenarii et si qui maiores natu etiamtunc supererant; et homines etiamtunc viventes et aequales Ciceroni, ut c. 21. Hi vero Latine nusquam *antiqui* dicuntur, sed *seniores*, ut Ann. 11, 27. Egregia est emendatio Schurzfl. *quae et in antiquariorum* (v. ad c. 21.

n. 5.) *bibliothecis adhuc manent* merito recepta a Bip. Seeb. Dr." *Osan.* A nobis retenta est lectio et codicis Farn. (ex quo Lipsius non aliam enotavit) et omnium edd. cui etiam verba *adhuc manent*, (latent) si non unice, saltem magis consentanea sunt. De *bibliothecis antiquorum* v. ad cap. 21. n. 6. de *antiquis* et *veteribus* cap. 15—23. et ad Ann. 1, 1, 3. Praepositio *in* non legitur in edd. vet. nec nisi in MSS. Vat. glossarum plenis. Cf ad c. 32. n. 4. ad H. 3, 19, 2. et Ind. III. v. *Ellipsis Praeposit.* — *quum maxime*, v. ad H. 1, 29, 6. *cum maxime* ed. pr. et Ern. Brot. Sch. al. *nunc maxime* ed. Put. et cet. ante Ern. ut et Bip. et Seeb. — *a* M. Licinio Crasso *Muciano*, (de quo ad H. 1, 10, 1.) *contrahuntur*, colliguntur; *Ern. protrahuntur* scripsit Heum. „Sed sermo est de epitome sive eclogariis et excerptis, qualia tunc temporis a multis componi solebant. Cf. Fronton. p. 160. ed. Rom." *Orel.* Notissimi sunt *Electorum commentarii CLX.* opisthographi et minutissime scripti a Plinio mai., de quibus v. Plin. ep. 3, 5, 17. „Ex h. l. patere videtur, Mucianum composuisse libros in formam encyclopaediae vel chrestomathiae, ut nunc loqui solent, nempe ex veteribus varii generis scriptis *contractos* vel excerptos: quod luculenter confirmatur Plinii auctoritate, qui eius testimonio frequenter atque ita quidem in H. N. utitur, ut certo colligas, res admodum varias easque plane diversi argumenti in scriptis eius tractatas fuisse." *Os. in Mutiano contrahuntur, at iam* ed. pr. — *Actorum libris*, v. ad Ann. 3, 3. et Prooemium nostrum in Vol. I.

2. *ingenio quoque et oratione valuisse Cn. Pompeium* Magnum, (v. Cic. pro lege Man. 14. p. Balbo 1. ad Att. 7, 17. inpr. Brut. 66. 68 sq. Quintil. 11, 1, 36.) *M. Crassum* triumvirum, (v. Cic. Brut. 64. 65. 66. p. Balbo 7. p. Mur. 23. ep. ad div. 1, 1.) *Lentulos*, e quibus notissimi Cn. Corn. Lentulus Clodianus cos. a. U. 681. cum L. Gellio, (v. Cic. Brut. 64. 66.) Cn. Lentulus Marcellinus cos. a. U. 698. (v. Cic. Brut. 70.) L. Corn. Lentulus cos. a. U. 597. (Cic. Brut. 20.) L. Lentulus Crus cos. a. U. 704. (v. Cic. Brut. 77.) P. Lentulus, princeps senatus et cos. a. U. 591. (Cic. Brut. 28. de or. 1, 48.) P. Lentulus Sura, cos. a. 682. (Cic. Brut. 64. 67.) P. Lentulus Spinther (Cic. Brut. 77.) et Lentulus, qui laudatur a Cic. de har. resp. 17. *Marcum Crassum* edd. vet. Lips. Dr. Os. „Eundem usum antiquum etiam esse videbis ex Inscript. meis Latinis Vol. I. N. 2706. 2707." *Orel.* — *Metellos*, Q. Metellum cos. a. 547. (v. Plin. 7, 43.) Q. Caecilium Metellum Macedonicum cos. a. 611. (Cic. Brut. 21. 56. de or. 1, 48.) Q. Caec. Metellum Numidicum cos. a. 645. (Cic. Brut. 35.) Q. Metellum Celerem, (Cic. Brut. 89.) Q. Metellum Celerem, illius filium, cos. a. 693. (Cic. Brut. 70.) Q. Metellum Nepotem. (Cic. Brut. 78. ad div. 5, 1. 2.) — *Lucullos*, L. Licinium Lucullum cos. a. 602. (Cic. Brut. 21.) L. Lucullum cos. a. 679. (Cic. Brut. 62.) M. Terentium Varronem Lucullum cos. a. 680. (Cic. Brut. 62.) — *Curiones*, C. Curionem praet. a. 632. (Cic. Brut. 32.) C. Scribonium Curionem cos. a. 677. (Cic. Brut. 49. 58—61. de or. 2, 23.) C. Curionem trib. pl. (Cic. Brut. 81. ad div. 2, 13. 8, 4. 6. 8. 10. 11.) — *splendor rerum* paene id. qd. *magnitudo causarum* et *amplitudo rerum. splendor reorum* (ut *accusationes potentium reorum* c. 36.) MSS. Vat. ed. Seeb. Dr. Os. „Sed h. l. puto sermonem esse potius de *rebus* universe, quae tractabantur libera re publica, ut mox recurrit *amplitudo rerum:* nec recte aliquis loqueretur de *splendore* Catilinae, Verris atque eiusmodi reorum; *Orel.* — *plurimum eloquentiae praestant*, ut paulo post *ingentem eloquentiae materiam subministrabant.*

3. *de furto aut formula et interdicto*, v. ad cap. 20. n. 1. *Interdictum* est decretum praetoris certis formulis conceptum, quo aliquid iubet vel vetat, in primis in controversiis de possessionibus, quum eum, qui ex aliquo loco deiectus est, in fundum vel bona restitui iubet, do-

nec res iudicio plana facta sit; *Ern.* clav. Cic. Cf. Dig. lib. 43. tit. 1. et lib. 47. tit. 2. *de furto* et *interdictis*, Iustiniani Inst. 4, 10. ibique Hotoman. *aut formula interdicti* volebant Schulting. et Heum. „Nolim tamen ne ἓν διὰ δυοῖν quidem h. l. statuere, quum *formula* latius pateat quam *interdictum* sintque formulae commodati, communi dividundo, depositi, familiae erciscundae, finium regundorum, de peculio, de in rem verso cet., e quibus omnibus causae civiles possunt oriri." *Orel.* p. L. Cf. ad cap. 20. n. 1. — *dicendum habeas*, v. ad c. 1. n. 3. *dicendi* ed. pr. — *de ambitu comitiorum*, v. ad Ann. 4, 2. — *civibus:* in ed. pr. *comitibus.* — *quo nihil tale patimur:* haec ad Vespasiani laudem pertinent, ut illa c. 36 pr., *Brot.* *in quo* MSS. Vat. 1862. 4498. ed. Seeb. Dr. Os. Or. Sed MSS. Vat. glossis scatent. Cf. ad c. 32. n. 4. et Ind. III. v. *Ellipsis Praepositt.*

4. *Non opinor Demosthenem orationes illustrant, quas* anno aetatis XVII. *composuit adversus tutores suos*, Aphobum, Demophontem et Therippiden, malos paternae hereditatis administros. „Exstant adhuc tres eius orationes κατὰ Ἀφόβου, quas scholia in Hermogenem Sopatri p. 132. ἐπιτροπικοὺς λόγους nominant: sed Libanius in vita Demosth. tradit, aliis persuasum esse, Isaeum esse earum auctorem." *Schulz.* — *P. Quinctius* et A. *Licinius Archias poeta defensi* a Cicerone in causis levioribus et privatis, ille ad recuperanda bona, hic in controversia ei mota, an sit civis Romanus; *Schulz.* Praeterea oratio Cic. pro Quinctio anno aetatis XXVI ab eo habita est primumque fuit eloquentiae iudicialis specimen; *Nast.* *Quinctius defensus*, eius defensio. v. ad Ann. 1, 8, 7. *Quintus* ed. pr. *Quintius* Put. Rhen. tres, Lips. Pith. Seeb. Dr. Os. — *Archias poeta* edd. vet. ut Dr. et Os. *poeta* omissum in edd. Lips. et rec. Glossam quoque redolere videtur. Cf. ad c. 1. n. 3. — *Catilina et Milo et Verres et Antonius* sc. ab illo accusati, h. e. eorum accusationes, ut *defensus* pro *defensio.* v. ad Ann. 1, 8, 7. — *hanc illi famam circumdederunt*, v. ad Agr. 20. n. 1. — *non quia tanti fuit rei publicae, malos ferre cives* recte scripserunt Heum. Seeb. Dr. Os. Sic *tanti est mihi* ap. Cic. in Catil. 1, 9. 2, 7. h. e. tam utile, vel satis causae. Cf. ad c. 40. n. 7. intpp. Prop. 3, 19, 3. et Ern. clav. Cic. *non quia tanti fuit, rem publicam malos f. c.* quaedam edd. rec. *tanti fuit R. P. malos f. c.* ed. pr. Put. Rhen. tres, Lips. Pith. Bern. Gron. Ern. quod utroque modo intelligi potest. — *inquietis temporibus exstitit*, emersit, eminuit; *Schulz.* Cf. ad cap. 32. n. 2. et ad H. 3, 29, 5. *exsistit* Lips. in marg. edd. poster. Sed *exstitit* ἀορίστως dictum. Cf. ad Ann. 14, 61. et Agr. 1. n. 1.

5. *Similis eloquentiae conditio*, rectius *eloquentis; Schel.* Ita et aptius paulo post *nobilitatus*, cui *nobilitata* substituere Heum. Bip. al. „Sed in seqq. intell. *orator*, neque est quod offendas in tali transitu." *Dr.* et *Os.* — *Nam quo saepius steterit tanquam in acie* cet. cf. ad cap. 10. n. 6. — *quo maior adversarius* (est) *et* (quo) *acriores pugnas sibi ipsa desumpserit* sc. eloquentia. Ita legendum crediderim. *quo m. adversarius, eo acrior per pugnas sibi ipsas desumpserit* liber vetus (c. Farn.) teste Lips. in ed. pr. *quo m. adv., eo acrior qui pugnas sibi asperas d.* edd. vet. ante Bip. *quo m. adv. et acrior* (v. ad H. 1, 21, 7.) MS. Vat. 1862. et edd. rec. *quicum pugnas sibi asperas d.* edd. Bip. Ob. Sch. al. ex emend. Lat. Latinii Bibl. T. II. p. 37. *quo maior a. et acrior, quo plures pugnas* corr. Lips. *quanto maior adv. est et acriores pugnas sibi ipsa desumpserit, tanto altior et excelsior et illis nobilitata criminibus in ore hominum agit* Orel. Aliorum coniecturae non dignae sunt quae recenseantur. *pugnas sibi ipsa desumpserit*, ut naves *inter se cursum certamenque desumunt* Plin. ep. 8, 20, 7. *populum Rom. sibi desumere hostem* Liv. 7, 20. 38, 45. *sumere sibi studium philosophiae* Cic. Acad. 1, 2. et sim. — *tanto altior*, propr. *eo altior*, quia praecedit *quo maior.* Ita Cic. ad div. 10, 23. dixit: *quo*

magis me petiverunt, tanto maiorem iis frustratio dolorem attulit; Schulz. Sic et Terent. Phorm. 2, 2, 14. *quo magis novi, tanto saepius* cet. — *altior et excelsior* sc. est, cuius verbi substant. ellipsis frequentissima est. — *illis nobilitata certaminibus* cum adversario maiore, Catilina, Milone, Verre, Antonio, supra memoratis. *nobilitata* scripsi pro vulg. *nobilitatus;* nam omnia haec ad *eloquentiam* referenda, cui personae species induitur. *nobilitata* etiam corr. Latinius et Heum. *illis nobilitatus criminibus* omnes edd. ante Bip. Sed *crimina* ab h. l. aliena sunt; unde nonnulli correxere *discriminibus*, et Acid. *certaminibus*, quod receptum est Seeb. Os. nobisque. — *in ore hominum agit, quorum ea natura est, ut secura nolint*, v. ad H. 2, 73, 4. et Agr. 4. n. 8. *in ore h. agit* edd. Lips. et rec. *more h. agit* omnes edd. ante Lips. quod male defendit Osan. h. l. et in Auctar. Lex. Graec. p. 26. — *ut secura nolint*, ut respuant causas nullis periculis obnoxias et famae cupidi non nisi plenas discriminis et aleae ament. *ut s. nolint* edd. Rhen. 2. 3. et deinde paene omnes. *ut s. velint* MSS. Vat. ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. Dr. *ut dubia laudent, secura nolint* coni. Agric. Quod qui neget aptum ad sensum esse, ipse sine sensu; *Lips.* Sed nostrae lectioni eadem sententia inest. *ut dubia laudent, secura malint* leg. censebat Acid. hoc sensu: ut securum se quisque velit, in aliis tamen periculosa et qui ea subeant laudibus ferat. Ita vero et optime explicari posse verba *ut secura velint*, neque supplemento egere eorum sententiam, arbitrantur Dr. et Or. Eadem quidem sententia est, sed non congrua h. l.

CAPUT XXXVIII.

Transeo ad formam et consuetudinem veterum iudiciorum: quae etsi nunc aptior est..., eloquentiam tamen illud forum magis exercebat, in quo nemo intra paucissimas horas perorare cogebatur et liberae comperendinationes erant et modum dicendi sibi quisque sumebat, et numerus neque dierum neque patronorum finiebatur. Primus tertio consulatu Cn. Pompeius adstrinxit imposuitque veluti frenos eloquentiae, ita tamen, ut omnia in foro, omnia legibus, omnia apud praetores gererentur: apud quos quanto maiora negotia olim exerceri solita sint, quod maius argumentum est, quam quod causae centumvirales, quae nunc primum obtinent locum, adeo splendore aliorum iudiciorum obruebantur, ut neque Ciceronis, neque Caesaris, neque Bruti, neque Coelii, neque Calvi, non denique ullius magni oratoris liber, apud centumviros dictus, legatur, exceptis orationibus Asinii, quae *pro heredibus Urbiniae* inscribuntur, ab ipso tamen Pollione, mediis divi Augusti temporibus, habitae, postquam longa temporum quies et continuum populi otium et assidua senatus tranquillitas et maximi Principis disciplina ipsam quoque eloquentiam, sicut omnia alia, pacaverat?

1. *ad formam* edd. Put. Riv. et deinde omnes. *ad fortunam* ed. pr. — *quae etsi nunc aptior est . . ., eloquentiam tamen illud forum magis exercebat*, v. ad c. 36. n. 3. *Nunc* spectat ad tempora recentiora eorumque felicitatem, (de qua v. H. 1, 1 extr.) *illud forum* ad vetera. *tamen illud forum* MSS. Vat. Sed *quae etsi nunc aptior est: ita erit eloquentia tantum* vel *tanto illud forum m. e.* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. cet. ante Brot. Quid vero lateat in *ita erit*, Dii sciunt; *Os.* Asteriscum, lacunae signum; horum vocc. loco adiecerunt Lips. Pith. Bern.

alii. *veritati* ex Agric. coni. (quae Lips. et Gron. ad Sen. de ira 2, 29. acuta videbatur) substituere Heum. Sch. Bekk. *at certe* Mur. *attamen certe* Lips. *civitati* Bip. Ob. Lün. Hi etiam scripserunt *eloquentia tamen illud forum magis exercebat*, premebat, in eo regnabat. *arctior* pro *aptior* leg. putabat Rhen. et *qua, etsi* vel *uti nunc aptior est, ita periit eloquentia. Tanto illud f. m. e.* Rauchenst. Quae sententia h. l. minus apta; *Or.* Aliorum commenta praetermitto — *nemo intra paucissimas horas perorare cogebatur*, ut postea lege Pompeii. v. ad c. 19. n. 2. „Tempus orandi adstrictum fuisse, primus notasse videtur Cic. p. Quinct. 9, 33. Lex Pompeii, coniuncta cum lege de ambitu, (Caes. B. C. 3, 1.) fortasse ad res tantum capitales pertinebat. De dictionibus *aqua deficit, aquam petere, ad clepsydram dicere* et *latrare* (Cic. de or. 3, 34, 138.) v. Almelov. ad Quintil. p. 1072. ed. Burm. Luculentus est locus Lydi de magist. R. R. 2, 16. *Τῆς τοιαύτης οὖν συνηθείας ἤδη πρότερον ἐς τρυφὴν ἀναλυθείσης καὶ τῶν ἔμπροσθεν ἅμα τοῖς ὅπλοις καὶ αὐτὴν τὴν μέχρι λόγων φροντίδα τῶν κοινῶν ἀποπτυσάντων, νόμος ἐφοίτησε, τὸν ὕπαρχον ἀκροάσασθαι τῶν σαφρῶν διατυπῶν· πρᾶγμα καὶ μετὰ τὴν ἐναλλαγὴν ἀκροῦν ἐπιδεῖξαι τὴν οὖσαν αὐτῷ τὸ πάλαι θειότητα. Λευχείμων μὲν γὰρ ὁ ὕπαρχος ἐπὶ τοῦ βήματος καὶ τάξις ἁρμοδία ὡσαύτως ἐσταλμένη μετ᾽αὐτοῦ· καὶ σιγὴ κατασκέπουσα τὸ δικαστήριον, καὶ ὁ τρίπους ἐν μέσῳ τοῦ ἀκροατηρίου ἐξηρτημένου κατὰ μέσον τοῦ κανθάρου καὶ κρατὴρ παρακείμενος, δι᾽ οὗ ποτε πληρούμενος ὁ κάνθαρος ὕδατος τοσοῦτον ἐδίδου καιρὸν τῷ τῆς δίκης τέρματι, ἐφ᾽ ὅσον, διά τινος γνώμονος τοῦ ἐνόντος αὐτῷ ὕδατος διηθουμένου, ὁ κύαθος ἀπηλλάττετο· καὶ ὁ λόγος τοῖς λέγουσιν ὅπως πρὸς θεῖον δικαστὴν ἀνυφούμενος* κ. τ. λ. De eodem Atheniensium instituto v. Platneri liber *Attischer Process* I. p. 185." *Ed. Puggé* laud. a Dronk. p. 249. „Lege Pompeia de ambitu (Cic. ad Att. 10, 4.) gravior poena et breviora iudicia constituta sunt, ternis tantum horis ad dicendum datis. v. Cic. Brut. 95. ad Att. 13, 59. ibique Manut." *Ern.* clav. Cic. in Ind. leg. „Cf. etiam Sigon. de rep. Athen. 3, 4. intp. Plin. ep. 2, 11. et Ideler *Handbuch* der mathem. u. techn. Chronol. T. II. p. 4." *Dr. horas* omissum in ed. pr. — *comperendinationes* s. *comperendinatus*, (*Vertagungen* Woltm.) causarum dilationes, si iudex actoris vel rei rogatu *comperendinat*, h. e. iubet, eos iterum adesse, ut secunda vice, in diem *perendinum*, tertium, causa agatur. v. ad Ann. 2, 30, 2. Cic. Brut. 22. et Verr. 1, 9. et 11. ubi cf. Ascon. *Ampliatio* autem est, ubi iudices non decernunt, sed sponte *ampliant* rem, h. e. pronuntiant *N. L.*, *non liquet* vel *amplius*, rem amplius esse cognoscendam et deliberandam; *Ern.* clav. Cic. coll. Cic. Verr. 1, 9. 29. et Brut. 22. — *numerus neque dierum neque patronorum finiebatur;* Asconius Pedianus ad Cic. Verr. III. et or. p. Scauro docet, XX *dies* legitimos et ad accusandum et ad defendendum datos, rarumque fuisse, pluribus *patronis* quam sex, usitatum, quatuor uti; *Schulz. finiebatur* bene edd. Lips. e c. Farn. (v. ad c. 1. n. 3.) et rec. Id dictum pro *definiebatur.* v. ad G. 19. n. 14. *favebatur* ed. pr. *cavebatur* Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. Os. *cavebatur* sc. legibus; *Dr.* Non tamen ita dici solet *cavebatur res*, sed *cavebatur* vel *cautum est lege*, *ut* et *ne*.

2. *Primus tertio consulatu Cn. P. a.* edd. Ber. Rhen. tres, Ald. Lips. et rec. *Primus huius . . cons. Cn. Pompeius adstrinxit* ed. pr. Put. Riv. nisi quod *Gn.* et *γ* scriptum pro *Cn.* v. ad Ann. 12, 64. et de re ipsa sup. nota 1. et ad c. 19. n. 2. *Primus huius rei spatia tertio consulatu* Agric. Seeb. in ed. 1. *Primus huiusce spatia* Lips. *Primus huius* et *huiusmodi spatia* alii. Ita cap. 39. *Nam quomodo nobiles equos* cet. „Scribendum *III COS*, ex qua nota *HUIUS* ortum; et haec pronuntianda sive *tertio* sive *tertium consul.*" *Orel.* Lipsius retinuit nostram lectionem, quam in c. Farn. reperisse videtur. *Primus huius libertatem consuetudinis Cn. Pompeius adstrinxit* coni. Peerlk. (v. ad c. 1. n. 4.) quod parum

quentiae impetus, nullus calor, vigor nullus; *Brot.* coll. Plin. ep. 2, 19.

3. *Nam quomodo* (v. ad c. 36. n. 5.) *nobiles equos cursus et spatia probant* in circo. v. ad H. 1, 27, 3. *Nobiles equi* et *generosi*, egregii generis indolisve, (*Race*) patre maioribusve, qui saepius in Circensibus vicerant, prognati, quibus, ut etiam nunc in Arabia, sua quoque nomina erant et familiae vel genealogia. Cf. Iuvenal. 8, 56 — 67. Stat. Silv. 5, 2, 21 sq. Drak. ad Sil. 16, 329. Wernsdorf. exc. X. ad Nemesian. v. 241. in Poet. lat. min. T. I. p. 260 sq. *Cursus et spatia* s. gyri septem, quibus in circo decursus finiebatur, vel *cursus et spatia* pro cursu per spatium, (*campum*) in spatio circi, ubi decurritur, ἵπποι δὲ πλανόωνται ἀνὰ δρόμον Hom. Jl. 23, 321. Cf. ad Ann. 14, 56, 1. Heyne et Voss. ad Virg. Ge. 1, 513. — *sic est aliquis oratorum campus* (edd. Lips. e c. Farn.) et rec. Cf. ad c. 1. n. 3. *sic alius oratorum campus* ed. pr. „Recte. Sensus est: quo modo equis nobilibus, quo probentur, cursus datur, eodem *alius*, diversi generis, est oratorum. Iam Noster quum *cursus* addere debuisset, verbo hoc propter seqq. misso, *campum* pro *cursu* infert." *Os.* Immo optime *sic est aliquis*, et per se patet egregia sententia, aliter currere oratores, aliter equos; *Orel.* *sic aliquis* dedere Seeb. et Dr. *sic latus* a. c. Put. Riv. Ber. Rhen. tres, Ald. *sic latus oratores c.* (sc. probat) coni. Schurzfl. Fuere qui *cursus et stadia* mallent — *per quem* campum *nisi liberi et soluti feruntur*, φέρονται, currunt, ruunt, ut equi in circo, verberibus verbisque aurigarum incitati. *nixi* pro *nisi* ed. Put. et Riv. — *debilitatur ac frangitur eloquentia*, ut cap. 27 pr.

4. *Ipsam quin immo curam*, quae in declamando versatur, μελέτης, *Bip.* Id non satis h. l. convenit; *Schulz.* — *diligentis stili anxietatem*, cf. ad c. 23. n. 4. *diligentis* MSS. Vat. vet. ed. Rom. Modii, Heum. Brot. Ern. et deinde omnes. *diligens* ed. pr. *diligentem* ed. Put. et cet. ante Heum. — *contrariam*, noxiam et damnosam, quia in vitio est et ingenium concidit: oratores enim, de verbis nimis iusto solliciti, anxie saepius haesitant et obmutescunt adeo; *Schulz.* coll. Quintil. 11, 2, 48. Non vero anxia stili diligentia h. l. in vitio ponitur. Coniunge *contrariam* cum *experimur*, non cum *anxietatem*." *Rauchenst.* Cf. ad c. 35. n. 3. — *quando incipias:* „haec non sunt aliis typis exprimenda, (ut in ed. Bern. Hauf. Ern. Bip. et Ob.) tanquam iudicis verba, (tunc melius scriberetur *q. incipies*) sed id. qd. *sub initium orationis:* nam iudex, quum incipere instituit orator, quaestione oblata occupat, et quum *ex interrogatione eius incipiendum sit*, i. e. quum orator ab eo incipere orationem debeat, quod interrogatus erat, turbatur tota orationis meditatae et diligenter elaboratae series. Paraverat nempe orator aliud exordium, alia sub initium dicenda, quam quibus nunc utendum est." *Sch.* — *Frequenter probationibus et testibus silentium patronus indicit* omnes edd. ante Schulz., in quibus tamen varie distinguitur: nam *patronus: indicit unus* cet. ed. pr. *patronus indicit unus* Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *patronus indicit. Unus* Rhen. 2. 3. Ald. Lips. Gron. Ern. Bekk. Lün. Dr. prob. Nast. et Brot. Ille *patronum* h. l. pro *iudice* dictum persuasit sibi, sed vix cuiquam persuadebit. Hic putabat, patronum, qui causam voluisset praecipitare, probationibus et testibus, quasi causa satis cognita nec refragantibus iudicibus, silentium indixisse. *testibus* (inferendis) *silentium perorationi* (oratoribus) *indicit* (imponit iudex) coni. Osan. *incipiendum est; frequenter probationibus et testibus silentium patronis* vel *patrono indicit* (sc. iudex) vel *indicitur* legendum putant Sch. Ob. Or. aliique ut sententia sit: iudex patronum in ipso orationis cursu interrumpit et modo iubet proferri ab eo probationes defensionis, modo testes interrogare incipit contra oratoris voluntatem; qua interpellatione refrigescit

eloquentia et filum orationis amittitur. Apta sententia, sed non bene expressa: neque in illis lectt. acquiescas. Retinui tamen vulgatam, quia Lipsius non meliorem enotavit e cod. Farn. — *ac alter* omnes paene edd. et vet. et rec. *aut alter* Seeb. *et alter* Dr. Os. Or. *atque alter* Lün. v. ad c. 21. n. 2. et ad Ann. 12, 12, 1. — *assistit*, v. ad cap. 19. n. 4. Contra vero olim auditorium semper plenum, semper novum, ut c. 34. vidimus; *Brot.*

5. *clamore plausuque:* „clamore plaudentium s. laudantium, ut ait Quintil. 10, 1, 17. ubi v. Wolf. et Frotsch." *Dr.* — *velut quodam theatro:* nam *theatrum* est vel frequentia spectatorum et auditorum, ut ap. Cic. de or. 3, 50. ad div. 1, 28. vel, ut ap. Cic. Brut. 2. Verr. 5, 14. Tusc. 2, 26. ad Att. 13, 20. ad div. 12, 29. 13, 64. occasio s. locus ita demonstrandi ingenii virtutisve, ut a plurimis cognosci possit, et quicquid ita fit, ut in oculis hominum fiat; *Ern.* clav. Cic. — *nobiles:* post hanc vocem *homines* excidisse suspicatur *Orel.* — *coarctarent:* in edd. Put. Riv. Or. *coartarent.* — *clientelae quoque*, v. ad Ann. 2, 13, 2. *in client. q.* ed. pr. *et tribus* edd. omnes praeter Spir. Dr. Os. Or. in quibus *ac tribus.* — *et municip. legationes ac partes It. per. assisterent* Rhen. 2. 3. Ald. et cet. ante Brot. nisi quod *parte* est in plerisque. *et mun. et legationes* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 1. *ac partis I. p. assisceret* ed. pr. *ac partes It. p. assisteret* Put. Riv. Ber. Rhen. 1. Seeb. *municipiorum etiam legationes ac pars It. p. assisteret* MSS. Vat. ed. Brot. Dr. Os. Or. sed haec ex emendatoris ingenio fluxisse videntur, et languet *etiam* post *quoque*. *Partes Italiae* videntur esse legationes provinciarum.

6. *C. Cornelium et M. Scaurum* — a Cicerone *defensos.* Sed interciderunt orationes eius, excepta illa pro Milone, non tam habita, quam scripta, et ea, qua Vatinius *accusatus* est. v. ad cap. 34. n. 6. Orationum pro Cornelio et Scauro pauca tantum fragmenta servavit Ascon. Ped. plura vero orationis p. Scauro Maius nuper vulgavit. *C. Cornelius* a P. Comminio Spoletino a. U. 688 de maiestate accusatus et quatriduo a Cic. defensus est. v. Cic. Brut. 78. et p. Vatin. 2. *M.* Aemilius *Scaurus*, M. Scauri, bis cos., Cens. et princ. sen. filius, post praeturam Sardiniae a P. Triario a. 699. repetundarum postulatus. v. Cic. ad Att. 4, 15. 16. 17. ad Q. fr. 3, 2. de off. 1, 39. 2, 16. *L.* Calpurnius *Bestia* a. U. 697. de ambitu accusatus in petitione praeturae. v. Cic. Phil. 11, 5. 12, 8. 13, 12. p. Coel. 12. ad Q. fr. 2, 3.

7. *eiusmodi libri*, v. ad cap. 20. n. 1. — *ut ipsi quoque qui egerunt*, eorum eloquentia et ingenii dotes, *non aliis magis orationibus censeantur*, ex his maxime aestimentur, iudicentur. v. ad Ann. 13, 17. *quoque egerunt: non* ed. pr. et Put. *quoque egerunt: ut non* Riv. *quoque qui egerunt* Ber. Rhen. tres et cet.

CAPUT XL.

Iam vero conciones assiduae et datum ius [quoque] potentissimum quemque vexandi atque ipsa inimicitiarum gloria, quum se plurimi disertorum ne a P. quidem Scipione aut Sulla aut Cn. Pompeio abstinerent et ad incessendos principes viros, ut est natura invidiae, populi quoque histriones auribus uterentur, quantum ardorem ingeniis, quas oratoribus faces admovebant! Non de otiosa et quieta re loquimur et quae probitate et modestia gaudeat; sed est magna ista et notabilis eloquentia alumna licentiae, quam stulti *libertatem* vocabant, comes seditionum, effrenati populi incitamentum, sine obsequio, sine servitute,

contumax, temeraria, arrogans, quae in bene constitutis civitatibus non oritur. Quem enim oratorem Lacedaemonium, quem Cretensem accepimus? quarum civitatum severissima disciplina et severissimae leges traduntur. Nec Macedonum quidem ac Persarum ac ullius gentis, quae certo imperio contenta fuerit, eloquentiam novimus. Rhodii quidam, Athenienses plurimi oratores exstiterunt, apud quos omnia populus, omnia imperiti, omnia, ut sic dixerim, omnes poterant. Nostra quoque civitas, donec erravit, donec se partibus et dissensionibus et discordiis confecit, donec nulla fuit in foro pax, nulla in senatu concordia, nulla in iudiciis moderatio, nulla superiorum reverentia, nullus magistratuum modus, tulit sine dubio valentiorem eloquentiam, sicut indomitus ager habet quasdam herbas laetiores. Sed nec tanti rei publicae Gracchorum eloquentia fuit, ut pateretur et leges, nec bonae formam eloquentiae Cicero tali exitu pensavit.

1. Haec esse Materni, et superiora inde a cap. 36. Secundi verba, probabile est. v. ad c. 35. n. 5. *datum ius quoque potentissimum quemque vexandi*, (v. ad c 1. n. 5.) omnes edd. ante Brot. *quoque* paulo post iteratur et abest a MSS. Vat. unde illud deleverunt editores rec. *cuique* coni. Gron. — *inimicitiarum* inde contractarum. — *quum se plurimi disertorum ne a P. quidem Scipione — abstinerent:* „sic Cic. de fin. 3, 11, 38. Nep. Att. 22. Liv. 2, 16. 22. 8, 2. ad quae loca v. intpp. Hinc male praep. *a* omissa ante *P.* in ed. pr." *Dr.* *abstinerent* (ut paulo post *uterentur*) MSS. Vat. edd. Brot. Ern. Ob. al. *abstinuerunt* ed. pr. Put. Ber. Rhen. tres al. *abstinuerint* Lips. Pith. et rel. e coni. Rhen. — *incessendos* edd. Lips. e c. Farn. et rec. Conf. ad c. 1. n. 3. *incendendos* edd. vet. — *Sulla:* lege *L. Sulla; Or.* — *ut est natura invidiae*, cui magna potentia, gloria et felicitas, non fortuna mediocris tenuisque, obnoxia est: unde etiam Fortuna Diique nimium felicibus hominum rebus invidere credebantur. Conf. ad Ann. 16, 16. Iuvenal. 10, 56 — 113. 15, 95. Horat. Sat. 1, 6, 26. 47 sq. Liv. 5, 21. 27. 30, 30. Drak. ad Sil. 3, 78. 6, 84. 340. 402. 7, 60. 61. Burm. ad Quintil. decl. 8, 14. p. 180. Cuper. obss. 2, 4. — *populi quoque histriones auribus uterentur* MSS. Vat. et edd. paene omnes, nisi quod *populi et* MSS. *populi quoque et* ed. pr. et *populi etiam histr. a. u.* Brot. Dr. Os. Verba corrupta, quorum nodi neque explicatione Nastii, (populi iudicio tanquam veri histriones se accommodarent) neque ulla correctione VV. DD. soluti sunt. *histricis* (velut chori) coni. Bip. *strictioribus* et *intentioribus* Schulz. *faventioribus* Rauchenst. *populi etiam histrioniis artibus potirentur* Os. (quia *gentium potiri* dixerit Flor. 1, 1, 18. etsi sensu paulum diverso, *histrionia* Plautus, *histrionae studiosus* Fronto p. 86. ed. Nieb. *histrionales modos* et *histrionalis favor* Noster c. 26. et 29.) *populi etiam tanquam histriones auribus uterentur* Peerlk. de quo v. ad c. 1. n. 4. *populi quoque, ceu histriones, auribus* (iudicio, de quo v. ad cap. 19. n. 2.) *uterentur* Schurzfl. *plerique et* (haud pauci etiam) *histrionalibus artibus uterentur* Orel. quod ceteris praeferendum videtur. Ingeniose etiam pro *histriones* Heum. *arrectioribus*, quod receperunt Sch. Ob. Bekk. Lün. Sed a literarum ductu nimis recedit. „Literae forsan a librariis transpositae potius quam corruptae sunt. Scriptum ab illis *sihrtiones* pro *histriones* et hoc pro *subrectioribus*, quo significaretur inclinatio animorum ad furorem." *V. D.* de quo v. ad c. 1. n. 1. Librarios vero ita peccasse vix crediderim. —

quantum: in ed. pr. *quam tum.* — *oratoribus faces admovebant*, v. ad H. 2, 86, 7.

2. *Non de otiosa et quieta re* publica eiusque constitutione *loquimur, et quae probitate et modestia gaudeat*, ubi mos geritur legibus et imperiis magistratuum: ut *plebs modesta* ap. Cic. Agr. 2, 31. ubi *seditiosae* opponitur, et *immodestia militum* ap. Nep. Lys. 1. et Alcib. 8. de dedignatione parendi; *Schulz.* „*Modestia* est *in animo continens moderatio cupiditatum* Cic. ad Heren. 3, 2. v. Gerlach. comm. in Sall. p. 57. *Modestia* et *probitas* coniunguntur etiam G. 36. ubi v. nota 3." *Dr. Non enim de otiosa — gaudeat: est magna* cet. coni. Mur. et *Nos de — gaudeat. Est magna* scripsit Heum. Sed plura h. l. verba excidisse videntur. v. ad cap. 35. n. 5. — *magna ista* edd. omnes ante Brot. *m. illa* MSS. Vat. ed. Brot. Seeb. Dr. Os. — *licentiae, quam stulti libertatem vocabant*, v. ad c. 29. n. 2. et ad Agr. 4. n. 8. *vocant* recte, opinor, corr. Heum. — *comes seditionum:* malebant *fomes s.* Acid. Heum. Sch. — *sine servitute*, „sine debita obedientia erga leges, magistratus et instituta maiorum, *ohne Unterwürfigkeit.* Ita *servitus officii* dicitur Cic. p. Planc. 30. sensu honesto." *Sch. Or.* Et *servitus iuris* Quintil. 2, 16, 9; *Dr.* „*Servitus* videtur esse id. qd. *observantia* debita, *obsequium*, h. l. erga leges et magistratus et principes civitatis de re publica bene meritos, Ital. *servitù.* An leg. *sanitate?*" *Orel. severitate* ed. Pith. *securitate* coni. Rauchenst. *lenitate* Peerlk. de quo v. ad c. 1. n. 4. Quae omnia ab h. l. aliena. Verba *sine servitute* tanquam glossema eiecit Heum. et iunxit *sine obsequio contumax* coll. H. 4, 74. et Agr. 42. ubi *obsequium* et *contumacia* sibi opponuntur. Sed stili concinnitas requirit duo membra per praepos. *sine* incipientia; *Orel.* — *quae in bene constitutis civitatibus non oritur*, cf. Cic. Brut. 2. et 12. qui tamen longe aliter sentiebat; *Schulz.*

3. *Quem enim oratorem Lacedaemonium, quem Cretensem accepimus*, vel Argivum, Corinthium et Thebanum cet. Cf. loca a Lips. et Gron. iam laudata, Vellei. 1, 18. (qui idem miratur, nec causam dat, quam veram hic habes; *Lips.*) Cic. Brut. 13, 49. et Quintil. 3, 7, 24. Hic causam exhibet: *Minus Lacedaemone studia literarum, quam Athenis, honoris merebuntur: plus patientia, fortitudo; Schulz.* Cf. Spald. ad Quintil. 2, 16, 4. *accepimus* ed. pr. Lips. (tacite e c. Farn. de quo v. ad c. 1. n. 3.) et rec. *accipimus* ed. Put. et rel. Cf. ad Ann. 1, 67, 1. — *severissimae leges:* Schel. coni. *sanctissimae l.* ne idem Adiectivum repetatur. „Sed ita cum emphasi repetitur etiam *omnibus* c. 6. *minimum* et *magnam* c. 41." *Wopkens.* Cf. Ind. III. v. *Verba eadem repetita.*

4. *Nec Macedonum quidem* omnes edd. ante Bip. *Ne M. q.* scripsere Bip. Sch. Ob. aliique. v. ad H. 2, 76, 10. — *ac ullius* omnes edd. ante Ern. nec non Oberl. et Bekk. *aut ullius* MSS. Vat. edd. Ern. Heum. Bip. Sch. al. Cf. ad Ann. 12, 12, 1. — *contenta fuerit* melius quam c. *fuit*, quod dedit Heum. Cf. Wopkens. obss. misc. 7, 3. p. 404.

5. *Rhodii quidam:* „Hi certe in partem huius laudis veniebant. *Rhodii saniores et Atticorum similiores* Cic. Brut. 13. Unde et genus eloquentiae *Rhodium* vocabatur, quod mixtum erat ex Attico et Asiano et veluti medium. Cicero ipse adolescens Romae dedit operam Moloni Rhodio, qui dictatore Sulla legatus ad senatum Rom. venerat. Postea Rhodum petivit ibique se applicavit ad eundem Milonem, quem impense laudat in Brut. 91. et al." *Sch.* Adde Quintil. 12, 10, 18; *Dr.* — *Athenienses plurimi* omnes edd. ante Brot. *plurimi Ath.* MSS. Vat. edd. Brot. Dr. Os. Or. — *omnia omnes poterant*, v. ad H. 5, 8, 4.

6. *donec erravit*, instar navis gubernatore bono carentis. Non prudenti iudicio usa et *certo imperio* recta est, ut ante dixit; *Ern.* Fluctuavit: ni malis *certavit; Rhen.* Cf. ad c. 36. n. 1. — *donec se partibus et dissensionibus et discordiis* (synon. de quo v. ad c. 5. n. 4. et ad c. 6.

n. 5.) *confecit*, perdidit, ut al. *consumere* et *absumere*, propr. de viribus exhaustis vel vulneratis bestiis gladiatoribusque, qui penitus interficiuntur. *dissentionibus* ed. Put. et Riv. Verba *nulla in senatu — moderatio* ex MS. Farn. addidit Lips. — *nullus magistratuum modus*, potestas eorum non circumscripta et coercita certis legibus et limitibus, sed saepe, inpr. tribunorum pl., immodica et nimia; *Schulz.* „Fortasse leg. *nullus m. metus.*" *Or.* — *tulit*, protulit, produxit, genuit, *sicut ager herbas* et fruges. *sicut indomitus ager habet quasdam herbas laetiores*, conf. Frontonis verba p. 5. ed. Rom. *Non aeque adolescunt in pomariis hortulisque arbusculae manu cultae rigataeque, ut illa in montibus aesculus et abies et alnus et cedrus et piceae, quae sponte natae, sine ratione ac sine ordine sitae nullis cultorum laboribus neque officiis, sed ventis atque imbribus educantur; Orel.* Cf. ad c. 6. extr. *indomitus ager*, ut contra *rastris terram domare* dixit Virg. Aen. 9, 608. *subigere arva* et *scrobes subactos* id. Ge. 1, 125. 2, 50. de terra, quae foditur et aratur. *sicut indomitus* edd. Ald. Dr. Os. Or. *sicuti domitus* ed. pr. (pro *sicut idomitus*) *sicuti indomitus* ed. Put. et cet. — *herbas laetiores* (ut ap. Virg. Ge. 1, 339. et al.) edd. Rhen. 2. 3. et rec. *h. latiores* primae edd.

7. *Sed nec tanti rei p. Gracchorum eloquentia fuit*, v. ad c. 18. n. 2. et ad c. 37. n. 4. *nec tanti rei p.* Rhen. 2. 3. Ald. et cet. *nec tuta rei p.* MSS. Vat. prob. Os. *nec tuta res p.* ed. pr. Put. Ber. Rhen. 1. *nec tanta rei p.* Seeb.— *ut pateretur* res publ. *et* (etiam) *leges* eorum seditiosas, Sempronias, de quibus v. Liv. epit. 58. 60. Vell. 2, 2. 3. 6. Plut. in Gracchis p. 827—830. 834—845. Appian. b. civ. 1, 1—16. 21—26. Oros. 5, 7 sq. Flor. 3, 14. 15. Aurel. Vict. de vir. ill. c. 64. 65. Ern. clav. Cic. in Ind. leg. p. 19. 37. 38. — *nec bonae formam eloquentiae Cicero tali*, h. e. bono, eodem, *exitu* vitae, morte, (v. ad Ann. 2, 71, 2.) *pensavit*, cf. Iuvenal. 10, 114—126. et Vell. 2, 66. *nec bene formam* MS. Vat. 1862. a. m. sec. quod probarunt Brot. et Sch. *nec bene famam* malebat Peerlk. (de quo v. ad c. 1. n. 4.) et *nec bonam famam eloq.* Schurzfl. *nec bonae fama el. Ciceronem t. e. p.* scripsit Heum. *nec bonae famam el. Cicero t. e. p.* Seeb. et Orel. ex emend. Mur. Pro *tali exitu* melius foret *pari e.*, sed hoc ipsum potuit auctor illo verbo exprimere voluisse; *Ern.* Nihil vitii h. l. agnovit *J. Fr. Gronovius*, qui eum ita explanavit: „*Bonam eloquentiam* dicit salubrem et publice utilem, qualem fuisse Ciceroni notum est, quem *rostra coluisse piis concionibus* ait Cremutius Cordus ap. Sen. suas. VII. *Pensare exitu eloquentiam* est parem eloquentiae exitum nancisci, ut ap. Iustin. 5, 2. *pensare parta cum amissis*, h. e. compensare, aequare. [v. Gron. obss. 4, 13. et conf. ad Tac. H. 3, 26. et Agr. 22. n. 5.] Potuisset igitur dicere: Nec res publica eloquentiam Gracchorum legibus eorundem pensavit, nec Ciceroni tanti fuit salubrior eloquentia, ut ob eam talem exitum faceret. Sane *famam* adderet aliquid sententiae, ut non modo utilitatibus, sed etiam gloria et magnitudine eius praeferretur Gracchis. Potest tamen retineri *formam*, ut sit id. qd. *genus*. Melius fuisset rei publicae, Gracchos non fuisse disertos, quam facundia ad seditiosas leges ferendas uti; melius Ciceroni, quamvis salubris eloquentiae genere vel fama caruisse, quam propter illam sic perire." Ita Gron. „Iam per se *bonae forma eloquentiae* damnari non potest, etsi non satis accurate Gron. interpretatus est *genus eloquentiae*, nec est, ut vult Dronkius, periphrasis poetica pro simpl. *eloquentia*, (cf. intpp. Sil. 15, 86.) sed esset exemplar perfectae et omnibus numeris absolutae eloquentiae, *der Vorzug, dass er das Ideal der Beredsamkeit erreichte*, prorsus ut Cicero ipse in or. §. 43. dicit *excellentis eloquentiae speciem et formam*. Sed sola Mureti emendatione *nec bonae famam eloq. Cicero t. e. p.* iusta fit oppositio inter hoc et praec. membrum: magni fuerunt oratores et Gracchi et Cicero; sed illi perniciosi rei pu-

blicae, Ciceronis eloquentia bona, salubris, utilis. Si *bene legas*, etsi id minus probo, recta exstabit tum quoque sententia haec: nec bene factum est, (sane vehementer dolendum est) quod Cicero famam eloquentiae tam funesto exitu *pensavit* s. redemit. Sed sic debilitatur vera oppositio inter Gracchorum pravam et Ciceronis *bonam* eloquentiam. Idem fit, ubi retineas *formam:* non enim de summa perfectionis *forma* et specie hic agitur, sed de *laude* salubris eloquentiae. Omnino autem falsum est, quod Langius apud Dronkium p. XXVII. dicit, *tali* respicere ad *bonae*, et *non tali exitu* esse id. qd. *non bono exitu*. Nam ut concedamus, quod ipsum fieri nequit, iungendum esse *nec tali exitu*, quomodo, quaeso, tum interpretabere *pensavit?* Sic, puto: et tristi exitu bonae eloquentiae poenas luit Cicero. Verum hoc minime h. l. convenit nec ullo rectae cogitationis vinculo cum praeced. iungitur. Tu vero construe: *nec pensavit Cicero tali exitu famam bonae eloquentiae;* quod praeeunte Gron. sic explico: nec tanti fuit, ut Cicero propterea salubrioris eloquentiae famam acquireret, ut eam ipsam laudem talem tamque miserandum exitum faceret, qualem fecit." *Orel.* Mihi horum fere nihil probandum videtur, neque ea dixisset, opinor, vir doctus, si meminisset, haec esse verba Materni, qui contra oratores eorumque artem disputat et contendit, eloquentiam summorum oratorum neque ipsis neque rei publicae utilem eamque licentiae alumnam fuisse. v. ad c. 35. extr. Sententia h. l. est: Maxima quidem eloquentia fuit et Gracchorum et Ciceronis; sed illorum eloquentia rei publicae, huius ipsi oratori perniciosa fuit. Eandem expressit Iuvenalis Sat. 2, 24. et 10, 114—126. Sic Langiana verborum *tali exitu* et Gronoviana verbi *pensavit* interpretatio aptissima est: neque damnanda lectio *formam,* quae et codicis Farn. (ex quo non aliam enotavit Lipsius) omniumque edd. auctoritate, et loco Cic. or. §. 43. supra allato firmatur. Ceterum Ciceroni, quod vel tironibus notum est, manus (vel dextra vel utraque) et caput, iussu Antonii, a C. Popillio trib. mil., quem ipse olim in causa capitis defenderat, abscisa et affixa rostris, e quibus dixerat orationes XIV in Antonium, quas non *Antonianas*, sed *Philippicas* inscripserat, tanquam argumento et libertate dicendi similes Philippicis, a Demosthene in Philippum regem Maced. habitis. v. Plut. vita Cic., Sen. suas. VII. Quintil. decl. 269. et Wernsdorf. poet. lat. min. T. IV. p. 222.

CAPUT XLI.

Sic quoque, quod superest antiqui oratoribus, forum non emendatae nec usquequaque ad votum compositae civitatis argumentum est. Quis enim nos advocat, nisi aut nocens aut miser? Quod municipium in clientelam nostram venit, nisi quod aut vicinus populus aut domestica discordia agitat? Quam provinciam tuemur, nisi spoliatam vexatamque? Atqui melius fuisset non queri, quam vindicari. Quod si inveniretur aliqua civitas, in qua nemo peccaret, supervacuus esset inter innocentes orator, sicut inter sanos medicus. Quomodo tamen minimum usus minimumque profectus ars medentis habet in his gentibus, quae firmissima valetudine ac saluberrimis corporibus utuntur; sic minor oratorum obscuriorque gloria est inter bonos mores et in obsequium regentis paratos. Quid enim opus est longis in senatu sententiis, quum optimi cito consentiant? Quid multis apud populum concionibus, quum de re publica

non imperiti et multi deliberent, sed sapientissimus et unus? Quid voluntariis accusationibus, quum tam raro et tam parce peccetur? Quid invidiosis et excedentibus modum defensionibus, quum clementia cognoscentis obviam periclitantibus eat? Credite, optimi et, in quantum opus est, disertissimi viri, si aut vos prioribus saeculis, aut isti, quos miramur, his nati essent ac deus aliquis vitas vestras, vestra tempora repente mutasset; nec vobis summa illa laus et gloria in eloquentia, neque illis modus et temperamentum defuisset. Nunc, quoniam nemo eodem tempore assequi potest magnam famam et magnam quietem, bonis saeculi sui quisque citra obtrectationem alterius utatur.

1. *Sic quoque, quod superest antiqui oratoribus, forum — argumentum est. Quis enim nos advocat:* ita edd. rec. ex emend. Lips. et J. Fr. Gron. qui haec annotavit: „Recte Lipsius scripsit *non emendatae nec usque ad votum compositae,* et ex MS. Farn. *argumentum est. Quis enim nos* cet. Sed etiam leg. *antiqui* pro *antiquis.* Nempe conciones sustulerunt Caesares. Una ratio ex tot apud antiquos occasionibus ostentandi ingenii et eloquentiae exercendae relicta erat, *forum* et causarum patrocinia. Hoc *antiqui* solum oratoribus supererat: nam *quod antiqui* dixit, ut Liv. 34, 26 med. *Quod maturi erat circa, demessum et convectum est.*" Sic et *quod* (h. e. quantum, quicquid) *eius* (sc. agri) Liv. 5, 25. *quod sui* Liv. 29, 21. Cic. off. 1, 31. *quod militum* Liv. 24, 40. *quod muri, praesidii, supplementi* cet. vel *quicquid eius* Liv. 42, 8. v. Drak. et Duk. ad Liv. 29, 21. 31, 46. Periz. ad Sanct. Min. 3, 6, 1. 4, 4, 77. 84. Burm. ad Ovid. Her. 8, 5. *Sic quoque, quod superest antiquis oratoribus, forum non emendare nec usquam ad votum comp. civ. argumentum est quidem, quod nemo nos advocat, nisi — miser* edd. vet. ante Lips. *Hoc quoque quod superest antiquis oratoribus, forum* scripsit Heum. *argumentum est. Quid enim, quod nemo nos advocat* dedit Pith. *usquam* defendit Os. ut sit *ulla in re.* „Sed Latinitati contrarium est, et aliquanto melius *usque,* quod Lipsius, optimum vero *usque quaque,* quod Acid. coniecit. v. Handii Tursell. I. p. 108. Iam quum inter duas coniecturas optio detur, praestantior praeferenda." *Orel. Forum non emendatae nec usquequaque* (omnibus in rebus partibusque) *ad votum compositae civitatis arg. est,* v. ad c. 36. n. 1. Si enim civitas omnibus suis mendis et vitiis expurgata esset, tollerentur tunc et forum et lites; *Sch.*

2. *Quis enim nos advocat,* rogat et invitat, ut ei consilium suggeramus, ei patrocinemur, *nisi aut nocens aut miser,* oppressus iniuria aliorum; *Schulz.* „*Advocare* verbum hac aetate forense, de quo v. Gron. ad Sen. de clem. 1, 9. intpp. Plin. ep. 4, 17, 2. et Quintil. 12, 1, 24." *Dr.* — *Quod municipium in civitatem nostram venit:* „nam municipia integra *in civitatem Rom. venisse,* i. e. ius civitatis accepisse, Festus docet, et exemplum dat Cic. p. Corn. Balbo c. 24. Cf. Sigon. de ant. iure It. 2, 6." *Oberl.* „Hoc quidem verum est, sed non cohaeret cum nexu totius sententiae. Non enim de eo sermo est, sed de oratoribus, ad quos confugiunt cives Rom., municipia, provinciae. Lege, quae Aper Materno dixerat c. 3, 5." *Dronke.* Hinc *in clientelam nostram* substituerunt Pith. Heum. Bip. Sch. al. idque probarunt Schel. et Ern. „Sed sensus est: Quis aptum oratori argumentum putabit, tueri municipium Rom. aut a vicino populo aut domestica discordia agitatum, vel provinciam spoliatam vexatamque?" *Osan.* Immo rectius legi *clientelam,* patet ex toto orationis contextu et ex verbis *quis nos advocat* et *quam provinciam*

tuemur.

tuemur. De hac *clientela* cf. cap. 3. 36. 39. et ad Ann. 3, 55. — *Quam provinciam tuemur, nisi spoliatam vexatamque;* conf. Cic. oratt. Verrin. Plin. ep. 2, 11. 12. 3, 4. 7, 33. Plut. in Anton. et inpr. Iuvenal. 1, 47 — 50. 8, 87 — 124.

3. *Atqui melius fuisset, non queri,* illos non fuisse iniuria affectos eoque nec querelarum causam habuisse; *Gron.* — *quam vindicari* edd. rec. ex emend. Lips. Cf. Iuvenal. 1, 47 sq. ibique intpp. *quam iudicari* edd. vet. quod revocarunt Seeb. Dr. Os.

4. *Quomodo tamen — sic* cet. v. ad c. 36. n. 5. *enim* pro *tamen* scripsit Heum. — *ars medentis:* malim *ars medendi; Orel.* Idem ex ed. Ald. dedit *in iis gentibus.* Neutrum est necessarium. — *valetudine:* in ed. pr. *valitudine.* v. ad c. 23. n. 4. — *ac saluberrimis* omnes edd. non *et salub.* Ald. quod annotavit Os. — *minor oratorum obscuriorque gloria* edd. Rhen. 2. 3. et rec. *minor or. horum obsc. g.* primae edd. *horum* videtur ex dittographia ortum; *Os.* „Immo ex *honor.* Sic *honor* s. *honos* et *gloria* iunguntur c. 12. ap. Sall. Cat. 11, 2. et Virg. Aen. 12, 135." *Or.* — *in obsequium regentis paratos,* v. ad H. 1, 1, 5.

5. *Quid enim opus est* cet. scil. his temporibus nostris, quibus, mutata reip. forma, imperio unius regimur; *Schulz.* — *optimi* edd. rec. e corr. Rhen. *optima* edd. vet. quod Rhen. interpretabatur: optimae sententiae. *optimis* malebat Lips. et *quum optima cito censeantur* Agric. — *sed sapientissimus et unus,* Vespasianus, nunc regnans. Cf. cap. 17. Plin. pan. 2. et al. In numis appellatur *Assertor libertatis publicae, Felicitas publica, Fides felicitatis; Brot.* Cf. ad Agr. 3. n. 1. Ad hunc eiusque tempora etiam seqq. referenda. — *Quid voluntariis accusationibus,* quas quis non iussu senatus aut Principis, sed sponte sua sibi iniungit; *quid invidiosis et excedentibus modum defensionibus,* quibus fortasse excitetur in nos odium et invidia, et in quibus modum libertatis in dicendo cum offensa potentiorum excedamus; *Sch.* „v. Quintil. 3, 8, 47. 6, 1, 35. et Müller ad Cic. p. Sext. 1." *Dr.* Conf. nota 6. *excellentibus morum def.* vet. liber Pith. — *eat:* in ed. Riv. *ea.*

6. *in quantum opus est,* v. ad cap. 2. n. 3. — *vitas vestras, vestra tempora* bene Rhen. 2. 3. et rec. *vitas. aut vestra t.* ed. pr. et Riv. *vitas: vestra t.* Put. Ber. Rhen. 1. „Sed Adiectiva ita non collocantur. v. Goerenz. ad Cic. de fin. 3, 2. p. 313. de leg. 2, 2. p. 186. Beier. ad Cic. de off. 1, 8. p. 61." *Dr.* Hic dedit *vitas vestras aut vestra t.* Sed haec vix differunt; *Os.* — *mutasset:* in ed. pr. *mutuasset.* — *neque illis modus et temperamentum defuisset,* neque illorum defensiones modum excessissent: nam id paulo ante Maternus dixerat de antiquis oratoribus, ut cap. 40. *magnam istam et notabilem eloquentiam* eorum *fuisse alumnam licentiae, quam stulti* l i b e r t a t e m *vocent, comitem seditionum, effrenati populi incitamentum* cet. Aliena vero ab his verbis et orationis serie est sententia, quam elicuit Schulzius: neque illi ad tale fastigium pervenissent, vel eloquentia eorum mansisset aliquo modo manca et limitata. *illis* ed. pr. Put. Riv. Ber. Rhen. 2. 3. et deinde omnes. *illos* Rhen. 1. — *magnam quietem* cet. usque ad finem dialogi omissa in ed. Iunt. — *bonis saeculi sui* Rhen. 2. 3. Ald. et dein paene omnes. *huius s. s.* ed. pr. Put. Ber. Rhen. 1. *bono s. s.* MSS. Vat. et hinc edd. Brot. Bip. Ob. al. — *citra obtrectationem alterius* scil. saeculi, non hominis: nam, ut Ovid. Fast. 1, 225 ait, *laudamus veteres, sed nostris utimur annis; Schulz.* Cf. ad Ann. 2, 88, 2. *citra,* ut G. 16. ubi v. not. 5.

C A P U T XLII.

Finierat Maternus. Tum Messala: Erant, quibus contradicerem, erant, de quibus plura dici vellem, nisi iam dies esset exactus.

Fiet, inquit Maternus, postea arbitratu tuo et, si qua tibi obscura in hoc meo sermone visa sunt, de his rursus conferemus. Ac simul assurgens et Aprum complexus, Ego, inquit, te poetis; Messala, antiquariis criminabimur. At ego vos rhetoribus et scholasticis, inquit.

Quum arrisissent, discessimus.

1. *Finierat Maternus:* „Hinc colligere licet, quam multa huic syntagmati desint. Neque enim initium sermonis Materni exstat, sed haec omnia continenter sub Messalae persona leguntur." *Lips.* v. ad cap. 35 extr. — *quibus contradicerem;* „Maternus nempe adiuverat quidem sermonem Messalae causamque imminutae eloquentiae addiderat, sed cum improbatione priorum saeculorum et turbarum, quae libera rep. excitari solebant, id quod Messalae, antiquorum temporum laudatori, non omnino probabatur. Mirum vero hoc in Materno, quem supra in tragoediis suis nimium παῤῥησιάζεσθαι et incessere mutatum imperium accepimus." *Sch.* v. ad c. 35 extr. — *de quibus plura dici vellem* edd. Rhen. 2. 3. et rec. *quibus plura dici vellem* primae edd. In quo latet potius *quibus plura adiici vellem.* Tacito enim *adiicere* pro *addere loquendo* in primis frequens esse, notavit iam Forcellinus. *Adiici* autem in MSS. scribitur *adici*, et probabilius est, post *plura* excidisse *a*, quam ante *quibus* illud *de*, quod tacite inseruit Rhen." *Orel.* Recte; et recepissem hanc lectionem, si eam e c. Farn. enotasset Lipsius neque nostram retinuisset.

